BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
33 F
34

PETR. HISP.
SVMMVL.

Digitized by Google

338 1

PETRI HISPANI
SVMMVLAE LOGICALES
CVM
VERSORII PARISIENSIS
CLARISSIMA EXPOSITIONE.

Paruorum item Logicalium eidem Petro Hiſpano aſcriptum opus, nuper in partes ac capita diſtinctum.

QVAE OMNIA A MARTIANO ROTA INFINITIS FERE *erroribus maxima ſunt diligentia caſtigata.*

Duos demum Indices nunc primum excogitatos, quorum alter ſingulorum textũum ac capitum, alter uero, eorum, quæ in toto opere ſcitu digna habentur, imprimi curauimus.

40



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS,
APVD F. SANSOVINVM.
MDLXXII.

INDEX SVMMARVM

SINGVLORVM TEXTVVM

TRACTATVVM MAGISTRI PETRI HISPANI.

BIBLIOTECA NAZ. Roma VITTORIO EMANUELE

In Proœmio.

De ſingulis huius libri cauſis, atq; totius Dialecticę facultatis partitione agitur.

Index Summarum Tractatus I.

SVMMA TRACTATVS.

De Vocibus. De orationis principiis, Noīe ſcilicet, & Verbo. De ipſa oratione & eius ſpēbus. De propoſitione categorica, hypothetica, et Modali, deq; illarum oppoſitionibus, ac circa ipſarum ueritatem & falſitatē quāplurimis regulis.

Summæ partes.

Quid Dialectica, & eius ad ceteras artes utilitas. carte 2

Ordo Dialecticæ artis ad alias. 3

Sonus quid ſit, deq; definitionum natura multa tractantur. 4

Definitio uocis, & quæ eius ſint inſtrumenta. 5

Quid uox ſignificatiua, & non ſignificatiua. 6

Vox diuiditur in eam, quæ naturaliter, et quæ ad placitum ſignificat. 7

Vocis ſignificatiuæ ad placitum diuiſio. 8

Quid nam ſit nomen dicitur, ac declaratur. 9

Quid ſit uerbum, et a cæteris eius differentiæ ponuntur. 10

Orationis definitio, ac diuiſio. 11

Diuiditur oratio in perfectam, & imperfectā, et qd unaqueq; harū ſit. 12

De propoſitione, ac multiplici eius diuiſione, & de eius principiis. 13

De propoſitione categorica. 14

Diuiſio propoſitionis categoricæ in uniuerſalem, particularem, indefinitam, et ſingularem, quidq; ſit ea, quæ uniuerſalis eſt, declaratur. 15

Quid particularis, ac indefinita, propoſitio ſit, exponitur. 16

De propoſitione ſingulari, & eius ſubiecto. 17

Diuiditur propoſitio in affirmatiuā, et negatiuam, et quid unaqueq; ſit. 18

De triplici propoſitionis quæſitiuo. 19

Quædam ad propoſitionum paſſiones cognoſcendas, oppoſitionem ſcilicet, conuerſionem, æquipollentiam, principia traduntur, uidelicet de diuerſa ipſarum adinuicem in terminis communicatione. 20

De propoſitionum oppoſitione, quæq; ſint contrariæ, ac ſubcontrariæ. 21

Contradictoriæ ac ſubalternæ propoſitiones quæ ſint. 22

De triplici propoſitionum materia, naturali uidelicet ſeu neceſſaria, cõtingenti, ac remota. 23
De contingenti, ac remota propoſitionum materia. 24
Oppoſitarũ propoſitionum leges, quæ ad conſequentias plurimũ ualent, traduntur, & primo contrariorum. 25
Subcontrariorum, ac contradictoriarum lex. 26
Subalternarum lex, qua, quomodo in ueritate, ac falſitate ſe conſequantur oſtenditur. 26
De propoſitionum triplici conuerſione ſ. ſimplici, per accidens, et per contrapoſitionẽ, q̃ ad propõnum conſequentias cognoſcẽdas plurimũ ualẽt. 27
Quid ſimplex conuerſio, & in quibus propoſitionibus ea utamur. 28
Quid conuerſio per accidens, & quæ propoſitiones ea conuertantur. 29
Quid cõuerſio per contrapõnem ſit, et quæ propõnes ea conuertantur. 30
De propoſitionũ hypotheticarũ natura, deq́; triplici earum ſpẽ, conditionaliũ, copulatiua, ac diſiunctiua. 32
Quid ſit conditionalis, & quid ad eius ueritatem & falſitatẽ exigatur. 33
Quid copulatiua propõ, et q̃ ad eius ueritatẽ, ſeu falſitatẽ requirantur. 34
Quid nam diſiunctiua, deq́; eius ueritate ac falſitate. 35
De propoſitionum æquipollentis duæ regulæ ponuntur. 36
Tertia æqpollẽtiarũ regula ponitur 37
De modalium propõnum natura, deq́; earum formatione & uſu agitur. 38
Ex modis, ſex tantum, uerbi. ſ. compoſitionem determinantes, modales propoſitiones formant. 39
Quid modalis propoſitio ſit. 40
Formatio oĩum modalium propõnum iuxta q̃tuor modos fieri docetur. 41
De modalium æquipollentiis nonnullæ regulæ traduntur. 42
Regulæ communes ad omnium modalium accidentia. 43
Oppoſitiones modalium nonnullis carminibus patefiunt. 45

Index Summarum Tractatus II.

SVMMA TRACTATVS.

DE quinq; vniuerſalibus, ſeu prædicabilibus, genere. ſ. ſpecie, differentia, proprio, & accidenti, deq́ue his cõibus, ac propriis agitur. 46

Summæ partes.

Quid prædicabile, et quotuplex ſit. 47
Quinq; prædicabilia quæ ſint. 47
De generis triplici acceptione. 48
Quid ſit genus. 49
Idẽ ac differẽs quot modis dicãtur 50
Quid nam ſit prædicari in quid, aliaq́; generis definitio datur. 51
Diuiſio generis ĩ generaliſſimũ, ac ſubalternũ, et qd unũqdq; ipſorum. 52
Quid nam ſpecies ſit. 53
Speciei alia deſcriptio ponitur, ſubalternaq́; ac ſpecialiſſima quid nã ſint declaratur. 54
Prædicamẽntalis coordinatio. 55
Quid indiuiduum ſit. 56
De differentiæ triplici acceptione. 58
Quid differentia. 58
Alia differentiæ deſcriptio, prout ſpeciei conſtitutiua eſt. 59
Differentia diuiſiua & conſtitutiua eſſe dicitur. 60
De proprio quarto prædicabili, et eius quatuor modi. 61
Definitur propriũ, et ipſa definitio. 62
De accidente Quid nam ſit. 63

Duæ

Duæ aliæ accidentis deſcriptiones hic traduntur ac comparantur. 64
Accidens, in ſeparabile, et inſeparabile, et in cōe, et propriū partitur. 65
De communitatibus & differentiis generis, ſpeciei, differentiæ, proprij, & accidentis. 66

Index Summarum Tractatus III.

SVMMA TRACTATVS.

De antepredicamētis, de decē prædicamētis, de poſtprædicamē. 68

Summæ partes.

Ea quæ prædicantur, aut vniuoca, aut æquiuoca, aut denominatiua eſſe dicuntur. 68
Quæ dicuntur æquiuoca. 69
De vniuocorum ratione. 71
De denominatiuorum ratione. 72
Eorum quæ dicuntur diuiſio. 73
Eorum quæ ſint, diuiſio, iuxta octo modos eſſendi In. 74
Diuiſio entium penes dici de, et eſſe in ſubiecto. 75
Regulæ duæ ponuntur, altera prædicatis eſſentialibus conuenit, Altera genera ſubalterna a non ſubalternis diſtinguit. 77
Communis diuiſio ad decem genera rerum, quæ incomplexe dicuntur. 78
De ſubſtantia, & eius diuiſione in primam & ſecundam, & quid ſit prima ſubſtantia dicitur. 79
De ſecundis ſubſtantiis. 80
Secundarum ſubſtantiarum ad inuicē comparatio. 81
Quid commune, quiduè proprium ſubſtantiis ſit. 82
Secundarum ſubarum proprietas. 83
Subſtantiæ ꝙ nihil ſit contrarium, nec ſuſcipiat magis & minus. 84
Propriæ proprium ſubſtantiæ eſt, idē numero ſuſcepiiuū eſſe cōtrariū. 85
De quantitate, quæ primo diuiditur in continuam, & diſcretam. 86
De diſcreta quantitate, & eius ſpeciebus, & de numero. 87
Quæ & quot ſint ſpecies quantitatis continuæ. 88
De tempore, ac loco. 89
Cōitates ſeu proprietates quātitatis tam continuæ quàm diſcretæ. 90
De ad aliquid, ſeu relatione. 92
Communitates relationis quæ ſint. 93
Nonnullæ communitates, relatiuis tamen propriæ, traduntur. 94
Relatiuorum alia proprietas, ac definitio. 95
De qualitate quid ſit, & eius quot ſpecies ſint. 96
Prima qualitatis ſpecies, Habitus & diſpō, et eorū ab inuicē differētię. 97
De naturali potentia, uel impotentia, ſecunda qualitatis ſpecie. 98
De paſſione ſcilicet ac paſſibili qualitate, tertia qualitatis ſpecie. 99
De quarta qualitatis ſpecie, Forma, ſ. et circa aliquid conſtās figura. 100
De quali, et eius multiplicib. mōis. 101
Tres q̄litatis ꝓprietates enarrātur. cij
De prædicamento Actionis, & eius proprietatibus. 103
De paſſione, & ipſius accidentibus, cum propriis, tum communibus. 104
De prædicamento quando, & eius proprietatibus. 105
De ubi, & eius accidentibus. 106
De pōne, & eius proprietatibus. 107
De prædicamento habitus, & eius accidentibus propriis. 108
Oppōnū genera q̄tuor enum rātur. cix
De relatiue ac cōtrariæ oppoſitis. 110

De

De priuatiua, ac contradictoria oppoſitione. 111
De ipſius Prioris quatuor modis. 112
De ipſo ſimul, et eius tribus modis. 113
De motus ſex ſpeciebus. 114
De ipſo habere, & eius multiplicibus modis, 115

Index Summarum Tractatus IIII.

SVMMA TRACTATVS.

De principiis ſyllogiſmi ſimpliciter, [illegible]
Dici de Omni, dici de Nullo. De ſyllogiſmis perfectis, ac imperfectis primæ, ſecundæ, ac tertiæ figuræ. Modus item imperfectos ſyllogiſmos ad perfectos primæ figuræ modos reducendi per regulas inſeritur. 117

Summæ partes.

Quid propoſitio, ac terminus ſit. 117
De Dici de Omni, et dici de nullo. 118
Quid ſyllogiſmus. 119
De his quæ ad formationẽ ſyllogiſmorum requiruntur, duabus. ſ. propoſitionibus, maiori, ac minori, & terminis tribus, maiori. ſ. ac minori extremitatibus, & medio. 120
De modo, ac figura, quæ ſunt ſyllogiſmorum formalia principia. 121
Nonnullæ ad ſyllogiſmorum formationem in quacunq; figura regulæ neceſſariæ ac communes traduntur. 122
Regulæ quædam communes, ac propriæ, poſt numerationem modorum primæ figuræ ponuntur, deq; ipſo directe concludere, ac indirecte quid nam ſit dicitur. 123
De duobus modis arguendi in prima figura, Barbara, ac Celarent. 124
De modis primæ figuræ Darij, ac Ferio particulariter, ac directe concludentibus. 125
De tribus modis primæ figuræ Baralipton, Celantes, dabitis directe cõcludentibus, & ipſorum reductione ad modos perfectos. 127
De duobus ultimis modis Fapeſmo, ac Friſeſomorum, & ipſorum reductione ad modos perfectos. 128
De ſecunda figura, & eius regulis, ac numero modorum. 129
De quatuor modis, uidelicet Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco. 130
De tertia figura, Regulis, ac Numero modorum. 132
De duobus huius figuræ modis, uidelicet Darapti, ac Felapton. 133
De quatuor reliquis huius figuræ modis, uidelicet, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon. 134
Nonnulla ad omnium modorum intelligentiam tradũtur principia, quibus ad quam quiſuis modorum figurã reducatur, & quomodo facilis eſt intellectus, & de terminis in quibus Omni, & in quibus Nulli. 136

Index Summarum Tractatus V.

SVMMA TRACTATVS.

De ſyllogiſmo Topico ſeu probabili, de multiplicibus argumẽtationis ſpeciebus, Enthimemate ſcilicet, exemplo, inductione, ſyllogiſmo. De locis dialecticis, tam extrinſecis quàm intrinſecis. Multorum itẽ terminorum ad omnes artes et ſciẽtias communium uniuerſalis notitia. 138

Summæ partes.

Quid nam Argumentum, Concluſio, Quæſtio, ac Medium ſit. 139
De argumentatione, eiuſq; ab Argumento

mento ac medio differentia, & quæ eius, & quot ſpecies ſit. 140
De inductione. 141
De enthimemate, exemplo, & quomodo reducantur ad ſyllogiſmum. 142
De loco, & eius diuiſione in locum maximam, et in locum differentiam maximæ, & quid nam ſint ex argumentandi uſu diſſeritur. 144
Diuiditur locus differentia maximæ per locum intrinſecum, extrinſecum, & medium, & quid ipſorum unumquodque ſit. 145
Locus intrinſecus a ſubſtantia quid ſit & quomodo diuiditur. 146
Definitionis ad definitum & econtra quadruplex arguendi modus, ac loci & a quo locus denominationem ſuſcipiat talem. 147
De deſcriptione, & locis a deſcriptione ſumptis. 149
De interpretatione duplici, et locis ab interpretatiõe ad interp̄tationū. 150
De locis a concomitãtibus ſubſtantiã, & eius multiplicitate, deq; multiplici toto diſtinctio, & de locis a genere ad ſpeciem & ecõtra, & modis in his arguendi, ac maximis. 151
De toto integrali & eius parte, et de locis ab illis ſumptis. 152
De toto in quãtitate, et p̄te eius, atq; de locis et modis arguẽdi in eis. 153
De toto ac parte in modo. 155
De toto in loco & parte eius, et modis arguendi in illis. 156
De toto in tempore & eius parte, ac eorum locis. 157
De cauſa & eius diuiſione in quatuor genera. 158
De cauſa efficiente, & modis arguendi ea, ac ſuis locis. 159
De materia & eius diuiſione in permanentem ac tranſeuntem, & modis arguendi in ea, ac locis ad ſuum effectum, & econtra. 160
De cauſa formali & eius effectu, ac de locis ab ea ſ[...]ptis, & modis in ea arguendi. 161
De cauſa finali, effectu eius, ac locis et modis arguendi in ea. 162
Quid generatio, quid corruptio, & ipſarum locis. 163
Quid uſus, ac locus ab uſibus ſit, & cõmuniter accidẽtium diſtinctione propoſita, de eius locis diſſeritur. 164
De locis ex[t]r[i]nſecis. 165
De oppoſitis relatiue, & locis in ipſis. car. 165
De contrarietate, contrariis, & priuatiue oppoſitis, ac ſuis arguendi locis, ſeu maximis. 166
De cõtradictione, ipſiusq; locis. 167
De maiori ac minori, & locis illis propriis. De ſimilitudine itẽ, ac proportione, ipſarũ locis ac diſcrimine. 168
De duplici tranſumptione, & auctoritate, & ſuis locis. 170
De locis mediis. 171
De locis a cõiugatis, et a caſibus. ibid.
De multiplici diuiſionum acceptione, ac locis. 172

Index Summarum Tractatus v I.

SVMMA TRACTATVS.

De ſyllogiſmorum multiplicitate, ac diſputationum uarii s generibus & illarũ inſtrumentis ſeu ſyllogiſmis diuerſis. de quinque metis ipſarum terminis, uel intentis finibus. Fallaciarum item tã in dictione quã extra numerus, iuxta triplex potentialis

tentialis genus fallacias in dictione fundans, oſtenditur. De ſingulis demum fallaciis ſpeciali conſideratione agitur. 137

Summæ partes.

Syllogiſmorum diuiſione ꝓpoſita quid ex illis demonſtratiuus, quid dialecticus, quid item ſophiſticus, ſeu litigioſus ſyllogiſmus ſit oſtenditur. 173

Quid diſputatio, et eius quatuor ſpẽs, uidelicet doctrinalis, dialectica, tentatiua, ac ſophiſtica, & quibus inſtrumentis ſeu ſyllogiſmis ſingulæ fiant, & quid ſyllogiſmus tentatiuus. 175

Metæ quinq;, Redargutio. ſ. falſum, inopinabile, ſolœciſmus, nugatio, ad quæ ſophiſtica diſputatio per ſyllogiſmũ ſophiſticum tendit, quid ſint. 176

Quid fallacia, & de fallaciarum tam in dictione quam extra dictionẽ multiplicitate ac numero. 177

Multiplex, triplex, actuale. ſ. potẽtiale, ac fantaſticum, & de quo primo differendum ſit. 179

De fallacia æquiuocationis, & illius tribus modis ſeu ſpeciebus. 180

De amphibologia, & eius tribus ſpeciebus ſeu modis, cum ex eius, tum ex Ariſt. ſententia recepti. Aliquarum item obiectionum ad hominem ſolutio. 183

De compoſitionis fallacia, et eius duobus modis. 185

De diuiſionis fallacia, ac modis eius duobus. 187

De fallacis accentus natura, & eius modis. 189

De figuræ dictionis fallacia, & tribus eius ſpeciebus ſiue modis. 190

De fallaciis extra dictionem. 192

Quot & quæ ſint extra dictionẽ fallaciæ, et de earum ab his, quæ in dictione ſunt, differentia. 192

De fallacia accidentis, & illius modis. 194

De fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter, & eius modis. 196

De fallacia ignorantiæ elenchi, et eius modis. 197

De fallacia petitionis principij. 199

De fallacia conſequẽtis, et modis eius multiplicibus. 200

De fallacia ſecundum non cauſam ut cauſa. 202

De fallacia ſecundum plures interrogationes ut unã, et illius modis. 203

Quomodo omnes fallaciæ ad ignorantiam elenchi reducuntur. 205

Index Summarum Tractatus VII.

Paruorum Logicalium.

SVMMA TRACTATVS.

PR[illegible] ſuppoſitionis naturam cognoſcendã neceſſaria. diuiditur item ſuppoſitio in ſpecies quamplures, & ſingularum definitiones explanantur. 207

Summæ partes.

Eorum quæ dicuntur diuiſio. 207

De terminorum notitia ac multiplicitate. 208

Suppõnis a ſignificatione diſcrimen, per ipſarum rõnes aſſignatur. 209

Accidentaliũ ſuppõnum notitia. 211

Suppoſitio confuſa quid ſit. 213

Summa Tractatus 2.

De multiplici relationum genere, ac diuiſione, deq; multis regulis illis cum communibus tam propriis. 215

Summæ

Summæ partes.

Relatiuorum nonnullæ diuiſiones pro ponuntur. 215
Relatiuum identitatis ſubſtantiæ diuiditur in reciprocum, & non reciprocum. 217
De relatiuis diuerſitatis cum nonnullis regulis. 219
De relatiuis accidentium, & eorum diuiſione multiplici. 220

Summa Tractatus 3.

De ampliationis, reſtrictionis natura, ac multiplicitate, & nonnullorum in ipſa ſophiſmatum per regulas ſolutione. 222

Summæ partes.

Quid perſonalis ſuppoſitio, & de reſtrictione. 222
Ampliationis multiplicitas. 223
Sophiſmatis in hac materia ſolutio, ac ampliationum aliquæ regulæ. 224

Summa Tractatus 4.

De appellationum natura, ac eius multiplicibus ſpeciebus ac modis. 226

Summæ partes.

Quid appellatio ſit et a quo ſic denominetur, quomodo item diuiditur. 226
Appellationis termini communis duo genera. 227

Summa Tractatus 5.

De reſtrictionis tam nominis quàm uerbi uariis acceptionibus ac natura, et ſoluendi in eo multorum ſophiſmatum per regulas, tam nominibus quam uerbis proprias, intellectu, & obiectionis dilutio ponitur. 228

Summæ partes.

Quid ipſa reſtrictio & quotuplex ſit. car. 228
De reſtrictionis per nomen factæ quibuſdam neceſſariis regulis. 229
Reſtrictionis per uerbum factæ tres regulæ apponuntur. 231
Sophiſmatis ſolutio, Omne animal fuit in arca Noe. 231
Obiectionis ſolutio, deq; quibuſdam reſtrictionis modis. 234

Summa Tractatus 6.

Diſtributionis, ac diſtributiuorum ſignorum natura & multiplicitas, tã in ſubſtantia, quàm qualitate ac quãtitate, De negationum item vi, atque vſu. 236

Summæ partes.

Diſtributio quid ſit. 236
Signorum uniuerſalium diuiſionibus nonnullis propoſitis, de hoc ſigno Omnis natura, & variis eius acceptionibus. 237
Quemnam terminum hoc ſignum omnis oporteat appellare. 238
Quorundam ſophiſmatum pro hac materia dignior explicatio. 240
De hoc ſigno Nullus. 242
De hoc ſigno Nihil. 243
De ſignis diſtributiuis duorum, ut Vter, & Neuter. 244
De ea, quã in diſtribuẽdo ui negatiões ſortiãtur, obiicitur, ac ſoluitur. 246
De ſignis diſtributiuis partium integralium. 247
De ſignis diſtributiuis accidentium, et de his quæ ad genus qualitatis ſpectant. 248
De ſignis diſtributiuis, quæ ad genus quantitatis pertinent. 249
Infiniti quinque acceptiones, & ſophiſmatis ſolutio. 250

Summa Tractatus. 7.

Quid propoſitio exponibilis,& de his quæ exponibilem ipſam reddant. De ſignis ac dictionibus excluſiuis, exceptiuis et redupl catiuis.Deq; incipit & deſinit, & propoſitionibus de illis formatis,& infinito.De comparatiuis & ſuperlatiuis, Deq; dictionum diuerſitatem importantium natura,& vſu. 252

Summæ partes.

Quid propoſitio exponibilis,et quæ nã ſigna exponibilem ipſam faciãt. 252

Quid ſigna excluſiua, & regulæ quatuor, quibus excluſiuæ ſumitur expoſitio. 253

De ſignorum exceptiuorum natura,ac diuerſitate.de regulis item quibuſdã ad exceptiuarum propoſitionum expoſitionem neceſſariis. 255

De reduplicatiuis dictionibus, q̃uoq; per regulas ſint exponẽda varia propoſitionum genera diſſeritur. 256

De verborum incipit et deſinit natura & propoſitionum ex ipſis formatarum reſoluta expoſitio. 258

De infiniti quinque acceptionibus, & ꝓpoſitionibus ex ipſo formatis. 259

De comparatiuorum & ſuperlatiuorũ natura,& modo exponendi propoſitiones ex illis formatas. 261

Harum dictionũ, Differt, Aliud, Ab, diuerſitatem deſignantium natura,et in propoſitionibus vſus. 262

INDEX SVMMARVM AC CAPITVM PARVORVM LOGICALIVM.

PETRO HISPANO ASCRIPTVM OPVS.

De compoſitione in Communi.

CAPVT primum. Syncategorematicarum dictionum natura in ſignificando in ipſa orationis compoſitione. car. 264
Caput ſecundum. Eſt & non, quid ſignificet, & quomodo ſe habeant in compoſitione. 264
Caput tertium. Compoſitionis natura, & eius multiplex modus, deque natura nominis in communi. 264
Caput quartum. De duplici cõpoſitione actus cum ſubſtantia uniti, uidelicet & diſtantis. Prima participij, alia uerbi eſt, & de uerborum Modis, & illorum origine ac natura. car. 266

De Negatione & affirmatione.

CAput primum. De negationis natura et numero ſpecierum ipſius. car. 268
Caput ſecundum. Difficultatis ſolutio de nominis natura et intellectu. 269
Caput tertium. De verborum infinitate. 270
Caput quartum. De multiplici negationum uſu ac natura in orationibus tam negatiuis quam affirmatiuis. car. 270

De Dictionibus Excluſiuis.

CAput primum. Quid nam ſignificent dictiones excluſiuæ. 272
Caput ſecundum. Quæ uã & quot cauſæ ad excluſionem exigantur. ibid.
Caput tertium. Partes ſeu ſpecies excluſionis duæ ſunt, generalis, ac ſpecialis, & quid vtraq; ſit. 273
Caput quartum. Quid nam ſit id quod excluditur, & quæ excludi debeant. car. 274
Caput quintum. An excluſio generaliſſimis addenda ſit. 275
Caput ſextũ. An dictio excluſiua adiũcta ſpeciei vnius prædicamenti excludat ſpeciẽ alterius ꝑdicamenti. ibid.
Caput ſeptimum. Vtrum dictio excluſiua adiuncta parti integrali totum excludat & contra. 277
Caput octauum. De dictionis ſolus, & tantum diſcrimine. 278

De Exceptiuis dictionibus.

CAput primum. De ſignificatione Exceptiuæ dictionis. 279
Caput ſecundum. Quæ & quot nam ſint cauſæ ad omnem exceptionem requiſitæ. 279

Caput tertium. Quam habitudinem dicat dictio exceptiua. 280
Caput quartum. A qua multitudine dictio exceptiua excipiat. 280
Caput quintum. An propoſitio exceptiua ſit uniuerſalis, an ſingularis car. 281
Caput ſextum. Quomodo ſyllogiſmum reſpiciat exceptiua dictio. 282
Caput ſeptimum. De conſtrictione dictionis exceptiue. 282

De Dictionibus conſecutiuis, & primo de coniunctione Si.

Caput primum. Quid nam hæc dictio ſi, ſignificet. 283
Caput ſecundum. Quot ſint conſecutiuæ ſpecies. 283
Caput tertium. A qua nam parte conſecutionis fieri deſcenſum contingat, an ab antecedente, an a conſequente. car. 286
Caput quartum. Quomodò in conditionali ſumatur contradictio. 286
Caput quintum. An ex impoſſibili ſequatur quodlibet. 287

De Coniunctione An.

Caput primum. De multiplici interrogationum tam nominis quã verbi natura, ac differentia quæritur. 289
Caput ſecundum. Quid nam hæc dictio An, ſignificet. 289
Caput tertium. De huius dictionis An à cæteris diſcrimine. 290
Caput quartum. Quæ nam hæc dictio An nata ſit diſiungere. 290
Caput quintum. Quomodo ad actus interrogationis, diſputationis, & dubitationis ſe habeant. 290

De Coniunctione Vel.

Caput primum. Quid ſignificet hæc dictio vel. 291
Caput ſecundum. An vel ſignificet ens ſimpliciter. 292
Caput tertium. An res huius dictionis vel ſit in genere relationis. 292
Caput quartum. De dictionis vel, ab aliis diſtinctione. 292
Caput quintum. An terminus diſiunctus per hanc diſiunctionem vel, ſit de pluribus prædicabile. 292

De Coniunctione Et.

Caput primum. Quid ſignificet hæc dictio &. 293
Caput tertium. Quam vnitatem inferat hac dictio &. 294
Caput quintum. Quæ diuerſa copulet dictio copulatiua &. 294
Caput ſextum. Cur dictio copulatiua cum præponitur geminetur. 294

De Coniunctione Niſi.

Caput primum. An dictio Niſi, exceptiue teneatur necne. 295
Caput ſecundum. De differentia niſi, a ſi non. 295
Caput tertium. Quot nam ſint inſtantiuarum dictionum genera. 296
Caput quartum. Cur potius ex aduerbio negandi non, fiat dictio inſtantiua,

ua, quàm aliqua alia dictio. 269
Caput quintum. Cur verbo ſubiunctiui modi ſemper adiungatur. 269

De Coniunctione Quin.

CAput primum. An dictio Quin, conſecutiuam ſignificet. 297
Caput ſecundum. Quam conſecutiuam Quin ſignificet. 298
Caput tertium. An hæc dictio Quin ex quod & non compoſita ſit. 298
Caput quartum. An ꝙ non, & Quin æquipolleant. 299
Caput quintum. Cur verbo ſubiunctiui modi ipſum quin adiungatur. 299
De multiplicitate dictiõis Quãto. 300

De Dictione Quàm.

CAput primum. De multiplicitate huius dictionis Quàm. 301
Caput ſecundum. Quomodo hæc dictio quàm, cõparationem importat. ibid.
Caput tertium. Quam comparationem dictio quam habeat ad comparatiui dictionem. ibid.
Caput quartum. Quomodo cõparetur ad nominatiuum ſequentem. ibid.
Caput quintum. Cur dictionem quàm, nominatiuus ſequatur. ibid.
Caput ſextum. Cur quandoque comparatiuum per ipſam interpoſitam exponamus. 302

De Dictione Quicquid.

CAput primum. Quid ſignificet dictio quicquid. 302
Caput ſecundum. An quicquid ſit dictio æquiuoca. 302
Caput tertium An quicquid importet relationem. ibid.

De Incipit & Deſinit.

CAput primum. De ſucceßiuorum permanentibus diſcrimine. 303
Caput ſecundum. Quæ nam res ſucceſſiuorum ac permanentium in verbo incipit & deſinit attendatur. ibid.
Caput tertium. An motus incipiat uel deſinat, & quid motus. 304
Caput quartum. An tempus incipiat vel deſinat, & quid tempus. 305
Caput quintum. An potentia incipiat, vel deſinat. 305
Caput ſextum. Quam ſuppoſitionem termini ſubſtantiales in his terminis habeant. 306

De Neceſſario, & Contingenter.

CAput primum. Quid Neceſſarium. 307
Caput ſecundum. Neceſſarij, ac contingentis natura. ibid.
Caput tertium. An neceſſarium, ac contingens compoſitionem determinent necne. ibid.
Caput quartum. An neceſſario, ac contingenter naturam habeant ampliandi. 308
Caput quintum. Quo nam modo propoſitiones de neceſſario ac cõtingenti conuertantur. 308

De

De Reduplicatione.

Caput primum. Huius reduplicationis in eo quod conſyderatio. 311
Caput ſecundum. In quo attendatur reduplicatio. 310
Caput tertium. In ſyllogiſmo vbi nam reduplicatio ponatur. 310
De reſponſione, ac interrogatione. car. 310
De ſyllogiſmorum multiplicitate. 311
Syllogiſmorum probationes. 311

NOTABILIVM DICTORVM

OMNIVM, QVAE IN PETRI HISPANI volumine, ac Verſorij expoſitione continentur, nouus elenchus.

A.

AEQVIVOCVM duplex æquiuocans, & æquiuocatum. 70.B
Actus, ſimpliciter prior eſt potentia, in uno autem, & eodem econtra. 180.D
Ad cognoſcendum aũt conuerſiones tam proprie quàm improprie dictas, ſeptem regulæ a doctoribus ponuntur hic quæ uide ex tex. 28.A
Ad denominationem tres conditiones requiruntur. 72.C
Ad falſitatem uniuerſalis non ſequitur falſitas particularis. 27.D
Adiectiua modi dici poſſunt. 38.E
Affirmatio & negatio, quid & qua ratione ſint eſſentiales differentiæ, ex primo Periherme. ca. 5.6. 18.F
Accidens quandoque commune, quãdoq; infinitum, & per accidens dicitur. 64.B
Ad conſequentia modalium ad neceſſaria. 45.F
Ad præteritum nulla eſt potentia. 44.F
Ad placitum ſignificare & ad uoluntatem quid. 8.A
Argumentatio eſt logicæ ſubiectum. 1.D
Ars mechanica quid. 2 G
Ars mechanica unde dicatur. 3.D
A tota copulatiua ad alteram partem eſt bona conſequentia. 34 F
Accidens tripliciter conſyderari põt. 65.A
Aequiuocum a caſu, & a conſilio, ſeu analogum. 70 C
Ad falſitatem particularis ſequitur falſitas uniuerſalis. 27.C
Aequiuocationis fallacia quid. 181.G
Argumentatio dupliciter. 141 B
Alia deſcriptionis definitio. 149
Argumenta Medium, Ratio & Argumentum idem ſunt re, differunt rõne. 149.B
Argumenti ab argumentatione diſtinctio. car. 141.A
Argumentum ſumitur dupliciter. 140.A
Argumenta. Hoc uerum eſt etiam naturaliter ut patet. 1. de Generati. per totum. car. 173.B
Actio & paſsio materialiter, ac formaliter ſumpta quid & in quo ſint ſubiectiue. car. 104.G
An deceptio ex diuerſa relatione procedens reciproca ſit. 218.E
Ampliatio multiplex de qua uide Paulum Pergulenſem & alios. 223.G
An terminus eodem modo in negatiua, & in affirmatiua propoſitione reſtringatur. 134 H
An a definitione, locus ſophiſticus ſumatur. 200 C
Accidentis uariæ acceptiones. 194.C
An hoc ſignum omnis ſignificatiuum ſit car. 238.C
An prius ſit affirmatiua compoſitio, quàm negatiua. 267.G
Alia Elenchi deſcriptio. 198.C
Actus uerbi ad ſubiectum duplex comparatio. 231.H
An duæ tantum ſint negationes. 268.G
An uerbum infinitum de quolibet quod ē &, quod non eſt prædicetur. 270.B
An compoſitio æqualiter de ente ac non ente prædicetur. 268.B
Alius ex antiquis ſophiſma ſoluendi modus. 244.B
Ad excluſionem quæ requirantur. 254. F
An compoſitio qualitatis cum ſubſtantia aliquid ſit. 265.I
Appellationis triplex acceptio. 226.C
An nomen infinitum indifferenter pdicetur de quolibet qđ eſt & qđ nõ eſt. 269.

A

An compoſitio ſimplex ſit neceſ. 267.F
An, dubitationem cum interrogatione ſignificat. 290.A
Aſcenſus in numeris duplex. 278.E
An omne nomen ſit æquiuocum. 265.B
An excluſiua adiungatur enti. 274 D
Abſtractum formam ſecundum ſe ſignificat, concretum in alio, 73. A
Accidens a ſubſtantia tripliciter dependet. 79.D
Aequale nō ſuſcipit magis & minus. 94.A
Accidens reſpectiuum quomodo cognoſcatur. 92. B
Actus dupliciter contrahitur. 310.E

C

Coniunctionum uaria cōpoſitio. 298.E
Compoſita unde ſignificationem ſortiantur. ibid F
Concluſio de eſſentia ſyllogiſmi nequaquam eſt. 119.E
Communiter accidentia. 164 F
Conſequentiæ formalis ratio. 125.A
Cauſa apparentiæ ac defectus in petitione principij. 200.B
Cauſa apparentiæ ac defectus huius fallaciæ. 203.B
Confuſę ſuppōnis ſpés apparentes. 215.A
Cauſa apparentiæ ac defectus huius fallaciæ. 201.E
Compoſitio in communi quid. 268.B
Cuius nam rei ſucceſsiuæ, ſeu permanentis ſit primum uel ultimum inſtans aſſignare. 258. G
Cur prius de ſignis diſtributiuis ſubiectiuarum partium agendum, q̃ integraliū. Totus ſumitur dupliciter. 247.G
Cauſa defectus, & apparentiæ huius fallaciæ. 198.F
Cur hæc fallacia in ſyllogiſmo ad impoſsibile ſemper fieri habeat. 203.C
Conſequens tribus modis dicitur. 287.A
Confuſum dupliciter dicitur, & quæ dicatur ſuppoſitio confuſa. 214.H
Cauſa apparentiæ ac defectus huius fallaciæ in quo conſiſtat. 196.E
Cauſa tribus modis ad effectum comparatur. 284.A
Cur potius per uerbum quam per nomen ſignificetur compoſitio. 266.F
Compoſitionis ac diuiſionis diſpoſitio in modalibus quomodo exercenda, ac intelligenda ſit. 186.G
Cur affirmatio prior ſit negatione 264.G
Cur dicatur materialis, & accidentalis ſuppoſitio. 210.F
Communis ſuppoſitionis diuiſio. ibid E
Complexio diſtans, & non diſtans. 73.E
Conditiones duæ requiruntur ad huius regulæ ueritatem. 77.D
Cauſa formalis materialis finalis, & efficiens numeri. 88.C
Cōe eſt oī ſubę in ſubiecto non eſſe. 62.E
Cur a diuiſione potius quam definitione incipiat. 87.A
Contrarietas eſt tantum in relatiuis ſecundum dici. 93.C
Conuerſio ſimplex cur dicatur. 29.B
Carmina ad modaliū cōſequentias. 43.A
Contradictoriarum multiplicitas. 22.B
Coniunctio ſi, quid denotet. 33.D
Contradictionis natura. 22.C
Conditionalis uera neceſſaria eſt, falſa impoſsibilis. 33.G
Contingentis diuiſio ex primo periherme nias ca. ult. 24.D
Cur differentiæ ſiniſtri lateris poſitiue dextri ſint priuatiuæ. 56 C
Communis differentiæ ratio. 58.D
Cur accidens adſit, & abſit. 64.C
Cur ꝓpoſitionū triplex ſit materia. 23.E
Cur Ariſto. omiſit conuerſionem per contrapoſitionem. 28.G
Comparatio definitionū accidentis. 65 C
Cur uoce potius q̃ aliquo cęterorum ſenſibiliū cōceptus animi exprimamus. 7.B
Complexorum ratio. 8.F
Coordinatio prædicamentalis ad naturalem ſimilatur arborem. 56.A
Condōnalis ſignificatio dependet ex habitudine antecedentis & cōſequētis. 34.A
Cur in materia contingenti ſubcontrariæ ſimul ueræ. 26.B
Contradictoriæ nunq̃ ſimul ueræ. ibid.D
Contradictoriæ nunq̃ ſimul falſæ. ibid.D
Contrarię ſimul falſæ in contingenti materia. 25.D
Conuenientia & diſconuenientia inter figuram, & formam. 100.C
Cur tres termini requirantur ad ſyllogiſmum. 120.C

Cur tantum duæ ſufficiant propoſitiones in ſyllogiſmo,& ipſarū nomina. 120.F
Comparatio in relatiue oppoſitis. 166.C
Caſus quæ dicantur. 171.G
Conueniunt oculus,& intellectus. 169.G

D

Duplex negationis genus. 246.E
Duarum regularum uerbi de præterito ac futuro diligens declaratio.. 232.B
De iſto termino Bis quid importet. 250.A
Duplex eſt multitudo a qua excipit dictio exceptiua. 280 G
De actu ac compoſitione uerbi. 232.A
De hoc ſigno quotieſcunque. 250.C
Diuiſiones duę penes quas ſummūtur oēs modi infiniti. 260.B
Duo huius fallacię ſunt modi & de primo. car. 188.C
De duplici diſpoſitione ſubiecti. 230.D
Dictionum uel litterarum accidentia quatuor. 190.A
De compoſitione ac diuiſione. 186 C
Differētia ſignificatiōis a ſuppōne. 209 E
Duo fallaciæ compoſitionis modi. 186.E
De accidentali ſuppoſitione. 210.G
De naturali ſuppoſitione. 210.G
De ſuppoſitione ſimplici. 212.A
De duplici inductionis formatione. 142.B
Deſcriptio quomodo fundet locum intrinſecum. 149.E
Diuiſionum alia per negationem alia per affirmationē fit,& quō differunt. 172.F
Dici de omni, prędicati in eſſe autē in toto, ſubiecti conditio eſt. 118.D
Debitus modus ſyllogizādi i Darij. 126.B
Duplex priuationis genus. 111.G
Diuiſionum per affirmationem, alia ꝑ ſe, & hęc triplex eſt. 172.G
Definitio quiditatiua ꝓprie eſt definitio. car. 148.A
Diuerſus modus prædicandi ſubſtantiarū & accidentium. 80.C
Duæ negationes quid operentur. 80.C
Dici tria ſignificat. 73 C
Diſtinctio ſubſtantialis formæ ab accidentali. 74.H
De diſtinctione totius a ſuis partibus 74.F
Diſcretum & continuum quem ordinē inter ſe ſortiantur. 87.C
De hoc eſt magna qō inter Auerroim, & alios ut patet in primo de Gene. 85.F
Diuerſis reſpect bis dicit magis & minus communis aliquis terminus. 230.C
Dictio diminuens a diſtrahēte, quomodo differat. 230.C
De modo exponēdi exceptiuam deq; quatuor eius conditionibus. 256.C
Dictionis exceptiuæ quid. 250.A
De communi ad diſcreta ſuppōne. 210 E
De immobili ac mobili confuſa ſuppoſitione. 215.C
Duobus modis relatiuum accidentis a relatiuo ſubſtantiæ differt. 221.D
Diuerſarum dictionum diuerſa appellatio. 226.F
Diuiſionis ampliationis notitia. 224.C
Duo huius fallaciæ modi, & de primo. car. 190.B
Debitus arguendi modus a diuiſis ad coniuncta, & econtra. 195.H
Duplex petitio principij. 199.H
De antiquorum ſolutione non uera & illius ad ueram comparatio. 245.E
Diſtributio ſumitur dupliciter, proprie, & metaphorice. 236.C
Diuiſionis conditiones. 5.H
Definitionis conditiones. 5.B
Diuiſio generis in ſuas ſpecies. 18.C
Differentia quinque modis capitur. 60.A
Differentiæ ab aliis diſcrimen. 67.F
Duo modi arguendi in diſiunctiuis. 35.F
De loco differentiæ maxime. 145 B
Duo arguendi modi a partibus totius in quantitate ad ſuum totum 154.E
Definitionis ſyllogiſmi explanatio. 119 B
De parte in modo quid ſit. 155.C
Duplex arguendi modus a toto in quantitate ad partem ſuam. 154.C
De oppoſitione contraria, & de contrarie oppoſitorum ratione. 110.F
De Relatiuæ oppoſitionis natura,& eius a cæteris differentia. 110.E
Diſputationum duplex cōparatio. 176.A
De forma partis ac forma totius. 161.D
Diſputationis ſpecies. 175.E
Duę conditiones ad recte arg. per locum a contrariis. 166.H
Diuiſionis perfectę orationis adæquata ratio. 12.G
De aptitudinali diſtributione. 246.G

Duobus modis intelligitur accidens a ſubiecto ſeparati. 66.A
Diuiditur unumquodque in ea, ex quibus componitur. 61.D
Duæ contrariæ ſimul uere ſimul. 25.B
Declaratio regulę pulcherrima. 37.A
Differentia tribus modis cōſideratur. 59.B
Duo notabilia, ad conuerſiones, neceſſaria. 31.F
Differens & diuerſum diſtinguuntur. 51.A
Differentia magis propria. 58.E
Diſpoſitio terminorum in tertia figura. 132.C
De modo, & eius diuiſione, deque aduerbiorum multiplicitate. 38.B
Diuiſiones accidentis in commune & proprij ratio. 66.C
Denominatiuum non differt a concreto, neque denominans abſtracto. 72.C
Duplex oppoſitionum genus. 21.B

E

ET non omnia copulat. 294.D
Exceſſus per comparatiuū & ſuperlatiuū īportari quatuor cōſiderāda. 261.E
Enunciatio, propoſitio, & interrogatio in quo conueniant ac differant. 204.C
Excluſio dupliciter ut concepta & ut exercita ſumitur. Signorum excluſiuorum excluſionis uis. 254.D
Excluſiua contradictoria in q̄ negatio excluſionem præcedens ponitur. 254G
Enthymematis reductio ad ſyllogiſmum. car. 143.E
Ex puris negatiuis nihil ſequitur. 122.F
Enthymema quid. 143.C
Et eſt terminus communis ſumptus confuſe & diſtributiue. 153.G
Ex puris particularibus nil ſequi. 122.D
Efficiens duplex, in actu. ſ. & in potētia, uniuocum & æquiuocū. 159.D
Etymologia, trāslatio interpretatio & de illorum locis. 150.F
Ex conditionali nec antecedens nec conſequens infertur. 297.F
Expoſitio dupliciter ſumitur, & quæ propoſitio deſeruiat. 253.A
Exempla de conſignificatione, 180 G
Ex parte modi modales, uniuerſales dicūtur, uel particulares. 42.A
Ens non eſt genus ad decem prædi. ſed analogum. 53.B
Enunciationis, ac propoſitionis diſcrimē. car. 13.E
Ex puris affirmatiuis nihil ſequit. 129 H

F

FAllaciæ cōpoſitionis modi duo. 185.G
Fallacia compoſitionis & diuiſiōis intellectus. 186.D
Falſa & apparens regula, de omnis appellatione. 240.C
Forma & finis materialiter quandoq; coincidunt, formaliter nunquam. 159.A
Figura, & eius nominis definitio. 121.D
Finis conſyderatio duplex. 162.D

G

GEneratio ac uocis formatio. 6.B
Generis a cæteris prædicabilibus diſcrimen. 67.B
Genus, ſpecies, differentia, definitio, eandem ſub diuerſis eſſendi modis eſſentiā dicunt. 52.A
Generatio duplex ſubſtantialis, & accidentalis. 163.C

H

HOc ſignum qualiſlibet quid in ſua ratione includit. 249.D
Huius ſigni nihil, natura, & eius ab aliis diſcrimen. 243.H
Hypothetica, ex modo diuiditur in tres tātum ſpecies. 32.F
Huius ſigni oīs a cæteris differentia. 248.B
Habitus ab habere diſtinctio. 115.H
Habitus, & eius ſpēs, & indiuidua. 108.D
Hoc ſignū omnis in pluralia acceptus quot appellare habeat. 240.A
Hoc ſignum nullus diſtributiuum ac teſtrictiuum eſt. 242.H

I

INtrinſecus, & extriſecus finis logici. 1.G
Incompleṭorum ratio. 8.G
Indiuiduum uagum generis ad omnes ſpecies eius attinet. 55.B
In quo differant ac conueniant abſtractū, & concretum. 72.E
In omni fallacia eſt aliquid cauſa apparentię & aliquid cauſa effectus. 178.D
In quo quale ipſum a qualitate differat. 104.C
Interpretationis multiplicitas. 150.D
In qualibet deſtributione quatuor ſunt. car. 236.E

Illorum

Iſtorum uerborum incipit,& definit natura,ac reſolutio. 158.G
Infinitum ſubſtantiuum qñque, & quandoque adiectiuum nomen eſt. 260.C
Ignorantiæ multiplex modus. 198.E

L

Locus a toto in quantitate ad ſuam partem,& quomodo teneat affirmatiue ac negatiue. 254 C
Locus a termino inferente denominatur, non a termino illato. 148.D
Locus a ſubſtantia quid. 146.G
Locus eſt quantitas continua. 90.D
Locus arg.a priuatiue oppoſitis. 167.B
Locus a ſimili affirmatiue, & negatiue. car. 169.D
Loci alij reducibiles ad locos a ſubſtantia. 150.G
Locus maxima,cur ſic nominetur. 145.A
Locus medius in ſuas diuiditur ſpecies,& quæ nam coniugata dicantur. 171.E
Locus arg.a contradictoriis. 168.A
Locus a parte in modo 155.F
Locus medius quid. 146.A
Loci extrinſeci in ſpecies partitio, 165.D
Locus a concomitantibus ſubſtantiã quid ſit. 146.H
Locus a cauſa materiali,qũo teneat. 160 F
Locus a ſubſtantia triplex. 147.A
Locus a toto uniuerſali, & modus arguendi in eo. 152.B
Linea,ſuperficies,corpus,quantitatis continuæ ſpecies ſunt. 89.E
Logica modicis neceſſaria eſt. 4.F
Liberalium & mechanicarum artium numerus quinque. 2.H
Logicæ totius diffinitio. 1.H
Liberalium artium numerus. 3.B
Locus a diſperatis affirmatiue, non tantũ ualet. 168 C
Locus a toto in modo 155.E
Locus a partibus totius in quantitate ad ſuum totum affirmatiue ac negatiue tenet. 154.D
Locus arguendi a toto integrali. 153.C
Locus,& ubi in quo conueniant, ac differant. 106.E
Locus ſic diuiſus analogum eſt. 146.B
Loci maxime a loco differentia maxime diſcrimen. 144.H
Locus a dẽſcriptiõe,& eius maxima 149.F
Locus a concomitantibus ſubſtantiam,& ſpecierum eius numerus. 151.G

M

Modus reducendi Fapeſmo per impoſſibile. 128.G
Modus arg ab uſibus. 164.E
Modus arguẽdi a cauſa efficiente ad ſuum effectũ affirmatiuũ & negatiuũ. 159.C
Modus arg.a relatiue oppoſitis. 165.G
Modus arguendi per locum a maiori ad minus,& econtra. 169.B
Modus arguendi a tranſumptione quadruplex. 170.D
Maioris,& minoris extremitatis ac medij rationes. 120.D
Modus arg.a generatione negatiue.163 D
Modorum infiniti ſufficientia. 251.G
Modus ſoluendi ſophiſma,uerus,& apparens. 244.A
Modorum quinque ſecundum quid ad ſimpliciter,expoſitio. 196.G
Modus argu.a ſimpliciter ad ſecundũ quid idem. 197.A
Menſurare dicit continuitatem. 285.D
Menſura uocis prolatæ quæ. 88.E
Motus cœli nec incipit nec deſinet. 304.F
Modus ſoluendi omnes rationes. 311.B
Modus arguendi in Ceſare & eius reductio. 131. A
Modus arguẽdi in Baroco,qui ſolum probatur per impoſsibile. 131. D
Modus reducendi friſeſmo per impoſsibile. 129.A
Modus árguendi in Feſtino & eius probatio. 131.C
Modi duo arguendi in conditionalibus neceſſarij. 33. G
Modus arguendi in cameſtres & eius probatio. 131. B
Modus arguendi in Feriſon, & reductio. car. 135.F
Modus arguẽdi in Darapti,& eius triplex probatio. 133.F
Modorum trium æquiuocationis ſufficientia. 182. E
Modus arguendi in Datiſi, & eius reductio. 135.D
Modus arguendi in Felapton. 134.A
Multiplex quoddam actuale quoddam potentiale

tentiale quoddam fantaſticum. 179.F
Modus capitui tam nominaliter quàm ad uerbialiter. 39.G
Modus communis ſoluendi quoſcunq; paralogiſmus. 181 F
Modus exiſtente particulari nihil ſequitur. 129 G
Modus arguendi in Diſamis, & eius probatio. 135.A
Modus arg.a cauſa formali. 161,E
Modus arg.a cauſa materiali. 160 F
Modus arg.ab effectu formali. 161.F
Modus arg.ab effectu cauſæ materialis ad materiam ipſam. 160.G
Modus arguendi ab effectu ad ſuum efficiens. 159.E
Modum duplex cõiunctione, ac poſitione.
Modus arg.a cauſa Finali ad effectũ.162.C
Membra diuiſionis oppoſitionem quomodo habent. 173.B
Modus arguendi in Celarent quomodo probatur. 125.B
Modus arguendi a parte ſubiectiua ad ſuũ totum. 152.C
Modus arg a cõiter accidentibus. 164.G
Modus arg.a relatiuis. 165.F

N

NOmen infinitum, & eius conditiones. car. 9.G
Nota regulam pro reductione, modorum huius figuræ ad primam. 134,B
Nominis a uerbo differentia ex 4.phy.t. t.com.130. & idem. 9.F
Negationis officium in modalibus. 44.B
Naturalis potentiæ, uel impotentię origo. car. 93.E
Neceſſitas conſequentis ac conſequentiæ. car. 119.D
Nõ oĩs terminus infinitari cõtingit.270.B
Non ſunt eadem ſigna accidentium diſtributiua ſecundum numerum, & ſpeciem ſicut ſubſtantiæ. 249 C
Non niſi quandoque exceptionem quãdoque conſecutionem dicit. 295,G
Negatio præpoſita uel poſtpoſita termino ſingulari idem ſignificat ſecus in communibus. 271.E
Nota dictum Alber. pulcherrimum de reduplicationis & diſtributionis natura ac diſcrimine. 257.D

O

OCto modis ſumitur ſubiectum. 1.F
Oppoſitum ſubalterna & cur eã omiſit Ari. 22.A
Oppoſitiones dupliciter conſyderantur ex qua duplex oppõnũ ordo patebit. 111.E
Oppoſitionum, alia relatiua, alia contraria, alia priuatiua. 109.F
Oppoſitionis triplex acceptio: 109.E
Omnium ſpecierum ſyllogiſmi ſufficientia. 174 A
Ordinari cauſas adinuicem, quatuor modis contingit. 158 F
Oratio triplex. 88.D
Omnis fallaciæ in dictione ad ignorantiam elenchi reducuntur. 205.H
Omnis in plurali quandoque collectiue quandoque uere diſtributiue ſumi contingit. 238 B
Omnium exceptionẽ circa totum in quantitate fieri neceſſe. 256.B
Ordo fallaciæ diuiſionis ad alias. 187.H
Orationis compoſitæ ac diuiſæ diſcrimen. 188.B
Omnis ſophiſmatũ ſoluẽdi modus. 215.B
Ordo huius fallaciæ ad alias. 189.F

P

PRius ordine a priori ſecundum perfectionem diſcrimen. 112.H
Proprie proprium actionis eſt ex ſe paſſionem inferre. 103.G
Propoſitio uniuerſalis duplex. 281.H
Proprietas termini totus quæ. 247 B
Propoſitio exponibilis quid ſit. 253.B
Præmiſſa cauſa concluſionis & quæ non cauſa. 203.A
Propoſitiones de ſuperlatiuo quomodo affirmatiue, ſeu negatiue exponendæ ſint. 261.G
Propoſitionis de cõparatiuo proprie ſumpto formaię triplex exponendi modus. 261.F
Propoſitionis excluſiuæ exponendi modus, quæ item ad excluſionem requirantur. 254.E
Propoſitio affirmatiua de hoc ſigno, totus quomodo exponitur. 263.B
Propoſitionis ſolutionis intellectus. 233 E
Propter quid dictio aliqua excluſiua dicatur. 272.C

Perſonalis ſuppoſitionis ſpecies. 212.F
Propoſitiones de incipit & deſinit aliter in rebus permanentibus & in ſucceſsiuis exponendæ ſunt. 258.H
Propoſitionis reduplicatiuę naturę ſecundum quatuor exactiſsima conſyderatio. 257.C
Propoſitio de ſigno totus formata uniuerſalis eſt. 263.B
Propoſitiones de infinito quomodo exponendæ. 260.D
Primus fallaciæ accidentis modus. 194.B
Primus huius fallaciæ modus. 201.F
Primæ regulæ intellectus ac ratio. 77.C
Primæ ſubſtantiæ, æqualiter ſubſtantiæ ſunt. 81.A
Præter quinque ſextum etiam in comparatione quandoque annotatur. 301.F
Proprium eſt quantitati non habere contrarium. 91.A
Proprium eſt ſubſtantię non ſuſcipere magis, & minus. 85.B
Prædicabile, & uniuerſale in quo differant. 47.B
Prædicabile prædicamentum, & prædicatum quomodo diſtinguantur. 48.E
Per ſe, æquiualet neceſſario, ſicut per accidens contingens. 40.B
Prædicari quid ſit, & quid ad ipſum requiritur. 49.H
Partes definitionis uerbi exponuntur. 10F
Propoſitio de ſecundo & tertio adiacente. 14 G
Proprium commune de pluribus ſpeciebus prædicatur. 68.C
Primus modus æquiuocationis. 180.F
Primus amphibolo. modus eſt ex eo quòd oratio una principaliter plura ſignificat. 183.B
Penes quid in diſputatione ſophiſtica cauſa apparentiæ ſumatur, & quomodo diuiditur. 178.E
Prędicatur ſpecies de differentibus numero natura complete, & ſic excludun.ur omnes obi.ctiones. 54.F
Primæ regulę intellectus. 132.D
Proprium quatuor modis dicitur. 61.G
Proprium quo nam modo ſpeciem ſequatur. 63.B
Propriis ab aliis differentia. 67.H
Paſsio, & paſsibilis qualitas unam ſpeciē dicunt. 99.F
Præmiſſa particulari, & concluſio erit particularis 122 G
Pluribus in exiſtere habitui proprium eſt. car. 108.F
Pars integralis, & quomodo ex ea ad ſuum totum arguatur. 153.B
Priuatiuę oppoſita. 167.A
Poſt propoſitionem terminus definiatur. car. 117.F
Priuatiua oppoſitio quid ſit. 111.E
Prius tempore ac ſecundum ſubſiſtendi conſequentiam. 122 G
Poſitionis ac ſitus differentia. 107.D
Poſitio eſt ſpeciale prædicamētum. 107.E
Præmiſſa negatiua, & concluſio negatiua erit. 122.H
Paſsionis & paſsibilis qualitatis rō. 99.E
Propoſitio, quęſtio, concluſio, re idem ratione autem quomodo diuerſa dicantur. 144.C
Prius ſecundum cauſalitatem. 113.A
Paſsio ſumitur ſex modis. 104.E

Q

QVantitas omnium modalium in quocunque ordine. 45.C
Quia ſit genus ſubalternum. 53.C
Quatuor propoſitionum oppoſitiones. 22.E
Quæ propoſitiones ſimpliciter conuertantur. 29 D
Quomodo, una uox ſit uel plures ipſa oratio. 11.H
Quid contingens materia. 24.B
Quando quis uere redargutus dici poſsit & quando non. 177.B
Quid ſolæciſmus ac barbariſmus, ac nugatio. 177.B
Quid formale ac materiale in uoce ſignificatiua. 7.A
Quid ſignum uniuerſale. 15.G
quid ſubiectum & prædicatum propoſitionis. 14 F
Quid ſit uox ſignificatiua. 6.H
Quonāmodo logica Gram. præcedat. 4 B
Quid ſenſibile per ſe & ſenſibile per accidens. 4.H
Quatuor modis ſit ſingularis propoſitio. car. 17.E
Quō. differētia prædicetur in quale. 59.D

Quatuor conditionibus quodlibet in prædicamento reponitur. 78.E
Quid, & a quo prædicamentum dicatur, & quot ſit. 78.G
Quid prima ſubſtantia, & quomodo ſubſtare accidentibus ſibi conuenit. 79.E
Quæ genera ſubalternatim poſita dicantur. 77 F
Qua ratione hæc conuerſio per contrapoſitionem dicatur. 31.B
Quæ nam fallacia ad præſens conſideretur. 178.C
Quatuor tantum ſunt huius figuræ modi 13..A
Quid & unde dicatur ęquipollentia.36 C
Quid amphibologia. 184.C
Quinque metæ & quomodo intelligantur. 177 A
Quid ſit abundare. 60C
Quid uox naturaliter & quæ ad placitum ſignificet. 7.G
Qua rõne propoſitioni materia inſit.23 C
Qua ratione cõtrariæ ſemper in ueritate, aut in falſitate repugnent. 25.E
Quid materia remota. 24.E
Quid nã uniuerſalis propoſitio ſit, & quæ ip ſam conſtituant. 15.F
Quæ nam ſit conſequentia mala, & eius ratio. 30.D
Quid commune omnibus prædicabilibus car. 67.D
Quæ propoſitiones contrariæ ſint. 21.C
Quid termino participare. 20.C
Quid propoſitionis terminus. ibid.D
Quomodo affirmatio, ac negatio ſiat propoſitionis qualitas. 19.F
Quid propoſitio affirmatiua. 18.D
Quæ a nominis ratione excludant. 9.G
Quando modus dicto attribuatur ſeu remoueatur. 43.C
Quid denominatiuum. 72.A
Qua rõne uniuerſalis negatiua in ſuã particularẽ per accidẽs conuertatur. 30.G
Quę ſubſtantia qualis qualitatem, quãta q antitatẽ quærit enũuationis. 19.E
Quid multiplex potentiale. 180.A
Quæ qualitates ſub hac collocentur ſpecie. 99.F
Quid totum uniuerſale, & pars ſubiectiua. 152.A
Quatuor tantum eſſe ſpecies argumentationis. 141.C
Quo nam modo uera inductio ad ſyllogiſmum reducatur. 142.E
Quid deſcriptio. 149.B
Quomodo cauſa effectũ præcedat. 158.D
Quando ſimplex, ac compoſitum quid & quæ ipſius quando ſint ſpecies. 105.F
Quando indefinite ſumptum prædicamentum eſt. ibid.E
Quid poſt prædicamentum ex quo ordo pateat. 109.C
Quid cauſa formalis. 161.C
Quid totum in modo. 155.A
Quid priuatiue oppoſita ex tex. 111.F
Quando de nominatio non ſumatur a qualitate. 101.F
Quid ſyllogiſmus dialecticus ex diuerſis probabiliũ generibus ſumptus. 174.D
Quot modis materia accipitur. 160.D
Quid per effectum cauſæ finalis intelligatur. 162.E
Quæ nam qualitates in hac reponantur ſpecie. 100.F
Quinque modis tantum dicitur alterum altero prius. 113.B
Quot propoſitionum genera in quacunq; figura concludantur. 137.E
Quæ accidentia, deſcriptionem ingrediantur. 149.C
Qui nam habitus dicatur qualitatis ſpecies. 97.C
Quid locus extrinſecus, & ab oppoſitis & quot eius ſpecies. 165.E
Quid generatio. 114.G
Quid cauſæ efficiente. 159.B
Quomodo per dici de omni, & de nullo ſyllogiſmi regulentur. 118.F
Quid argumentum. 139 H
Quę ſint ſingularia ex quibus formatur inductio. 142.A
Quinque Poſtprædicamentorum ſufficiẽtia. 109.C
Quid ſecundum locum mutatio per omnes differentias, poſitionis. De iſtis poſitionum differentiis uide.5.Phi.& 2.cęli & mun.t.cõ.14. 115 B
Quid ſit naturalis potentia, uel impotentia. 98.D
Quid contradictio, 167 G

Regula

R

Regula excluſionis ſpecialis. 273.H
Relatiuum ſubſtantiæ, & accidentis quod. 216.C
Relatiua identitatis quæ referant. 217.C
Regula ad generalem exlcuſionē. 274.A
Rerum, in ſucceſsiuas, & permanentes diuiſio, earūq; ab inuicē differētia. 258.E
Res quæ eſt diſpō ſubiecti duplex. 264 C
Reduplicatiua quomodo exponēda ſit disiunctiue. 357.E
Regula pro fallacia accidentis cognoſcenda. 241.A
Relatiuum identitatis in accidētibus quo duplex. 221.G
Reſtrictio naturalis quot modis fiat. 228G
Reſtrictionis per implicationē factæ alia regula. 230.F
Regulē duę ad ampliationū notitiā. 225.C
Relatiuum ſubſtantiæ diuiditur. 216 C
Relatiuum accidentis quod. 220.H
Relatiuum ſubſtantię, diuiditur in reciprocum, & non reciprocum. 218.B
Relatiuū reciprocū quid nō īferat. 218.C
Reſtrictionis per nomen factæ neceſſaria regula. 230 E
Relatiui reciproci ab aliis diſcrimē. 218D
Regulæ ad exceptionē neceſſarię. 280.D
Reſtrictionum alia per uerbum, alia per nomen fit. 229.A
Relationis realis rationis doctrina. 95 C
Relatiua ſimul cognoſcuntur. 95.E
Relatio articuli qualis. 299.C
Regula neceſſaria ad copulatiuarum contradictionem cognoſcendam. 34.G
Regula ad cōuertendas propoſitiones ualde neceſſaria. 30.F
Regula de reductione horum modorum plurimum neceſſaria. 135.B
Regula de diſtributione. 132.A
Regula reperiēdi terminos in quibus omni, & in quibus nulli. 132.E
Regulæ quatuor, uirtute quarum tenent conſequentiæ. 43.B
Riſus ac fletus in homine ortus. 63.C
Reductio exempli ad ſyllogiſmum. 243 F

S

SVfficientia liberalium artium. 3.C
Subiectum attributionis cuiuſcunque ſcientiæ. 2.F
Senſibile per ſe duplex. 4 H
Septem in quolibet reperiūtur indiuiduo, quæ rationem eius complent. 57.B
Subalternarum natura. 22.D
Singuli modi quatuor propoſitiones formant. 41.G
Speciei ab aliis differentia. 67.G
Subiectum prędicatum, & copula quid ſint. 14 F.
Secundus amphibo. modus ex tranſumptione orationis fit. 183.B
Sicut affir. ad affir. ita nega. ad nega. uerificatur in conuertibilibus. 32.A
Syllogiſmus expoſitorius. 133.H
Si ſubalternās ē uera, ſubalterna eſt uera & non econtra, ſi ſubalterna eſt falſa, ſubalternās, eſt falſa, & nō ecōtra. 27.A
Semper eſt concluſio negatiua in ſecunda figura. 130.A
Sophiſma pro huius ſigni ampliori notitia. 248.B
Solutio paralogiſmorum duplex. 193.B
Si affirmationes conuertuntur, & negationes. 277.B
Sex modis ſumitur ratio. 139.C
Syllogiſmus perfectus, & imperfectus. 119.F
Syllogiſmorum multiplicitas. 139.A
Sex ſyllogiſmorū poteſtates. 137.C
Septem modorum ipſis habere intellectus. 116.A
Similitudo, & ad eam requiſita. 169.C
Sequi ad aliud duobus contingit modis, car. 158.C
Syllogiſmus expoſitorius, & eius regula.
Signum uniuerſale quo pacto ſuam uim amittit. 231.B
Superlatiuus, & comparatiuus aliquando proprie aliquando improprie ſumpta quid ſunt. 261.D
Subſtantiuorum ſuppoſitio. 209.E
Solutio ſophiſmatis per duas regulas. 233D
Signorum ad quantitatem ſpectantiū ſpeculatio præcedit eam quæ de infinito, Quę nam ſunt ſigna ad genus quantitatis pertinentia. 250.B
Significatio duplex, naturalis, & ad placitum 208 F
Signorum diſtributiuorum effectus multiplex, ac diuiſio. 236.G
Similis oſtēſiu, & p īpoſsibile qd. 202.G

Suppoſitio

Suppoſitio perſonalis quæ. 222.E
Signorum uniuerſalium affirmatiuorum ac negatiuorum iudicium. 214.G
Suppoſitionis notitia quãtũ ualeat. 207.E
Suppoſitio accidentalis quæ. 211.C
Suppoſita alicuius termini in actu dupliciter dicuntur. 213 C
Simplicis ſuppoſitionis ſpecies. 212 C
Suppoſitio perſonalis quæ. 211.F
Suppoſitionis accidẽtalis in ſimplicem, & perſonalem diuiſio. 211.H
Subſtantia quatuor modis dicitur. 283 B
Sex regulæ deſcenſus. 286.G
Subſtantia, & accidẽs per quid indiuiduãtur. 76.F
Sufficientia modorum eſſendi in. 70.F
Subſtantiæ particularis, & uniuerſalis differentia. 76.C
Species ſpecialiſsimæ æqualiter ſubſtantiæ ſunt. 81.H

T

TEmpus eſt Eternum. 305.B
Termini ſubſtantiales & accidentales non ſimiliter ſupponũt cum incipit & deſinit. 305 F
Terminus hõ quomodo ſupponat. 313.C
Terminus cõmunis, uel apponens uerbo præſentis temporis ſimpliciter ſumpto non habenti uim ampliandi a ſe, uel ab alio, ad eã q termini ſupponentis ſunt reſtringitur. 231.F
Tres relatiuorum regulæ ad modũ neceſſariæ. 220.B
Totum diuerſimode ſumptum quomodo propoſitionẽ exponibilẽ reddat. 263.A
Terminum eundem, quomodo diſtribui, ampliari, reſtringi, ac ſuppoſitionẽ habere dicatur. 236.D
Triplex orationis acceptio. 11.G
Tres ſunt differentiæ actus. 61.A
Triplicis conuerſionis ſufficientia. 28.C
Triplex negatio. ſ. negans, infinitans, & priuans. 36.D
Tres ſunt æquiuocationis modi & de primo. 182 A
Tertius amphibolog. modus ex orationis compoſitæ ſeu diuiſe diuerſa ſignificantis ſumitur. 183.C
Terminus communi dupliciter. 227.D
Tria ad fallaciæ accidẽtis naturam requiruntur. 197.A
Terminorum appellatiuorum multiplicitas. 227 E
Tres ſunt huius fallaciæ modi, & de primo. 195.B
Termini eãdem in negatiua quã in affirmatiua habent reſtrictionem. 235.C
Termini definitio. 117.F
Tres poſitionis proprietates. 102.F
Totius & partis multiplicitas, & oppoſitio. 151.H
Triplex determinationis genus. 155.D
Triplex ſyllogiſmus ſophiſt. 134.E
Totum integrale, & de eius a cæteris differentia. 152.H
Totum homogeneum, & heterogeneum car. 123.A

V

VNiuõcum duplex, uniuocans, & uniuocatum. 71.B
Vniuerſalis uariæ acceptiones. 45.H
Vnde dicatur propoſitio indefinita. 16.F
Vniuerſaliũ notitia, ad q ſit utilis. 47.A
Vniuerſalis negatiua ſimpliciter conuertitur. 29.D
Verborũ iſinitorũ natura duo exigit. 10.H
Vna figura alia perfectior in modo concludendi. 134.D
Vbi duplex compoſitũ ac ſimplex, & eius ſpecies. 106.F
Vniuerſalis negatiua exceptiua quomodo exponitur. 256.D
Virtus ampliandi a quo ſit. 224.B
Vſus, duplex conſyderatio. 164.F
Virtutem diſtribuendi habere duobus accidit modis. 246.E
Vniuerſalia quare inuenta fuerunt. 236.F
Virtus huius termini, nullus. 248.E
Verbum quomodo reſtringere habeat terminum communem, tam in negatiua, quam in affirmatiua. 235.A
Verbi præſentis temporis ꝓprietas. 235.
Vnde dicat relatiuum accidentis. 221.F
Vnum correlatiuum quomodo in alterius definitione ponatur. 95.F
Vniuoce prędicari tripliciter ſumitũ. 83.G

FINIS.

VERSORII DOCTORIS PARISIENSIS

COMMENTARIA IN PETRI HISPANI SVMMVLAS

Hoc eſt totius Logicæ Ariſtotelis compendium.

De ſingulis huius libri cauſis, atque totius Dialecticæ facultatis partitione.

EXORDIVM.

ISTE eſt tractatus Summularum Magiſtri Petri Hiſpani, in quo ipſe compendioſe determinat de his, quæ in libris Logicæ Ariſtotelis, Boethi, & Porphirii prolixe continentur. Et dicitur Liber ſummularum per ſimilitudinem ad ſummam proprie dictam. Eſt enim ſumma proprie dicta magnus numerus, reſultans ex aggregatione plurium paruorum numerorum, & tranſumptiue per ſimilitudinem ad ſummam proprie dictam, aliquis liber, in quo eſt aggregatio plurium tractatuum particularium, uel capitulorum, dicitur Summa, & Summula eſt diminutiuum a ſumma, ſic accepta ſecundum tranſumptionem. Et quia iſte Liber breuis eſt & compendioſus, ideo uocatur ſummula, & definitur ſic. Summula eſt quoddam breue compendium in breui, & generali compræhendens illa, quæ in libris logicalibus diffuſe, & in ſpeciali tractantur. Et dicitur Petri Hiſpani ad denotandum cauſam efficientem huius tractatus. Ipſe enim hunc tractatum extraxit a libris Ariſto. & aliorum Logicorum, & per hoc patet titulus huius libri. Eſt enim titulus nominatio libri ſecundum omnes, uel aliquas ſuarum cauſarum.

Efficiēs cā huius libri.

C

D

Primò ſciendum, quòd huius libri, ſicut & aliorum ſunt quatuor cauſæ, ſcilicet cauſa efficiens, materialis, formalis, & finalis. Cauſa autem efficiens dicta eſt. Et eius cauſa materialis, ſiue ſubiectum attributionis, ſicut etiam totius Logicæ eſt argumentatio, quæ nihil aliud eſt quam quidam proceſſus rationis noſtræ de notitia noti ad ignoti notitiam, & capitur ibi ratio in prædicta definitione, ut capitur ab Iſac. quam ſic definit, quòd eſt animæ noſtræ intelligibilis uirtus faciens currere cauſam in cauſatum. Et quòd argumentatio ſit ſubiectum huius ſcientiæ, ſic probatur ratione, quia conditiones ſubiecti attributionis conueniunt argumentationi reſpectu huius ſcientiæ, ergo ipſa eſt ſubiectum attributionis

Quid rō diſcurſiua.

Argumentatio ē Logicæ ſubiectum.

butionis huius ſcientiæ, vnde tres ſunt conditiones ſubiecti attributionis. Prima eſt, quòd illud ſit principalius conſyderatum in ſcientia, cuius eſt ſubiectum, & ideo paſſiones ſubiecti, & principia, & partes ſubiectiuæ, & integrales, quæ conſyderantur ratione ſubiecti, & non principaliter non habent rationem ſubiecti. Secunda conditio eſt, quòd omnia conſiderata in ſcientia, cuius eſt ſubiectum, habeant reductionem ad tale ſubiectum, & ſub eo contineantur quantum ad rationem formalem ſuam, & modum conſyderandi. Vnde aliqua reducuntur ad ſubiectum ut principia eius, aliqua ut paſſiones, & aliqua ut partes ſubiectiuæ vel integrales. Tertia eſt, quòd tale ſubiectum ſit adæquatum ſcientiæ, cuius eſt ſubiectum ita quod ſub tali ratione formali in nulla alia ſcientia conſyderetur, ſed quòd tale ſit ſibi proprium ſub tali formali ratione. B

Octo modis ſumitur ſubiectum.

Secundo ſciendum quòd ſubiectum octo modis ſumitur. Primo modo pro obiecto alicuius potentiæ, ut color dicitur ſubiectum uiſus.i.obiectum. Secundo modo pro famulo alicuius domini, ut famulus dicitur ſubiectus ſuo domino. Tertio modo pro corpore poſito ſub alio, ut fundamentum dicitur ſubiectum parietis. Quarto modo pro ſubiecto accidentis, ut paries eſt ſubiectum albedinis. Quinto pro ſubiecto propoſitionis, ut homo eſt animal. Sexto pro ſubiecto propriæ paſſionis, ut homo eſt ſubiectum riſibilis. Septimo pro ſubiicibili uel inferiori reſpectu alicuius ſuperioris, ut homo reſpectu animalis. Octauo pro ſubiecto attributionis, de quo modo eſt hic principaliter propoſitum, & deſcribitur ſic. Subiectum eſt cuius completa, & perfecta notitia intenditur in ſcientia, cuius eſt ſubiectum, & ſub cuius ratione formali omnia tradita in illa ſcientia conſyderantur, & ad ipſum habent attributionem & ordinem qui modi in his uerſibus notantur. F

Subiectū attributionis cuiuſcunq; ſciētiæ.

Obiectum, uerna, poſitum ſub cui, quod inhæret.
Quod prius eſt copula proprij logicaliter infra.
Quo ſimul ars hæret, ſunt bis ſubiecta quaterna. G

Intrīſecus & extrinſecus finis huius artis

Tertio ſciendum, quòd duplex eſt cauſa finalis.ſ.intrinſeca & extrinſeca. Vnde finis eius intrinſecus eſt perfecta & completa cognitio ſui ſubiecti, ſcilicet argumentationis, & hoc quantum ad ſua principia, partes, & proprietates, ſicut & in qualibet ſcientia ſpeculatiua finis propinquus eſt perfecta cognitio ſui ſubiecti. Sed eius finis extrinſecus eſt cognitio omnium aliarum ſcientiarum, quæ per argumentationem acquiruntur. Et ideo, cum omnis ſcientia noſtra ſit bonum perfectio ipſius animæ excedens in perfectione omnia bona corporis, ſequitur quòd Logica, per quam omnes aliæ ſcientiæ acquiruntur eſt utilis & neceſſaria. Vnde bonitas rei, & utilitas attenduntur ex parte ſui finis

Quarto ſciendum, quòd cauſa formalis huius tractatus eſt duplex, ſcilicet forma tractandi, & forma tractatus. Forma tractandi eſt ſuus modus procedendi, qui eſt quadruplex, ſcilicet definitiuus, diuiſiuus probatiuus, & ratione noſtri exemplorum poſitiuus. Cuius ſufficientia ſic habetur. Nam omnis modus procedendi in aliqua ſcientia, aut eſt de bene eſſe, aut eſt de neceſsitate doctrinæ. Si primū, ſic eſt quartus modus, qui eſt exemplorum poſitiuus. Si ſecundum, hoc eſt dupliciter, aut ſe tenet ex parte ſcientiæ tantum, & ſic eſt argumentatiuus, aut ſe tenet ex parte rei ſcibilis, & hoc eſt etiam dupliciter, quia aut notificat ipſum ſcibile quantum ad ſua eſſentialia, & ſic eſt modus definitiuus, aut notificat illud quantum ad poteſtatem, & ſic eſt diuiſiuus. Et Forma tractatus eſt diuiſio libri per tractatus, & tractatuum per capitula, & capitulorum per partes, & partium per lectiones. Vnde in hoc libro ſunt ſeptem tractatus principales. Primus eſt de enunciatione, correſpondens libro perihermenias. Secundus eſt de uniuerſalibus, H

Logicæ totius diuiſio.

A ſalibus, correſpondens, libro Prædicabillium Porphirii. Tertius eſt de prædicamentis correſpondens libro Prædicamentorum Ariſto. Quartus eſt de Syllogiſmo ſimpliciter correſpondens libro Priorum. Quintus eſt de Locis dialecticis correſpondens libro Topicorum. Sextus eſt de Fallaciis correſpondens libro Elenchorum. Septimus eſt de Paruis Logicalibus conſyderans de aliquibus proprietatibus terminorum, ſcilicet de ſuppoſitionibus, de relatiuis, de appellationibus, amplitationibus, reſtrictionibus, & de dictionibus ſincategorematicis, qui Tractatus non correſpondet alicui ſpeciali librorum Logice, ſed eſt extractus a diuerſis libris. Et licet uia doctrinæ ille tractatus ſequatur tractatum Fallaciarum, tamen ordine naturæ debet immediate ſequi tractatum Prædicamentorum, quia ibi determinatur de paſsionibus terminorum incomplexorum. Et ſic patent titulus, cauſæ, & diuiſio huius libri. Et ſi quæratur, cui parti Philoſophiæ ſcientia libri ſubordinatur. reſpondetur, ſermocinali. quia Logica eſt
B ſcientia tractatus de ſermone.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Iſte Liber eſt tantum vna Summula, igitur male nominatur Summulæ in plurali numero. Secundo ſic. Anima eſt ſubiectum ſcientiæ huius Libri, quia eſt ſubiectum cuiuslibet ſcientiæ. igitur non argumentatio.

Tertio ſic. Scientia eſt habitus concluſionis, ſed argumentatio non eſt concluſio, igirur de ipſa non eſt ſcientia, nec eſt ſubiectum.

Quarto ſic. Prius nunquam reducitur ad poſterius, ſed priucipia ſubiecti præcedunt ipſum, igitur nunquam habent reductionem ad ipſum, ut dictum eſt prius.

Quinto ſic. Finis logicæ eſt perfectio Animæ, cum ſit finis cuiuslibet ſcientiæ. ergo perfecta cognitio argumentationis non eſt hic finis, cum illa cognitio ſit effectus animæ conſequens ſuum eſſe completum.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ ſi conſyderetur iſte Liber, ut eſt unus
C totalis tractatus, bene dicitur Summula in ſingulari, ſed, ſi conſyderetur ut continens plures partiales tractatus, bene dicitur Summulæ in plurali.

Ad ſecundum dicitur. ꝙ licet anima ſit ſubiectum inhæſionis cuiuslibet ſcien- Rñſiones.
tiæ capiendo ſubiectum pro ſubiecto accidentis, non tamen eſt ſubiectum attributionis eius, de quo ſolum eſt hic ad propoſitum. Ad tertium dicitur. ꝙ de concluſione tantum eſt ſcientia directe tanq̃ de obiecto proprio eius, ſed tamen indirecte eſt ſcientia de ſubiecto concluſionis, & de eius prædicato, de principiis & partibus eiuſdem ſubiecti. modo licet argumentatio non ſit concluſio tantum, tamen ut deſignatur per modum incomplexi poteſt eſſe ſubiectum uel prædicatũ concluſionis. Ad quartum dicitur, ꝙ licet principia ſubiecti ſecundum ſuum eſſe non habeant reductionem ad ſubictum, tamen poſsint reduci ad ipſum quantum ad rationem conſiderandi, & iſto modo poſteriora ſunt. Ad quintum, negatur conſequentia. & cauſa eſt, quia licet perfecta cognitio argumentationis
D ſit ipſamet perfectio, ſiue effectus animæ, tamen bene eſſe poteſt perfectio eius accidentalis, & poteſt perficere ipſam in ordine ad ſuum finem ultimum, qui eſt ſumma fœlicitas. ideo,

PETRI HISPANI
SVMMVLARVM LOGICAE
TRACTATVS PRIMVS.

SVMMA TRACTATVS PRIMVS.

Devocibus. De Nomine, & Verbo. De Oratione, & eius ſpeciebus. De propoſitione categorica, hypothetica, & modali, deq; illarum oppoſitionibus, ac circa ipſarum veritatem, & falſitatem quam plurimis regulis.

Quid Dialectica, & eius ad cæteras artes vtilitas.

Primo to. c.12. & ſecundo Poſte.ca. vlti. & 4.Me. t. c.1.& ĩ pleriſque alijs locis.

DIALECTICA eſt ars artium, ſcientia ſcientiarum, ad omnium methodorum principia viam habens. Sola enim Dialectica probabiliter diſputat de principijs omnium aliarum ſcientiarum.

Poſtquam dictum eſt de cauſis huius Libri, & titulo eius, hic conſequenter accedendum eſt ad materiam eius. In principio autem huius Auctor præmittit proœmium. & quia in proœmio quilibet G
Auctor debet reddere auditorem beneuolum, docilem, & attentum, ideo ratione huius Auctor primo oſtendit excellentiam, vtilitatem, & ordinem huius ſcientiæ, ratione cuius primo definit Dialecticam dicens, ꝙ eſt ars artium, &c. In qua definitione oſtenditur excellentia eius, cum dicitur [Ars artium.] & tangitur vtilitas eius, cum dicitur [Ad omnium methodorum principia viam habens] pro cuius definitionis intellectu.

Primo ſciendum eſt ꝙ ars dupliciter accipitur, vno modo ſpecialiter, vt ab Ariſto. definitur ꝙ eſt recta ratio rerum a nobis factibilium, & ſic eſt vnus habitus intellectualis ab alijs diſtinctus. & hoc modo diuiditur per ſeptem artes mechanicas, quæ continentur his verſibus.

Ars mechanica quid.

Lana, Nemus, Miles, Nauigatio, Rus, Medicina.
His ars fabrilis coniungitur mechanicæ ſunt.

Alio modo ſumitur ars generaliter vt definitur a Tullio, quæ eſt collectio plu- H
rium præceptorum in vnum finem tendentium. & hoc modo eſt quoddam ſuperius ad ſcientiam & ad artem proprie dictam. & hoc modo ponitur in definitione Dialecticæ, ratione cuius primo ponitur ars q̄ ſcientia, & non capitur ſpecialiter vt opponitur ſcientiæ: quia ſic oppoſita poneretur in eadem definitione.

Liberaliũ & mechanicarũ artiũ numerus quinq; habitus intellectus 6. Ethi. ca.4.

Secundo ſciendũ eſt ꝙ ars gñaliter capta ſub ſe comprehẽdit plures habitus intellectuales, & non eſt vnus habitus intellectualis ab alijs diſtinctus. Vnde quinq; ſunt habitus vel virtutes intellectuales, quibus non contingit falſum dicere. ſ. Sapientia, Scientia, Intellectus, Prudentia, & Ars. duorum ſic habetur ſufficientia. Quia oĩs habitus intellectualis, vel eſt ſpeculatiuus vel practicus. ſi ſpeculatiuus, hoc tripliciter. vel dicit cognitionẽ principiorũ & concluſionũ ſimul, & ſic eſt Sapientia, vel principiorũ tm̃, & ſic eſt Intellectus, vel cõcluſionũ tm̃, & ſic eſt ſciẽtia.

Vel

A Vel ſic omnis habitus eſt ſpeculatiuus, uel practicus. Si ſpeculatiuus, hoc eſt dupliciter, uel circa principia, uel circa concluſiones, ſi ſecundum, ſic eſt Scientia ſi primum, hoc eſt dupliciter, uel circa principia demonſtrationum, quæ ſunt principia cognoſcendi, & ſic eſt intellectus. uel circa principia rerum, quæ ſunt principia quo ad eſſe, & ſic eſt Sapientia.

Si ſit practicus, eſt dupliciter, uel circa agibilia, & ſic eſt Prudentia, quæ ſic deſcribitur. Prudentia eſt recta rō rerum à nobis agibilium, uel circa factibilia, & ſic eſt Ars. Vnde Sapientia eſt cognitio de primis cauſis, & principiis complexis rerum, ſed intellectus eſt habitus principiorum indemoſtrabilium. ſcientia uero eſt habitus concluſionis firmus, certus & euidens per demonſtrationem acquiſitus, & omnes iſti habitus aliquo modo continentur ſub arte generaliter dicta, quia in quolibet eſt collectio plurium præceptorum uel regularum ad unum finem tendentium. Ex quo patet ꝙ ſub arte accepta generaliter cõtinẽtur ſeptem B artes liberales, quia illæ continentur ſub ſcientia, quæ ſunt Grammatica Logica, Rhetorica, Muſica, Arithmetica, Geometria, & Aſtrologia. Tres primæ dicuntur triuiales, quaſi tribus uiis in unum finem tendentes, quia Grãmatica conſyderat de ſermone congruo uel incongruo: Logica uero de ſermone vero uel falſo. Rhetorica de ſermone ornato, uel inornato, & ſic procedunt in cognitionem ſermonis. Aliæ dicuntur quadriuiales, quaſi quatuor uiis in unum finem tendentes. ſ. in cognitionem quantitatis, quia Arithmetica eſt de quantitate diſcreta non contracta. ſ. de numero. Muſica eſt de quantitate diſcreta contracta ad ſonum. Geometria de quantitate continua non contracta. Aſtrologia de quantitate continua contracta ad motum, unde omnium liberalium artium ſic poteſt haberi ſufficientia. Omnis ars liberalis eſt circa ſermonem, uel circa quantitatem ſi primum, ſic eſt tripliciter, uel circa ſermonem congruum uel incongruum, & ſic eſt Grammatica, aut circa ſermonem uerum uel falſum, & ſic eſt Logica, aut C ornatum uel inornatum, & ſic eſt Rhetorica. Si circa quantitatem, hoc eſt dupliciter, uel circa quantitatem continuam, uel diſcretam, ſi ſecundum hoc eſt dupliciter, aut circa ea ſimpliciter & non contractam, & ſic eſt Arithmetica, quæ eſt de numero in communi, uel eſt circa quantitatem diſcretam contractam ad ſonum, & ſic eſt Muſica, quæ conſyderat de numero ſonorum, ſi primum hoc eſt dupliciter, aut eſt circa cauſam ſimpliciter non contractam, & ſic eſt Geometria, aut circa ipſam contractam ad motum, & ſic eſt Aſtrologia, unde uerſus.

Liberaliũ artium numerus.

Sufficiẽtia liberalium artium.

Gra, loquitur dia uera refert, re uerba colorat.
Mus canit, ar. numerat, Geo ponderat. As. colit Aſtra.

Iſtæ autem artes dicuntur liberales triplici de cauſa. Prima quia antiquitus ſolum liberi, & nobiles conſueuerunt eis ſtudere. Secunda, quia liberant homines eis ſtudentes a curis mundanis. Tertia, quia ordinantur ad opera per animam tantum exercenda, quia anima libera eſt reſpectu corporis, ideo iſtæ artes dicun D tur liberales. Artes uero mechanicæ, dicuntur potius ſeruiles, quia ordinantur ad opera per corpus exercenda, corpus autem ſeruit animæ, & dicuntur illæ liberales artes alia de cauſa, quia liberæ informant intellectum noſtrum ſine aliqua difficultate, & per hoc Phyſica, & Metaphyſica, quæ non libere informant intellectum non dicuntur liberales, quia Methaphyſica eſt de nimis eleuatis ſupra intellectum, Phyſica uero eſt de nimis immerſis materiæ.

Ars mechanica unde dicatur.

Tertio ſciendum ꝙ Methodus accipitur dupliciter, uno modo proprie prout eſt breuis & recta uia cito ad terminum ducens, alio modo tranſumptiue & ſimilitudinarie, & ſic eſt ſcientia compendioſe tradita, cito ducens in cognitionem ſui ſubiecti, & hoc modo capitur in iſta definitione cum dicitur, ꝙ Logica habet

uiam ad principia omnium Methodorum,ſenſus eſt,omnium ſcientiarū,& ualet E per hoc ad illarū principia,quia conſyderat de argumentatione per quam inquirimus de principiis oīum ſcientiarū, & quia nulla ſcīa ab iſta docet modū arguēdi probabiliter,ideo ſola Dialectica diſputat de principiis aliarum ſcientiarū.

Duōnes. Quarto ſciendum ꝙ Dialectica dupliciter accipitur. Vno modo generaliter pro tota logica. Alio modo ſpecialiter ſolum pro illa parte Logicæ, quæ traditur in libris Topicorum hic autem definitur pro tota Logica,tamen ſub nomine ſuæ partis.Logica enim probabiliter diſputat ratione ſuæ partis,quia illud,quod conuenit parti etiam aliquo modo conuenit toti gratia partis, & ſic patet definitio Dialectice & quomodo hic capitur ſcilicet communiter.

Sed contra hanc definitionem primo arguitur. Ars eſt de factibilibus a nobis, cum ſit recta ratio rerum a nobis factibilium, ſed logica non eſt de factibilibus a nobis ergo non eſt ars.

Secundo ſic.Modus ſciendi non eſt ſcientia,ſed Logica eſt modus ſciendi,ergo F Logica non eſt ſcientia.

Tertio ſic Ille genitiuus artium, ſiue ſcientiarum denotat excellentiam Logicæ ad alias ſcientias cum omnis genitiuus pluralis numeri reflexus ſuper ſuū nominatiuum ſingularem importat excellentiam, ſed Logica non eſt excellentior aliis ſciētiis cū multæ ſint excellentiores ipſa.ut pura ſcīa Methaphyſicę ergo &c.

Quarto arguitur,ſic.Logica eſt quidam Methodus, ergo ſi docet uiam ad principia,ſequitur,quod doceat uiam ad principia ſuiipſius,quod eſt inconueniens.

Solutio. Quinto arguitur.Principia ſcientiarū ſunt per ſe nota, ergo Logica non ualet ad cognitionem illorum principiorum.Ad rōnes.Ad primū iſtorum dr̄ quod licet ars ſpecialiter capta ſit de factibilibus a nobis non tñ ars generaliter capta,& iſto modo capitur hic,& ſic Logica bene eſt ars Ad ſecundum dr̄ ꝙ Logica dupliciter accipitur uno modo pro perfecta argumentationis cognitione, quæ dicitur Logica docens, & ſic dicitur ſcientia, nec eſt modus ſciendi, alio modo pro uſu G argumentationis,quo utimur in aliis ſcientiis,qui uſus dicitur Logica utens,& ſic eſt modus ſciendi,& non eſt ſcientia proprie dicta.

Ad tertium dr̄ ꝙ Logica non eſt excellentior in dignitate omnibus aliis ſcientiis,& in perfectione,eſt tñ excellentior cæteris in uſu ſui ſubiecti, & applicatione eius ad acquirendum alias ſcientias. Ad quartum dr̄, ꝙ de rōne argumentationis, per quam poſſumus inquirere de principiis Logicæ, eſt,ꝙ Logica ualet ad inquirendum ſua principia ſecundum ꝙ argumentatio eſt inſtrumentū ſciendi argumentatio.n.in uniuerſali conſyderata eſt ſubiectum Logicæ,& in particulari bene eſt inſtrumentum ad inquirendum de principiis eius.Ad quintum dr̄,ꝙ licet principia ſcientiarū ſint per ſe nota ſecundum ſe, tamen quandoque ſunt ignota quō ad nos,& ſic ex parte noſtri argumentatio ualet ad cognitionē eorū.

Primo Poſte cap. 6.

Ordo huius artis ad alias.

Et ideo in acquiſitione omnium aliarum ſcientiarum Dialectica debet eſſe prior. Dicitur autem Dialectica à dia,quod eſt duo, & logos, quod ſermo,uel ratio quaſi duorum ſermo, uel ratio ſcilicet opponentis,& reſpondentis in diſputatione.Sed,quia diſputatio non poteſt haberi niſi mediante ſermone,nec ſermo,niſi mediante uoce,nec uox niſi mediante ſono, omnis enim uox eſt ſonus, ideo à ſono tanquam à communiori inchoandum eſt. H

Poſtquā Petrus Hiſpa.poſuit definitionem dialecticæ,& probationē unius partis

tis eius,in qua definitione oſtenſa eſt excellentia,& utilitas huius ſcientiæ,hic cõſequenter oſtendit ordinem huius ſcientiæ. hic conſequenter oſtendit ordinem huius ſcientiæ ad alias, & interpretationem huius nominis dialectica. Ad reddendum auditorem huius ſcientiæ docilem & attentum oſtendit de quo, & quo ordine ſit in hac ſcientia conſyderandũ. Ratione autem primæ infert unum correlarium dicens quòd Dialectica in acquiſitione aliarum ſcientiarum dicitur eſſe prior. Cuius ratio eſt.quia principia omnium aliarum ſcientiarum, & etiam concluſiones acquiruntur per argumentationem ſed Logica conſyderat de argumentatione,& docet modum arguendi. ergo debet prius acquiri quam aliæ ſcientiæ. ideo in acquiſitione debet eſſe prior.

Primo ſciendum ꝙ una ſcientia dicitur eſſe prior alia dupliciter. Vno modo ordine naturæ & perfectionis, & ſic ſcientiæ reales præcedunt Logicam. & ratio eſt.quia ordine naturæ ſcientię ordinantur ſicut & ſua ſubiecta,ſed ens reale prius eſt ente rationis,ergo ſciæ reales,ut Phyſica,& Metaphyſica,quæ ſunt de ente reali,præcedunt Logicam,quæ eſt de ente rationis,& ſimiliter alias ſcias rationales. ut ſunt Grãmatica & Rhetorica. Alio modo una ſcĩa dr̃ prior alia ordine doctrinæ,& quo ad nos, & hoc modo intelligitur ꝙ Logica eſt prior aliis ſcientiis ideo notanter dicitur ꝙ non ſit prior ſimpliciter, ſed in acquiſitione, eo quòd dicitur prius acquiri aliis ſcientiis, quæ per argumentationem acquiruntur. — *Quonam mõ Logica Gra. præcedat.*

Secundo ſciendum, ꝙ Auctor ponit interpretationem huius nominis Dialecticæ.quod poteſt dupliciter deriuari. uno modo poteſt dici a dia, quod ſcribitur per I. Latinum, quod eſt de, & logos ſermo, & ycos, ſcientia, quaſi ſcientia de ſermone. Alio modo à dyas per I. Græcum quod eſt duo,& logos, ſermo, & ycos,ſcientia, quaſi ſcientia de ſermone duorum.ſ.opponentis, & reſpondentis, licet enim idem poſsit arguere, & reſpondere, & per ſe facere diſputationem, tñ hoc eſt inquantũ ipſe tenet locum duorũ. Ex hoc patet ꝙ hic nõ accipitur, dicitur, prout tantũ ualet ſicut profertur,uel prædicat,ſed ut tantũ ualet,ſicut deriuatur. — *Quid noĩs dialecticæ.*

Tertio ſciendum ꝙ in hoc libro incipiẽdum eſt determinare de ſono tanquam communiori in hac ſcientia cõſyderato.Cuius ratio eſt,quia Logica conſyderat de argumentatione tanquã de proprio, & adæquato ſubiecto eius, & de diſputatione, quæ fit mediante argumentatione, ſed argumentatio non poteſt fieri niſi mediante ſermone, nec ſermo niſi mediante uoce, nec uox, niſi mediante ſono, ideo à ſono tanquam a communiori incipiendum eſt,quia cõior eſt omnibus iſtis. — *Subiectũ Logices.*

Quarto ſciendum,ꝙ dupliciter poteſt fieri argumentatio,ſiue diſputatio. Vno modo mentaliter, quando homo diſputat per ſeipſum conſyderando, & talis diſputatio poteſt fieri ſine uocibus,& ſermone.Alio modo uocaliter,& talis proprie eſt diſputatio,quaſi duorum putatio, nam talis ſemper eſt inter opponentem, & reſpondentem, & ita non poteſt fieri niſi mediante ſermone, & in hoc habetur ordo huius ſcientiæ ad alias,& interpretatio huius nominis Dialectica, & de quo determinandum,& à quo ſit incipiendum.

Sed contra prædicta primo arguitur. Grammatica debet prius acquiri quam Logica, cum Logicus præſupponat ſignificationem terminorum, & modum congrue loquendi,qui per Grammaticam habetur,ergo Grammatica prior eſt in acquiſitione,& non Logica. — *Argumẽ.*

Secundo arguitur. Plures medici acquiſiuerunt ſcientiam, medicinæ ante inuentionem Logicæ,& etiam multi,qui non habuerunt Logicam,ergo Logica non eſt prior in acquiſitione aliarum ſcientiarum. — *Patet in Hippoc. qui naturaliter fuit Logicus.*

Tertio. Sonus & uox ab ore animalis æque cito proferuntur, ergo ſonus non præcedit uocem.igitur uox non ſit mediante ſono.

 Quarto

Quarto ſic. Idem non debet coſyderari in diuerſis ſcientiis, ſed ſonus conſyderatur in Phyſica, ergo non debet conſyderari in Logica. E

Quinto ſic. Qualitas eſt prior quam ſonus, cum ſit genus ſoni, ergo magis incipiendum eſt à qualitate quam à ſono.

Solutio. Ad argumenta. Ad primũ dicitur, quod duplex eſt Grámmatica.ſ. poſitiua, & regularis. Poſitiua eſt cognitio, quæ eſt de ſignificatis terminorum, & regulis Grammaticæ, non cognoſcendo cauſas eorum, & iſta bene præcedit Logicam. ſed non eſt ſcientia proprie dicta, ſed quædam cognitio imperfecta. Sed Grãmatica regularis eſt cognitio propter quid regularum Grammaticalium, qua cognoſcuntur probatiue, & per cauſas. & talis bene eſt ſcientia, & non poteſt acquiri ante Logicam niſi imperfectæ, cum acquiratur per argumentationem, quæ per Logicam cognoſcitur.

Logica medicis neceſſaria eſt. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet tales medici acquiſiuerunt Medicinã imperfecte per quandam argumentationem naturalẽ factam.ſ. naturali cognitione intellectus qui eſt naturaliter diſcurſiuus, non tamen perfectæ acquiſiuerunt eam, & per argumentationem artificioſe factam, quia non habuerunt artem arguendi, & inde fuit ꝙ inciderunt in errorem. Et ſimiliter dicendum eſt de aliis ſcientiis, quæ non acquiruntur perfecte ſine argumentatione de qua eſt, Logica. F

Ad tertium dr̃, ꝙ licet ſonus non præcedat uocem ſecundum tempus, tñ bene præcedit ſecundum naturam, & in ratione principij formalis, & ideo uox fit mediante ſono in genere cauſæ formalis, & non efficientis. Ad quartum dr̃, ꝙ idẽ, ſub diuerſis rationibus, põt in diuerſis ſcientiis conſyderari, licet non ſub eadem ratione. modo ſonus in Phyſica cõſyderatur ut paſsio rei naturalis, & in Logica ut eſt ſignũ cõceptus mẽtis, ideo diuerſis rõnibus hic, & ibi cõſyderatur. Ad quintum dr̃ ꝙ qualitas eſt cõior ſono ſecundũ prædicationẽ, non tñ ut eſt ſignum cõceptus mentis, quia non ſignificat conceptum niſi ut eſt in ſono. & ſub illa rõne ſonus hic conſyderatur, licet ẽt ſonus non ſit ſignum cõceptus, niſi ut eſt in uoce, quia tamen eſt proximum genus uocis, oportuit hic de ipſo determinare. G

Sonus, quid ſit, deque definitionem natura.

Sonus eſt quicquid per ſe & proprie ab auditu percipitur. Dico autem proprie, quia licet homo, uel campana audiatur, hoc tamen non eſt niſi per ſonum eius.

Poſtquam Petrus Hiſpa. poſuit proœmiũ ſuum, hic cõſequẽter aggredit̃ tractatum. & quia in illo primo tractatu, cuius enuntiatio eſt ſubiectum, determinatur de nomine & uerbo eo, ꝙ ſunt partes enuntiationis, & in eorum definitionibus ponitur uox, cuius ſonus eſt genus, ideo Auctor primo determinat de ſono, ipſum definiendo. Sonus eſt quicquid auditu proprie, & per ſe percipitur. H

Quid ſẽſibile p ſe & ſenſibile p accidẽs ſecundo de Aia t. 47. Pro cuius intellectu primo ſciẽdum eſt, ꝙ ſenſibile in communi dicitur illud, quod aptũ natũ eſt ſentiri. & diuiditur in ſenſibile per ſe, & ſenſibile per accidẽs. Senſibile per ſe eſt, quod per ſe immutat ſenſum, & non ratione alicuius accidentis. ſicut color per ſe, & non ratione alicuius accidentis eius immutat uiſum, & ſapor guſtum. Senſibile per accidens eſt, quod non ratione ſui, ſed ratione alicuius accidentis eius immutat ſenſum, ſicut campana immutat auditum non ratione ſui, ſed ratione ſoni eius, qui ſibi eſt accidens.

Sẽſibile p ſe duplex ubi ſupra. Secundo ſciendum quòd ſenſibile per ſe iterũ diuiditur in ſenſibile cõmune & proprium. Senſibile commune, eſt quod a pluribus ſenſibus ſentiri poteſt, ſicut

ſicut iſta quinque, magnitudo, numerus, motus, figura, quies quæ dicuntur communia, non quia ab omnibus ſenſibus percipiantur, ſed a pluribus. Sed ſenſibile proprium, eſt quod ab unico ſenſu ſentiri poteſt. ſicut color eſt proprium obiectum uiſus, ſicut proprium ſenſibile, & ſonus proprium obiectum auditus, & odor olfactus, & ſapor guſtus, & qualitates tangibiles, quæ ſunt calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, ſunt proprium obiectum tactus.

Tertiò ſciendum eſt quòd ſenſibile in communi, ut patet ex prædictis, eſt genus ſoni. & illud debet intelligi in ſua definitione, cum dicitur quicquid percipitur, ideſt aliquid perceptibile uel ſenſibile, quia percipitur, in illa definitione dicit aptitudinem, & non actum. & ſic illa pars definitionis ſoni ponitur loco generis. deinde ponitur, per ſe, ad differentiam ſenſibilium per accidens, quia ut dictum eſt, ſonus eſt ſenſibile per ſe, & dicitur proprie ad differentiam ſenſibiliū communium. quia ſonus eſt ſenſibile proprium auditus. & ſubiungitur ab auditu, ad differentiam propriorum ſenſibilium aliorum ſenſuum, & ſic intellectus definitionis eſt, quòd ſonus eſt ſenſibile per ſe, & proprium auditus. & melius ſic definitur per ſuum genus propinquum, quod eſt ſenſibile, quàm per ſuum genus remotum, quod eſt qualitas ſenſibilis, ut definit ipſum Buridanus. & poſſet ēt iſta definitio probari, quia tres conditiones bonæ definitionis ſibi conueniunt, igitur eſt ſufficiens.

Quartò ſciendum ꝙ tres ſunt conditiones bonæ definitionis. Prima eſt ꝙ definitio debet conuenire omni contento ſub definito. Secunda eſt quòd conueniat ſoli definito. & ratio harum conditionum eſt. quia definitio componitur ex genere, & differentia propria definiti, ſed illa differentia competit omni cōtento ſub definito, & ſoli definito, quia conuertitur cum ipſo, ideo definitio debet conuenire omni, & ſoli. Tertia conditio eſt, ꝙ definitio debet ſufficienter explicare naturam definiti, & facere ipſum differre a quolibet alio. Ratio eſt, quia natura rei ſufficienter explicatur per genus, & differentiam, quæ dicunt primam potentiam, & ultimum actum naturæ rei, definitio autem fit ex genere, & differentia, & ratione differentiæ proprie facit definitum differre a quolibet alio. Iſtæ autem tres conditiones conueniunt definitioni ſoni, ut probatur inductiue, igitur eſt ſufficiens. *Definitionis conditiones.*

Sciendum ulterius quòd quadruplex eſt definitio. ſ. quidditatiua, deſcriptiua, cauſalis, & quid nominis. Definitio quidditatiua eſt oratio quid eſt eſſe rei ſignificans per eſſentialia, ut homo eſt animal rationale, & mortale. Definitio deſcriptiua eſt oratio quid eſt eſſe rei indicans per accidentalia, ut homo eſt animal greſſibile bipes. Definitio cauſalis eſt, quæ datur per cauſas. i. efficientem, uel materialem, ut ira eſt accenſio ſanguinis ad cor. Definitio quid nominis, eſt oratio ſignificans quid per nomen importatur, ſicut uacuum dicitur ſpacium non repletum corpore, poſſibile tamen repleri, ſed quia definitio cadit ſub prima operatione intellectus, ideo ſciendum ꝙ tres ſunt operationes intellectus. prima eſt ſimplicium apprehenſio, ſecunda eſt compoſitio, uel diuiſio, tertia eſt diſcurſus, & ratiocinatio. *Quadruplex defini tio.*

Sed contra prædicta primo arguitur. Omnis definitio eſt falſa, in qua prædicatur uniuerſale, uniuerſaliter ſumptum, ſed ſic eſt in iſta. ſonus eſt quicquid, nam quicquid eſt ſignum diſtributiuum, includens materiam ſuæ diſtributionis. igitur definitio eſt male poſita. Secundo ſic. Audibile non eſt de eſſentia ſoni, ſed accidens eius, igitur ſonus, cum percipiatur per auditum, per accidēs percipitur ab auditu, & non per ſe. Tertio ſic. Omnis motus eſt ſenſibile commune, ut patet ex prædictis, ſed ſonus eſt quidam motus, cum ſit motus aeris refracti, *Argumen.*

fracti, ut dicitur in libris de Anima, ergo ſonus eſt ſenſibile cōe. & ſic in iſta definitione male ponitur proprie. Quarto arguitur ſic. Nullum obiectum potentiæ paſsiuæ debet definiri per potentiam, cuius eſt obiectum, cum ipſum ſit prius, & notius ipſa potentia, ſed ſonus eſt obiectum auditus, qui eſt potentia paſsiua, igitur. Quinto ſic. Silentium proprie, & per ſe percipitur ab auditu, quia non percipitur ab eo per aliquod accidens, nec etiam percipitur ab aliis ſenſibus quā ab auditu, igitur definitio conuenit ſilentio igitur nō conuenit ſoli ſono definito. B

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur ꝙ quicquid eſt ſignum diſtributiuum, ſed tamen ibi non tenetur diſtributiue, ſed infinite, & tm̄ ualet quicquid percipitur .i. id, quod eſt perceptibile. ergo non ibi prædicatur uniuerſale uniuerſaliter ſumptum. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet audibilitas ſit accidens proprium ſoni, non tamen eſt ſibi accidens cōe, quod contingit adeſſe, & abeſſe, ideo ſibi bene conuenit per ſe, ſicut propria paſsio conuenit per ſe ſuo ſubiecto. Ad tertium dicitur, ꝙ licet ſonus, quantum ad ſuum materiale, dicatur motus aeris, quia ſemper multiplicatur cum motu aeris. tamen quantum ad ſuum formale non eſt motus localis, ſed eſt qualitas cauſata ex uiolenti fractione aeris, uel alicuius alterius medii ideo non eſt ſenſibile commune. F

Ad quartum dr̄, ꝙ obiectum potentiæ paſsiuæ non definitur a priori, & quiditatiue per potentiam, cuius eſt obiectum, tn̄ bene definitur per ipſam a poſteriori, & deſcriptiue. & hoc qn̄ potentia eſt nobis obiecto notior, ſicut eſt in propoſito. Ad quintum dicitur, quod licet ſilentium percipiatur priuatiue ab auditu ſcilicet per carentiam ſoni, non tamen poſitiue & per ſe, ſicut ſonus, ideo non ſibi competit præſens definitio.

Definitio uocis, & eius inſtrumenta.

Sonorum, alius uox, alius non uox. Sonus uox, idem eſt quod uox. Vnde, uox eſt ſonus ab ore animalis prolatus, naturalibus inſtrumentis formatus. Naturalia autem inſtrumenta, quibus uox formatur ſunt hæc. guttur, lingua, palatum, quatuor dentes, & duo labia, & pulmo. unde uerſus. Inſtrumenta decem ſunt, guttur, lingua, palatum. Quatuor, & dentes, pariter duo labia pulmo. Sonus non uox, eſt ille, qui generatur ex colliſione duorum corporum inanimatorum, ut fragor arborum, ſtrepitus pedum. G

Præmiſſa definitione ſoni, hic conſequenter Auctor ponit diuiſionem eius ipſum diuidendo per ſonum uocem, & ſonum non uocem. Cuius diuiſionis ratio eſt, quia omnis ſonus ſit ex uiolenta fractione aeris, uel alicuius corporis uel igitur in tali fractione ſit formatio uocis ab ore animalis cum naturalibus inſtrumentis, uel ſit ex percuſsione corporum ſine tali formatione. ſi primum, ſic eſt ſonus uox. ſi ſecundum, ſic eſt ſonus non uox. Et poteſt iſta diuiſio probari per conditiones, quæ conueniunt bonæ diuiſioni. H

Diuiſionis conditiones. Primo ſciendum ꝙ tres ſunt conditiones bone diuiſionis. Prima eſt, ꝙ membra debeant eſſe oppoſita, quod debet intelligi ꝙ ſint oppoſita, uel formaliter, uel uirtualiter, ſic ꝙ aliquo modo includant modos contradictionis oppoſitos. quia in his, quæ diuiduntur, uel diſtinguuntur inter ſe ſemper unum includit aliquo modo negationem alterius. Secunda eſt, ꝙ membra diuiſionis non debent excedi a diuiſo, ſed debent euacuare totam naturam ipſius diuiſi, ſiue Poteſtatem,

ceſſatem, ſic ꝙ nihil contineatur ſub diuiſo, quod non ſit in aliquo membrorum diuiſionis. Tertia eſt, ꝙ illa membra ſimul ſumpta non excedant diuiſum, ſed cum eo conuertantur. Sed iſtæ tres conditiones in prædicta diuiſione reperiuntur, ut poteſt facile declarari, ideo ipſa eſt ſufficiens. Et eſt prædicta diuiſio generis in ſuas ſpecies, quia diuiſum æqualiter, & una definitione dicitur de membris diuidentibus. Et licet ſonus uox ſit perfectior, & prior uia perfectionis q̃ ſonus non uox ex parte proprie naturæ & perfectionis, & ſpeciei, non tamen reſpectu ſoni in communi ſed ſe habent æqualiter.

Secundo ſciendum ꝙ uox dicitur ſonus ab ore animalis prolatus naturalibus inſtrumentis formatus. Et ibi, ponitur ſonus, loco generis, & ponitur ab ore animalis prolatus ad differentiam ſoni facti ex percuſſione duorum corporum. & ponitur naturalibus inſtrumentis formatus ad differentiam tuſsis, & ſternutationis, & multorum ſonorum, quæ fiunt ab ore animalis, & tamen non formantur naturalibus inſtrumentis. ideo non ſunt uoces. unde in formatione uocis decem inſtrumenta requiruntur. ſ. guttur, lingua, palatum, quatuor dentes, pulmo, duo labia. Et licet plura requirantur in cauſatione uocis, tamen iſta ſufficiunt ad dictam formationem tanquam inſtrumenta propinqua.

Tertio ſciendum ꝙ quadrupliciter fit formatio uocis. Primo enim per reſpirationem fit attractio aeris ad polmonem. Secundo aeris attracti circa pulmonem ingroſſatio. Tertio fit aeris ingroſſati reuerberatio ad arteriam uocalem, in qua expulſiue cauſatur ſonus. Quarto fit ſoni in aere repercuſsio, & debita iſtractio, & formatio cum plectro linguæ ad palatum, & ad dentes, & ex diuerſa percuſsione cauſatur diuerſitas uocis, & per defectum huiuſmodi ſoni facti ab ore animalis ſine tali formatione cum naturalibus inſtrumentis, non ſunt uoces. Et hæc generatio uocis explicatur in definitione eius, quæ ſic ponitur in ſecundo de Anima, ꝙ eſt repercuſsio aeris reſpirati ab anima ad uocalem arteriam cum imaginatione ſignificandi. Qũatio ad uocis formatio ex. ij. de aïa t. c. 87.

Quarto ſciendum quòd ſonus non uox eſt ille, qui cauſatur ex colliſione corporum inanimatorum, ut fragor arborum, ſtrepitus pedum. & eſt colliſio, mutua perſcuſsio duorum corporum adinuicem. & dicitur colliſio ex con, quod eſt ſimul, & læſio. & ponitur hic loco generis. Dicitur corporum inanimatorum quantum ad modum faciendi ſonum, quia non oportet quòd talia corpora ſint inanimata ſecundum ſubſtantiam ſuam, quia fragor arborum, & percuſsio manuum ſunt ſoni non uoces, & fiunt a corporibus, quæ ſunt animata ſecundum ſubſtantiam, ſed ſunt inanimata quantum ad modum operandi, quia faciunt tamen ſonum ut ſunt corpora dura, & non ut ſunt animata.

Sed contra prædicta arguitur primo. Nulla forma ſimplex eſt diuiſibilis, ſonus eſt forma ſimplex, igitur male diuiditur. Secundo. Sonus tubæ, & inſtrumentorum muſicalium eſt quædam uox, cum habeat continuationem, melodiam, & articulationem, quæ ſunt proprie paſsiones uocis, & tamen non fit ab ore animalis cum naturalibus inſtrumentis. ergo contra definitionem uocis. Argumen.

Tertio ſic. Homines edentuli, & quædam aues carentes labiis, & dentibus faciunt uocem, & tamen non habent inſtrumenta prius enumerata, ergo ad formationem uocis non requiruntur prædicta inſtrumenta.

Quarto ſic. In fractione panni uel papiri fit ſonus non uox, & tamen ille non generatur ex mutua colliſione, idest percuſsione duorum corporum inanimatorum, igitur.

Quinto ſic Tuſsis eſt ſonus non uox, & tamen non fit ex percuſsione duorum corporum inanimatorum, ergo contra definitionem.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur quòd nulla forma ſimplex eſt diuiſibilis in parte integrales,& quantitatiuas, quia caret talibus,tamen bene eſt diuiſibilis in partes ſubiectiuas, ſicut genus in ſuas ſpecies, & hoc modo hic diuiditur ſonus in ſpecies eius,& licet illud membrum ſonus non uox.ſit quoddam in complexum includens negationem tamen ponitur ad circumloquendum unam ſpeciem poſitiuam,& incomplexam defectu nominis ſimplicis ſibi impoſiti. E

Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet uoces tubæ,& cæterorum inſtrumentorum dicantur uoces tranſumptiuæ, & ſimilitudinarie,eo ꝙ per ſimilitudinem participant prædictas paſſiones uocis,non tamen ſunt uoces proprię.

Ad tertium dicitur ꝙ homines edentuli, & aues formant quodammodo uoces indiſtincte,& imperfecte,non tamen uoces dictas bene diſtinguuntur propter defectum illorum inſtrumentorum.

Ad quartum dicitur quod, licet in fractione panni non eſt formaliter mutua percuſſio duorum corporum,tamen ibi eſt æquiualenter quantum ad ſuum effectum,qui eſt ſubita,& uiolenta fractio aeris, quæ poteſt fieri per ſubitam ſubtractionem partium talis corporis. F

Ad quintum dicitur ꝙ licet in tuſſi nō ſit percuſſio corporum inanimatorum ſecundum ſubſtantiam eorum, tamen ſunt ibi corpora inanimata quantum ad modum operandi,quia non ſit ibi aliqua formatio uocis ſecundum aliquam uirtutem cognoſcitiuam animæ.

Quid uox ſignificatiua, & non ſignificatiua.

Vocum alia ſignificatiua alia non ſignificatiua. Vox ſignificatiua eſt illa quæ auditui noſtro aliquid repreſentat, ut homo, equus, uel gemitus infirmorum,qui ſignificat dolorem. Vox non ſignificatiua eſt illa,quæ auditui noſtro nihil repreſentat, ut bu,ba,baf. G

Poſtq̄ Auctor præmiſit diuiſionem ſoni,& definitiones membrorum,hic conſequenter ſubdiuidit illud membrum, de quo eſt ſermo ad propoſitum.ſ.ſonum uocem,aliud membrum relinquens,quia ſuo propoſito non deſeruit.Et diuidit uocem in ſignificatiuam,& non ſignificatiuam cuius diuiſionis rō eſt, quia omnis uox ſe obiicit intellectui, uel ergo aliquid repreſentat intellectui, tanq̄ ſignū alterius, uel ſolum repreſentat ſeipſam, & non eſt ſignum alterius ſignificati. Si primum eſt uox ſignificatiua. Si ſecundum eſt uox non ſignificatiua. Et non eſt iſta diuiſio generis in ſuas ſpecies,ſed ſubiecti in accidentia, accidit enim uoci ꝙ ſecundum ſe accipiatur, & ut ſignum alicuius ſignificati,nec iſtæ ſunt eſſentiales,& formales differentiæ uocis,ſed accidentales

Quid uox ſignificatiua. Primo ſciendum ꝙ uox ſignificatiua eſt illa, quæ auditui aliquid repræſentat, & intelligitur ꝙ repræſentat aliquid tanquam ſignificatum eius, cuius ipſa eſt ſignum.Signum autem,ut dicit Tullius, eſt quod offert ſe auditui, aliquid relinquens intellectui,ideo talis uox mediante auditu,aliquid repræſentat intellectui quod ſit hoc modo,quia uox ordinata ad ſignificandum(cum ſit quidam ſonus)ꝑ ſe,ſe obiicit auditui,& per auditum ſpecies,uel ſimilitudo illius uocis præſentatur intellectui,per quam ſpeciem intellectus cognoſcens impoſitionem uocis ad ſignificandum,cognoſcit & accipit ſpeciem ſignificati talis uocis, & ſic mediante auditu repreſentat intellectui ſuum ſignificatum. H

Secundo ſciendum quòd uox ſignificatiua duo includit. Primum eſt materiale

A teriale, quod eſt ipſa vox. Secundum vero eſt formale, quod eſt virtus ſignificandi, & repreſentandi actualiter ſuum ſignificatum. quæ virtus ſibi prouenit per inſtitutionem, & ordinationem ad ſignificãdum. per hoc enim quod ipſa ponitur ad aliquod ſignificandum, & efficitur ſignum eius, accipit virtutem repreſentandi actualiter illud ſignificatum. & hæc virtus quandoque vocatur ſignificatio habitualis, quia habetur ab ipſa voce, tanquam a forma materia, & quandoque ratio ſignificandi, quia eſt ratio, & cauſa, propter quam vox eſt ſignificatiua, & datur ipſi voci quandoque per ordinationem primi imponentis, qui ordinat vocem ad ſuum ſignificatum, & non ad aliud. quandoque vero venit per ordinationem, quæ fit ab inſtinctu naturæ, quæ inſtigat & inclinat animalia ad formandum voces præſentantes ſuos affectus. Ex quo patet ꝙ ad vocem ſignificatiuam requiritur primo ꝙ habeat ſignificatum aliud a ſe, cuius ipſa eſt ſignum. Secundo requiritur ꝙ habeat ordinationem ad tale ſignificatum, vel ſecundum
B placitum, vel ſecundum inſtinctum naturæ.

Quid formale ac materiale in voce ſignificatiua ex primo. ph. periher men. e. 1. & 2. 52. doc.

Tertiò ſciendum ꝙ licet quinque ſint obiecta propria ſenſum particularium, ſicut ſuperius viſum eſt, tamen, quia vox percipitur per auditum, magis imponitur ad ſignificandum conceptus, & affectiones animæ quàm obiecta aliorum ſenſuum ab auditu. Cuius ratio eſt quia voces ſunt iu poteſtate noſtra, & poſſumus formare ipſas cum volumus, & variare ſecundum multas differentias, non autem poſſumus formare ad placitum noſtrum obiecta aliorum ſenſuum, vt puta colores, vel ſapores. ideo vox eſt magis conueniens ad ſignificandum conceptus animæ, & ad hoc ꝙ fiat ſignificatiua, quàm cetera ſenſibilia.

Cur voce potius quã aliquo cæterorũ ſenſibiliũ conceptus animi exprimamus.

Quarto ſciendum ꝙ vox non ſignificatiua eſt, quæ nihil auditui repreſen-
C tat, quod ſic intelligitur. nihil repreſentat præter ſeipſam per modum ſigni, licet bene aliquid repreſentet per modum rei ſicut buſt, & baff, quæ non repreſentant. Si tamen illæ voces proferantur indignanter, vel cum aſperitate vocis poſſunt ſignificare deriſionem, vel aliquem effectum mentis, & eſſent interiectiones. ſed quando proferuntur ſine ſpeciali ſigno in geſtu corporali, vel in modo proferendi, ſic ſunt non ſignificatiuæ. & per hoc patet diuiſio vocis, & definitiones membrorum eius.

Vox non ſignificatiua.

Sed contra prędicta primo arguitur. In bona diuiſione membra diuiſionis non debent excedere diuiſum, ſed ſignificatiuum excedit vocem, cum multa ſint ſignificatiua, quæ non ſunt voces, ſicut eſt circulus ante tabernam, ergo iſta diuiſio non valet.

Argumen.

Secundo ſic. Omnis vox repreſentat animal cuius eſt illa vox, ergo vox non ſignificatiua aliquid auditui noſtro repreſentat. Tertio ſic. Vox ſe non obijcit
D intellectui, ſed tantum auditui, ſed auditus non apprehendit ſignificatum vocis, igitur vox ſignificatiua nihil auditui repreſentat.

Quarto ſic. Omnis vox fit cum intentione ſignificandi, vt patet in ſecundo de Anima, ergo omnis vox eſt ſignificatiua.

Quinto ſic. Omne ſubiectum alicuius propoſitionis eſt nomen, & per conſequens vox ſignificatiua, ſed buff, & baff, bene ſunt ſubiecta propoſitionis, vt dicendo buff eſt vna vox. ergo tales ſunt nomina, & per conſequens ſunt voces ſignificatiuæ.

Tex. c. 90. & ibi doc.

Ad argumenta. Ad primum dicitur ꝙ Significatiuum in cõi, bene excedit vocem, nec eſt membrum huius diuiſionis ſed ſignificatiuum vt eſt adiectiuum vocis, & tantum valet ſicut vox ſignificatiua non excedit vocem, & iſto modo hic intelligitur. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet vox non ſignificatiua repreſentet animal, ſicut effectus ſuam cauſam, non tamen ſicut ſignum ſuum ſignificatum, cui imponitur ad ſignificandum de quo repreſentatione eſt hic ad propoſitum. Ad

Solutio.

tertium dicitur, ꝙ licet uox ſignificatiua non primo ſe obiiciat intellectui, tamen bene ſe obiicit ex conſequenti mediante auditu, quia per auditum repræſentat ſuam ſimilitudinē, & ex conſequenti ſignificatum intellectui. Ad quartum dicitur, ꝙ in ſecundo de Anima ſolum principaliter intelligitur de uoce ſignificatiua, & per analogiam de nō ſignificatiua. unde non oportet quòd definitio analogi pro qualibet ſui parte conueniat cuilibet membrorum diuiſionis, ſed ſufficit, ꝙ complete conueniat primo, & ſecundum alias partes aliis. Ad quintum dicitur. quòd buff, poteſt eſſe ſubiectum propoſitionis, non ꝙ habeat ſignificatum, ſed ſolum prout ab intellectu capitur loco unius uocis, impoſitæ ad ſignificandum talem uocem imperfectam, & tunc tenetur materialiter. E

Vox diuiditur, in naturaliter, & ad placitum ſignificantem.

Vocum ſignificatiuarum alia ſignificat naturaliter, alia ad placitum. Vox ſignificatiua naturaliter, eſt illa, quæ apud omnes homines idem repræſentat. ut latratus canum, & gemitus infirmorum. Vox ſignificatiua ad placitum, eſt illa, quæ ad uoluntatem primi inſtituentis aliquid repræſentat. ut homo, hominem, equus equum. F

Quid uox naturaliter & q̄ ad placitū ſignificet ex ij. ph. t. c6. ſ. 6. & inde & ibi doc.

Poſtq̄ Auctor poſuit diuiſionem uocis in communi, & definitiones partium eius, hic conſequenter ſubdiuidit uocē ſignificatiuam dicens, ꝙ uocum ſignificatiuarum, quædam ſignificat ad placitum, & quædam naturaliter. Cuius ratio eſt. quia omnis uox ſignificatiua habet impoſitionem & ordinem ad ſuum ſignificatum. uel ergo talis ſignificatio fit ſecundū inſtinctū naturæ, & ſic eſt uox ſigñatiua naturaliter. uel ſecundum placitum imponētis, & ſic eſt uox ſigñatiua ad placitū.

Primo ſciendum ꝙ uox ſignificatiua naturaliter eſt illa, quæ apud omnes homines idem ſignificat, ut gemitus infirmorum. Cuius ratio eſt. quia talis uox ordinatur ad ſignificandum, & repræſentandum ſuum ſignificatum per inſtinctum naturæ, quæ inclinat animal ad formandum talem uocem, & ad exprimendum ſuas affectiones, ut puta ad exprimendum iram, famen, tedium, uel gaudium, & ſic de aliis, & quia natura eſt eadem apud omnes, & eodem modo inclinat animalia ad explicandum ſuas paſsiones, ideo uox ſignificatiua naturaliter idem repræſentat apud omnes, ſed ſignificatiua ad placitum non ſignificat idem apud omnes, ſed ſolum apud illos, qui nouerunt eius impoſitionē ad ſignificandum. G

Secundo ſciendum ꝙ uox ſignificatiua naturaliter, & uox ſignificatiua ad placitum quadrupliciter differunt. Primo in prolatione quia uox ſignificatiua naturaliter non perfecte formatur, neque profertur ꝑ impetū paſsionis, quæ impedit hominem ad debite proferendum, ſed uox ſignificatiua ad placitum eſt debite prolata, & formata. Secundo differunt ex parte ſignificationis, quia ſignificatiua naturaliter apud omnes idem repræſentat, alia uero non, ſed tantum apud illos, qui cognoſcunt eius impoſitionem. Tertio differunt ex parte ſignificati. quia ſigñatiua naturaliter ſigñat affectiones, & paſsiones appetitus, alia uero ſignificat conceptum intellectus. Quarto ex parte cauſæ ſuæ ordinationis ad ſignificandum. quia ſignificatiua naturaliter ordinatur ad ſignificandum ab inſtinctu naturæ, alia uero ſecundum placitum imponentis. H

Tertio ſciendum eſt, ꝙ uox ſignificatiua ad placitum eſt illa, quæ ad placitum primi imponentis aliquid repræſentat. Vnde differunt uoluntas, & placitū, quia

uoluntas

oluntas eſt potentia uolitiua, uel actus eius, qui incipit ab intra, & terminatur d extra ſcilicet in bonum cognitum, ſed econtra placitum nominat actum uountatis, qui incipit ab extra, & terminatur ad intra. incipit.n.a re cognita, & terminatur ad uoluntatem. Et quia uox ſignificatiua ad placitum imponitur ad ſignificandum rem, quæ concipitur ab anima, & illa cognitio primo uenit ab xtra, ideo magis proprie dicitur ſignificare ad placitum q̃ ad uoluntatem. Ad placitũ ſignificare & ad uolũtaté quid.

Quarto ſciendum, q cum res præſentatur ſenſui, mediante ſenſu generat ſuam militudinem in anima, & per illam ſimilitudinem anima format intra ſe conptum rei, quem poſtea uult exprimere, propter quod imponit uocem ad ſignificandum talem conceptum, & mediante ipſo rem conceptam, & ideo apud oferentem, uox primo ſignificat conceptum, licet apud audientem, primo reæſentet rem conceptam. unde ipſa proprie non ſignificat conceptum tantum, c rem tm̃, ſed rem ſub conceptu. Vnde iſta quatuor ſcilicet res, conceptus res, oces, & ſcripturæ ſic ſe habent, q conceptus ſignificant res a quibus cauſantur anima, & uoces immediate ſignificant conceptus, & ſcripturæ ſignificant uos, & ſunt ſigna tantum, nec ulterius ſignificantur per aliud. Ex iſtis patet diui uocis ſignificatiuæ, & definitiones membrorum eius.

Sed contra prædicta primo arguitur ſic. Sicut ſe habent conceptus ad res, ita ces ad conceptus, ſed conceptus naturaliter ſignificant res, ergo uoces naturaliter ſignificant conceptus. & per conſequens nullæ uoces ſignificant ad plaum. Secundo ſic. Omne ſignum habet ſimilitudinem ſui ſignificati, ſed omnis x ſignificatiua eſt ſignum rei, ergo habet ſimilitudinem rei, & per conſequens nificat eam naturaliter, & nulla ſignificat eam ad placitum. Argumen

Tertio ſic. Illa uox ſignificat naturaliter, quæ ex ſui natura repræſentat ſuum nificatum, ſed gemitus infirmorum ex ſui natura non repræſentat ſuum ſiificatum, quia ſi proferatur ab homine ſano, talis non ſignificat dolorem. o talis non ſignificat naturaliter. Quarto quilibet cognoſcens impoſitionem cis ſignificatiuæ ad placitum, cognoſcit ſignificatum eius, ſed omnes poſſunt gnoſcere talem impoſitionem, ſicut omnes poſſunt cognoſcere impoſition huius uocis homo. ergo talis uox idem ſignificat apud omnes. Quinto . Illud, quod fit ad placitum, eſt uariabile in infinitum, cum uoluntas honis in infinitum uarietur. ergo, ſi uox ſignificet ad placitum, ſua ſignificatio uariabilis in infinitum, & ſic nulla erit certa cognitio de ſignificatione uoſignificatiuæ, quod eſt inconueniens ergo ipſa non ſignificat ad placitum inentis.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, quòd licet ſit in iſtis ſimile in hoc, od uoces ſignificant conceptus, & conceptus res, eſt tamen diſsimile in hoc, od conceptus eſt eſſentialis ſimilitudo cauſata a re ipſa naturaliter, ideo ſignifieam naturaliter. ſed uox non cauſatur naturaliter a conceptu, ſed a uolune concipientis. ideo ſignificat ipſum naturaliter. Ad ſecundum dicitur quòd um cauſatum a natura, ſemper habet ſimilitudinem ſui ſignificati. ſed non rtet de ſigno cauſato per uoluntatem, ſicut patet de circulo tabernæ, qui habet ſimilitudinem uini. Ad tertium dicitur, q ſi talis uox eodem modo naretur ab homine ſano ſicut ab homine infirmo, tunc ſemper repræſentadolorem, ſed ſi non habet formam eandem prolationis cum geſtu corporali, repræſentabit idem, nec erit eadem niſi materialiter. Ad quartum dicitur. omnes cognoſcerent impoſitionem huius uocis, homo, tunc ſignificaret idem d omnes, ſed non ſine notitia ſuæ impoſitionis, quia illa impoſitio non eſt nopud omnes, ſicut eſt inclinatio naturalis, qua uox ſignificat naturaliter. Solutio.

Ad

Ad quintum dicitur quòd illud quod fit ad placitum cuiuſlibet indifferenter uariatur in infinitum, non tamen id, quod determinate fit ad placitum unius, ſicut eſt uox ſignificatiua, quę ſignificat ſolum ad placitum primi inſtituentis. E

Vocis ſignificatiuæ ad placitum diuiſio.

Vocum ſignificatiuarum ad placitum, alia complexa, [redacted], ut oratio, alia incomplexa, ut nomen uel uerbum.

Poſtquam Autor poſuit diuiſionem uocis ſignificatiuæ, & definitiones membrorum eius, hic conſequenter Autor diuidit uocem ſignificatiuam ad placitum, per uocem complexam; & incomplexam. Cuius diuiſionis ratio eſt, quia omnis uox ſignificatiua ad placitum, uel continet plures uoces ſignificatiuas, uel unam tantum. Si primum eſt uox completa, ſi ſecundum, eſt incompleta.

Primo ſciendum eſt ꝙ quælibet res dupliciter accipitur, uno modo ſecundum ſe, & tunc fit conceptus ſimplex, ſiue incomplexus, ut cum Socra. ſecundum ſe, & non per habitudinem ad aliud apprehenditur, ſecundo modo aliquid concipitur ſecundum compoſitionem, uel habitudinem ad aliud, ut cum Socra. apprehenditur, ſiue cognoſcitur ſub albedine, uel alio accidente, & tunc fit conceptus complexus, ideo eſt duplex conceptus rei. ſ. complexus, & incomplexus, & quia uox ſignificatiua ad placitum ſignificat conceptum animæ, ideo aliqua eſt complexa, ſignificans conceptum animę complexum ſicut oratio, & alia eſt incomplexa conceptum incomplexum ſignificans, ut nomen, & uerbum per ſe ſumptum. F

Comple- xorum rō. Secundo ſciendum, ꝙ uox complexa eſt illa, in qua vniuntur plures uoces ſignificatiuæ, & repreſentant conceptum complexum, & ideo ad perfectam rationem uocis complexæ tria requiruntur. Primo ꝙ ibi ſint plures uoces ſignificatiuæ, & illæ uoces habeant ſe tanquam materiale uocis complexæ Secundo quòd illæ uoces habeant complexionem, & unionem, ita ꝙ una ſe habeat ut determinatio, alia uero ut determinabile, propter cuius defectum hæc non eſt uox complexa homo aſinus, quia licet ibi ſint plures uoces ſignificatiuæ, tamen non habent complexionem intrinſecæ inter ſe, cum ibi non ſit unio determinationis, & determinabilis, & hoc ſecundum eſt formale in uoce complexa. Tertio requiritur, quòd talis uox ſignificet complexum conceptum, ſed illud eſt minus principale in uoce complexa, quamuis tamen requiratur ex parte cauſæ finalis. G

Incōplexorum ratio. Tertio ſciendum, ꝙ uox incomplexa eſt illa, quę continet ſolum unam uocem ſignificatiuam, ſicut homo, uel aſinus, & repreſentant conceptum incomplexū, & ad talem uocem non ſufficit ꝙ habeat ſignificatum incomplexum, ſed magis requiritur, ꝙ ſit tantum una uox ſignificatiua, ideo, licet definitio ſolum habeat unum ſignificatum remotum, quod eſt definitum, quod ſignificatum eſt incomplexum, quia tamen continet plures uoces ſignificatiuas, & etiam ſuum ſignificatum propinquum, ſ. complexum conceptum generis, & differentiæ definiti, eſt complexum, ideo eſt uox ſignificatiua complexa. H

Quarto ſciendum, ꝙ ad uocem incomplexam nō requiritur ꝙ habeat tantum unum ſignificatum, ſed ſufficit ꝙ ſit actualiter una. ſ. quantum ad uocem, & modum proferendi. Et ideo nomen æquiuocum, ſicut eſt canis, eſt bene uox incomplexa, quia licet habeat plura ſignificata, tamen eſt dictio actualiter una, non continens plures uoces ſignificatiuas. Nec requiritur ad uocem ſignificatiuam incomplexam, ꝙ non ſit compoſita ex pluribus vocibus, ſed ſufficit, ꝙ illæ uoces non ſint in toto ſignificatiuæ, ideo nomen compoſitæ figuræ, cum partes eius

non

A non ſint ſignificatiuæ, eſt uox incomplexa, ideo non eſt idem complexio ſecundum Logicum, & compoſitio ſecundum Grammaticum. Et per hoc patet diuiſio uocis ſignificatiuæ ad placitum, & definitiones membrorum eius.

Sed contra prædicta primo arguitur. Vox incomplexa eſt pars uocis complexæ, & in ipſa continetur, igitur unum membrum huius diuiſionis continetur in alio, & per conſequens membra non ſunt oppoſita, nec diuiſio eſt ſufficiens. Argumen.

Secundo ſic. Omnis conceptus eſt incomplexus, ſed uox ſignificat conceptũ, ergo omnis uox eſt incomplexa, & ſic diuiſio eſt inſufficiens. maior patet quia intellectus non poteſt plura ſimul intelligere, ſed unum tantum, ergo omnis conceptus eſt incomplexus. Tertio ſic. Oratio eſt tantum una uox ſignificatiua, & nõ continet plures uoces, cum ſit unum nomen igitur male dicitur, ꝙ quædam eſt uox complexa, ut oratio. Quarto ſic. Omne complectens uocem, & ſignificatum, eſt complexum, ſed omnis uox cõtinet uocem, & ſignificatum, ergo quælibet uox B eſt complexa, & nulla eſt incomplexa. Quinto ſic. Oĩs uox componitur ex literis, & ſyllabis, quæ Grammaticaliter elementa uocantur, igitur quælibet uox eſt incomplexa, ergo male dicitur, ꝙ aliqua eſt incomplexa, ut nomen, & uerbum.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet uox incomplexa materialiter cõtineatur in uoce complexa, non tñ formaliter tanquàm pertinens ad formam uocis incomplexæ. & licet in uoce complexa maneat forma uocis incomplexæ, tñ illa ſe habet per modum materiæ reſpectu formæ totius uocis complexæ. Ad ſecundum dicĩ, ꝙ licet intellectus nr̃ poſsibilis non poſsit intelligere plura ſimul per modum plurium, tñ põt intelligere plura ſe habentia per modum unius, quia plura ſimplicia ibi ſunt ſub una complexione. Ad tertium dicitur ꝙ ſi ſumatur oratio pro illa uoce, uel intentione, tunc eſt uox incomplexa, ſed ſi ſumatur pro re ſubiecta intentioni, ſiue pro ſignato illius uocis, ut hic ſumitur, tunc eſt uox complexa. Ad quartum dicitur, ꝙ ſi capiatur complexio gñaliter pro quacunq; complexione reali, uel ẽt rationis, tunc conceditur ꝙ omne cõplectens uocem, & ſignatum, eſt complexum, ſed ſi capitur ſpecialiter pro unione pluriũ uocum ſignatiuarum, ut hic ſumitur in propoſito, ſic maior eſt falſa. Ad quintum dicitur, ꝙ licet uox ſignatiua componatur ex literis, & ſyllabis, tanq̃ elementis, quia tñ non ſunt uoces ſignatiuæ, ideo non debet dici ꝙ ſit uox complexa. Solutio. C

Nominis definitio, & explicatio.

Nomen eſt uox ſignificatiua ad placitum, ſine tempore, cuius nulla pars ſeparata, aliquid ſignificat, finita, & recta. Vox in iſta definitione ponitur loco generis, Significatiua, ponitur ad differentiam uocis non ſignificatiuæ. Ad placitum, ponitur ad differentiam uocis ſignificantis naturaliter. Sine tempore, ponitur ad differentiam uerbi, quod ſignificat cum tempore. Cuius nulla pars ſeparata aliquid ſignificat, ponitur ad differentiam orationis, cuius partes ſeparatæ aliquid ſignificant. Finita ponitur ad differentiam nominis infiniti, ut non homo quod non eſt nomen ſecundum Dialecticum, ſed nomen infinitum non equus. Recta, ponitur ad differentiam nominum obliquorum, ut Catonis, Catoni, quæ non ſunt nomina ſecundum Dialecticum, ſed nomina obliqua, uel caſus nominum. Vnde ſolus nominatiuus, ſiue rectus dicitur eſſe nomen ſecundum Dialecticum. Ex primo periherme nias c. 2. & D. S. D

Poſtquàm Auctor determinauit de ſono, & uoce, quæ ſunt principia mate- E
rialia partium orationis, hic conſequenter determinat de partibus orationis, ſci-
licet de nomine, & uerbo priuſquam de tota oratione, eo ꝙ partes, ex quibus fit
aliquod totum naturaliter præcedunt ipſum totum. &, quia nomen ſubſtantiam
ſignificat, a quo egreditur actus, uerbum uero ſignificat actum egredientem a
ſubſtantia, ideo prius determinat de nomine, quàm de uerbo ipſum ſic definiés.
Nomen eſt uox ſignificatiua ad placitum ſine tempore, cuius nulla pars ſepara-
ta aliquid ſignificat, finita, & recta.

Pro quo ſciendum primo, ꝙ uox, in iſta definitione ponitur loco generis, quia
uox habet modum generis reſpectu uocis ſignificatiuæ, & non ſignificatiuæ, &
totum reſiduum ponitur loco differentiæ, ſcilicet ſignificatiua, ad differentiam
uocis non ſignificatiuæ, ad placitum, ad differentiam uocis naturaliter ſignifican
tis. Nomen enim conſyderatum materialiter quantum ad ipſam uocem ſecun
dum placitum, imponitur ad ſignificandum. ſi tamen conſyderetur formaliter F
ſub ratione ſigni, illo modo de neceſſitate eſt ſignũ, quia hoc eſt de ratione ſigni.

Nominis a uerbo differentia ex 4 phyſi. te. com. 130. & idem.

Secundo ſciendum, ꝙ nomen ſignificat per modum ſubſtantiæ & per modum
permanentis, & non per modum fluxus, & fieri. & quia tempus eſt menſura mo-
tus, & fluxus, ideo nomen ſignificat ſine tempore. quod ponitur ad differentiã
uerbi, quod ſignificat cum tempore. & licet multa nomina, ut dies, annus, & ſimi
lia ſignificent tempus, non tamen cum tempore. Vnde ſignificare tempus eſt de
ſuo principali ſignificato importare tempus, ſed ſignificare cum tempore eſt cum
ſuo principali ſignificato importare unam differentiam temporis, ut præſens, uel
præteritum. & hoc nulli nomini conuenit, in quo differt a uerbo. Deinde po-
nitur. Cuius nulla pars ſeparata aliquid ſignificat, ad differentiam orationis, cu-
ius partes ſeparatæ aliquid ſignificant, & ponitur finita, ad differentiam nominis
infiniti. & ponitur recta ad differentiam nominum obliquorum.

Quæ a nominis rõne excludant.

Tertio ſciendum, ꝙ ſecundum Logicum ſolum illud eſt nomen quod poteſt G
eſſe ſubiectum enuntiationis, & de quo aliquid poteſt uere, uel falſe enuntiari.
& quia nomen infinitum non poteſt eſſe ſubiectum enuntiationis, quia non ſi-
gnificat aliquid determinatum, de quo aliquid poſſit enuntiari uere, uel falſe,
ſimiliter nomen obliquum, quod non ſignificat per modum ſubſtantiæ abſolu-
te, ſed per modum dependentis, non poteſt eſſe ſubiectum uerbi, ideo nomina
infinita, & obliqua non ſunt nomina ſecundum Logicum. Item nomen eſt uox
primo, & per ſe ſignificatiua, ſed nomen infinitum non eſt primo, & per ſe ſignifi-
catiuum, ſed ſolum ratione nominis finiti, cui iungitur negatio infinitans, & no-
men obliquum ſolum ſignificat ex conſequenti ratione recti, a quo deſcendit,
ideo nomina infinita, & obliqua non ſunt nomina.

Nomẽ infinitum, & eius conditiones.

Quarto ſciendum, ꝙ nomen infinitum eſt, cuius priuata eſt certa, & determi-
nata qualitas remanente ſubſtantia infinita, ut non homo, non equus. In no-
mine enim eſt ſubſtantia, quæ finitur per qualitatem, & eſt qualitas determi- H
nans ſubſtantiam, & negatio aduenïens nomini per compoſitionem tollit illam
qualitatem, & compoſitionem eius cum ſubſtãtia relinquens ſubſtantiam inde-
terminatam, & ſic reddit nomen infinitum. Sed ad hoc ꝙ aliquod nomen infini-
retur requiruntur duæ conditiones. Prima eſt ꝙ habeat qualitatem determina-
tam, defectu cuius tranſcendentia, ut res. uerum, bonum, & ens, capta in commu
ni, & infinita, ut quis, & aliquis, & ſigna diſtributiua, ut omnis, quilibet non poſ-
ſunt infinitari, quia non habent qualitatem, & ſubſtantiam determinatam. Secũ
da eſt, ꝙ tale nomen non ſit negatiuum, ſed habeat qualitatem poſitiuam, defe-
ctu cuius nemo, nihil, & ſimilia non poſſunt infinitari, ex quibus patet intelle-
ctus definitionis.

Sed

A Sed contra prædicta arguitur primo. Nulla materia uere prædicatur de toto compoſito, cum nō dicat totum eſſe eius, ſed uox eſt materia nominis, ergo male dicitur, quòd nomen eſt uox. Secundo ſic. Fluxus, & fieri menſurantur tempore, ſed motus importat fluxum, & fieri, & multa alia, ergo motus quod eſt nomen ſignificat cum tempore. Argumen.

Tertio ſic. Partes nominis compoſiti ſignificant aliquid ſeparate, ſicut partes huius nominis equiferus, & tamen eſt nomen, ergo male dicitur cuius partes ſeparatæ nihil ſignificant. Quarto ſic. Nomen infinitum poteſt eſſe ſubiectum enunciationis, ut dicendo non homo currit, & ſimiliter nomen obliquum, ut dicendo, regis intereſt. ergo ipſa ſunt nomina ſecundū Logicum. ergo contra definitionem. Quinto ſic. Aliquis, eſt nomen infinitum, & ſimiliter alter, & reliquus, & tñ in ipſis nō eſt priuata qualitas determinata, quia nunq̃ habuerūt qualitatem determinatam. ergo contra definitionem nominis infiniti.

B Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet materia proprie dicta, quæ eſt materia ex qua in naturalibus, non uerificetur de toto compoſito, quia non dicit totum eſſe eius tamen materia in qua, & materia ſecundum modum, bene uerificatur de eo, cuius eſt, ut dicendo album eſt homo. modo uox ſecundo modo eſt materia nominis, & habet ſimilitudinem cum materia rei artificialis in hoc, ꝙ ſicut materia rei artificialis prædicatur in recto de compoſito, ut patet dicendo domus eſt fundamentum parietes, & tectum, ita etiam materiam ſecundū modum cuiuſmodi eſt uox reſpectu nominis. Ad ſecundum dicitur, quòd motus dupliciter accipitur, uno modo ſecundum ſuum eſſe reale, uel materiale, quod habet in mobili, & ſic non eſt ens permanens, ſed ſucceſsiuum. alio modo ſecundum eſſe, quod habet in anima, quæ retinet primam partem ipſius motus cum aliis ſequentibus. & iſto modo eſt ens permanens, & quia modus ſignificandi eius immediate ſumitur a tali modo intelligendi, quo concipitur ab anima, Solutio.

C ideo motus non ſignificat per modum fluxus, licet ſignificet fluxum. ideo non ſignificat cum tempore. Ad tertium dicitur, quòd ſi partes nominis compoſiti conſyderentur, ut ſunt partes orationis, ſic bene aliquid ſignificant, ſed, ſi conſiderentur, ut ſunt partes nominis compoſiti ſic nihil ſignificant. & cauſa eſt. quia illæ partes in nomine compoſito non imponuntur ad ſignificandum, ſed totum nomen compoſito uno concepto ſignificat ſuum ſignificatum. Vnde partes huius nominis equiferus in hoc nomine nihil ſignificant per ſe, licet bene ſignificent ut ſunt partes huius orationis equus ferus.

Ad quartum dicitur, ꝙ ſi nomen infinitum cōſyderetur ut nomen infinitum eſt, ſic non poteſt eſſe ſubiectum enunciationis, ſed ſi conſyderetur inquantum uirtute intellectus determinatur ad aliquod ſubiectum finitum, ut non homo capitur pro omni alia parte ab ipſo homine fit ſubiectum enunciationis, ſed tunc non capitur ut eſt infinitum, ſed per modum finiti. Dicitur ſecundo quòd in hac

D oratione, regis intereſt, & ſimilibus, obliquus non eſt ſubiectum, ſed nominatiuus in tali oratione intellectus, ut patet reſoluendo, regis intereſt, hoc eſt aliquid eſt pertinens regi. Ad quintum dicitur, quòd ſi capiatur generaliter nomen infinitum pro omni illo, quod ſignificat ſubſtantiam infinitam, & habet ſignificatum indeterminatum, ſic aliquis, & reliquus, bene ſunt nomina infinita, & ſimiliter omnia pronomina. ſed ſi capiatur ſpecialiter pro illo, quod fit infinitum per aduentum negationis, pro quo hic definitur, ſic non ſunt nomina infinita. ideo hæc definitio non conuenit alijs a definito.

Verbi definitio, et explicatio.

Verbum eſt uox ſignificatiua ad placitum, cum tempore, cuius

nulla pars ſeparata aliquid ſignificat,finita,& recta. Cum tempore, E
ponitur ad differentiam nominis, quod ſignificat ſine tempore,Finita,ponitur ad differentiam uerbi infiniti ut non currit, non laborat, quæ non ſunt uerba ſecundum Dialecticum, ſed uerba infinita. Recta,ponitur ad differentiam uerborum obliquorum ,ut currebat, cucurrit,quæ non ſunt uerba ſecundùm Dialecticum, ſed uerba obliqua Solum enim uerbum præſentis temporis indicatiui modi, dicitur,eſſe uerbum ſecundùm Dialecticum.Reliqua autem alia uerba eiuſdem modi,& aliorum modorum dicuntur uerba obliqua. Omnes autem aliæ differentiæ ponuntur hic in uerbo eadem ratione, qua ponebantur, & in nomine. Et ſciendum eſt quòd Dialecticus ſolùm ponit F
duas partes orationis, ſcilicet nomen, & uerbum. Alias autem omnes appellat ſyncategorematicas,ideſt conſignificatiuas.

Poſtquàm Auctor determinauit de nomine, quod ſignificat ſubſtantiam. a qua egreditur actus, quod quidem nomen in propoſitione dicitur ſubiectum,& eſt materia propoſitionis, hic conſequenter determinat de uerbo, quod ſignificat actum egredientem a ſubſtantia, & eſt prædicatum formale propoſitionis; ipſum primo ſic definiens.Verbum eſt uox ſignificatiua ad placitum cum tempore,cuius uulla pars ſeparata aliquid ſignificat finita,& recta.

Partes definitiõis uerbi exponuntur.

Pro cuius intellectu primo ſciendum ꝙ in hac definitione ponitur uox loco generis,& totum reſiduum ponitur loco differentiæ,ſcilicet ſignificatiua ad placitum &c. & alia eadem ratione hic ponuntur, qua ponebantur in definitione nominis,ſed cum tempore,ponitur ad differentiam nominis, quod ſignificat ſi- G
ne tempore,& ponitur finita, & recta,ad differentiam uerborum infinitorum, & obliquorum,quæ ſecundum Logicum non ſunt uerba.In iſta autem definitione non ponitur illa particula, & eſt ſemper eorum, quæ de altero dicuntur nota,eo quòd non reſpicit naturam uerbi nec de neceſſitate ponitur,quia illa ſolum ponitur de bene eſſe ad maiorem declarationem, & non de neceſſitate.

Signãre cũ tpe uide 4. phy. te.cõ. 10t.

Secundo ſciendum,ꝙ omnis fluxus, & fieri menſuratur tempore.Tempus.n. eſt menſura motus,& fluxus ſecundum prius & poſterius, & quia uerbum ſecundum ſuum eſſentialem modum ſignificandi ſignificat per modum fluxus,& fieri, ideo omne uerbum ſignificat cum tempore, ideſt cum proprio ſignificato conſignificat tempus,non tamen capiendo tempus proprie, prout eſt numerus motus,ſed capiendo tempus generaliter pro omni modo temporis, ut reperitur in qualibet menſura durationis, ſcilicet in eternitate, in æuo, & tempore proprie dicto,ſicut enim uerbum non ſemper ſignificat uerum fluxum,ſed ſufficit quòd ſi- H
gnificet per modum fluxus,ſic non ſemper conſignificat uerum tempus,ſed conſignificat per modum temporis.

Verborũ ĩfinitorũ natura, duo exigit.

Tertio ſciendum,ꝙ uerbum infinitum eſt cuius eſt priuatus actus ſpecialis,remanente actu generali infinito.Sicut enim in nomine eſt ſubſtantia, & qualitas, finiens talem ſubſtantiam,ſic in oĩ alio uerbo ab iſto uerbo eſt, includitur actus generalis,qui eſt eſſe,& actus ſpecialis,ſiue res uerbi,quæ importatur per participium illius uerbi. Ideo omne uerbum præter eſt, reſoluitur per eſt, & ſuum participium,ut currit,ideſt eſt currens, & ideo, ſicut in nomine finito negatio, remouens qualitatem determinatam a ſubſtantia,facit nomen infinitum, ſimiliter in uerbo,negatio tollens actum ſpecialem, qui determinat actum generalem

reddit

A reddit uerbum infinitum, quod ſe extendit tam ad ens q̃ ad non ens. Ex quo patet quòd tale uerbum non poteſt enunciari de ſubiecto, quia non ſignificat aliquem determinatum actum, qui per intellectum dicitur de alio enunciari. ideo ſecundum Logicum non eſt uerbum, unde tale uerbum non poteſt eſſe infinitũ in oratione, nec etiam infinitandum eſt in oratione, quia negatio ſibi adueniens in oratione negat compoſitionem actualem extremorum, & non compoſitionem intrinſecam ipſius uerbi. Vnde ad hoc q uerbum infinitetur duo requirũtur. primo q ſignificet ante infinitationem actionem, uel paſsionem determinatam, & non generalem, & propter hoc uerbum eſt, ſignificat generalem actum eſſendi incluſum in omni alio uerbo. ſecundo requiritur q tale uerbum non determinet ſibi tale certum ſuppoſitum, & ideo uerba exceptæ actionis, & uerba primæ, uel ſecundæ perſonarum non poſſunt infinitari.

Quarto ſciendum quòd uerba obliqua ſunt uerba cæterorum temporum, & B modorum a præſenti indicatiui modi, quorum aliqua ſunt obliqua ſecundum tempus tantum, ut præteritum, & futurum indicatiui, alia uero ſecudum modum tantum, ut præſentia aliorum modorum, alia autem ſecundum utrumque, ut præterita, & futura de aliis modis. Vnde talia uerba obliqua non poſſunt uere uel falſe enunciari de aliquo, nec faciunt per ſe, & primo orationem uerã, uel falſam. & quia ſolum ſecundum Logicum illud eſt nomen quod per ſe primo, & non ratione alterius poteſt dici ſubiectum enunciationis. ſimiliter illud eſt uerbum apud Logicum quod primo, & per ſe, & non ratione alterius uere, uel falſe prædicatur, ideo ſecundum ipſum uerba obliqua non ſunt uerba. Vnde ſecundum ipſum, tantum duæ ſunt partes orationis. & capit ſpecialiter partem orationis pro parte requiſita neceſſario ad orationem ueram, uel falſam, & non capit eam generaliter ſicut Grammaticus, qui capit partem orationis pro omni uoce ſignificatiua, quæ ponitur in oratione, ſiue ponatur ut pars princi-C palis, ſiue ut diſpoſitio partium, ratione cuius ipſe ponit octo partes orationis, & per hoc patet determinatio definitionis ipſius uerbi.

Verba obliqua, & ipſorum natura.

Sed contra prædicta primo arguitur. Verbum ſignificat per ſuam ſignificationem, ſed ſignificatio eſt de natura uerbi, cum uirtus ſignificandi ſit de ratione eius, ergo uerbum ſignificat naturaliter, & non ad placitum.

Argumen.

Secundo ſic. Creare eſt uerbum, & tamen non ſignificat cum tempore, quia nõ ſignificat fluxum, & fieri, ſed actionem, quæ fit in indiuiſibili, ergo male ponitur, cum tempore.

Tertio ſic. Literæ, & ſyllabæ ſunt partes uerbi. & ſunt ſignificatiuæ ſeparatæ, quia ſicut uoces ſignificant conceptus ita literæ, uel ſyllabæ ſignificant uoces. ergo partes uerbi aliquid ſeparatæ ſignificant.

Quarto ſic. Verbum infinitum poteſt prædicari in oratione, ergo eſt uerbum. antecedens patet, quia ſignificat actum communem enti, & non enti, ſed oẽ cõius D põt pdicari de ſuis inferioribus, ergo tale uerbũ apud Logicum dicitur uerbum.

Quinto ſic. Iſtæ propoſitiones ſunt ueræ, Adam fuit, Antichriſtus erit, & tamen ibi prædicantur uerba obliqua, ergo uerbum obliquum poteſt uere prædicari de alio. igitur eſt uerbum ſecundum Logicum.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd ſi uerbum conſyderetur formaliter in ratione ſigni, ſic uirtus ſignificandi eſt de ratione, & de natura eius. ſed hic hoc modo non capitur, ſed, ſi conſyderetur materialiter in ratione uocis, ſic ſignificatio non eſt de ratione eius ſeu natura, ſed ſibi attribuitur ad placitum, & hoc modo intelligitur in iſta definitione referendo ad placitum ad ipſam uocem, quia ſignificatiuum ad placitum refertur ad uocem.

Solutio.

Ad ſecundum dicitur, quòd creare non ſignificat fluxum realem, qui

menſuretur tempore,ſed ſignificat per modum fluxus, & fieri.ideo ſignificat ſub E
modo temporis, & hoc ſufficit. Ad tertium dicitur, quòd, ſi capiatur litera pro figura ſcripta in aliqua ſuperficie, tunc literæ, & ſyllabæ ſunt ſignificatiuæ uocum, ſed ſic non ſunt partes uerbi. ſed, ſi capiatur litera pro uoce indiuiſibili ſignificata per illam figuram, quæ propriè dicitur elementum, tunc literæ,& ſyllabæ bene ſunt partes uerbi, ſed non ſunt ſignificatiuæ.

Ad quartum dicitur, ꝙ omne communius determinatum poteſt prædicari de ſuis inferioribus,ſed communius indeterminatum,& infinitum,quòd non poteſt accipi ꝓ intellectum pro aliquo certo, & determinato non prædicatur de ſuis inferioribus.mõ ſic eſt de uerbo infinito. Ad quintum dicitur,ꝙ uerba ꝑterita,& futura indicatiui modi non ꝓdicantur uerè de aliquo, nec faciunt orationem uerã, uel falſam, inquantum obliqua ſunt,ſed ſolum inquantum includunt præſens tp̃s indicatiui. Iuxta illud.propoſitiones de præterito, uel de futuro non ſunt ueræ, uel falſæ,niſi per reductionem ad illas de præſenti.unde iſta non eſt uera, Adam F
fuit,niſi quia iſta fuit uera, Adam eſt.& ſimiliter de futuro ſuo modo.

Orationis definitio, ac diuiſio.

Oratio eſt uox ſignificatiua ad placitum, cuius partes ſeparatæ aliquid ſignificant. Hoc totum, cuius partes ſeparatæ aliquid ſignificant. ponitur ad differentiam nominum, & uerborum, quorum partes ſeparatæ aliquid non ſignificant. reliquæ autem particulæ ponuntur hic ſub eadem ratione, qua in nomine & uerbo ponebantur.

Poſtq̃ determinatum eſt de nomine,& uerbo,quæ ſunt partes materiales enunciationis,hic conſequenter Auctor determinat de oratione,quæ eſt genus enunciationis, & quia definitio explicat eſſe rei, diuiſio uero poſſe ſiue ſeparationem G
partium eius,& eſſe præcedit poſſe uel ſeparationem, ideo anteq̃ diuidat orationem ponit eius definitionem, quæ talis eſt. Oratio eſt uox ſignificatiua ad placitum,cuius partes ſeparatæ aliquid ſignificant.

Triplex orõnis acceptio.

Pro quo primo eſt ſciendum, ꝙ oratio accipitur tripliciter. Vno modo pro re ſubiecta intentioni ſecundum ſe, & illo modo non definitur hic, quia ex uox complexa,& complexorum inquantum huiuſmodi non eſt definitio. Alio modo poteſt capi abſolute pro illa intentione, uel illa uoce ſignificatiua, quæ eſt oratio, & ſic iterum non definitur hic,quia partes eius ſeparatæ nihil ſignificarent. Tertio modo capitur pro illa intentione ut eſt ſignificatiua rei ſubiectæ, quæ eſt ſignificatum eius,& in illo modo hic definitur.ſicut.n.homo definitur ſub illa uoce,homo, & pro ſignificato eius quod eſt animal rationale, ita ſimiliter hæc uox, oratio, definitur pro ſuo ſignificato pro quo eſt uox, quædam complexa.

Q̃ſio, una uox ſit uel plures ipſa oratio.

Secundo ſciendum ꝙ, licet oratio non ſit una uox incomplexa, eſt tamen una H
per complexionem. & poteſt dici una propter duas cauſas. Primo ratione formæ,quia ibi eſt unitas ordinis, & complexionis plurium uocum ſignificatiuarum, quæ ſub tali forma uniuntur. Secundo ex parte finis, quia prædictæ uoces uniuntur ad ſignificandum unum conceptum complexum,ideo in definitione orationis bene ponitur uox tanquam genus.

Tertio ſciendum,ꝙ licet oratio non fuerit primo, & per ſe impoſita ad ſignificandum,tamen fuit ex conſequenti impoſita ratione impoſitionis ſuarum partium. per hoc.n. ꝙ partes ſunt ſignificatiuæ, oratio compoſita ex ipſis, trahit ſuum ſignatum, & tñ habet ſignificatum diſtinctum ab illis, quia illæ partes ſignificant conceptus ſimplices, oratio uero per ſe, & primo ſignificat conceptum.

complexum

A complexum, Et eodem modo poteſt dici orationem ſignificare ad placitum ratione impoſitionis ſuarum partium, quæ facta eſt ad placitum, licet oratio ſecundum ſe non ſignificet primo ad placitum, ideo in definitione orationis conuenienter ponitur ſignificatiua ad placitum ratione differentiæ, ſicut in definitionibus nominis, & uerbi. Et ibi ponitur, cuius partes ſeparatæ aliquid ſignificant, ad differentiam nominis, & uerbi.

Quarto ſciendum ꝙ duplices ſunt partes orationis, quædam ſunt remotæ, ut litteræ, & ſyllabæ, & quædam propinquæ, ut nomen, & uerbum primæ autẽ nõ ſunt ſignificatiuæ, nec ſunt partes orationis, niſi ſecundum quid, ſed aliæ ſunt ſignificatiuæ, quæ proprie dicũtur partes orationis, de quibus intelligitur in iſta definitione, & ꝑ hoc habetur declaratio huius definitionis orationis, quæ ſatis cõcordat definitioni eius ſic poſitæ a Priſciano, oratio eſt congrua dictionum ordinatio congruam perfectamq; ſnĩam demonſtrans ex modis ſignãdi cauſata.

B Sed contra prædicta primo arguitur. Nullum complexum poteſt definiri, cum non habeat unum eſſe, oratio eſt quid complexum ergo male hic definitur. Secundo ſic. Nulla quantitas eſt uox, cum ſit quædam qualitas, oratio autem eſt quædam quantitas, cum ſit ſpecies quantitatis diſcretæ, igitur male dicitur quod oratio eſt uox. Argumẽ.

Tertio ſic. Omnis uox ſignificatiua ad placitum habet aliquod ſignificatum proprium, oratio non eſt huiuſmodi, quia non ſignificat, niſi ratione ſuarum partium, ergo male dicitur, oratio eſt uox ſignificatiua.

Quarto ſic. Nullum ſignificans de neceſſitate ſignificat ad placitum, ſed illa oratio currit, in prima eius formatione ſignificabat ſuum ſignificatum .ſ. hominem, currere, nec poterat aliud ſignificare, ſimiliter quælibet alia oratio, ergo oratio non ſignificat ad placitum primi imponentis.

Quinto ſic. Dicendo ſic curro pluit, ſunt orationes, & tamen partes earum ſeparatæ nihil ſignificant. igitur male ponitur, cuius partes ſeparatæ &c.

C Ad argumenta. Ad primum dicitur ꝙ nullum complexum, complexe deſignatum, poteſt definiri, quia ibi non eſſet explicatio unius definiti ſecundum nomen tamen complexum ſignificatum incomplexe ſub uoce incomplexa, bene definitur, & ſic eſt in propoſito. Ad ſecundum dicitur, quòd ſi capiatur oratio pro menſura prolationis, ſic eſt quantitas diſcreta, nec illo modo hic definitur. ſed ſi capiatur pro uoce ſignificatiua complexa, ſicut capitur in propoſito, ſic non eſt quantitas, ſed quantum ad ſuum materiale, quod eſt uox quædam, eſt qualitas. Ad tertium dicitur ꝙ licet oratio trahat ſuum ſignificatum cauſaliter ex ſuis partibus, nõ tamen trahit illud formaliter a partibus, ſed habet proprium ſignificatum ratione compoſitionis partium, & illud eſt conceptus complexus ſignatorum ſuarum partiũ. Ad quartum dicitur, ꝙ illud, quod neceſſario ſignificat ſuum ſignatum, non ſignificat per ſe primo ad placitum, ſed ex conſequenti, & Solutio.

D ſic eſt de oratione, quæ ſignat ad placitum ꝑꝑ impoſitionem ſuarum partium, factam ad placitũ, ſed ſuppoſita tali impoſitione partium oratio compoſita ex ipſis, neceſſario habet ſignatum determinatum. Ad quintum dicitur, quòd illæ uoces, curro, pluit, & ſimiles, ex ui ſermonis non ſunt orationes, ſed uerba tantum. ſed uirtute intellectus, qui ſubintelligit ſuppoſita in uerbis primæ, & ſecundæ perſonarum, & in uerbis exceptæ actionis ſunt orationes, & partes ſeparatæ aliquid ſignificant, dum intelligitur ſuppoſitum, ut curro, tantum ualet ſicut ego curro, & pluit, ſicut Deus, uel natura pluit, & ſic de ſimilibus.

Diuiſio orationiss in perfectam, & imperfectam.

Orationum alia perfecta, alia imperfecta. Oratio perfecta, eſt illa,

quæ perfectum ſenſum generat in animo auditoris, ut homo currit. Oratio imperfecta eſt illa, quæ imperfectum ſenſum generat in animo auditoris, ut homo albus. Orationum perfectarum, alia indicatiua, ut homo currit. alia imperatiua, ut Petre fac ignem, alia optatiua, ut utinam eſſem bonus clericus, alia ſubiunctiua, ut ſi ueneris ad me dabo tibi equum, alia deprecatiua, ut miſerere mei Deus. Harum autem orationum, ſola indicatiua oratio dicitur eſſe propoſito. E

Poſtq̃ Autor præmiſit definitionem orationis, quæ explicat ipſam a priori, hic conſequenter ponit diuiſionem eius, quæ explicat ipſam a poſteriori, ipſam ſic diuidens. Orationum, alia perfecta, alia imperfecta. Cuius diuiſionis ratio eſt. quia omnis oratio repræſentat aliquem ſenſum intellectui. uel ergo repræſentat ſenſum perfectum, & ſic eſt oratio perfecta, uel imperfectum, & ſic eſt oratio imperfecta. F

Quis perfectus orationis ſenſus, ac imperfectus.

Pro quo faciendum primo q̃ ſenſus perfectus eſt ille, qui perfecte terminat actum intellectus, non ſuſpendens animum audientis ad inquiſitionem alterius requiſiti ad ſuam intellectionem, ut cum dicitur homo eſt animal, ibi eſt ſententia completa, non requirens additionem alterius, ut complete intelligatur. Sed ſenſus imperfectus eſt ille, qui non terminat perfecte actum intellectus, ſed indiget alio ut complete intelligatur, ut dicendo, homo albus, ibi eſt ſententia incompleta, & imperfecta, in qua intellectus audientis non perfecte terminatur. ideo eſt ibi ſenſus imperfectus. Vnde clare patet, q̃ hic nō capitur ſenſus pro potentia ſenſitiua animæ, ſed capitur pro ſententia, quæ eſt ſignificatio orationis.

Secundo ſciendum, q̃ oratio perfecta eſt illa, quæ perfectum ſenſum generat in animo auditoris, id eſt in intellectu audientis ipſam. Per hoc enim q̃ ipſa præſentatur auditui ſua ſpecies, ſiue ſimilitudo defertur ad intellectum, & intellectus cognoſcens ſignificationes terminorum apprehendit per illas ſignationes perfectum ſenſum orationis. Et ita oratio perfecta, mediante ſua ſpecie, & ſimilitudine, generat perfectum ſenſum in intellectu audientis. Sed oratio imperfecta dicitur illa, quæ imperfectum ſenſum generat in animo auditoris. & ibi capitur generat, ut dicit aptitudinem, & non actum, quia talis oratio non ſemper generat ſenſum in actu, ſed bene ſecundum aptitudinem. G

Diuiſionis pfectę orationis adæquata rō.

Tertio ſciendum q̃ oratio perfecta diuiditur per orationem indicatiuam, imperatiuam, optatiuam, ſubiunctiuam, coniunctiuam, & deprecatiuam. Quarum ſic habetur ſufficientia. quia omnis oratio perfecta explicat perfectum ſenſum. uel ergo explicat conceptum intellectus, uel affectum appetitus. Si conceptum, hoc eſt dupliciter, uel explicat talem conceptum categorice, & determinate, & ſic eſt indicatiua. aut dubitatiue, & conditionaliter, & ſic eſt coniunctiua. Si explicat affectum, hoc eſt dupliciter. uel pertinet ad appetitum concupiſcibilem, & ſic eſt optatiua uel iraſcibilem, & hoc eſt dupliciter. quia uel denotat imperium, quod fit ad minores, & ſic eſt imperatiua, uel deprecationē, quæ fit ad maiores, & ſic eſt deprecatiua, & hæc eſt diuiſio generis in ſuas ſpēs, & ſimiliter præcedens quia licet oratio non ſit uerum genus ſecundum rem, tñ eſt genus ſecundum modum. & diuiditur ad modum diuiſionis generis & ſimiliter oratio perfecta. Et ideo iſtæ diuiſiones ſub diuiſione generis continentur. H

Quarto ſciendum q̃ oratio indicatiua eſt, cuius uerbum principale eſt indicatiuum. & imperatiua, cuius uerbum principale eſt imperatiuum. & ſic de alijs modis ſuo modo. &, quia uerbum indicatiuum cæteris eſt perfectius, ideo oratio indicatiua cæteris perfectior eſt. Vnde ſola indicatiua ſignificat uerum,

uel

A vel falſum,eo quòd aliæ non dicunt determinate aliquid eſſe,uel non eſſe,ſed ſola indicatiua ratione verbi indicatiui,ideo ipſa ſola dicitur propoſitio,uel enunciatio.Ex quibus apparet diuiſio orationis,& definitiones membrorum eius, & diuiſio orationis perfectæ.

Sed contra prædicta primo arguitur.Nihil eſt perfectum,cui poteſt fieri additio,ſed cuilibet orationi poteſt fieri additio,ergo nulla oratio eſt perfecta. Argumen.

Secundo ſic.Omne,quòd habet debitam compoſitionem materiæ, & formæ eſt perfectum.Dicitur enim perfectum cui nihil deeſt de requiſitis ad ſuum complementum,ſed omnis oratio habet debitam cōpoſitionem materiæ, & formæ, ergo omnis oratio eſt perfecta,& ſic diuiſio dicta non ualet. Tertio ſic. Nulla oratio agit in animo auditorum; igitur nulla generat perfectum ſenſum in intellectu. Antecedens tripliciter probatur.primo,quia omne,quod agit eſt ſuppoſitum.ſecundo,quia oratio non præſentatur intellectui,quia uox non peruenit ad
B intellectum ſed ad auditum tantum,tertio,quia intellectus eſt impasſibilis cū ſit immaterialis,& paſſio oriatur a materia.ergo oratio non agit in intellectum.

Quarto ſic.Aliqua eſt oratio perfecta infinita,quia talis componitur ex nomine,& uerbo,& tamen talis non ponitur in diuiſione orationis perfectæ,igitur illa non eſt bona.

Quinto ſic.Iſta oratio optatiua, uellem eſſe bonus clericus, ſignificat uerum uel falſum,ergo non ſola indicatiua ſignificat uerum,uel falſum. Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dr̄ ꝙ aliquid dicitur perfectum dupliciter uno modo ſimpliciter,& abſolute,cui nulla ſimpliciter poteſt fieri additio.Et ſic orō non eſt perfecta, ſed ſolus Deus. Alio modo in genere,uel ſpecie,cui nihil deeſt de requiſitis ad ſuam perfectionem in tali genere,vel ſpecie,& ſic oratio dr̄ perfecta,& ſibi non poteſt fieri additio eſſentialis,requiſita ad ſuum genus,uel ſpeciem,ſed accidentalis tantum. Ad ſecundum dr̄ ꝙ licet omnis oratio poſſit dici
C ci perfecta perfectione primaria,quæ reſultat ex debita compoſitione materiæ, & formæ eius,quæ eſt eius modus proferendi, tamen non omnis oratio eſt perfecta perfectione finis orationis qui eſt repreſentatio conceptus perfecti complexi. Ad tertium dicitur,ꝙ oratio non agit per modum efficientis principalis, & tanquam quod,quia hoc conuenit ſoli ſuppoſito, tamen bene agit per modum formæ,uel inſtrumenti, uel tanquam quo. Dicitur ſecūdo ꝙ ipſa præſentatur ex cōſequenti intellectui ſecundum ſuam ſpeciem,licet non ſecundum ſe.Dicitur tertio,ꝙ licet intellectus non ſit pasſiuus pasſione corruptiua tamen bene eſt pasſiuus pasſione ſaluatiua, & perfectiua,quia poteſt perfici per ipſum intellectum. Ad quartum dicitur ꝙ licet oratio infinita habeat nomen,& uerbum obliquum non tamen rectum,quare non perfectum ſenſum generat in animo,ideo non eſt oratio perfecta,nec debuit poni in diuiſionem eius. Ad quintum dr̄, ꝙ iſta ego, uellem eſſe bonus clericus,ſi conſyderetur ut optatiua eſt,& explicat deſiderium,
D non eſt uera neque falſa,ſed ſi conſyderetur ut uirtualiter includit unam indicatiuam,ſcilicet iſtam,uoluntas mea eſt ut eſſem clericus,ſic eſt uera,uel falſa,& ita dicendum eſt de ſimilibus. Vide 3. de aīa t.ca. 3. 14. & ibi docto.

De propoſitione,ac eius multiplici diuiſione.

Propoſitio eſt oratio uerum, uel falſum ſignificans indicando, ut homo currit.Propoſitionum,alia categorica,alia hypothetica.

Poſtquam Auctor determinauit de oratione,quæ eſt genus enunciationis,hic conſequenter determinat de ipſa enunciatione de qua principaliter, intenditur in hoc primo tractatu. Et ipſam primo definit ſic ſub nomine propoſitionis dicens.Propoſitio eſt oratio uerum,uel falſum ſignificans indicando. In qua definitione

d fin itione ponitur oratio loco generis, uerum uel falſum ſignificans, ad diffe rentiam orationum imperfectarum, & aliarum perfectarum ab indicatiua, quia nulla earum ſignificat, verum, uel falſum. & ponitur indicando, ad maiorem explicationem, ſ. ad oſtendendum ꝙ ſola indicatiua dicitur propoſitio. & quanuis hoc poſſit intelligi per hoc, quod dicitur uerum, uel falſum ſignificans, non tñ æque explicite. ideo illa pars non ſuperfluit, quãuis etiam aliqua propoſitio hypothetica non ſit indicatiua, non tamen ſignificat uerum, uel falſum, niſi per reductionem ad indicatiuam. E

Enũciationis, ac propoſitionis diſcrimen. Pro quo eſt ſciendum primo, ꝙ propoſitio & enunciatio dicũt idem realiter, ſed differunt ratione quid nominis. Nam dicitur enuntiatio inquantum penes ipſam extra intellectum enunciatur prædicatum de ſubiecto. dicitur.n. enunciatio ab è, quod eſt extra, & nunciatio, quia ipſa eſt quaſi nuncius intellectus, nuncians conceptum interiorem extra intellectum. Sed dicitur propoſitio inquantum ponitur pro alio. ſ. pro concluſione inferenda in argumentatione. ſed quia idem ſunt realiter propoſitio, & enunciatio, ideo hñt eãdem definitionem eſſentialem. Vnde definitur enunciatio, quod eſt oratio in qua uerum, vel falſum eſt. & hęc eſt eadem cum definitione propoſitionis. Ideo hic definitur enũciatio ſub noĩe propõnis, quia hic conſyderatur inquãtũ ordinatur finaliter ad ſyllogiſmũ. F

Quid verũ uel falſum ſignificare. Secundo ſciẽdum, ꝙ ſignificare uerum, eſt ſignificare aliquid ita eſſe ſicut eſt, uel aliquid ita non eſſe ſicut non eſt. Et ſignificare falſum eſt ſignificare aliquid eſſe, uel non eſſe, aliter q̃ eſt. ideo propõ ſignificat uerum quando repreſentat aliquam compoſitionem adæquate ſicut eſt. & ſignificat falſum, quando repræſentat illam cõpoſitionem inadæquatæ, & aliter quam ſit. Ex quo patet, ꝙ ueritas propoſitionis eſt adæquatio eius ad ſuum ſignificatũ, & falſitas eſt inadęquatio. Patet ulterius ꝙ primum ſignificatum, & formale propoſitionis eſt compoſitio extremorum, & verum uel falſum ſunt ſignificatum materiale, & ſecundarium propoſitionis. Ipſa.n. primo ſignificat illam compoſitionem, & dr̃ ſignificare uerum, uel falſum quantum ad modos ſignificandi uel repræſentandi illam compoſitionem. & per hoc patet declaratio definitionis propoſitionis. G

Tertio ſciendum ꝙ propõſitio in cõi diuiditur in propoſitionem categoricam, & hypotheticam. Cuius diuiſionis ratio eſt. quia omnis propoſitio eſt oratio uera, uel falſa. uel ergo talis oratio componitur immediate ex terminis, uel ex pluribus orationibus, ſi primum eſt categorica. ſi ſecundum eſt hypothetica. & hãc diuiſionẽ ponit Ariſt. in lib. perihermenias aliter hoc mõ. enunciationum alia eſt una ſimpliciter, q̃ dr̃ categorica, alia eſt coniũctione una, que dr̃ hypothetica.

Quarto ſciendum ꝙ iſta diuiſio dicitur dari penes ſubſtãtiam propõnis, quia propõ categorica, & hypothetica differunt ſecundum ſuam ſpeciem. ideſt ſecundum materiam & formam ipſarum, & ex conſequenti ſecundum totam ſubſtantiam. quia categorica habet ſubiectum, & prædicatum materiale pro materia, & habet copulam uerbalem pro forma. hypothetica uero habet duas categoricas pro materia, & coniunctionem un entem ipſas pro forma. & per hoc patet declaratio huius diuiſionis. H

Argumen. Sed cõtra prædicta primo arguitur. Nulla diſtincta de ſeinuicem verificantur, cum diuiſio ſemper includat oppoſitionem, & in ea fundetur, ſed propoſitio & oratio diſtinguuntur, cum oratio ſit communior propoſitione, igitur male dr̃ ꝙ propoſitio eſt oratio. Secundo ſic. In bona definitione non debent poni oppoſita, ſed in iſta ponũtur uerum uel falſum, quæ ſunt oppoſita, ergo non eſt bona. Tertio ſic. Omnes oratio, quę ſemper ſignificat ſuum ſignificatum, ad quod eſt impoſita ad ſignificandum eſt uera, ſed omnis propoſitio repreſentat ſuum ſignificatum, ut hæc propoſitio. homo currit, ſemper ſignificat hominem currere.

ſiue

A ſiue currat ſiue non, ergo omnis propoſitio ſemper ſignificat uerum, & nunquam falſum. Quarto ſic. Membra diuiſionis propoſitionis non ſunt oppoſita, quia unum in alio continetur ut pars alterius, quia categorica eſt pars hypotheticæ. igitur illa diuiſio eſt inſufficiens. Quinto ſic Hæc oratio, tantum homo currit, eſt propoſitio, & tamen non eſt categorica quia continet plures categoricas, nec hypothetyca, cum non ſit ibi coniunctio, ueniens plures categoricas, ergo diuiſio illa eſt inſufficiens.

Ad argumenta. Ad primũ dicitur, ꝙ illa, quæ ſunt diſtincta eſſentialiter, ut oppoſita uel diſperata de ſeinuicem non uerificantur. ſed illa, quæ diſtinguuntur accidentaliter tantum, ut ſuperius, & inferius, bene uerificantur de ſeinuicem. & hoc modo ſolum diſtinguuntur propoſitio & oratio. Ad ſecundum dr̃. ꝙ ſi conſyderentur oppoſita ut oppoſita ſunt, & deſtruunt ſeinuicem, ſic non debent poni in eadem definitione, ſed ſi conſyderentur ut circumloquuntur aliquod ſuperius, Argumen.
B uel explicant diuerſas paſsiones inferiorum definiri, ſic bene ponuntur diſiunctiue in eadem definitione, & ſic ponuntur uerum, & falſum in eadem definitione ad circumloquendum propriam paſsionem propoſitionis, ꝙ diuerſas paſsiones ſuorum inferiorum. Ad tertium dicitur. ꝙ oratio non dicitur uera, eo ꝙ repreſentat ſuum ſignificatum, ſed quia repreſentat ipſum adæquatæ. ideo maior rationis eſt falſa. Ad quartum dr̃. ꝙ categorica materialiter continetur in hypothetica tanquam pertinens ad materiam eius, non tamen formaliter, tanquam pertinens ad formam eius. & licet ibi maneat categorica ſecundum formã eius, tñ illa forma ſe habet per modum materiæ reſpectu hypotheticæ. ideo non manet ibi formaliter, & ſic bene opponuntur illæ propoſitiones ſecundum formas. Ad quintum dr̃. ꝙ iſta, tñ homo currit, eſt formaliter categorica, quia ſolum ponit formaliter unam categoricam præiacentem eius, ſed eſt uirtualiter hypothetica, quia uirtualiter. & implicite continet duas categoricas coniunctas copu-
C latiue, ut patet in reſolutione eius, quia ualet tantum homo currit, ſicut, homo, & nihil aliud ab homine currit.

De propoſitione categorica.

Propoſitio categorica eſt illa, quæ habet ſubiectum, prædicatum, & copulam, tanquam principales partes ſui, ut homo currit. in hac. n. propoſitione, homo currit, homo eſt ſubiectum, currit uero prædicatum, & quod coniungit unum cum altero, eſt copula, ut patet in reſoluendo. ut homo currit, ideſt, homo eſt currens. ibi hoc nomẽ homo, eſt ſubiectum, & currens, prædicatum, & hoc uerbum eſt, dicitur eſſe
D copula, quia coniungit unum cum altero. Et dicitur categorica a categorizo, quod idem eſt quod prædico. unde dicitur categorica. i. propõ prædicatiua. Subiectum eſt illud, de quo aliud dicitur, ſ. prædicatum. Prædicatum eſt illud, quod de altero dicitur. ſ. de ſuo ſubiecto.

Poſtq̃ Auctor poſuit definitionem propoſitionis, & eius diuiſionem in categoricam, & hypotheticam, hic conſequenter incipit determinare de membris illius diuiſionis. & quia propoſitio categorica pars eſt propoſitionis hypotheticæ, & pars naturaliter præcedit totum, quod ipſa componit, ideo prius determinat de propoſitione categorica, qui hypothetica, ipſam ſic definiens. Propoſitio categorica eſt illa, quæ habet unum ſubiectum, unam copulam, & unum prædicatum, tanquam principales partes ſui.

Pro quo primo ſciendum, ꝙ in hac definitione per hoc relatiuum, illa, intelligitur genus definiti. ſ. propoſitio. eſt. n. relatiuum identitatis ſubſtantiæ, & ſuppo nit pro ſuo antecedente, quod eſt propoſitio, ideo dat intelligere genus definiti, Et totum reſiduum ponitur ad differentiam hypotheticæ propoſitionis, in qua licet ſint ſubiectum, prædicatum, & copula. non tamē tanquam partes principales ſui ſed ſicut minus principales, & remotæ. & per ſubiectum. & prædicatū, intelligitur materia propōnis categoricæ, & ꝑ copulam, intelligitur forma partis, & ſua forma totius eſt eſſe unitū, reſultans ex unione copulæ prædicati, & ſubi. ideo ꝑ hanc definitionem ſufficienter explicatur natura propōnis categoricæ. E

Subiectū ꝑdicatum & copula qd ſint.

Secundo ſciendum ꝙ in omni propoſitione categorica dicitur aliquid de alio, & ideo in qualibet propoſitione categorica tria requiruntur. Primo illud, de quo aliquid dicitur, ſ. ſubiectum, ſecūdum eſt illud, quod dicitur de aliquo. ſ. prędicatum materiale. tertium eſt illud, per quod, uel mediante quo unum dicitur de alio, quod eſt copula eſt prædicatum formale propoſitionis. & ideo dicitur categorica, quaſi prædicatiua, a categorizo. quod eſt idem, quod prædico, quia ſemper ibi prædicatur aliquid de ſubiecto, & magis dr̄ prædicatiua a ꝑdicato, q̄ ſubiectiua a ſubiecto, quia prædicatum in ipſa habet rationem formæ, ſubiectum uero rationem materiæ. modo a formaliori debet fieri denominatio, & ideo attenditur hęc denominatio principaliter ex parte prædicati formalis quod eſt copula. F

Quid ſubiectum & ꝑdicatū propoſitionis.

Tertio ſciendum ꝙ ſubiectū propoſitionis dicitur illud, de quo dicitur aliud, ſcilicet prædicatum. Et prædicatum eſt illud, quod dicitur de alio, ſ. de ſubiecto. Duplex tn̄ reperitur prędicatum in propoſitione, ſ. materiale, quod unitur cum ipſo ſubiecto per copulam, & prędicatum formale quod unit prędicatum materiale cum ſubiecto, quod eſt ipſa copula, ut in hac propoſitione, homo eſt aīal, ibi hoc uerbum eſt, dicitur prædicatum formale, & animal, dicitur prædicatum materiale, & quandoq; in propoſitione, prædicatum materiale, & formale ſecū dum uocem & realiter diſtinguuntur, quandoque uero differunt ratione tantum, & non ſecundum uocem, ut hic. homo currit. G

Propoſitio de ſecūdo & tertio adiacente.

Quarto ſciendum ꝙ propoſitionum categoricarum, quædam ſunt de eſt, ſecundo adiacente in quibus non ponitur aliquod prædicatum materiale, præter illud uerbum eſt, ut hic. homo eſt. Aliæ ſunt propoſitiones de tertio adiacente, in quibus præter illud uerbum eſt, ponitur prædicatum aliud materiale, ut hic. homo eſt animal. & in propoſitionibus de tertio adiacente prędicatum materiale, & formale ſecundum uocem diſtinguuntur, & formaliter, ſe in illis de ſecundo adiacente non diſtinguuntur realiter, ſed ratione tm̄. probatur, quia tale uerbū ſignificat, quendam actum per modum fluxus, & fieri, & importat illum ut fluit ab agente, & recipitur in patiente, ratione cuius uerbum ſignificat per modum actionis, uel paſſionis, & dicibilis ab alio. & de ratione actus, uerbum dicit, id quod unitur cum ſubiecto, & habet rationē prædicati materialis. ſed inquantū reſpicit id, cuius eſt, ſ. id, a quo fluit, uel in quo recipitur, eſt unitiuū ſuiipſius ad ſubiectum, & habet rationem prædicati formalis. ideo in propoſitione de ſecundo adiacente prædicatum materiale, formale, ratione diſtinguuntur. H

Argumen.

Sed cōtra prædicta arguitur primo. Tantum ſunt duæ partes principales orationis ſ. nomen & uerbū, ergo propō categorica non hēt tres partes principales.

Secundo ſic. In iſta propoſitione, homo eſt, non reperiuntur ſubiectum, & prædicatum, & copula, & tamen eſt categorica, igitur definitio non conuenit omni contento ſub definito.

Tertio ſic. In iſta propoſitione. homo eſt homo, homo eſt ſubiectum, & tamen de ipſo non dicitur aliud, cum idem prædicetur de ſeipſo, ergo male definitur

A nitur ſubiectum, quòd eſt de quo aliud dicitur.

Quarto ſic. Subiectum, & prædicatum opponuntur: quia de ratione ſubiecti eſt eſſe ſub, & prædicati eſt eſſe ſupra, ergo prædicatū non poteſt dici de ſubiecto.

Quinto ſic. Idem non poteſt eſſe definiens, & definitum reſpectu eiuſdem, quia ſi ſic, idem ignotius & notius eſſet reſpectu eiuſdem. ſed ſubiectum definitur per prædicatum, ergo male definitur prædicatum per ſubiectum.

Ad argumenta. Ad primum dicitur. ꝙ licet ſint tantum duæ partes orationis Solutio. eſſentialiter diſtinctæ quantum ad modos ſignificandi ſcilicet nomen & uerbum tamen ſunt plures accidentaliter, diſtinctæ ſcilicet quantum ad ſitum & numerum earum in propoſitione, & ſic diſtinguitur prædicatum materiale, & ſubiectum propoſitionis. Ad ſecundum dicitur. quod licet in illa propoſitione, homo eſt, prædicatum, & copula non diſtinguantur ſecundum uocem, & realiter tamen diſtinguuntur ratione ut prius viſum eſt. & ideo poteſt reſolui in iſtam, B homo eſt ens. ubi prædicatum, & copula uocaliter diſtinguuntur. & ſimiliter quælibet propoſitio, in qua ponitur nomen & uerbum tantum poteſt reſolui per participium illius uerbi, & per hoc uerbum eſt, ut homo legit. i. homo eſt legens. Ad tertium dicitur quòd in illa, homo, eſt homo, licet prædicatum non ſit realiter aliud a ſubiecto, eſt tamen aliud ſecundum ſitum & numerum uocis, & hoc ſufficit, quia non ſumitur hic aliud proprie ut dicit diuerſitatem eſſentialem. Ad quartum dicitur, ꝙ ſubiectum & prædicatum accepta formaliter, quantum ad intentiones ſubiecti & prædicati, opponuntur, ideo iſta eſt impoſſibilis, ſubiectum eſt prædicatum, tamen ipſa accepta materialiter quantum ad illud, quod ſunt, non opponuntur, & hoc modo unum dicitur de alio. Ad quintum dicitur, quod licet in entibus abſolutis idem non ſit definiens & definitum, tamen bene eſt in relatiuis, in quibus unum poteſt eſſe magis, & minus notum altero ſecundum diuerſas rationes, & huiuſmodi ſunt ſubiectum & C prædicatum. & ideo per ſeinuicem conuenienter poſſunt definiri.

Diuiſio propoſitionis categoricæ, in uniueſalem particularem, indefinitam, & ſingularem.

Propoſitionum categoricarum, alia uniuerſalis, alia particularis, alia indefinita, alia ſingularis. Propoſitio uniuerſalis eſt illa, in qua ſubiicitur terminus communis, ſigno uniuerſali determinatus. Vel propoſitio uniuerſalis eſt illa quæ omni, aut nulli ineſſe ſignificat, ut omnis homo currit. nullus homo currit. Terminus communis eſt qui aptus natus eſt prædicari de pluribus, ut homo eſt terminus commu-D nis, quia prædicatur de Socrate & Platone, & de unoquoque homine. Signa uniuerſalia ſunt hæc omnis, nullus, nihil, quilibet, alter, uter, neuter, & ſimilia.

Poſtquam Auctor præmiſit definitionem propoſitionis categoricæ, hic conſequenter Auctor eam diuidit per uniuerſalem propoſitionem, particularem, & indefinitam, & ſingularem. Cuius diuiſionis ſufficientia ſic haberi poteſt. quia in omni propoſitione categorica eſt ſubiectum, prædicatum & copula. uel ergo ſubiectum eius tenetur pro unico ſuppoſito, & ſic eſt ſingularis, uel pro pluribus & hoc dupliciter. uel tenetur ſub quātitate indeterminata per ſignum, & ſic

eſt

eſt indefinita, uel ſub quantitate determinata per ſignum & hoc dupliciter. quia uel illud ſubiectum determinatur per ſignum uniuerſale, & ſic eſt uniuerſalis, uel per ſignum particulare, & ſic eſt particularis. Et dicitur iſta diuiſio ſumi ex parte quantitatis propoſitionis. E

Primo ſciendum ꝙ quantitatis propoſitionis, eſt diſpoſitio ſubiecti qua menſuratur acceptio eius pro unico uel pro pluribus. Et dicitur iſta diſpoſitio quantitas tranſumptiue per ſimilitudinem, quia ſicut quantitas proprie dicta eſt menſura ſubſtantiæ, ſic iſta eſt menſura ſubiecti propoſitionis. Et quia iſta diuiſio ſumitur ex parte diſpoſitionis ſubiecti propoſitionis, ut patet per ſufficientiã eius ideo ſumitur ex parte quantitatis. & iterum. quia illa quantitas ſe tenet ex parte ſubiecti & materiæ, licet immediate ſumatur ex parte quantitatis. Ex quo patet ꝙ non eſt diuiſio gñis in ſuas ſpecies, quia illa diuiſio ſemper fit per formales dñas. quod non conuenit iſti diuiſioni, ſed magis eſt diuiſio ſubiecti accñtia.

Quid nã uniuerſalis propõſit. & quæ ipſam conſtituant. Secundo ſciẽdum ꝙ propoſitio uniuerſalis eſt in qua ſubijcitur terminus cõis ſigno uniuerſali determinatus, ut omnis homo currit. Et ad ipſam requiritur primo ꝙ ibi ſit communis, communiter tentus, defectu cuius iſta non eſt uniuerſalis, omnis homo eſt totum in quantitate, ſed ſingularis, quia licet homo ſecundũ ſe ſit terminus cõis, tamen ibi capitur ſingulariter pro ſeipſo, non diſtributo in ordine ad prædicatum. ideo illa propoſitio eſt ſingularis Secundo requiritur, ꝙ diſtribuatur per ipſum, & teneatur vniuerſaliter, defectu cuius iſta non eſt uniuerſalis, non omnis homo currit, ſed particularis, quia illud ſignum omnis, non diſtribuit ſubiectum, ſed per negationem impeditur actio eius. & ſic patet ꝙ in propoſitione uniuerſali requiritur terminus uniuerſalis uniuerſaliter tentus, & ꝙ ſit uniuerſalis habet ex parte ſui ſignificati, & quòd ſit uniuerſaliter tentus, habet a ſigno uniuerſali, & ab hoc ultimo propoſito dicitur uniuerſalis. F

Tertio ſciendum ꝙ ad notificandum definitionem propoſitionis uniuerſalis Auctor notificat terminum communem, & ſigna vniuerſalia. Vnde terminus cõmunis eſt aptus natus prædicari de pluribus. Et huius ratio eſt, quia terminus cõmunis dicitur cuius ſignificatum eſt cõmunicabile multis, ſicut homo ſignificat humanitatem, quæ communicabilis eſt Socrati & Platoni, & ſic de alijs, & quia tale ſignificatum commune eſt repertum in multis actu uel aptitudine, ideo terminus communis poteſt prædicari de multis, & communitas eius attenditur ex parte ſui ſignificati, & non ex parte uocis, quia ex parte uocis homo non habet maiorem communitatem quàm Socrates. G

Quid ſignum uniuerſale. Quarto ſciendum ꝙ ſignum uniuerſale dicitur quod facit terminum, cui iungitur teneri uniuerſaliter pro omnibus ſuis ſuppoſitis, vel eſt ſignum quod ſignificat qñ uniuerſaliter. i. ꝙ terminus, cui additur tenetur vniuerſaliter, & diſtributiue & ſignorum, quædam ſignificant uniuerſaliter, & affirmatiue, alia uniuerſaliter & negatiue. Ex quo patet ꝙ ſignum uniuerſale eſt quædam diſpoſitio ſubiecti non tñ abſoluta dicens quale ſit ſubiectum ſecundum ſe, ſed eſt diſpõ reſpectiua, dicens qualiter ſubiectum ſubijcitur prędicato, & propter hoc reperta fuerunt. & per hoc patet prima diuiſio propoſitionis categoricæ, & definitio primi membri eius. H

Argumẽ. Sed contra prædicta primo arguitur Membra diuiſionis propoſitionis categoricę non ſunt oppoſita, igitur &c. Antecedens patet, quia particularis propoſitio continetur in uniuerſali, igitur illæ non ſunt oppoſitæ, uel oppoſita eſſent in eodem. Secundo ſic. In iſta, cuius libet hominis aſinus currit, ſubijcitur terminus communis ſigno uniuerſali determinatus, & tamẽ eſt indefinita igitur definitio propoſitionis uniuerſalis conuenit alijs a definito. Tertio ſic. Iſta eſt uniuerſalis, nihil eſt in burſa, & tamen non ſubijciuntur terminus communis, ſed tantummodo

A modo ſignum uniuerſale.ſ.nihil,igitur contra illam definitionem. Quatto ſic. Iſta eſt uniuerſalis,non homo currit, cum ſit contradictoria iſtius, homo currit, tamen ibi non ponitur ſignum uniuerſale igitur in illa definitione male ponitur, ſigno uniuerſali determinatus. Quinto ſic, Omne uniuerſale prædicatur de multis ſed nullum ſignum prædicatur de multis igitur nullum eſt ſignū uniuerſale.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ propoſitio particularis,licet ſecundū ſuum ſignificatum contineatur in uniuerſali, non tamen formaliter,& ſecundū uocem, ideo formaliter bene opponuntur penes uniuerſale,& particulare. Ad ſecundum dicitur ꝙ iſta,cuiuſlibet hominis aſinus currit,eſt duplex ſubiectum.ſ. ſubiectum locutionis, quod reddit ſuppoſitum uerbo,& ſubiectum diſtributionis,quod ibi diſtribuitur per ſignum uniuerſale,ratione primi eſt indefinita,ratione ſecundi eſt uniuerſalis.ſed quia enunciatio ſimpliciter denominatur quam eſt ſimpliciter indefinita.& ſimiliter dicendum eſt de iſtis,cuiuslibet hominis oculus eſt dexter omnem hominem uidet,Socrates. Ad tertium dicitur,ꝙ licet in iſta B nihil eſt in burſa, nō ponatur explicite terminus commūnis,tamen uirtualiter ponitur & implicite in illo ſigno nihil,quod includit terminum ſuæ diſtributionis, ſcilicet ens. Ad quartum dicitur.ꝙ in iſta non homo currit,licet non ponatur formaliter ſignum vniuerſale tamen ibi ponitur diſtributio ex conſequenti ratione negationis,quæ per ſe primo negat ueritatem huius propoſitionis, homo currit, & per hoc remouetur prędicatū a quolibet ſuppoſito ſubiecti,quia hoc requiritur ad falſitatem huius,homo currit,& ideo ex conſequenti ponit iſtam, nullus homo currit,& diſtribuit ſubiectum. Ad quintum dicitur,ꝙ nullum uniuerſale, ſignum eſt uniuerſale in prædicando,ſed bene in diſtribuendo, quod ſufficit ut aliqua dicantur ſigna uniuerſalia. Solutio.

C

Quid particnlaris ac indefinita propoſitio ſit.

Propoſitio particularis eſt illa;in qua ſubiicitur terminus communis,ſigno particulari determinatus, ut aliquis homo currit, quidam equus mouetur.Signa particularia ſunt hæc,aliquis quidam,reliquus. alter,& ſimilia. Propoſitio indefinita eſt illa, in qua ſubiicitur terminus communis,ullo ſigno determinatus,ut homo currit.

Poſtquam auctor determinauit de propoſitione uniuerſali,quæ inter alias hēt perfectiorem quantitatem eo ꝙ ſubiectum eius teneatur in actu, & ſecundum modum enunciandi pro omnibus ſuis ſuppoſitis,quod non fit in aliis, hic conſequenter auctor determinat de propoſitione particulari,& indefinita. Et quia pro D poſitio particularis habet quantitatem ſui ſubiecti determinatam per ſignum, non autem indefinita,ideo prius determinat de particulari ipſam ſic definiens. propoſitio particularis eſt illa,in qua ſubiicitur terminus communis ſigno particulari determinatus,ut quidam homo.

Primo ſciendum,ꝙ in propoſitione particulari ſubiectum contrahitur ad ſtandum pro aliqua parte eius,ſiue pro aliquo ſuorum particularium, & inde dicitur particularis,& quia terminus diſcretus non habet aliquam partem ſubiectiuam ſub ſe,ideo non habet cōtrahi ſtandum pro aliquo eius particulari,nec poteſt eſſe ſubiectum alicuius propoſitionis particularis,ideo oportet ꝙ in ea ſubiiciatur terminus communis non habet de ſe maiorem determinationem ad ſtandū pro natura ſimplici quā pro particularibus, nec ad ſtandū pro omnibus ſuppoſitis ſimul, Particularis propō, & eius ſubiectum.

mul, uel pro aliquibus tantum, ideo ad determinandum ipſum pro aliquo parti E
culari eius, requiritur quòd ſit determinatus per ſignum particulare.

Secundo ſciendum, quòd ſignum particulare eſt diſpoſitio ſubiecti, determinans ipſum pro parte indeterminata eius. ſ. pro indiuiduo uago in ordine ad prædicatum, & inde dicitur particulare a parte, quia contrahit terminum ad aliquā partem eius, ut dicendo, quidam homo currit, illud ſignum quidam determinat hominem ad indiuiduum eius, licet indeterminatum, homo enim remoto illo ſigno non haberet talē determinationem, ſed poſſet indifferenter accipi pro natura communi, uel pro ſuppoſitis, & non eſt ſignum particulare diſpoſitio abſoluta ſubiecti, ſed eſt diſpoſitio reſpectiua ſubiecti, dicens qualiter ſubiectum prædicato ſubiicitur, ſicut dictum eſt de ſignis uniuerſalibus.

Indefinita propoſitio. Tertio ſciendum quòd propoſitio indefinita eſt illa, in qua ſubiicitur terminus cōmunis ſine ſigno, ut homo currit. Cuius ratio eſt, quia propoſitio indefinita eſt indeterminata ſecundum quantitatem, & acceptionem ſui ſubiecti, & quia terminus ſingularis ſemper habet determinatam acceptionem, quia tenetur pro unico determinato ſuppoſito ideo in propoſitione indefinita non poteſt ſubiici terminus diſcretus, ſed ibi requiritur terminus communis acceptus cum ſigno uniuerſali, uel particulari, ſemper habet determinatam quantitatem, ideo ad propoſitionem indefinitam requiritur quòd talis terminus ponatur ſine ſigno, determinante ipſum ad certam quantitatem menſurando acceptionem ei pro unico ſuppoſito, uel pro pluribus, & ad propoſitionem indefinitam, & particularem requiritur, quòd ſit ibi terminus communis communiter tentus, defectu cuius hæc non eſt indefinita, homo eſt ſpecies, quia homo ibi tenetur ſimpliciter. F

Vnde dicatur propoſ. indefinita. Quarto ſciendum quòd propoſitio indefinita non dicitur indefinita, quia non habeat determinatam quantitatem ſecundum rem, & intellectum, quia omnis propoſitio ſecundum rem habet determinatam quantitatem cum in ea ſit determinata acceptio ſui ſubiecti, ſed dicitur indefinita, quia acceptio ſui ſubiecti non eſt determinata ad certam quantitatem ſecundum modum enunciandi, quæ prouenit ex diſpoſitione ſubiecti per ſignū uniuerſale, uel particulare. Ideo dicitur indefinita, id eſt indeterminata, quia ſubiectum eius nō eſt determinatum ſigno uniuerſali uel particulari ad aliquam quantitatem, & licet ſubiectum eius ſupponat determinate quantum ad illud, pro quo uerificatur locutio, tamen quantum admodum enunciandi tenetur indeterminate. quia non determinatur per ſignū & per hoc apparent definitiones propoſitionum particulari, & indefinitæ. G

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur. Hæc eſt particularis, non omnis homo currit, & tamen ibi non eſt terminus communis ſigno particulari determinatus igitur contra definitionem.

Secundo ſic. Nullum communius poteſt determinare minus commune, cùm ſit magis determinatum quàm ſic communius, ſed ſignum particulare eſt communius, & minus determinatum qui terminus communis. quia poteſt applicari ad terminum communem, ergo non poteſt determinare terminum communem. H

Tertio ſic. Signum particulare non remouet communitatem termini cōis quia quidam homo uerificatur de tot hominibus, ſicut homo, ergo ſignum particulare non contrahit terminum communem ad aliquam eius partem,

Quarto ſic. Hęc eſt indefinita, Sortes eſt dictio diſſyllaba, quia Socra. ibi tenetur pro uocibus prolatis a diuerſis hominibus, & poteſt pro qualibet uerificari, & tamen ibi non ſubiicitur terminus communis, igitur in indefinita non ſemper ſubiicitur terminus communis.

Quinto. Iſta eſt indefinita, tantum homo currit, & tamen ibi non ponitur terminus communis ſine ſigno, igitur &c.

A Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet in iſta, non omnis homo currit, non ſit ſignum particulare formaliter, tamen ibi eſt uirtualiter ratione negationis remouentis uniuerſalitatem ſigni uniuerſalis ſequentis, & ponentis ex conſequenti particularitatem. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet ſignum particulare ſit minus determinatum ſecundum ſpeciem q̃ terminus communis, quia applicabile eſt indifferenter ad omnes ſpecies, tamen eſt magis determinatum ſecundum numerum, & quo ad hoc poteſt contrahere terminum cõem ad aliquam partem eius. Ad tertium dicitur, ꝙ licet ſignum particulare non contrahat terminum communem ad partem determinatam eius. ſ. ad indiuiduum ſignatum, tñ bene contrahit ipſum ad partem indeterminatam. &, licet quidam homo, uerificetur de tot ſuppoſitis de quot homo, non tamen poteſt teneri pro natura ſimplici, ſicut homo per ſe ſumptus, ideo eſt ibi determinatio quantum ad acceptionem & prædicationem indiuidui. vnde quidam homo, non prædicatur de multis homi- Solutio.

B nibus, niſi æquiuoce, licet bene prædicatione ſpeciei. Ad quartum dicitur, ꝙ, ſi Socrates ſumatur pro uno ſuppoſito eſt terminus diſcretus, ſed, ſi ſumatur loco unius uocis impoſitæ ad ſignificandum omnes ſimiles uoces in prolatione, ſicut ſumitur in hac, Sortes, eſt dictio diſſyllaba, ſic habet rationem termini communis, & ideo illa eſt indefinita, & Socra. ibi ſupponit determinate. Ad quintum dicitur, ꝙ licet in iſta, tm̃ homo currit, ſit ſignum excluſiuum, non tamen ſignum uniuerſale, uel particulare diſponens ſubiectum ſecundum uniuerſalitatem uel particularitatem, & de illo ſolum eſt hic ad propoſitum.

De propoſitione ſingulari, & eius ſubiecto.

Propoſitio Singularis eſt illa, in qua ſubiicitur terminus ſingularis

C uel diſcretus, ut Socrates currit. uel terminus communis cum pronomine demonſtratiuo primitiuæ ſpeciei, ut iſte homo currit. Terminus ſingularis uel diſcretus eſt qui aptus natus eſt prædicari de uno ſolo, ut Socrates de ſeipſo.

Poſtquàm determinatum eſt de propoſitione uniuerſali, particulari, & indefinita, hic conſequenter Auctor determinat de propoſitione ſingulari. Ratio ordinis eſt. quia in tribus primis ſubiiciuntur terminus communis communiter acceptus, qui ſemper poteſt teneri pro multis: in ſingulari uero ſubiicitur terminus ſingulariter captus, qui non poteſt teneri pro pluribus, ideo in illis tribus eſt perfectior quantitas ſubiecti quàm in ſingulari. ratione cuius inter has propõnes auctor ultimo determinat de ſingulari, ipſam ſic definiens. Propoſitio ſingularis eſt

D illa, in qua ſubiicitur terminus diſcretus uel cõis cum pronomine demõſtratiuo.

Pro quo ſciendum primo, ꝙ in propoſitione ſingulari ſubiectum debet teneri ſingulariter, & pro uno tantum ſic, ꝙ non poſſit teneri pro pluribus, ratione cuius ipſa dicitur ſingularis. Et, quia omnis terminus communis, communiter acceptus tenetur pro pluribus in actu uel in aptitudine, ideo in propoſitione ſingulari non poteſt ſubiici terminus cõis, communiter acceptus, ſed ibi requiritur terminus diſcretus, qui ſolum ſumitur pro uno, uel aliquod ſibi ęquiualens, quod ẽt tenetur ſingulariter, & pro uno tantum, ſicut eſt terminus communis, ſumptus cum pronomine demonſtratiuo, quod quidem pronomen contrahit terminum communem ad unum ſuppoſitum determinatum.

Secundo ſciendum, ꝙ quatuor modis fit propoſitio ſingularis. Primo modo,

Quatuor modis fit ſingularis propoſitio. quando ibi ſubiicitur terminus diſcretus, ut Socra.currit. Secundo modo, quã do ibi ſubiicitur terminus communis cum pronomine demonſtratiuo, ut iſte homo currit. quod debet intelligi de pronomine demonſtratiuo primitiuo, & non deriuatiuo, quia hæc eſt indefinita, mea tunica eſt alba. Tertio quando ſubiicitur terminus communis captus pro natura ſimplici ſignificata per ipſum, uel habens ſuppoſitionem ſimplicem, ut homo eſt ſpecies, animal eſt genus. Quarto, quando ſubiicitur aliquod dictum, quod ſolum ſupponit pro uno ſingulari dicto, ut hic, hominem currere eſt poſsibile, uel hic, hominem eſſe animal eſt neceſſarium, eſt propoſitio uera, ſimiliter in omnibus modalibus. E

Tertio ſciendum, ꝙ, cum dicitur, hominem currere eſt poſsibile, illud dictum, quod eſt, hominem currere, accipitur pro ſeipſo in defectu unius uocis, quę non eſt impoſita ad ſignificandum ipſum. ideo ſupponit pro tali dicto, nec poteſt ſupponere, nec appellare pro aliquo alio dicto, ſicut non poteſt ſumi pro iſto dicto, aſinum moueri, uel hominem eſſe aſinum. ideo tenetur ſingulariter, & reddit propoſitionem ſingularem, & licet ibi non ſubiiciatur terminus diſcretus formaliter, tamen ibi ſubiicitur uirtualiter, & æquiualenter, & ſimiliter in aliis ſingularibus. Vnde, ad declarationem diffinitionis propoſitionis ſingularis, hic definitur terminus diſcretus. F

Aduerte ꝙ declaratur hic definitio termini ſingularis. Quarto ſciendum, ꝙ terminus diſcretus eſt, qui eſt aptus natus prædicari de uno ſolo. Cuius ratio eſt, quia terminus diſcretus habet ſignificatum incommunicabile, quod eſt diſcretum i. diſtinctum ab aliis, ſed incommũnicabile non conuenit pluribus actu, uel aptitudine. & quia ab eſſe in pluribus ſumitur dici de pluribus, ideo terminus diſcretus non poteſt dici de pluribus, ſed tantum de uno ſolo. ſ. de ſeipſo, unde patet ꝙ idem ſunt terminus diſcretus ſecundum Logicum, & nomen proprie qualitatis ſecundum Grammaticum, ſicut idem ſunt terminus communis, & nomen appellatiuum. Nomen enim appellatiuum habet ſignificatum communicabile multis, proprium uero incõmunicabile, & per hoc patet declaratio definitionis propoſitionis ſingularis, & terminis diſcreti. G

Argumẽ. Sed contra prædicta arguitur. Iſta eſt ſingularis homo eſt ſpecies, & tamen ibi non ſubiicitur terminus diſcretus, uel terminus communis cum pronomine demonſtratiuo, ergo contra definitionem propoſitionis ſingularis.

Secundo ſic. Iſta eſt ſingularis, omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim. & tamen ibi non ſubiicitur terminus diſcretus, nec formaliter, nec uirtualiter, quia ſubiectum actu tenetur pro pluribus, ergo definitio eſt mala.

Tertio ſic In iſta, totus Socra. eſt albus, ſubiicitur terminus diſcretus, & tamen non eſt ſingularis. quia æquiualet iſti quælibet pars Socra. eſt alba, modo æquiualentes ſunt eiuſdem quantitatis, ergo definitio conuenit aliis a definito.

Quarto ſic. Nullum indeterminatum contrahit terminum communem ad ſtandum pro aliquo uno ſingulari diſcreto, ſed pronomen demonſtratiuum eſt indeterminatum, quia ſignificat ſubſtantiam infinitam, & poteſt demonſtrare generaliter omne ens reale, uel rationis. igitur terminus communis, ſumptus cum pronomine demonſtratiuo non facit propoſitionem ſingularem. H

Quinto arguitur ſic. Socrat. eſt terminus diſcretus, & tamen prædicatur de iſto Socra. & de illo, ergo terminus diſcretus non prædicatur ſolũ de uno ſolo.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ in iſta, homo eſt ſpecies, non ſubiicitur terminus diſcretus formaliter, ſed bene uirtualiter, quia homo, ibi tenetur ſimpliciter pro natura ſimplici, in ſe accepta per modum unius diſcreti. & habet modum ſingularis unius reſpectu huius prædicati ſpecies, quod conuenit ſibi ſecundum ſe, & non ea parte, qua communis eſt ſuis inferioribus. ſed inquantum differt ab eis.

Ad

A Ad ſecundum dicitur, ꝙ, ſi in iſta omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim. omnes
ſumatur diſtributiue ſincategoreumatice eſt uniuerſalis,& falſa , & ſi collectiue
uel cathegoreumatice eſt ſingularis , & uera. & licet ſubiectum ibi teneatur
actu pro pluribus, tamen illa plura accipiuntur ut collecta per modum unius di
ſcreti, ut ſunt unum ſubiectum huius numeri duodecim . & ſic eſt ibi uirtualiter
terminus,& diſcretus uel ſingularis. Ad tertium dicitur, quòd, ſi in illa totus So-
cra. eſt albus, li totus, teneatur collectiue pro perfecto , eſt ſimpliciter ſingularis,
ſed ſi teneatur diſtributiuæ pro partibus integralibus, ut tantum ualet, ſic ut quę-
libet pars, tunc eſt uirtualiter uniuerſalis , ſed adhuc eſt formaliter ſingularis.
Ad quartum dicitur, ꝙ pronomen conſyderatum ſecundum ſuos modos ſignifi-
candi eſſentiales, qui ſunt ſignificare per modum ſubſtantiæ indeterminate , &
determinabilis, eſt indeterminatum, nec poteſt determinare, nec contrahere ter-
minum communem . ſed ipſum conſyderatum quantum ad ſuos modos ſignifi-
B candi accidentales, qui ſunt relatio , uel demonſtratio , uirtute demonſtrationis
contrahit terminum communem, cui additur ad ſtandum pro uno ſuppoſito de
terminato. Ad quintum dicitur, ꝙ licet Socra. dicatur æqu uoce de iſto,& de il
lo non tamen uniuoce ſecundum unam rationem.& licet illæ Socra.& alius ha-
beant eandem rationem communem , ut quia conueniunt in nomine hominis ,
non tamen ut conueniunt in hoc nomine Socra. ſignificat eos ſecundum idem ſi
gnificatum, nec ſecundum eandem impoſitionem uocis.

Diuiſio propoſitionis in affirmatiuam, & negatiuam, & quid utraque ſit.

Propoſitionum categoricarum alia affirmatiua, alia negatiua. Af-
firmatiua eſt illa , in qua prædicatum coniungitur cum ſubiecto , ut
C homo currit. Negatiua eſt illa , in qua prædicatum remouetur a ſubie-
cto, ut homo non currit.

Poſtquàm Auctor præmiſit diuiſionem propoſitionis categoricæ, ſumptam
ex parte quantitatis materiæ eius,& etiam poſuit definitiones membrorum eius
hic conſequenter ponit aliam diuiſionem propoſitionis categoricæ , quæ ſe tenet
ex parte formæ,& qualitatis eſſentialis propoſitionis, dicens, propoſitionum, alia
affirmatiua, alia negatiua . Cuius diuiſionis ratio eſt. quia in omni propoſitione
categorica eſt compoſitio prædicati,& ſubiecti, uel ergo ibi compoſitio eſt ſecun
dum uoces tantum,& ſic eſt negatiua, uel ſit ſecundum uoces , & ſignificata,& ſic
eſt affirmatiua.

Diuiſio generis in ſuas ſpecies.

Pro quo ſciendum primo, ꝙ in omni uoce complexa eſt compoſitio pluri um
uocum ſignificatiuarum. Et quia omnis propoſitio categorica eſt , quædam uox
D complexa ex ſubiecto,& prædicato, ideo in qualibet categorica eſt compoſitio
ſubiecti & prædicati. Sed ſubum quandoque componitur cum prædicato ſecun-
dum uocem,& ſignificatũ ſimul ut hic, homo eſt animal, ibi eſt compoſitio homi
nis,& animalis ſecundum uoces,& ibidem, ſignificatur compoſitio eorum ſecun
dum ſignificata. Qñque uero componuntur ſubiectum,& prædicatum ſecundum
uoces tantum,& ibi ſignificatur diuiſio eorum quantum ad ſignificata, ut hic ho-
mo non eſt aſinus ſignificatur diuiſio,& remotio ſignificatorum hominis,& aſini.
Secundo ſciendum, ꝙ propoſitio affirmatiua eſt illa , in qua prędicatum affir-
matur de ſubiecto ; ut homo currit,& ponitur illa , loco generis,& reſiduum a d
dſiam propoſitionis negatiuæ , in qua prædicatum non affirmatur de ſubiecto.
Et dicitur aliquid affirmari de ſubiecto aliquo , quod componitur cum ipſo

Quid propoſitio affirmatiua.

 mediante

mediante copula uerbali non negata. Et quia in propoſitione affirmatiua prædicatum componitur cum ſubiecto mediante copula uerbali ſine negatione, & ibi deſignatur compoſitio ſubiecti, & prædicati, ideo in ipſa prædicatum componitur cum ſubiecto, non eſt tñ intelligendum de intentionibus ſubiecti, & prædicati, ꝙ componant inter ſe, ſed dẽt intelligi de rebus ſubiectis intentionibus illis. E

Quid propoſitio negatiua, & eius ab affirmatiua diſcrimen.

Tertio ſciendum, ꝙ propoſitio negatiua eſt illa, in qua prædicatum remouetur a ſubiecto, ut homo non currit. Ratio eſt, quia illud dr̃ remoueri a ſubiecto, quod ſolum componit cum eo ſcd̃m uocem, & denotatur diuidi, & ſeparari ab eo ſecundum rem, & ſic eſt in negatiua. vt prius dictum eſt. ideo in ea prædicatum remouetur a ſubiecto ſecundum modum enũciandi. ſ. mediante negatione compoſitionis deſignatæ per uerbum eſt, & per hoc differunt propoſitio affirmatiua, & negatiua. Ex quo patet ꝙ propoſitio affirmatiua, & negatiua inter ſe differunt ſecundum ſpẽm. Cuius ratio eſt. quia quæcunque differunt ſecũdum ſuas formas eſſentiales ſic, ꝙ dr̃ia ſumatur ab illis formis eſſentialibus dũmodo cõueniant in gñe, differunt in ſpẽ, ſed dr̃ia propõnis affirmatiuæ, & negatiuæ ſumitur ſecundũ ſuas formas eſſentiales, quia ſumitur ex parte compoſitionis, quæ eſt forma eſſentialis categoricæ, ideo propoſitiones illæ ſpecie differunt, & ideo diuiſio prius poſita eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies ſecundum modum. F

Affirmatio & negatio, q̄d & qua ratione ſint eſſentiales dr̃ię ex prime Perihermene.ca.56.

Quarto ſciendum, ꝙ affirmatio, & negatio dupliciter accipiuntur. Vno modo formaliter. ſ. affirmatio pro compoſitione affirmatiua prædicati cum ſubiecto, negatio pro compoſitione negatiua eorundem, quæ fit per negationem appoſitam uerbo, capiendo negationem pro aduerbio negãdi, & iſto modo affirmatio, & negatio ſunt dr̃iæ eſſentiales enunciationis categoricæ. Alio modo materialiter. ſ. affirmatio pro oratione affirmatiua, negatio pro oratione negatiua, & hoc modo ſunt ſpecies enunciationis, & ab Ariſto. definiuntur. Affirmatio eſt enunciatio alicuius de aliquo. Negatio uero eſt enunciatio alicuius ab aliquo. & capiendo iſto modo, diuiſio præſens fit in ſpecies, ſed capiendo affirmationem & negationem primo modo formaliter, ſic fit per differentias formales. G

Argumen.

Sed contra prædicta primo arguitur ſic. Nulla oratio, in qua deſtruitur forma compoſitionis, eſt propoſitio, ſed negatiua eſt huiuſmodi, quia negatio deſtruit compoſitionem, quæ eſt forma propoſitionis. igitur nulla propoſitio eſt negatiua.

Secundo ſic. Hæc eſt categorica, quodlibet eſt, vel non eſt, & tamen non eſt affirmatiua, uel negatiua, quia unum membrum affirmatur, & aliud negatur, & ſic non debet magis dici affirmatiua q̃ negatiua. igitur contra diuiſionem datam. Tertio ſic. Hæc eſt affirmatiua, Socra. qui non currit mouetur, & tñ ibi prædicatum non affirmatur de ſubiecto, cum ibi ſit negatio negans præcedens prædicatum, ergo male definitur propoſitio affirmatiua. Quarto ſic. Vbi prædicatum componitur cum ſubiecto non remouet ab eo, ſed in propoſitione negatiua prædicatum componitur cum ſubiecto cum hoc ſit de ratione propoſitionis, igitur non remouetur prædicatum a ſubiecto. igitur. &c. Quinto ſic. Hæc eſt negatiua homo non eſt animal, & tamen prædicatum non remouetur a ſubiecto, cum impoſſibile ſit animal remoueri ab homine igitur &c. H

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet in propoſitione negatiua deſtruatur compoſitio ſignificatorum ſubiecti, & prædicati, non tñ deſtruit copula uerbalis ſecundum ſe, nec compoſitio prædicati, & ſubiecti ſecundum uocem. Ad ſecundum dicitur, ꝙ, ſi iſta quodlibet eſt, uel non eſt, ſit una diſiunctiua, ſic eſt affirmatiua, quia eius copula principalis. ſ. coniunctio illa, uel non negatur, & ſimiliter, ſi ſit categorica de diſiuncto prædicato, eſt affirmatiua, quia principalis eius copula non negatur, ſenſus enim eſt, quodlibet eſt ens, uel non ens, & illud

verbum

A uerbum eſt, non negatur. Ad tertium dicitur, ꝙ hæc eſt ſimpliciter affirmatiua. homo, qui non currit mouetur, quia principale uerbum eius. ſ. mouetur, non negatur, & licet negatio negans præcedat ipſum, hoc tñ non eſt immediate, ſed actus eius terminatur ſuper illud uerbum currit, quod ſe tenet ex parte ſubiecti, quia hoc totum, qui non currit, eſt quædam implicatio determinatiua ſubiecti. Ad quartum dicitur, ꝙ ubi prædicatum componitur cum ſubiecto, non remouetur ab eo ſecundum id in quo componitur, ſed bene ſecundum aliud modo in negatiua prædicatum ſecundum diuerſa componitur, & diuiditur a ſubiecto, ut uiſum eſt prius. Ad quintum dicitur, ꝙ in iſta, homo non eſt animal prædicatum non remouetur a ſubiecto ſecundum rem, ſed bene ſecundum modum enunciandi. ſ. per negationem, qua denotatur ab ipſo ſeparari, & hoc modo intelligitur remoueri in definitione propoſitionis negatiuæ, ideo non ſequitur.

B

De triplici propoſitionis interrogatione.

Diuiſa propoſitione, tripliciter, ſciendum eſt, quòd triplex eſt quæſitiuum, per quod quærimus de ipſa propoſitione, ſcilicet Quæ, Qualis, & Quanta, Quæ, quærit de ſubſtantia propoſitionis. unde ad interrogationem factam per Quæ reſpondendum eſt categorica uel hypothetica. Qualis quærit de qualitate propoſitionis, ideo ad quæſtionem factam per qualis. reſpondendum eſt affirmatiua, uel negatiua, Quanta, quęrit de quantitate propoſitionis, ideo per Quanta reſpondendum eſt uniuerſalis, uel particularis, indefinita, uel ſingularis, unde uerſus.

C

Quæ ca. uel hyp, qualis, ne, uel af, V. quanta par. in, ſin.

Poſtquàm Auctor poſuit tres diuiſiones, unam propoſitionis in communi, & duas propoſitionis categoricæ, hic conſequenter oſtendit alia quæſitiua illis diuiſionibus correſpondentia ad quærendum de membris earundem dicens, ꝙ ſecundum triplicem diuiſionem propoſitionis, triplex eſt eius quęſitiuum ſ. quę, qualis, quanta. Quorum ſic habetur ſufficientia. quia omne quæſitiuum abſolutum propoſitionis, uel quærit de ſubſtantia eius, uel de accidente. Si primum ſic eſt quæ. Si ſecundum hoc eſt dupliciter, uel quærit de quantitate, & ſic eſt quanta uel de qualitate, & ſic eſt qualis.

Pro quo ſciendum primo, ꝙ hic non enumerantur omnia quæſitiua generaliter, quibus poteſt interrogari de propoſitione, ſed ſolum enumerantur hic quæſi-
D tiua correſpondentia tribus prædictis diuiſionibus, quibus quærimus de ſubſtantia, quantitate, & qualitate propoſitionis, & magis hæc enumerantur quàm alia quæſitiua, ut ſunt, ne, an, utrum duplici ratione. Primo, quia iſta tria quærunt de ſubſtantia qualitate, & quantitate propoſitionis, alia uero de ueritate, & falſitate, modo inferius determinatur de oppoſitione, conuerſione, & æquipollentia propoſitionum, ad quas cognoſcendi neceſſarium eſt cognoſcere ſemper ſubſtantiam, qualitatem, & quantitatem propoſitionis, non autem ueritatem, & falſitatem propoſitionis. alia ratio eſt, quia iſta tria quęrunt de his, quæ conueniunt propoſitioni ſecundum ſe abſolute, alia uero de his, quæ ſibi conueniunt reſpectiue, ſcilicet per reſpectū ad eius ſignificatum, ideo iſta hic potius enumerantur, quàm alia.

Quæ ſuba qualis,qua litaté, quã ta quantitatem quæ rit enũtiationis,

Secundo ſciendum,ꝙ ut dicitur in textu,quæ,quærit de ſubſtantia propoſitionis,eo ꝙ eſt nomen infinitum,ſignificans ſubſtantiam infinitam, & quæſitiuum ſubſtantiæ rei,ad quam applicatur,& quærit inſtrumentaliter tantum, non aũt principaliter per modum principalis agentis, & ſibi debet reſponderi categorica, uel hypothetica, quæ dicunt ſubſtantiam propoſitionis. Et ſunt membra diuiſionis eius datæ penes ſubſtantiam. Sed quanta, quærit de quantitate propoſitionis, eo ꝙ eſt quæſitiuum quantitatis ad quod debet reſponderi uniuerſalis, uel particularis,indefinita,& ſingularis,eo ꝙ illa ſunt membra diuiſionis propoſitionis,ſumptæ penes quantitatem eius, & materiam. Sed qualis quærit de qualitate propoſitionis,eo ꝙ eſt quæſitiuum qualitatis,& ſibi debet reſponderi affirmatiua,uel negatiua,quæ dicunt qualitatem propoſitionis. E

Tertio ſciendum,ꝙ ſubſtantia accipitur dupliciter. Vno modo proprie ut eſt ens per ſe,ſicut dicimus,ꝙ hoc nomen homo ſignificat ſubſtantiam. Alio modo tranſumptiue,& generaliter pro omni illo, quod accipitur ſecundum ſe, & per modum ſubſtantiæ.ut cum dicitur, ꝙ albedo eſt ſubſtantia albi. In propoſitione autem non reperitur ſubſtantia proprie dicta, ſed intelligitur, ꝙ in ipſa eſt modus ſubſtantiæ, & ideo quæ, non quærit de ſubſtantia abſoluta, ſed de ipſa accepta per modum ſubſtantiæ. Similiter in propoſitione non reperitur quantitas proprie dicta, ut eſt menſura ſubſtantiæ materialis, ſed ibi reperitur tranſumptiue.i.ſimilitudinaria quantitas,ut eſt menſura acceptionis ſubiecti propoſitionis, & ſimiliter eſt de qualitate. unde affirmatio, & negatio ſecundum ſimilitudinem dicuntur qualitates propoſitionis. F

Qũo affirmatio, ac negatio ſĩt propoſitionis qualitas.

Quarto ſciendum,ꝙ dupliciter poteſt intelligi affirmationem,& negationem eſſe qualitates propoſitionis. Vno modo, ꝙ ſint qualitates accidentales, & accidentia cõſequentia propoſitionem affirmatiuam, & negatiuam, & hoc modo non debet intelligi,quia non adueniunt ipſis poſt ſuum eſſe completum quia nõ eſt propoſitio affirmatiua,niſi habeat affirmationem. Alio modo, quòd ſint qualitates eſſentiales illarum propoſitionum. Et iſto modo dicuntur qualitates propoſitionis, & habent modum accidentis reſpectu propoſitionis in communi, cuius ſunt differẽtiæ diuiſiue, ſicut ſemper differentiæ diuiſiuæ alicuius generis habent modum accidentis reſpectu illius generis. G

Argumen.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic.Per utrum,bene quærimus de ſubſtantia propoſitionis, & etiam de quantitate ut dicendo utrum iſta, homo currit, ſit categotica uel hypothetica, & tamen illud quæſitiuum non enumeratur inter iſta,igitur hic inſufficienter enumerantur quæſitiua, correſpondentia tribus diuiſionibus præmiſſis. Secundo ſic. Per quæ quærimus de quantitate propoſitionis,dicendo quæ quantitas eſt in hac propoſitione. homo eſt, ergo, quæ non ſolum quærit de ſubſtantia propoſitionis.Tertio ſic. Omnis quantitas eſt cõtinua uel diſcreta,ſed propoſitio non habet quantitatem cõtinuam,nec diſcretam, igitur non habet quantitatem, nec quanta quærit de quantitate eius. Quarto ſic. unius quæſitiui eſt tantum unum reſponſiuum,ſed quanta eſt unum quæſitiuum, igitur non ſibi debent reſponderi iſta quatuor,ſ.uniuerſalis, particularis, indefinita,& ſingularis, Quinto ſic.Qualis eſt quæſitiuum qualitatis in cõi igitur non eſt proprie quæſitiuum propoſitionis. ergo male enumeratur inter quæſitiua eius. H

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dicitur,ꝙ per illud quæſitiuum utrum,bene quæritur indirecte de ſubſtantia,uel quantitate propoſitionis,non tñ directe,ſed per ipſum quæritur directe de ueritate propoſitionis in qua poteſt fieri mentio de ſubſtantia. vel quantitate ut hic, utrum homo currit,ſit categorica, directe quæritur ueritas huius propoſitionis, homo currit. eſt categorica. Ad ſecundum dicitur, ꝙ per quæ quandoque quæritur de quantitate propoſitionis.accepta per

modum

A modum ſubſtantiæ ſecundum ſuam eſſentiam, non tñ quæritur de ipſa ſecundum eſſe quantitatis ut eſt denominatiua propoſitionis, ſed hoc ſolum fit per quanta. Ad tertium dicitur, ꝙ omnis quantitas proprie dicta eſt continua, uel diſcreta, non tamen quantitas accepta tranſumptiue, ſicut hic accipitur.

Ad quartum dicitur, ꝙ unius quæſitiui eſt tantum unum reſponſiuum adæquatum, & proprium, tñ poſſunt eſſe plura particularia non adæquata, & ſic eſt de illo quæſitiuo quanta, proprium eius reſponſiuum eſt quantitas propoſitionis in communi, particularia uero reſponſiua eius, contenta ſub quantitate propoſitionis ſunt, vniuerſale, particulare, & ſic de cæteris, & debet reſponderi tantum unum reſponſiuum cum quæritur de unica propoſitione, & de diuerſis dantur diuerſa reſponſiua. Ad quintum dicitur ꝙ qualis in communi eſt quæſitiuum qualitatis propoſitionis, & etiam proprium, eo ꝙ non quærit de aliis accidentibus eius. Et ſimiliter diceretur de aliis quæſitiuis.

B

De propoſitionum in terminis communicatione.

Item propoſitionum categoricarum, aliæ participant utroque termino, ut homo currit, homo non currit, aliæ uero altero termino tantum, ut homo currit, homo diſputat. Aliæ uero nullo termino, ut homo currit, Socrates mouetur. Item propoſitionum participantium utroque termino, quædam participant utroque termino ſecundum eundem ordinem, ut homo currit, homo non currit, quædam uero ordine conuerſo, ut homo eſt animal, animal eſt homo.

Poſtquam Auctor determinauit de propoſitione ſecundum ſe, & quãtum ad principia C eius, hic conſequenter incipit determinare de aliquibus paſsionibus eius. ſ. de oppoſitione, conuerſione, & æquipollẽtia, Et anteq̃ de ipſis determinet, duas diuiſiones ponit ualentes ad cognitionem ipſarum. Quarum prima eſt propoſitionum categoricarum, quædam participant utroque termino, aliæ uero uno tantum, aliæ uero nullo. Cuius diuiſionis ſic poteſt haberi ſufficientia, quia omnes propoſitiones categoricę, uel conueniunt in extremis, uel diſconueniunt. Si conueniunt hoc eſt dupliciter uel conueniunt in utroque ſimul, & ſic eſt primum membrum, uel in altero tantum, & ſic eſt ſecundum, uel diſconueniunt in utroque ſimul, & ſic eſt tertium.

Pro quo primo ſciendum, ꝙ participare tripliciter accipit. Vno modo idem eſt quod participari rationem ſuſcipere, ſicut ſpecies participat genus. quia ſuſcipit definitionem eius. Secundo modo idem eſt, quod partem rei capere ſicut due fratres dicuntur patris bona participare. Tertio modo idem eſt, quod conuenire D in aliquo, ut qñ aliqua duo conueniunt in aliquo tertio, & iſto modo ſumitur ꝓpoſito, & ideo illæ propoſitiones dicuntur participare utroque termino, quæ conueniunt in utroq; ſuorum terminorũ ſeu extremorum, ſ. in ſubiecto, & prædicato. Quid termino participare.

Secundo ſciendum, ꝙ terminus eſt dictio materialiter, & per ſe terminans propoſitionem. Et dr̃ materialiter, ad dr̃iam copulæ uerbalis, quę terminat formaliter, & dr̃ p ſe ad dr̃iam diſpoſitionum ſubiecti, & prædicati, ſicut ſunt ſigna diſtributiua, & adiectiua, quæ non terminat per ſe propoſitionem. Et dicitur terminus a terminando, eo ꝙ terminat propoſitionem ſicut extremum eius. Quid propoſitionis terminus.

Tertio ſciendum, ꝙ conuenientia, uel diſconuenientia unius propoſitionis ad aliam, eſt accñs reſpectiuum propoſitionis, & non abſolutum, & quia iſta diuiſio, attenditur penes conuenientiam, & diſconuenientiam propoſitionis unius ad

aliam, ſeu cum alia ex parte ſuorum terminorum, ſequitur, ꝙ iſta diuiſio ſumi- E
tur ſecundum accidentia propoſitionis, quare iſta diuiſio eſt ſubiecti in accñtia nó gñis in ſuas ſpés. Et ualet iſta diuiſio ad cognoſcendũ quibus propóñibus oppoſitio, conuerſio, & æquipollentia conueniunt, & quibus non, quia ſolum conueniunt propoſitionibus utroque termino participantibus. vnde iſtæ tres ſunt paſſiones reſpectiuæ, quæ ſolum conueniunt propoſitioni per comparationem ad aliam propoſitionem.

Quarto ſciendum, ꝙ propoſitiones utroque termino participantes iterum diuiduntur, quia quædam participant utroque termino eodem ordine, aliæ uero ordine conuerſo. unde illæ ſunt participantes utroque termino eodem ordine, quæ ſunt eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati ut homo eſt albus, homo nó eſt albus. Sed illæ ſunt participantes ordine conuerſo, quarum prædicatum unius eſt ſubiectum alterius, & econtra, ut homo eſt albus, album eſt homo, & per hoc faciliter datetur ſufficientia huius diuiſionis. Et ualet iſta diuiſio ſimiliter ſicut F
præcedens ad cognoſcendum quibus propoſitionibus oppoſitio, & æquipollentia conueniant quia ſolum conueniunt participantibus utroq; termino eodem ordine, & quibus conueniat conuerſio, quia ſolum conuenit participantibus utroque termino ordine conuerſo. Et per hoc patent iſtæ duæ diuiſiones propoſitionum categoricarum.

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur, Diſtinctæ propoſitiones ſemper habent diſtinctos terminos, cum diſtinguantur per ſua ſubiecta, & prædicata, ergo nullæ propoſitiones diſtinctæ participant utroque termino. Secundo ſic. Omnes propoſitiones categoricæ conueniunt in ratione propoſitionis categoricæ, cum quælibet propó categorica ſemper habeat duos terminos, ſubiectum, & prædicatũ, igitur nullæ participãt altero termino tñ, cũ tñ excludat oé aliud. Tertio ſic. In oi propóñe categorica reperit hoc uerbũ eſt, & tñ eſt terminus, quia terminat, & actuat propoſitioné, & ét eſt prædicatum propoſitionis. ergo oés propoſitiones G
aliquo termino participant, & non ſunt aliquæ nullo termino participantes. Quarto ſic. In quolibet propoſitione eſt unus ordo, ergo diuerſæ propoſitiones hñt diuerſos ordines, ergo nullæ ſunt propóñes participátes eodem ordine, contra ſecundam diuiſionem. Quinto ſic. Ordo propoſitionis eſt ordinatio ſuorum terminorum. ſ. ſubiecti, & prædicati, ſed in omnibus eſt ordinatio eadem, quia ſubiectum, & prædicatum ſimiliter ordinantur, cum ſemper ſubiectum præcedat prædicatum, igitur nullæ ſunt participantes ordine conuerſo.

Solutio. Ad argumenta. Ad primũ dr̃, ꝙ licet oés propóñes diuerſę habeãt diuerſos terminos ſcd̃m numerum quia qđ ſemel dictũ eſt in una propóñe, amplius reſumi non poteſt idé numero, tñ bene hñt eoſdé terminos ſcd̃m ſpém uocis, & ſignatiſimul. Ad ſcd̃m dr̃, ꝙ ſi tm̃, faciat excluſioné reſpectu conuenientiæ propóñis in cõi, ſic nullæ categoricæ cõueniunt tñ uno terminorum. ſed ſi faciat excluſioné reſpectu conuenientiæ terminorum, ſic aliquæ propóñes conueniunt in altero H
tñ. & ſic intelligitur circa præcedentem diuiſionem. Ad tertium dr̃, ꝙ hoc uerbum, eſt non eſt terminus quia licet terminet propóñem formaliter, & in ratione copulæ. non tamen materialiter, inquantũ hét rationem copulæ. & ſi aliqñ ſit prædicatũ, ut hic, homo eſt, tñ in ratione copulæ non dr̃ prædicatum materiale. ideo ratione ipſius non oés propóñes participãt uno termino. Ad quartũ dr̃, ꝙ licet diuerſæ propoſitiones ſéper habeát diuerſũ ordiné in numero, non tñ in ſpé. Ad quintũ dr̃, ꝙ licet ſubiectũ, & prædicatũ, accepta ſcd̃m illas intentiones ſimiliter ordinent in propoſitione, quia ſéper illud, quod habeat rationé ſubi ꝑponit alteri tñ quantũ ad res ſubiectas intétionibus illis non ſemper ſimiliter ordinantur, quia aliqñ ſubiectũ unius ꝓpoſitionis benę ſit prędicatũ alterius, & ecõuerſo.

De

A *De propoſitionum oppoſitione, quæq; ſint contrariæ, ac ſubcontrariæ.*

Item propoſitionum participantium utroque termino ſecundum eundem ordinem, aliæ ſunt contrariæ, aliæ ſubcontrariæ, aliæ contradictoriæ, aliæ ſubalternæ. Contrariæ ſunt, uniuerſalis affirmatiua, & uniuerſalis negatiua eiuſdem ſubiecti & eiuſdem prædicati, ut non omnis homo currit, & nullus homo currit. Subcontrariæ ſunt, particularis affirmatiua, & particularis negatiua eiſudem ſubiecti, & prædicati, ut quidam homo currit. & quidam homo non currit.

B Poſtq̃ auctor præmiſit duas diuiſiones ualentes ad cognoſcendum conuerſiones, oppoſitiones, & æquipollentias propoſitionum, hic conſequenter determinat de illis paſsionibus. & primo de oppoſitionibus. Cuius ratio eſt, quia oppoſitio ſolum conuenit propoſitionibus, quæ participat ſecundum eundem ordinem, & conuerſio conuenit illis, quæ participant ordine conuerſo, ideo oppoſitio præcedit conuerſionem. Et quia æquipollentia ſumitur reſpectu propoſitionum oppoſitarum, quæ fiunt æquipollentes, ideo etiam oppoſitio præcedit æquipollentiã, quare conuenienter determinatur prius de oppoſitionibus, quàm aliis.

Primo ſciendum, ꝙ duplex eſt oppoſitio, quædam eſt oppoſitio rerum, uel terminorum, quę eſt repugnantia aliquorum duorum, non permittentium ſe ſimul, & reſpectu eiuſdem & de iſta non determinatur hic, ſed in Poſt prædicamentis. Alia eſt propoſitio propoſitionum, uel modorum enunciandi, quæ eſt repugnantia duarum categoricarum eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati in qualitate, C & quantitate ſimul, uel in altero eorum, & illo modo hic conſyderatur de oppoſitione, & de propoſitionibus oppoſitis. unde ad cognoſcendum ſpecies oppoſitionis prædictæ, hic auctor ponit diuiſionem propoſitionum oppoſitarum.

Duplex oppoſitionũ genus. Periherme nias. ca. 5.

Quatuor propoſitionum oppoſitio.

Pro quo ſciendum ſecundo, ꝙ propoſitionum oppoſitarum, aliæ ſunt contrariæ, aliæ ſubcontrariæ, aliæ contradictoriæ, aliæ ſubalternæ. Cuius diuiſionis ſic habetur ſufficientia. quia omnes propoſitiones oppoſitæ habent repugnantiam inter ſe, uel ergo repugnant in qualitate, & quantitate ſimul. & ſic ſunt contradictorię, uel in altero eorum tantum, & ſic eſt dupliciter. quia uel repugnant in quantitate ſolum, & ſic ſunt ſubalternæ, uel in qualitate hoc eſt tripliciter. uel ambæ ſunt uniuerſales, & ſic ſunt contrariæ, uel ambæ ſunt particulares, & ſic ſunt ſubcontrariæ, uel ambæ ſunt ſingulares & ſic iterum ſunt contradictoriæ.

Tertio ſciendum, ꝙ contrariæ ſunt uniuerſalis affirmatiua, & uniuerſalis negatiua eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati, ut quilibet homo currit, & nullus D homo currit, & in ipſis requiritur identitas ſubiecti, & prædicati in tribus, uel ſecundum tria. Primo, ꝙ ſint eadem ſcd̃m uocẽ, ratione cuius iſtæ non contrariantur, quilibet homo currit, nullũ rationale currit. Secundo ꝙ ſint eadem ſecundũ ſigñata, ratione cuius iſtæ non contrarianẽ, oĩs canis currit, nullus canis currit, ſi canis teneaẽ æquiuoce, qa pñt ambæ ſimul eſſe ueræ. Tertio ꝙ ſint eandẽ q̃tum ad ſuppoſita, pro quibus tenentur, ita ꝙ æque ample, & æque ſtricte in utraq; teneantur, ideo iſtæ non contrariãtur, oĩs homo eſt albus, nullus homo fuit albus, quia in prima ſupponit pro præſentibus tm̃, & in ſecũda pro præſentibus, & præteritis ſimul, & ſic non ſunt eiuſdem ſubiecti ſecundum rem, & uocem, quod tamen requiritur in omnibus oppoſitionibus.

Quæ ppoſitiones cõtrarię ſint

Quarto ſciendũ, ꝙ ſubcontrariæ ſunt Particularis affirmatiua, & particularis

Quæ ſubcontrariæ.

negatiua

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

negatiua eiſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati. Vnde ad ipſas requiritur, quòd ambæ ſint particulares, uel indefinitæ. Ratio eſt, quia ſubcontrariæ dicunt quaſi ſubcontrariis poſitæ, ſed ſubcontrariis non ponuntur propoſitiones, uniuerſales, nec ſingulares, quia non ſunt eiuſdem ſubiecti cum ipſis, ideo ſubcontrariæ debent eſſe ambæ particulares uel indefinitæ. Et quia non repugnant in quantitate, oportet eas repugnare in qualitate, & ſic una debet eſſe affirmatiua, alia negatiua. & non ponuntur aliquæ ſubcontradictoriæ ſicut ſubcontrariæ, quia una eſt particularis in contradictoriis, ſub qua non poteſt ſimul alia propoſitio, quia ſub particulari nunquam eſt ſumere aliquid. Et p hoc patet diuiſio propoſitionum oppoſitarum, & definitio contrariarum, & ſubcontrariarum. B

Argumẽ. Sed contra prædicta primo arguitur. Iſtæ propoſitiones omnis homo non currit, nullus homo currit, participant utroq; termino, & eodem ordine, & tamen non ſunt contrariæ, nec ſubcontrariæ, & ſic de aliis, ſed ſunt æquipollentes, igitur hic male diuiduntur propoſitiones utroq; termino participantes eodem ordine. Secundo ſic. Omnia contraria ſunt formæ actiuæ, & paſsiuæ inter ſe, ſed propoſitiones nunquam actiuæ, & paſsiuæ, cum propoſitiones non agant, nec patiantur inter ſe, igitur nullæ ſunt contrariæ. F

Tertio ſic. Definitio contrariarum conuenit iſtis, omnis homo eſt albus, nullus homo eſt albus, & iſtis, omnis homo currit, nullus homo currit, & tamen, iſtæ non ſunt contrariæ quia in prima, homo ſupponit pro uiris, & mulieribus, & in ſecunda, pro uiris tantum, igitur, &c.

Quarto ſic. Propoſitiones, quæ ſimul ſe compatiuntur in ueritate, non opponuntur, quia non habent repugnantiam, ſed ſubcontrariæ ſimul ſe compatiuntur, in ueritate, ergo non opponuntur.

Quinto ſic. Iſtæ ſunt ſubcontrariæ, iſte homo currit, iſte homo non currit, quia ſunt poſitæ ſubcontrariis, quæ ſunt uniuerſales, & tamen illæ non ſunt particulares, nec indefinitæ, igitur male definiuntur ſubcontrarię.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ hic non diuiduntur propoſitiones participantes utroque termino in communi, ſed tantum participantes utroq; termino, quæ ſunt oppoſitæ. ideo, cum prædictæ propoſitiones ſint ęquipollentes, non contrariantur. Ad ſecundum dicitur, quòd licet contraria incomplexa ſint, formæ actiuæ, & paſsiuæ, non tamen complexa, de quibus hic ſolum eſt ad propoſitum. G

Ad tertium dicitur, ꝙ de uirtute ſermonis iſtæ non contriantur, omnis homo currit, nullus homo currit, quia ſubiectum in utraque non tenetur pro æqualibus ſuppoſitis, ſed uirtute uſus ſunt contrariæ. quia ſecundum uſum homo reſtringitur ad ſtandum pro uiris tm̃, & eſt ibi reſtrictio ab uſu, ſed de aliis dicitur, ꝙ uere contrariantur, quia albus in prædicato per conſignificationem eius reſtringit hominem in utraq; ad ſtandum pro uiris, pro quibus ſolum diſtribuitur.

Ad quartum dicitur, ꝙ licet ſubcontrariæ non repugnent in ueritate, tamen bene repugnant in falſitate, & etiam in qualitate, ideo opponuntur. Ad quintum dicitur, ꝙ licet ſingulares ſint poſitę ſub uniuerſalibus, quæ ſunt contrarię, non tamen ponuntur ſub ipſis ſecundum idem ſubiectum, quia in contrariis terminus communis, ut homo, ſupponit pro omnibus ſuis ſuppoſitis, & in illis ſingularibus pro uno ſolo, ideo non habent idem ſubiectum cum ſuis uniuerſalibus, quod tamen requiritur ad ſubcontrarias reſpectu contrariarum. H

Contradictoriæ, ac ſubalternæ propoſitiones, quæ ſint.

Contradictoriæ ſunt, uniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua,

A tiua,uel uniuerſalis negatiua, & particularis affirmatiua,eiuſdem ſubiecti, eiuſdem prædicati, ut omnis homo currit, quidam homo non currit,uel nullus homo currit, quidam homo currit.Subalternæ ſunt, uniuerſalis arffirmatiua,& particularis affirmatiua,uel uniuerſalis negatiua,& particularis negatiua eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati, ut omnis homo currit, quidam homo currit. nullus homo currit, quidam homo non currit.& hoc totum patebit in ſequenti figura.

Poſtq̃ Auctor determinauit de contrariis, & ſubcontrariis propoſitionibus, hic conſequenter determinat de contradictoriis, & ſubalternis. Ratio ordinis eſt,quia contrariæ,& ſubcontrariæ ſunt eiuſdem quantitatis,ſed contradictoriç,
B & ſubalternæ ſunt diuerſæ quantitatis. Et quia contradictoriæ oppbonuntur ſimpliciter,& ſecundum rem,ſubalternæ uero ſecundum modum tm̃,ideo prius Auctor determinat de contradictoriis q̃ de ſubalternis, ipſas ſic definiens. Contradictoriæ ſunt uniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua, uel uniuerſalis negatiua,& particularis affirmatiua eiuſdem ſubiecti,& prædicati.

Vbi primo ſciendum, ꝙ duplices ſunt contradictoriæ. Quædam ſunt repugnantes in ueritate, & falſitate, & qualitate, & non in quantitate, & tales ſunt contradictoriæ ſecundum rem ex parte ſuorum ſignificatorum, non autem ſecundum rem,& modum ſimul.& hoc modo duæ ſingulares eiuſdem ſubiecti, & prædicati,& diuerſæ qualitatis bene ſunt contradictoriæ. Aliæ ſunt contradictoriæ, quæ repugnant in ueritate, & falſitate, in quantitate, & qualitate ſimul, & iſtæ ſunt contradictoriæ ſecundum rem,& modum ſimul,& perfecte contradictoriæ, & ſolum de talibus datur iſta definitio, & non de aliis. ideo bene dicitur, quòd
C contradictoriæ ſunt eiuſdem ſubiecti, & prædicati, & diuerſæ quantitatis,& qualitatis ſimul.Vnde in talibus eſt perfecta contradictio. *Contradictoriarum multiplicitas.*

Secundo ſciendum, ꝙ contradictio eſt affirmatio, & negatio eiuſdem de eodem, ad idem, ſecundum idem, ſimiliter & in eodem tempore. unde ad ipſa in hæc quinque reperiuntur requiri. Primo requiritur ꝙ affirmetur idem de eodẽ ſecundum rem & uocem, defectu cuius iſtæ non contradicunt. Tullius currit, Marcus non currit. Secundo, quòd prædicatum in utraque enuncietur de ſubiecto comparato ad idem. ideo iſtæ non contradicunt, Socra.eſt pater Platonis, Socra.non eſt pater Tullii. *Contradictionis natura.*

Tertio,ꝙ prædicatum affirmetur,& negetur de eodem ſecundum eandẽ partem, uel rationem.ideo iſtæ non contradicunt, Socra.uidet ſecundum oculos,& Socra. non uidet ſecundum aures.

Quarto, ꝙ ſubiectum in utraque teneatur ſimiliter. ideo iſtæ non contradi-
D cunt,homo eſt ſpecies,nullus homo eſt ſpecies,quia in prima homo tenetur pro natura ſimplici,& in ſecunda pro ſuppoſitis. Quinto,ꝙ prædicatum enuncietur in utraq; pro eodem tp̃e, ideo iſtæ non contradicunt Socra.currit hódie, Socra. non curret cras. & per iſtas conditiones ſatis poteſt cognoſci natura contradictoriarum.

Tertio ſciendum,quòd ſubalternæ ſunt uniuerſalis affirmatiua, & particularis affirmatiua, uel uniuerſalis negatiua, & particularis negatiua eiuſdem ſubiecti, & prædicati. unde ad ipſas requiritur quòd ſint diuerſæ quantitatis. Cuius ratio eſt. quia in ſubalternis una ponitur ſupra aliam ſicut totum ſupra partem, ſed duæ uniuerſales non ponuntur ſupra ſe inuicem, nec duæ particulares eiuſdem ſubiecti, & prædicati, ideo in ſubalternis requiritur una uniuerſalis, quæ ponatur *Subalternarum natura.*

ponatur ſupra, & eſt ſubalternans, & alia particularis, quæ ponatur infra, & eſt ſubalternata. Secundo requiritur, quòd ſint eiuſdem qualitatis, quia negatiua nunq̃ ponitur ſub affirmatiua de eodem ſubiecto, & prædicato, nec econuerſo. ideo ſubalternæ ſunt, uel ambæ affirmatiuæ, uel ambæ negatiuæ. B

Oppoſitio ſubalterna & cur eam omiſit Ari.

Quarto ſciendum, quòd ſubalternæ non opponuntur ſecundum rem ex parte ſuorum ſignificatorum, ſed ſecundum modum tantum. Cuius ratio eſt. quia ſolũ propoſitiones illę opponuntur ſecundũ rem, q̃ repugnant in ueritate, & falſitate ex parte ſuorum ſignatorum, ſed ſubalternæ non repugnant in ueritate, & falſitate, quia pñt ſimul eſſe ueræ uel falſæ. ergo non opponuntur ſecundum rẽ. Ideo Ariſto. inter oppõnes non enumerauit oppõnem ſubalternam, quia cœpit oppoſitionem ſpecialiter pro repugnantia duarum propoſitionum ſecundum affirmationem, & negationẽ, ſed Pet. Hiſpa. qui cœpit oppõnem generaliter pro oĩ repugnantia duarũ propõnum eiuſdem ſubiecti, & prædicati in qualitate, uel quãtitate, ideo poſuit oppõnem ſubalternã. unde ipſæ ſubalternæ opponunĩ ſcd̃m modũ enunciandi. ſ. ex parte quantitatis ſui ſubiecti, & penes uniuerſale, & particulare. & per hoc patet quid ſint ſubalternæ, & contradictoriæ. F.

Argumen.

Sed contra prædicta arguitur primo. Iſtæ contradicunt Socra. eſt, Socr. non eſt, cum ibi ſit affirmatio, & negatio eiuſdem de eodem, & tamen ibi nulla eſt uniuerſalis uel particularis, ergo contra definitionem contradictoriarum. Secundo ſic. In contradictorijs ſubiectum debet teneri ſimiliter, ſed in uniuerſali, & particulari non tenetur ſimiliter, quia in una diſtribuitur, & in alia non. igitur uniuerſalis, & particularis non ſunt contradictoriæ. Tertio ſic. Iſtæ contradicũt omnis homo eſt ens, quidam homo eſt non ens, & tñ ambæ ſunt affirmatiuæ. ergo in contradictoriis una non eſt affirmatiua, & alia negatiua. Quarto ſic. Vniuerſalis affirmatiua, & particularis affirmatiua eiuſdem ſubiecti, & prædicati nõ opponuntur inter ſe, quia particularis continetur ſub uniuerſali, & ſequitur ad uniuerſalem, ergo ſubalternæ non opponuntur. Quinto ſic. Duæ ſubcontrariæ ſunt ſubalternæ, quia ſunt ſub aliis poſitæ, & tamen non ſunt uniuerſalis affirmatiua, & particularis affirmatiua, nec ecõuerſo, igiĩ contra definitionẽ earundẽ. G


Ad argumenta. Ad primum dicitur, q̃ licet illæ ſingulares ſint contradictorię ſecundum rem non tamen ſecundum rem, & modum ſimul, quia non repugnant in quantitate, & qualitate, ſed ſolum in qualitate, & de contradictoriis ſecundum rem, & modum ſimul, datur iſta definitio.

Solutio.

Ad ſecundum dicitur, q̃ in uniuerſali, & particulari, ſubiectum non tenetur ſimiliter quantum ad diſtributionem, tamen tenetur ſimiliter, quantum ad illa, pro quibus ſumitur, quia in utraque tenetur pro omnibus ſuis ſuppoſitis, uel pro his, ad quę reſtringitur. Ad tertium dicitur, q̃ illæ bene contradicunt uirtualiter & non formaliter, & eo modo quo contradicunt, una eſt negatiua uirtualiter. ſ. iſta, homo eſt non ens, quæ includit iſtam, homo non eſt ens. Ad quartum dicitur, q̃ particularis continetur, & ſequitur ad uniuerſalem ratione ſui ſignificati, & non ratione quantitatis, ſecundum quam opponuntur, & habent repugnantiam. Ad quintum dicitur, quòd licet ſubcontrariæ ſint ſubalternæ reſpectu ſuarum contrariarum, non tamen ſunt inter ſe ſubalternæ, quia una non ponitur ſub alia, & hæc definitio intelligitur de his, quæ adinuicem ſunt ſubalternæ ſeu ſubalternantur, & omnia hæc patent in figura ſequenti. H

A *Præſenti figura, propoſitionum oppoſiti ones clare conſpiciuntur.*

B



C

De triplici propoſitionum materia, naturali ſeu neceſſaria, contingenti, ac remota.

Propoſitionum triplex eſt materia.ſ.naturalis, contingens,& remota. Naturalis eſt illa, in qua prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti, uel proprium eius, ut homo eſt animal, homo eſt riſibilis.

Poſtq̃ Auctor determinauit de oppoſitionibus oppoſitionum, conſequenter uult determinare de legibus oppoſitionum. & quia illæ leges, uel regulæ uariantur ſecundum uariationem materiæ propoſitionum. ideo anteq̃ de ipſis determinet prius agit de materia propoſitionum. & licet propoſitio non habeat materiam proprie dictam, quia nullum accidens uel ens rationis habet materiā D proprie dictam propoſitio autem ſecundum ſuum materiale. quod eſt uox, eſt accidens,& quantum ad formale, quod eſt eſſe ſignū compoſitionis eſt ens rationis ideo non habet materiam proprie dictam, ſed ſimilitudinariæ tantum. Qua ratione propoſitioni materia inſit.

Primo ſciendum, ꝙ propoſitio habet materiam ex qua ſimilitudinarie, & materiam in qua, & circa quā. unde materia ex qua, ſunt ſubiectum, & prædicatū, & ſubiectū uocis eſt materia in qua, uel ipſa uox ſi propoſitio conſyderet q̃tum ad ſuum formale, ſed enunciabile, de quo eſt ipſa propoſitio, eſt ſua materia circa quam. hic autem capitur materia propoſitionis ſolum pro conditione materiæ ſuæ ex qua.i.pro habitudine prædicati ad ſubiectū. ideo materia propoſitionis, ut hic ſumitur, eſt habitudo prædicati ad ſubiectum, in qua fit compoſitio prædicati cum ſubiecto,& in qua ſubiectum, & prædicatum conueniunt.

Secundo

Cur propoſitionũ triplex ſit materia. Secundo ſciendum, ꝙ triplex eſt materia propoſitionũ.ſ.naturalis,contingẽs, E
& remota; quod probatur per ſufficientiam. quia materia propoſitionis eſt habitudo prædicati ad ſubiectum.uel ergo illa habitudo dicit repugnantiam prædicati cũ ſubiecto,& ſic eſt materia remota, uel dicit conuenientiam, & hoc dupliciter. uel dicit conuenientiam neceſſariã, & ſic eſt naturalis, uel contingentẽ & accidentalem, & ſic eſt contingens. Et quia conuenientia neceſſaria perfectior eſt,q̃ contingens, & contingens q̃ remota. ideo materia naturalis perfectior eſt aliis,deinde contingens, & remota ultimo eſt imperfectior cæteris.

Materia naturalis. Tertio ſciendum eſt, ꝙ materia naturalis eſt illa, in qua prędicatũ eſt de ſubiecti eſſentia,uel proprium eius,ut homo eſt animal,uel homo eſt riſibilis. Et dicitur talis materia naturalis, quia prædicatum naturaliter conuenit ſubiecto, & habet naturalem habitudinem ad ipſum, ſed id, quod habet naturalem habitudinem ad ſubiectũ eſt de natura,& eſſentia ſubiecti, uel neceſſario conſequens naturam ſubiecti ſicut proprium conſequitur ſpeciem. licet enim proprium non ut de natura ſui ſubiect, tamen immediate conſequitur illam naturam, ideo naturaliter ineſt ſubiecto ſuo. F

Quarto ſciendũ, ꝙ eſſentia dicitur illud, quo formaliter res habet eſſe, ſicut humanitas eſt illud,quo homo habet eſſe,& ſimiliter anima rationalis. Eſſe aũt, ſecundum Boethium,eſt exiſtentia formæ in materia,uel actus in potẽtia. Quid autem ſit proprium uidebitur in prædicabilibus. & per hoc patet intellectus huius diuiſionis,& definitionis materiæ naturalis.

Argumen. Sed contra prędicta primo arguitur. Habitudo prædicati ad ſubiectũ eſt forma,in qua extrema illa propoſitionis conueniunt. ergo materia propoſitionis eſt forma,ergo illa habitudo nõ eſt materia propoſitionis.Secundo. Iſtã propoſitio. Socr.eſt ens,eſt in materia naturali,cũ ens ſit de rõne ſubſtãtiæ, & omniũ ſuorũ inferiorum,& etiam eſt in materia contingenti, quia prædicatũ poteſt adeſſe, & abeſſe ſubiecto, cum Socr.poſſit eſſe, & non eſſe ergo materia naturalis, & contingens coincidunt igitur membra diuiſionis materiæ propoſitionis nõ opponuntur.Tertio ſic. Hæc eſt in materia naturali, animal eſt homo, & ſimiliter iſta, homo eſt homo, cum iſtæ ſint neceſſariæ. & tamen prædicatum non eſt de eſſentia ſubiecti, cum inferius non ſit de eſſentia ſuperioris, nec idem de eſſentia ſuiipſius, nec etiam eſt proprium eius, igitur contra definitionem materiæ naturalis.Quarto. Iſta ignis eſt calidus, eſt in materia naturali, cum ſit neceſſaria,& tamen prædicatum non eſt de eſſentia ſui ſubiecti, cum prædicatum poſſit adeſſe uel abeſſe ſubiecto,cum ſit accidens eius,nec propriũ,quia contingit aliis, & ſimiliter argueretur de iſta,aqua eſt frigida. Quinto.In iſta, homo eſt animalitas, prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti, tamen illa non eſt in materia naturali, ſed in remota,cum ſit impoſſibilis,quia prædicatum non poteſt uere dici de ſubiecto,ergo illa definitio conuenit aliis a definito. G

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet illa habitudo ſit forma reſpectu ſubiecti,& prædicati,tamen habet modum materiæ reſpectu compõnis actualis propoſitionis.ideo bene dr̃ materia propoſitionis. Ad ſecũdum dr̃, ꝙ ſi capiatur ens nominaliter, ut idem eſt quod habens eſſentiam,ſic eſt de eſſentia ſubſtãtiæ, & et ã cæterorum entiũ, & hoc modo iſta, Socr.eſt ens,eſt in materia naturali, ſed,ſi capiatur participaliter,ut tũ ualet ſicut exiſtens, ſi conuenit ſubſtantiæ contingenter, & ſimiliter Socrati, & ſic illa eſt in materia contingenti. & ſic non eſt idem prædicatum illius propoſitionis, nec eadem propoſitio dum eſt in materia naturali & contingenti. Ad tertium dicitur, ꝙ licet homo non ſit de eſſentia animalis in communi, eſt tñ de eſſentia aliquorum ſuppoſitorum animalis, ſ.illorum,quæ continẽtur ſub homine.& in iſta,animal,eſt homo,animal ſuppo- H

A nit pro ſui ſuppoſitis,& homo pro natura ſimplici, & ſic uerificatur locutio pro ſuppoſitis animalis, quæ ſunt ſub homine.ideo prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti quantum ad ſuppoſita, pro quibus verificatur de ipſo.& in iſta, homo eſt homo, homo in ſubiecto ſupponit pro ſuis ſuppoſitis, & in prædicato pro natura ſimplici.ideo prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti.

Ad quartum dicitur, ꝙ licet eſſe calidum non ſit proprium ignis quarto modo,eſt tamen proprium eius ſecundo modo, & hoc ſufficit ad hoc ꝙ ſit in materia naturali. quia proprium ſecundo modo, & quarto modo, neceſſario conueniunt.& ſemper.ideo faciunt propoſitionem in materia naturali,& de iſta, aqua eſt frigida,dicitur,ꝙ ſi eſſe frigidũ dicat aptitudinem,eſt in materia naturali, & eſt proprium aquæ ſecundo modo,ſed,ſi dicat actum, eſt in materia contingenti,& poteſt adeſſe, & abeſſe ipſi aquæ. Ad quintum dr̃, ꝙ licet animalitas ſecundum rem ſit de eſſentia hominis, non tamen ſecundũ modum quo prædicatur in B illa propoſitione, quia ibi prædicatur in abſtracto prout ſumitur cum præciſione ſuorum inferiorum,ideo ſub tali modo non conuenit ſubiecto,ſed illa eſt in materia remota.ideo.

De hoc ui de Porphirium ca.v. & ibi Docto.

De contingenti ac remota propoſitionum materia.

Contingens materia eſt illa, in qua prædicatum poteſt adeſſe, & abeſſe ſubiecto pręter eius corruptionem, ut homo eſt albus, homo non eſt albus. Remota materia eſt, in qua prædicatum nullo modo poteſt conuenire ſubiecto,ut homo eſt aſinus, lignum eſt lapis.

Poſtq̃ Auctor determinauit de materia naturali, hic conſequenter determinat de materia contingenti,& remota.& primo de materia contingenti, quę ſic definitur.Materia contingens eſt illa, in qua prædicatum poteſt adeſſe, & abeſſe C ſubiecto, ut homo currit. In hac definitione ponitur adeſſe,ad differentiam materiæ remotæ, in qua prædicatum non poteſt conuenire ſubiecto. & ponitur abeſſe, ad differentiam materiæ naturalis, in qua prædicatum non poteſt abeſſe ſubiecto.

Quid contingẽs materia.

Primo ſciendum, ꝙ materia dicitur contingens eò ꝙ prædicatum contingenter conuenit ſubiecto, illud autem, quod contingenter conuenit alicui, poteſt ſibi adeſt,cum non habeat repugnãtiam,& ẽt poteſt tali ſubiecto abeſſe, quia non conuenit ſibi neceſſario.ideoquod contingẽter ineſt poteſt non ineſſe. ideo bene definitur materia contingẽs,in qua prædicatum poteſt abeſſe, & adeſſe ſubiecto. non eſt tñ intelligendũ ꝙ poſſit adeſſe,& abeſſe ſimul ſecundũ actũ, quia hoc implicat contradictionem,ſed ſecundũ aptitudinem,& ſucceſſiue quantũ ad actum.

Cur talis materia cõtingens dicatur.

Secundo ſciendũ,ꝙ contingens a quo uenit contingẽter,dupliciter accipitur. Vno modo pro omni eo quod poteſt eſſe, & conuertitur cum poſſibili, & dici D tur tam de neceſſario, q̃ de non neceſſario. Alio modo ſpecialiter pro contingenti non neceſſario, quod poteſt eſſe & non eſſe, & diuiditur ꝑ contingens natũ ad utrũlibet, & contingens raro. Contingens natum eſt, quod eſt magis determinatum ad eſſe q̃ ad non eſſe, ut frigus in hieme. Et contingens raro eſt, quod eſt magis determinatum ad non eſſe q̃ ad eſſe, ſicut bos natus cum duobus capitib. Contingens ad utrũlibet eſt, quod non magis determinatũ eſt ad eſſe q̃ ad non eſſe, ſicut uirum ludere, & a contigenti hoc modo accepto venit contingenter, quod denominat materiam contingentem, & non a contingenti in communi accepto,quia tale contingens non ſemper poteſt eſſe & non eſſe, cum dicatur de neceſſario,quod non eſt contingens,ſed ſemper eſt.

Contingẽtis diuiſio ex primo periherme nias ca. ul.

Tertio ſciendum, ꝙ materia remota eſt illa, in qua prædicatum non poteſt

conuenire

Quid materia remota. conuenire ſubiecto, ut homo eſt aſinus, & ratio eſt. quia in materia remota prædicatum habet repugnantiam, & diſtantiam cum ſubiecto, & a tali repugnantia, uel remotione prædicati a ſubiecto, dicitur materia remota. illud autem, quod habet repugnantiam cum aliquo, non poteſt ſibi conuenire, ſicut aſinus per repugnantiam, quam habet cum homine, per irrationale, non poteſt ſibi conuenire, ideo bene dicitur materia remota, in qua prædicatum non poteſt conuenire cum ſubiecto propter remotionem eius a ſubiecto. E

Quarto ſciendum, ꝙ tripliciter poteſt fieri remotio prædicati a ſubiecto. Vno modo per negationem, negando ipſum a ſubiecto. Alio modo remouendo ipſum de propoſitione, & a ſubiecto ſecundum uocem, & de iſtis remotionibus non eſt hic ad propoſitum. Alio modo ꝙ remoueatur prædicatum ſecundum ſuum ſignificatum a ſubiecto propter repugnantiam, quam habent adinuicem, & a tali remotione, per repugnantiam prædicati a ſubiecto, dicitur materia remota. Ex quo patet, ꝙ propoſitiones affirmatiuæ in materia remota ſunt falſæ, & negatiuæ ueræ, ſicut in materia naturali affirmatiuæ ſunt ueræ, & negatiuæ falſæ. In contingenti uero, affirmatiuæ, & negatiuæ poſſunt eſſe ueræ, & falſæ, & per hoc patet definitiones iſtarum materiarum. F

Argumen. Sed contra prædicta arguitur primo. Iſta eſt in materia contingenti, homo eſt quantus, & tñ quantum non poteſt abeſſe ſubiecto, igitur contra definitioné, maior patet, quia illa propoſitio non eſt in materia remota, nec in materia naturali, cùm prædicatum non ſit de eſſentia ſubiecti, uel proprium eius. ergo eſt in materia contingéti. Secundo ſic. Hæc eſt in materia, contingenti coruus eſt niger, tamen prædicatum non poteſt abeſſe ſubiecto, cum ſit accidens eius inſeparabile, ergo contra definitionem. Tertio ſic. In iſta, homo uiuit prędicatum adeſſe poteſt, & abeſſe ſubiecto, & tamen non eſt in materia contingenti, cum uita ſit eſſe hominis, & eadem cum anima eius, & ſimiliter de iſta, homo eſt, ergo illa definitio conuenit aliis a definito. Quarto ſic. Hæc eſt in materia remota, Socrates eſt albedo, uel qualitas, & tamen prædicatum poteſt conuenire ſubiecto, ergo male definitur materia remota. Quinto ſic. Iſta eſt in materia remota, homo non eſt aſinus, cum affirmatiua, & negatiua ſint in eadem materia, & tamen prædicatum poteſt conuenire ſubiecto, quia uere enunciatur de ipſo, ergo definitio eſt mala. G

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ iſta, homo eſt quantus, eſt in materia naturali, & licet quantum non ſit proprium homini quarto modo, eſt tamen ſibi proprium ſecundo modo, & quarto modo proprium reſpectu corporis de genere ſubſtantiæ, quod eſt ſuperius ad hominem, ideo illa eſt in materia naturali, ſicut, & iſta, homo eſt riſibilis. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet nigrum non poſſit faciliter abeſſe coruo remanentibus ſuis principiis complexionalibus, tamen poteſt ſibi abeſſe per mutationem ſuæ complexionis, unde non dicitur accidens inſeparabile, quia ullo modo poſſit ſeparari, ſed quia cum difficultate. Ad tertium dicitur, quod ſi uiuit dicat actum uiuendi, & eſſe actuale uiuentis, ſic poteſt abeſſe homini, & illa eſt in materia contingenti. Sed ſi dicat aptitudinem, ſibi conuenit naturaliter, & non poteſt ſibi abeſſe, & illa eſt in materia naturali, & ſimiliter iſta, homo eſt, quia eſt, poteſt dicere actum, qui contingenter aduenit cuilibet rei creatæ, & ſic eſt in materia contingenti, uel eſſe poſſibile, & in ſuis cauſis, quod ſemper conuenit rei, & ſic eſt in materia naturali. Ad quartum dicitur, ꝙ albedo ſecundum rem poteſt ineſſe Socrati non tamen ſecundum denominationem ut deſignatur in abſtracto quia deſignatur cum præciſione ſubiecti, & ſic non poteſt uerificari de ſubiecto, cum ſecum habeat repugnantiam ſub tali modo ſignificandi. Ad quintum dicitur, ꝙ licet illud prædicatum uere anũ H

cietur

A cietur negatiue de ſubiecto non tamen propter hoc habet conuenientiam cum eo, ſed magis repugnantiam, quia dici de alio negatiue non ſumitur abeſſe in, ſed potius a non eſſe.

Oppoſitarum propoſitionum leges, & primo de contrarijs.

Lex ſiue natura contrariarum talis eſt, ꝙ ſi una eſt uera reliqua erit falſa, & non econuerſo. Poſſunt enim ambæ ſimul eſſe falæ in contingenti materia ut omnis homo eſt albus, nullus hõ eſt albus. in natura li autem materia, ſemper ſi una eſt uera, reliqua erit falſa, & econuerſo, ut omnis homo eſt animal, nullus homo eſt animal. Similiter in remota materia, ut omnis homo eſt aſinus, nullus homo eſt aſinus. Et B in materia contingenti, quando prædicatum eſt accidens eſt inſeparabile, ut omnis coruus eſt niger, nullus coruus eſt niger. Sed illæ, quæ ſunt de accidente ſeparabili, ambæ poſſunt ſimul eſſe falſæ, ut omnis homo eſt albus, nullus homo eſt albus.

Poſtq̃ Auctor determinauit de materia propoſitionum cuius cognitio ualet ad cognoſcendum leges oppoſitionum, hic conſequenter proſequitur determinando de illis legibus propoſitionum oppoſitarum. Et quia propoſitiones contrariæ præcedunt omnes alias oppoſitiones ſemper ordinem ſuperius poſitum, eo quòd contrariæ ſunt ambæ uniuerſales, & habet perfectiorem quantitatem aliis propoſitionibus oppoſitis, ideo hic Auctor determinat de lege contrariarum priuſquam de aliis.

Primo ſciendum, ꝙ duæ contrariæ nunq̃ poſſunt eſſe ſimul ueræ in quacunq; C materia. Cuius duplex eſt ratio. Prima eſt, quia in contrariis una eſt uniuerſalis affirmatiua, denotans prædicatũ conuenire ſubiecto pro omni ſuppoſito eius & alia eſt uniuerſalis negatiua, denotãs prædicatum remoueri a quolibet ſuppoſito ſubiecti, ſed quia impoſsibile eſt idem prędicatum ſimul conuenire cuilibet ſuppoſito ſubiecti, & a quolibet remoueri, quia hoc implicat contradictionem, ideo duę contrariæ non poſſunt ſimul eſſe ueræ. Secundo ratio eſt, quia ſi duæ cõtrariæ quæ ambæ ſunt uniuerſales ſint ſimul uera, & ad ueritatẽ uniuerſalis ſequatꝰ ueritas particularis per legem ſubalternarum duæ ſubcontrariæ, quæ ſunt particulares eſſent ſimul ueræ cum ipſis, & per conſequens propoſitiones contradictoriæ eſſent ſimul ueræ, quod eſt impoſsibile ergo contrariæ non poſſunt ſimul eſſe ueræ. Duæ cõtrariæ ſimul ueræ ſimul.

Secundo ſciendum, ꝙ duæ contrariæ bene pñt eſſe ſimul falſæ in contingenti materia, dum tamen accidens eſt ſeparabile. cuius ratio eſt quia in materia con D tingenti prædicatum pòt conuenire ſubiecto pro aliquibus ſuppoſitis, & pro aliquibus non, ſicut albũ conuenit homini pro aliquibus ſuis ſuppoſitis, & pro quibuſdam non. ſed pro illa parte, qua non conuenit ſubiecto uniuerſalis affirmatiua falſificatur. & ea parte qua conuenit, uniuerſalis negatiua reddiꝰ falſa. igitur in tali materia contingenti, ambæ cõtrariæ poſſunt ſimul eſſe falſæ, & dr̃ notanter, dum accidens eſt ſeparabile. quia ſi eſſet inſeparabile, affirmatiua ſemper eſſet uera, & negatiua falſa, & ſic non poſſent ſimul eſſe falſæ. Contrariæ ſimul falſę in cõtingẽti materia.

Tertio ſciendum, quòd duæ contrariæ in materia naturali, & remota nunq̃ pñt ſimul eſſe falſæ. Cuius ratio eſt, quia in contrariis in materia naturali ſemper uniuerſalis affirmatiua eſt uera, cum prædicatum ſubiecto conueniat pro quolibet ſuppoſito, & uniuerſalis negatiua falſa. & econuerſo eſt in materia

remota, uniuerſalis affirmatiua eſt falſa, & negatiua uera. & ſic ibi duæ contrariæ nũq̃ poſſunt ſimul eſſe falſæ. Ex quibus patet, ꝙ tres ſunt partes in lege cõtrariarum. Prima eſt, ꝙ cõtrariæ nunq̃ poſſunt eſſe ſimul ueræ, ſed repugnant in ueritate. Secunda eſt, ꝙ in materia contingenti poſſunt ſimul eſſe falſæ, & ſic non repugnant in falſitate. Tertia eſt, ꝙ in materia naturali, & remota non poſſunt ſimul eſſe falſæ. E

Qua rõne contrariæ ſemp in ueritate, aut in falſitate repuguẽt.

Quarto ſciendũ, ꝙ repugnantia in ueritate conuenit cõtrarijs ratione formæ ſuæ oppoſitionis, quia in quacunque materia, ſint conuenit ipſis ſemper. ideo pertinẽt formaliter ad legem ipſarum. ſed repugnantia in falſitate. qñq; cõuenit ipſis. ut in materia naturali, & remota. & qñq; nõ, ut in contingenti. & ſic repugnantia in falſitate non conuenit ipſi ratione formæ ſuæ oppoſitionis, ſed ratione materiæ. & ideo non pertinet formaliter ad legem ipſarum, ſed ſolum primum membrum ſcilicet repugnantia in ueritate.

Argumen.

Sed contra prædicta primo arguitur. Omnis lex eſt cõſtitutio quædam, præcipiens bonum, uel prohibens malum, ſed in contrarijs non eſt talis conſtitutio, igitur nullæ ſunt leges contrariarum. Secundo ſic. Iſtæ, omnis homo currit. & nullus homo currit, poſſunt ſimul eſſe ueræ. quia ambæ ſimul habent potentiam ad hoc ꝙ ſint ueræ, cum nunc quælibet ſit in potentia ad ueritatem, igitur contrariæ poſſunt ſimul eſſe ueræ. Tertio ſic Iſtæ contrariantur, omnis hõ eſt totum in quantitate, & nullus homo eſt totum in quantitate, & tñ ſunt ſimul ueræ, ergo contrariæ pñt ſimul eſſe ueræ. Quarto ſic. In contrarijs includuntur ſubcontrariæ, igitur, ſi contrariæ ſunt ſimul falſæ, ſequitur, ꝙ & ſubcontrariæ, quod eſt impoſſibile. igitur contrariæ non poſſunt ſimul eſſe falſæ in contingenti materia. Quinto ſic. Iſtæ contrariantur in materia naturali, uel remota, omne animal eſt homo, nullum animal eſt homo, & tamen ſunt ſimul falſæ, igitur contrariæ in materia naturali, uel remota, poſſunt ſimul eſſe falſæ. F G

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ lex uno modo capitur proprie ut eſt regula operationum humanarum, docens modum bene uiuendi, ſicut eſt lex naturæ, uel diuina, uel humana, & hoc modo eſt præcipiens bonum uel prohibens malum, & ſic non capitur in propoſitio. Alio modo capitur ſimilitudinariæ, ut eſt regula de modo repugnantiæ propoſitionum oppoſitarum, & ſolum hoc modo capitur hic, & conuenit contrarijs. Ad ſecundum dicitur, ꝙ hæc eſt duplex, contrariæ poſſunt ſimul eſſe ueræ. quia hæc determinatio ſimul, poteſt referri ad poſſunt, & ſenſus iſtius eſt, ſimul habent potentiam ut ſint ueræ. & hoc modo eſt uera, alio modo poteſt referri ad eſſe ueræ, & ſic eſt falſa. & ſenſus iſtius eſt, ꝙ contrariæ poſſunt ſimul eſſe ueræ, & ſic ponitur ſimul in præſenti loco. Ad tertium dicitur, quòd, ſi in illis, homo diſtribuatur, ſic ſunt contrariæ, & tunc iſta eſt falſa, omnis homo eſt totum in quantitate, ſed, ſi homo teneatur ibi ſimpliciter pro ſeipſo diſtributo, ſic non ſunt contrariæ, quia ambe ſunt ſingulares, & ita debet teneri homo de ui ſermonis ratione illius attributi, totum in quantitate. Ad quartum dicitur. ꝙ ad falſitatem uniuerſalis non ſequitur falſitas particularis, ideo non oportet ꝙ, ſi duę ſubcontrariæ includantur in duabus contrarijs ſimul falſis, ꝙ propter hoc ſint falſæ. Ad quintum dicitur, quòd, licet illę ſint materia remota, uel naturali, tñ ibi eſt prædicatio indirecta, & hoc, quod dictum eſt prius, ꝙ contrarię in illis materijs non poſſunt ſimul eſſe uerę, debet intelligi in prædicatione directa, & ordinata. unde, licet illa omnis hõ eſt animal ſit in materia naturali, tñ iſta omne animal eſt hõ, ponitur in materia remota, quia animal ibi ſtat non ſolum pro hominibus, ſed etiam pro alijs animalibus, quibus homo non poteſt conuenire. H

Sub

A *Subcontrariarum, ac contradictoriarum lex.*

Lex ſiue natura ſubcontrariarum talis eſt, quòd ſi una eſt falſa, reliqua erit uera, & non econuerſo. Poſſunt enim ambæ ſimul eſſe ueræ in contingenti materia, & hoc, quando accidens eſt ſeparabile, ut quidam homo eſt albus, quidam homo non eſt albus. Vnde lex ſubcontrariarum contrario modo ſe habet ad legem contrariarum. Lex ſeu natura contradictoriarum talis eſt, quod ſi una eſt uera, reliqua eſt falſa, & econuerſo, in nulla enim materia poſſunt ambæ eſſe ſimul ueræ, uel falſæ, ut omnis homo eſt animal, quidam homo non eſt animal.

B Poſtq̃ auctor determinauit de lege contrariarum, hic conſequenter determinat de lege ſubcontrariarum, in qua ſunt plures partes ſicut in lege contrariarũ. Prima eſt, ꝙ duæ ſubcontrariæ in nulla materia poſſunt ſimul eſſe falſæ. Cuius ratio, eſt quia, ſi duę ſubcontrariæ poſſunt ſimul eſſe falſæ, duæ contradictoriæ erunt ſimul falſę, ut ſi iſtæ ſubcontrariæ, quidam homo currit, quidam homo nõ currit, ſint falſæ, cum ad falſitatem particularis ſequatur falſitas uniuerſalis, ut ad falſitatem iſtius, aliquis homo non currit, ſequatur falſitas iſtius, omnis homo currit, ergo duæ contradictorię erunt ſimul falſæ, quod eſt inconueniens. ideo, ſi in ſubcontrariis aliqua ſit falſa, reliqua erit uera, & non econuerſo.

Primo ſciendum, ꝙ ſecunda pars legis ſubcontrariarum talis eſt, ꝙ duæ ſubcontrariæ in materia contingenti poſſunt ſimul eſſe ueræ, ratio eſt. nam in materia contingenti prędicatum poteſt ineſſe ſubiecto pro aliquo ſuppoſito, & pro aliquo non ineſſe. ſed pro illo ſuppoſito, cui conuenit uerificatur particularis affirmatiua, quia ad ueritatem eius ſufficit prædicatum eius ineſſe ſubiecto pro C unico ſuppoſito, & pro ſuppoſito, cui non ineſt uerificatur particularis negatiua, quia ad ueritatem eius ſufficit prędicatum remoueri ab unico ſuppoſito ſubiecti. ideo in materia contingenti duæ ſubcontrariæ poſſunt ſimul eſſe ueræ, ut iſtæ, quidam homo eſt cęcus quidam homo non eſt cæcus.

Cur in materia contingẽti ſubcõtrarię ſimul uerę.

Secundo ſciendum, ꝙ in materia naturali, & remota duæ ſubcontrariæ nunq̃ poſſunt ſimul eſſe ueræ. ratio eſt. quia in materia naturali prædicatum conuenit omni ſuppoſito ſubiecti, ideo negatiua ſemper eſt falſa, & affirmatiua ſemper uera. ſed in remota, prædicatũ remouetur a quolibet ſuppoſito ſubiecti, ideo ſemper affirmatiua eſt falſa, & negatiua uera. Ex quo patet, ꝙ tres ſunt partes in lege ſubcontrariarum. Prima eſt, ꝙ non poſſunt ſimul eſſe falſę. Secunda eſt, ꝙ in materia naturali, & remota nunq̃ poſſunt ſimul eſſe ueræ, nec falſæ, & ſic ſemper repugnant in falſitate, & hoc conuenit eis ratione formæ ſuæ oppoſitionis, ideo D pertinet formaliter ad legẽ ipſarum. q̃nque repugnant in ueritate, & q̃nq; non: cõ conuenit ipſis rõne materiæ, nec pertinet formaliter ad legem ipſarum. unde patet quòd lex ſubcontrariarum econtrario ſe habet ad legem contrariarum.

Tertio ſciendum, ꝙ duę contradictorię in nulla materia poſſunt ſimul eſſe uerę cuius ratio eſt. quia in contradictoriis denotatur idem ineſſe, & non ineſſe eidem. quia idem affirmatur & negatur de eodem, ſed impoſſibile eſt idem ineſſe & non ineſſe eidem, hoc enim eſt primum principiũ omniũ complexorum. ideo contradictorię nunquã poſſunt ſimul eſſe uerę, ſed ſi una eſt uera, alia falſa eſt.

Contradictorię nunquã ſimul uerę.

Quarto ſciendum eſt, ꝙ contradictorię in nulla materia poſſunt ſimul eſſe falſę. ratio eſt. quia, ſi poſſent ſimul eſſe falſę. cum unum contradictoriorum ſit ens, & aliud non ens, ſequeretur, ꝙ inter ens, & non ens eſſet dare medium, ſed hoc

Contradictorię nunquã ſimul falſę.

eſt impoſsibile, quia ens continet omnis entia, & oē aliud ab ente dicitur non ens ideo contradictoriæ non poſſunt ſimul eſſe falſæ. & ſic habent repugnantiā in ueritate, & falſitate ſimul, & utrunq; pertinet formaliter ad legem ipſarū. & hoc eſt quod dicitur, ꝙ contradictoriæ magis opponunt̄ q̄ contrariæ, & ſubcontrariç, quia contrariç in ueritate opponuntur, ſubcontrariæ, in falſitate ſolum, ſubalternç in quantite ſolum. B

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur ſic. Duç contrariç poſſunt ſimul eſſe falſç, ſed falſitas uniuerſalis prouenit ex falſitate alicuius particularis eius, igitur ad falſitatē contrariarū oportet, ꝙ ſubcontrariæ ſint ſimul falſç. Secundo ſic. Idē non poteſt ineſſe, & non ineſſe eidem, nec uere affirmari, & negari de eodem, ſed in ſubcontrariis ſemper idem affirmatur, & negatur de eodem in materia contingenti non poſſunt ſimul eſſe uerç. Tertio ſic. Iſtç ſunt uerç ſimul, quodam ens eſt bonum, quoddam ens non eſt bonum, & tamen ſunt in materia naturali, quia bonum eſt proprietas entis. ergo in materia naturali ſubcontrariç poſſunt ſimul eſſe uerç, quod eſt contra legem earum. Quarto ſic. In morte Socratis, Socra. habet ſimul eſſe, & non eſſe, igitur duo contradictoria qñq; ſunt ſimul uera. Antecedens patet, quia, ſi eſſe, & non eſſe ſibi non ſimul conuenirent in eodem inſtanti, ſibi conuenirent in diuerſis inſtantibus, & ibi eſſet tempus inter medium. in quo Socra. nec haberet eſſe, nec nō eſſe. & ſic duç contradictoriç eſſent ſimul falſç. & cum hoc ſit impoſsibile, oportet dare primū, quod ſimul habet eſſe, & non eſſe. Quinto ſic. Vnum contradictoriorum eſt falſum igitur alterum eſt falſum. & ſic pñt ſimul eſſe falſa. conſequentia tenet quia uel alterū eſt falſum, uel non alterum. Si non alterum, cum non alterum, & neutrum ęquipollent, ſequeretur, ꝙ neutrum erit falſum, ſed erunt ambo uera. F

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dr̄, ꝙ ad falſitatē uniuerſalis non ſequitur falſitas particularis eius, ſed tantummodo unius ſuarum ſingularium. & licet ueritas unius ſingularis ſufficiat ad ueritatem particularis, tamen ad falſitatem ſingularis non ſufficit falſitas particularis, quia plus requiritur ad ueritatem ſingularis, quàm particularis, ſcilicet prędicatum ineſſe, & non ineſſe pro uno ſuppoſito determinato, quòd non requiritur ad particularem. G

Ad ſecundū dr̄, ꝙ licet idē numero ineſſe, & nō ineſſe non poſsit eidē numero, tñ pōt ineſſe, & non ineſſe eidē in ſpecie ꝓ diuerſis ſuppoſitis, & ſic pro diuerſis ſuppoſitis uerificantur ſubcontrariæ. Ad tertiū dr̄, ꝙ ſi capiantur bonū, ut eſt paſſio entis, & cōuertitur cū ente, illæ ſunt in materia naturali, & negatiua eſt falſa. ſed ſi capiatur, ut dicit bonitatē morir, illo modo eſt accidens reſpectu entis, & illæ ſunt in materia contingenti. Ad quartum dr̄, ꝙ in morte Socra. ipſe habet eſſe, & non eſſe in eodē inſtāti, capto materialiter, diuerſo tñ formaliter, quia ut eſt finis præteriti habet in eo eſſe, & ut eſt principiū futuri habet in eo nō eſſe. & qa nō eſt idem inſtans formaliter, ideo eſſe, & non eſſe nō dicunt̄ ſimul cōuenire Socrati, nec etiā oportet ibi eſſe tēpus mediū. Ad quintū dr̄, ꝙ alterū, uno modo capit̄ indefinite, uel particulariter, & tūc ualet ſicut unū, uel aliquod, & ſic bene ſequit̄ unū contradictoriorū eſt falſum, ergo alterū, & ualet ꝓbatio cōſequentiç. Alio modo relatiue, ut eſt relatiuū diuerſitatis, & ſic cōſequentia nō ualet nec proba io eius, quia hoc modo non alterum & neutrum non æquipollent, ideo. H

Subalternarum lex, qua quomodo in ueritate, ac falſitate ſe conſequantur oſtenditur.

Lex ſeu natura ſubalternarum talis eſt quòd ſi uniuerſalis eſt uera ſua particularis erit uera, & no econuerſo, poteſt enim uniuerſalis eſſe

A falſa ſua particulari exiſtente uera, &, ſi particularis eſt falſa, ſua uniuerſalis erit falſa, & non econuerſo.

Poſtquã Auctor determinauit de lege contradictoriarum, quæ repugnant in qualitate, & quantitate ſimul, hic conſequenter determinat de lege ſubalternarum, quæ repugnant in quantitate ſolum. Subalternæ enim non repugnant in ueritate, quia poſſunt ſimul eſſe ueræ. nec in falſitate, quia poſſunt ſimul eſſe falſæ. nec in qualitate, ideo ſolum repugnant in quantitate. ideo inter omnes propoſitiones, ſubalternæ minime repugnant ſiue opponuntur, ratione cuius Auctor ultimo determinat de ipſis. & primo dicit, ꝙ ſi uniuerſalis eſt uera, particularis eſt uera, & non econuerſo.

Si ſubalternas eſt uera, ſubalterna eſt vera & non econtra, ſi ſubalterna eſt falſa, ſubalternãs, eſt falſa, & non econtra.

Vbi primo eſt ſciendum, ꝙ ad ueritatem uniuerſalis ſequitꝰ ueritas particularis ſibi ſubalternæ. Cuius ſunt duæ rõnes. Prima ꝙ, ſi prædicatũ uere dicam de B quolibet ſuppoſito ſubiecti, ſicut dicit uniuerſalis ẽt uere dr̃ de aliquo ſuppoſito ſubiecti, quod ſufficit ad ueritatem particularis. ideo ad ueritatem uniuerſalis ſequitꝰ ueritas ſuæ particularis. Secũda rõ eſt, quia ſi uniuerſalis eſt uera ſua particulari exiſtente falſa, ſequeretur ꝙ contradictoriæ eſſent ſimul uerę, & ſimul falſæ. quia ſi iſta eſſet uera, oĩs homo currit, & illa falſa, quidam homo currit. ſubcontraria iſtius. ſ. quidam homo non currit, per legem ſubcontrariarum eſſet uera, ſed hęc aliquis homo non currit, contradicit primæ. ſ. omnis homo currit, quæ ponebatur uera, igitur duæ contradictoriæ erunt uerę ſimul. etiam ſi illa ſit uera, omnis homo currit, per legem contrariarum, ſua contraria erit falſa. ſ. nullus hõ currit, ſed iſta contradicit illi particulari, aliquis homo currit, iõ, ſi iſta ponatur falſa, & uniuerſalis uera, duę contradictorię erunt ſimul falſę, quod eſt impoſſibile. ideo relinquitur ꝙ, ſi uniuerſalis eſt uera, ſua particularis erit uera.

Secundo ſciendum, ꝙ ad ueritatem particularis non ſequitur ueritas uniuerſa C lis, & ratio eſt. quia in materia continegenti prædicatum poteſt conuenire alicui ſuppoſito, & tamen non cõuenire oĩbus, ideo particularis poteſt eſſe uera. quia ad ipſam ſufficit prædicatum uere dici de ſubiecto pro aliquo, uniuerſali tamen exiſtente falſa, ideo quamuis ad ueritatem uniuerſalis ſequatur ueritas particularis, non tamen econuerſo.

Ad falſitatẽ particularis ſequitꝰ falſitas vniuerſalis.

Tertio ſciendũ ꝙ ad falſiatẽ particularis ſequitꝰ falſitas ſuæ uniuerſalis. Ratio eſt. quia, ſi prædicatum non uerificetur de aliquo ſuppoſito ſubiecti, quod requiritur ad ueritatem particularis, non uerificabitur de quolibet, ſicut requiritur ad ueritatem uniuerſalis. igitur, ſi particularis eſt falſa, ſua uniuerſalis eſt falſa, licet non econuerſo, etiam ſi particularis poneretur falſa, & non uniuerſalis eius, ſequeretur, ꝙ duæ contradictorię eſſent ſimul ueræ, & ſimul falſæ, quod probaretur eodem modo ſicut probatum eſt in prima parte legis ſubalternarum.

Ad falſitatẽ vniuerſalis non ſequitur falſitas particularis.

Quarto ſciendum, ꝙ ad falſitatem uniuerſalis non ſequitur falſitas particu- D laris. Ratio eſt. quia ad falſitatem uniuerſalis ſufficit prædicatũ falſo dici de aliquo ſuppoſito ſubiecti, & ad falſitatẽ particularis requiritur falſo dici de oĩbus. Sed, ſi falſo dicatur de uno, non oportet quòd falſo dicatur de omnibus aliis. ideo ad falſitatem uniuerſalis non ſequitur falſitas particularis, & hoc in materia contingenti. quia in materia naturali, & remota, ſi uniuerſalis ſit falſa, ẽt, & particularis, & ꝑ hoc habentur quatuor partes, quæ ſunt in lege ſubalternarum. Ex prædictis colligitur ꝙ ad ueritatem uniuerſalis affirmatiuę, prædicatũ debet ineſſe ſubiecto pro quolibet ſuppoſito, & ad falſitatẽ ſufficit, ꝙ remoueatꝰ ab aliquo ſeu vnico ſuppoſito. Sed ad ueritatem particularis, uel indefinitæ ſufficit prędicatum uerificari de ſubiecto pro unico ſuppoſito eius, & ad falſitatem eius oportet ipſum falſo dici de quolibet ſuppoſito, & ad ueritatem ſingularis re

quiritur, ꝙ uerificetur de unico determinato ſuppoſito, & ad falſitatem, ꝙ remoueatur ab eodem. E

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur. Ad poſitionem uniuerſalis non ſequitur poſitio particularis, ut ad poſitionem animalis non ſequitur poſitio hominis. ergo ad ueritatem uniuerſalis non ſequitur ueritas particularis.

Secundo ſic. Non ſequitur, omne animal præter Socratem currit, ergo quod dam animal præter Socratem currit. Igitur ad ueritatem uniuerſalis non ſequitur ueritas particularis.

Tertio ſic. Ad ueritatem huius, quidam homo eſt animal ſequitur ueritas huius, omnis homo eſt animal, & ad iſtam, aliquis Sol lucet, ſequitur iſta, omnis Sol lucet, igitur ad ueritatem particularis ſequitur ueritas uniuerſalis.

Quarto ſic. In omni bona conſequentia conſequens includitur in antecedente, ſed in falſitate particularis non includitur falſitas uniuerſalis, quia in particulari non includitur uniuerſalis ſua, ergo ad falſitatem particularis non ſequitur falſitas uniuerſalis. F

Quinto ſic. Vbicunq; ſubiectum tenetur pro æqualibus ſuppoſitis, & ubi eſt idem prædicatum, eſt eadem cauſa ueritatis, & falſitatis, ſed in uniuerſali, & particulari eius ſubiectum tenetur pro æqualibus ſuppoſitis, alias non eſſent oppoſitæ; igitur habent eandem cauſam ueritatis, & falſitatis. ergo ad falſitatem uniuerſalis ſequitur falſitas particularis.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ ad poſitionem uniuerſalis incomplexi, quod eſt ſuperius alicuius inferioris, non ſequitur poſitio ſui particularis, ſed ad poſitionē uniuerſalis complexi, quod eſt ꝓpoſitio uniuerſalis, ſequit̄ poſitio ſuũ particularis, & de iſto uniuerſali ſolum eſt hic ad propoſitum. Ad ſecundum dr̄, ꝙ ibi male capitur particulare illius propoſitionis uniuerſalis, quia exceptio nõ poteſt addi termino capto particulariter. ſed ſic debet capi ſua particularis, aliquod animal, aliud a Socrate currit, & tunc bene ſequitur ad ſuam uniuerſalē. G

Ad tertium dr̄, ꝙ licet in illis propoſitionibus ad particularem ſequatur uniuerſalis, hoc tamen non eſt ratione modi enunciandi, ſe tũ gratia materiæ, quia non ſequitur in omnibus. unde duæ primæ ſunt in materia naturali, in qua uniuerſalis, & particularis eius ęquipollent quo ad ueritatem, & in alijs eſt unum ſolum ſuppoſitum ſubiecti, quare, ſi particularis eſt uera etiam uniuerſalis. Ad quartũ dr̄, quòd licet in falſitate particularis non includatur formaliter falſitas uniuerſalis, tamen includitur uirtualiter, quia in hoc, ꝙ prædicatum falſo dicit̄ pro qualiter ſuppoſito ſubiecti includitur, ꝙ falſo dicitur, pro aliquo quod ſufficit ad falſitatem uniuerſalis. Ad quintum dr̄, ꝙ in uniuerſali, & particulari ſubiectum dicitur de æqualibus ſuppoſitis, nõ tamen eodem modo, quia in uniuerſali diſtribuitur, & tenetur in actu pro omnibus ſuppoſitis eius, & in particulari ſolum tenetur pro omnibus in aptitudine, & non in actu, cùm non diſtribuatur. & ſic patet de lege ſubalternarum. H

De triplici propoſitionum conuerſione, Simplici, per Accidens, & per Contrapoſitionem.

Item propoſitionũ, utroq; termino participantium, ordine cõuerſo, triplex eſt cõuerſio. ſ. ſimplex, per accidens, & ꝑ contrapoſitionem.

Poſtq̄ Auctor determinauit ſuperius de oppoſitione, q̃ eſt paſſio propoſitionum participantium utroq; termino eodem ordine, hic conſequenter determinat de conuerſione, quæ eſt paſſio propoſitionum participantium utroq; termino ordine conuerſo. Et quia conuerſio dicitur analogice. i. ſecundũ prius, & poſterius

A ſterius de ſuis ſpeciebus, ideo Auctor non definit eã in cõi, ſed diuidit, & poſtea definit eam in ſuis ſpẽbus. hic tamen uidendum eſt de ratione eius in communi

Primo ſciendum, ꝙ cõuerſio accipitur dupliciter. Vno modo generaliter. pro quacunq; mutatione rei de uno in aliud, ſicut eſt conuerſio de bono in malum, ut conuerſio aquæ in uinum, & ſic dr̃ tam de conuerſione terminorum q̃ rerum & propoſitionum. Alio modo capitur ſpecialiter ſolum mutatione unius propoſitionis in aliam, quæ eſt conuerſio propoſitionum, & ſic eſt proprietas propoſitionum, quæ conuertuntur, & ſic conſyderatur hic, & non primo modo.

Secundo ſciendũ, ꝙ conuerſio propoſitionum adhuc accipitur tripliciter. Vno modo cõiter, pro omni mutatione unius propoſitionis in aliam, & ſic continet ſub ſe conuerſionem in terminis, & conuerſionẽ in oppoſitam qualitatem, quæ conuenit propoſitionibus de contingenti ad utrumlibet, ut dicendo Socratem currere eſt contingens. ſecundo modo capitur minus cõmuniter prout eſt muta-
B tio prædicati in ſubiectum, & econuerſo, ſiue ibi ſit bona conſequentia, ſiue non. tertio capitur proprie, prout eſt mutatio prædicati in ſubiectũ, & ecõtra, cum bona conſequentia unius propoſitionis ad aliam, unde, quia mutatio ſitus terminorum, cum qua eſt bona conſequentia dicitur debita mutatio, alia autem ubi non eſt bona conſequentia, dicitur indebita mutatio, ideo conuerſio magis proprie ſignificat mutationem ſitus terminorum propoſitionis cum bona conſequentia unius propoſitionis ad aliam quàm ſignificet aliam mutationem, & ſolum hoc tertio modo ſumitur hic conuerſio.

Ad cognoſcendũ aũt conuerſiones tã proprie quàm improprie dictas. ſepiẽ regulæ a doctoribus ponuntur hic quę uiđ ex tex.

Tertio ſciendum, ꝙ conuerſio ſic definitur. Conuerſio eſt propoſitionũ, utroq; termino participantiũ ordine conuerſo unius ad aliam formalis conſequentia. In qua definitione ponitur formalis conſequentia loco generis, ipſa enim eſt ſuperius ad argumentationem, conuerſionem, & ad alias ſimplices conſequentias. & eſt formalis conſequentia, quæ tenet in omnibus terminis ſimili forma arguẽ
C di retenta. Deinde ponitur propoſitionum utroq; termino participantium, ad dñiam conſequentiæ propoſitionum, quæ non ſunt utroq; termino participantes ſicut eſt in enthymemate. uel exemplo. ponitur ordine econuerſo, ad differentiam conſequentiæ propoſitionum, quæ ſunt utroque termino participantes eodem ordine. ſicut eſt conſequentia inter ſubalternas, uel inter æquipollentes. Ex quibus patet, ꝙ in qualibet conuerſione, cùm ſit quædam conſequentia, requiruntur duæ propoſitiones. & prima eſt conuerſa, & eſt antecedens reſpectu alterius, ſecunda uero dicitur conuertens, & ex conſequens ad aliam.

Quarto ſciendum ꝙ propoſitionum categoricarum utroq; termino participantium ordine conuerſo, triplex eſt conuerſio, ſimplex. per accidens, & per contrapoſitionem, cuius diuiſionis ſufficientia ſic hr̃. quia omnis conuerſio eſt conſequentia unius propoſitionis ad aliam cum mutatione ſitus terminorum. uel ergo in illis propoſitionibus termini hñt contrariam poſitionem, ſic ꝙ in una põnan
D tur finite, & in alia infinite, uel habent ſimilem poſitionem ſic quòd eodem modo tenentur in utraq;. ſi primum, ſic eſt conuerſio per contrapoſitionem, ſi ſm̃, ſic eſt dupliciter, uel una propoſitio ſequitur immediate, & conuertibiliter ad aliam, & ſic eſt conuerſio ſimplex, uel non conuertibiliter, ſed ſolum ex conſequẽti, & ſic eſt conuerſio per accidens, in qua conuertens non ſequitur immediate ad conuerſam, ſed per alterum. ſ. ratione unius propoſitionis, quæ ſequitur primo ad conuerſam, ad quam ſequitur ſua conuertens, ſicut inferius patebit.

Triplicis conuerſionis ſufficiẽtia.

Sed contra prædicta primo arguitur. Conuerſio dicitur mutatio prædicati in ſubiectum, ſed prædicatum, cum habeat rationem formæ non poteſt mutari in ſubiectum, quod habet rationem materiæ ergo conuerſio non eſt poſſibilis, nec eſt paſſio propoſitionum. Secundo ſic. Conuerſio eſt mutatio ſitus termino-

rum propoſitionis,igitur debet dici paſsio terminorum. & non propoſitionum. E
Tertio ſic. Conuerſio non eſt aliqua argumentatio, cùm in ipſa non ſit medium, & tamen in omni argumentatione eſt aliquod medium. igitur conuerſio non eſt conſequentia formalis.

Quarto ſic Homo,& riſibile conuertuntur,& non conuertuntur per aliquam harum ſpecierum conuerſionſs,igitur male ponuntur tm̃ tres ſpẽs conuerſionũ.

Quinto ſic Ariſt. ſufficienter determinans de conuerſionibus non poſuit conuerſionem per contrapoſitionem,igiẽ hic male ponit inter ſpecies conuerſionis.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur,ꝙ conuerſio eſt poſsibilis. cùm oẽs eius cauſæ ſint poſſibiles & licet prædicatum formaliter ſub intentione prædicati nõ poſſit mutari in ſubiectum,tñ quantum ad illud, quod eſt bene mutatur in ſubiectum,& econtra. Ad ſecundum dicitur, ꝙ conuerſio debita quantum ad rationem, a qua ſumitur nomen conuerſionis dicitur mutatio ſitus terminorum, dicitur enim conuerſio quaſi ſimul uerſio ſubiecti in prædicatum, & econtra,& F ſecundum hoc in ſuo nomine non eſt bona conſequentia, ſed quantum ad id, cui nomen imponitur eſt conſequentia cum mutatione terminorum,& talis conſequentia eſt paſſio propoſitionum,& non terminorum, & adhuc mutatio terminorum non conuenit terminis ſecundum ſe, ſed ut ſunt in propoſitione. ideo eſt paſsio propoſitionis, ſibi conueniens ratione terminorum. Ad tertium dicitur, quòd licet conuerſio non ſit aliqua argumentatio,tamen non ſequiẽ,ꝙ non ſit cõſequentia formalis,quia cõſequentia eſt quoddam ſuperius ad argumentationem,& ſimplices cõſequentias,cuiuſmodi ſunt conuerſio,& æquipollentia. Ad quartum dicitur,ꝙ homo,& riſibile inter ſe conuertuntur per conuertibilitatem,& non per conuerſionem,ſic enim differunt conuerſio,& conuertibilitas,& conuertentia,quia conuertibilitas eſt paſsio terminorum conuertibilium,qui de ſe inuicem uniuerſaliter uerificantur, ſed conuertentia eſt paſsio relatiuorum,quæ ad inuicem referuntur,ut ſunt pater, & filius,& conneſio eſt paſ G ſio propoſitionum. Ad quintum dicitur, ꝙ Ariſt. conſyderat conuerſionem, ut eſt principium reductiuum ſyllogiſmorum imperfectorum ad perfectos, & quia conuerſio per contrapoſitionem ad hoc non deſeruit, quia in ipſa non manent idem termini ſimpliciter,qui tamen debent remanere in reductione ſyllogiſmorum,ideo illam non enumerauit Ariſt. inter conuerſiones. ſed Pet. Hiſp. conſyderauit conuerſionem,ut eſt paſsio propoſitionis, & conuerſio per contrapoſitionem eſt quædam paſsio eius,ideo ipſam cum aliis enumerauit,inde etiam prouenit,ꝙ Auctor iſte determinauit de conuerſione in primo tractatu, ubi conſyderat de enunciatione, & Ariſt. de conuerſione in libro priorum determinat, ubi conſyderat de ſyllogiſmis.

Cur Ariſ. omiſit conuerſionẽ p contrapoſitionem.

Vide. primo Priorum. c. 2. 3. & 4.

Simplex conuerſio, & in quibus propoſitionibus ea utamur. H

Simplex conuerſio eſt quando de prædicato fit ſubiectum, & de ſubiecto prædicatũ,manente eadem qualitate, & quantitate propoſitionis& hoc modo conuertitur uniuerſalis negatiua in ſeipſam,& particularis affirmatiua in ſeipſam, ut nullus homo eſt lapis, nullus lapis eſt homo,quidam homo eſt animal,quoddam animal eſt homo.

Poſtq̃ Auctor præmiſit diuiſionem conuerſionis, hic conſeq̃ter determinat de membris eius,& quia in conuerſione ſimplici, & per accidens manent idem termini,& ſecundum rem,& uocem,& in conuerſione per contrapoſitionem ſolum

A lum manent ſecundum uocem,& uariantur ſecũdum ſignificationem , ideo prius determinat de conuerſione ſimplici,& per accidẽs q̃ de alia , & quia in conuerſione ſimplici eſt ſolum mutatio ſitus terminorum, & non mutantur quantitas,nec qualitas propoſitionis , & in conuerſione per accidens eſt mutatio quantitatis cum mutatione ſitus terminorum,ideo prius agit de conuerſione ſimplici,quam per accidens.

Primo ſciendum , ꝙ conuerſio ſimplex eſt mutatio prædicati in ſubiectum,& econtra manente eadem quantitate,& qualitate.in qua definitione ponitur mutatio loco gñis,deinde ponitur prædicati in ſubiectũ,& econtra, ad differentiam conuerſionis per contrapoſitionem , ubi non mutatur ſimpliciter prædicatum in ſubiectum , ſed mutantur termini finiti in terminos infinitos , & ſic uariant̃ ſcd̃m ſignificata. Deinde ponitur manente eadem qualitate,& quantitate , ad differentiam conuerſionis per accidens , ubi eſt mutatio quantitatis propoſitionis , non

B tamen remanet hic eadem qualitas , uel quantitas in numero, quia conuertens , & conuerſa numero differunt,ſed ſolum manet eadem in ſpeciem.

Secundo ſciendum , ꝙ iſta conuerſio dicitur ſimplex duplici de cauſa . Primo quia ibi eſt ſimplex mutatio, prædicati in ſubiectum, ſine mutatione quantitatis. uel terminorum finitorum in infinitos terminos , ſicut in conuerſione , per contrapoſitionem,quæ non eſt ſimplex mutatio, ſed eſt mutatio complectens plures mutationes. ſecunda cauſa eſt , quia in hac conuerſione propoſitio conuerſa per ſe primo,ideſt ſecundum ſe totam conuertitur,& non gratia partis , ſicut in conuerſione per accidens,ubi uniuerſalis non ſecundum ſe totam conuertitur, ſed ſecundum ſuam particularem.& inde eſt ꝙ in iſta conuerſione una propoſitio ſimpliciter conuertitur in aliã.& ideo in conuerſione ſimplici eſt conſequentia conuertibilis,quia ſicut conuertens ſequitur ad conuerſam , ita econuerſo , quod tamen non ſit in conuerſione per accidens,ubi licet particularis conuertens ſequa- Conuerſio ſiplex cur dicatur.

C tur ad uniuerſalem,nõ tamen contra,ut licet ſequatur,omnis homo eſt animal, ergo quoddam animal eſt homo,non tamen econtra .

Tertio eſt ſciendum,ꝙ ſecundum conuerſionem ſimplicem conuertitur particularis affirmatiua,quod ſic probatur,quia bene ſequitur , quidam homo eſt animal,ergo quoddam animal eſt homo . & eſt ibi mutatio prædicati in ſubiectum, & econtra, igitur ibi eſt bona conuerſio. Antecedens patet. quia , ſi iſta ſit uera , quidam homo eſt animal, oportet, ꝙ aliquid idem ſit homo , & aial.tunc ſignet̃ illud idem quod ſit homo,& animal,& uocetur Socrates, & arguitur ſic per ſyllogiſmum expoſitorium,ideſt ex ſingularibus factum.Socrates eſt homo , Socrates eſt animal,ergo quoddam animal eſt homo , & ſic iſta, quoddam animal eſt homo , ſequitur ad illam.ſ.quidam homo eſt animal , ad quam ſequuntur præmiſſæ illius ſyllogiſmi expoſitoris. Quæ propoſitiones ſimpliciter cõuertanẽ.

Quarto ſciendum,quod iſta conuerſione etiam conuertitur uniuerſalis nega-

D tiua,quod probatur ſic. quia bene ſequitur,nullus homo eſt lapis,ergo nullus lapis eſt homo.quia oĩs conſequentia eſt bona,in qua ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis,ſed ſic eſt de iſta,quia ad iſtam, quæ eſt contradictoria conſequentis,quidam lapis eſt homo,ſequitur iſta,quidam homo eſt lapis per conuerſionem ſimplicem particularis affirmatiuæ , iam probatam , & illa eſt oppoſitum antecedentis,ergo prima conſequentia fuit neceſſaria . Et poteſt aliter ſic argui.ſi non ſequitur , nullus homo eſt lapis , ergo nullus lapis eſt homo, oppoſitum conſequentis ſtabit cum antecedente,ſed ad ipſum ſequitur contradictorium antecedentis , ergo duæ contradictoriæ ſtabunt ſimul in ueritate , quod eſt impoſsibile.igitur oportet primam conſequentiam fuiſſe neceſſariam. Vniuerſalis negatiua ſimpliciter conuertitur.

Sed contra prædicta primo arguitur.In omni conuerſione eſt mutatio p̄dicati Argumen.

cum

eum mutatione ſubiecti,ergo in qualibet conuerſione ſunt plures mutationes,& B
per conſequens nulla eſt mutatio ſimplex ſiue conuerſio. Secundo ſic Hæc eſt cõ uerſio ſimplex, Socra. eſt homo, igitur quidam homo eſt Socra. & tamen ibi non remanet eadem quantitas, cum prima ſit ſingularis, & ſecunda ſit particularis, igitur in conuerſione ſimplici non manet eadem quantitas.

Tertio ſic. Nullus homo eſt ſpecies, igitur nulla ſpecies eſt homo, non ſequitur, cum antecedens ſit uerum, & conſequens falſum, cum contradictorium conſequentis ſit uerũ, ſ. aliqua ſpecies eſt homo. igitur uniuerſalis negatiua non bene conuertit ſimpliciter. Quarto ſic Non ſequitur nullus ſenex erit puer, ergo nullus puer erit ſenex, cum antecedens ſit uerũ, & conſequens falſum. igr̃ conuerſio ſimplex uniuerſalis negatiuæ, non eſt bona conſequentia.

Quinto. Non ſequitur, quidam lapis eſt in muro, ergo quidam murus eſt in lapide. igitur particularis affirmatiua non conuertitur ſimpliciter.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet in conuerſione ſimplici ſint duæ mutationes in numero quantũ ad terminos propoſitionis, tamen eſt una tantum in ſpecie, ſ. mutatio ſitus terminorum, & non eſt complectens plures mutationes ſpecie, ſicut eſt in aliis conuerſionibus. Ad ſecundum dicitur, ꝙ in illa conuerſione non manet eadem quantitas quantum ad modum enunciandi, tamen manet eadem uirtualiter, quantum ad id, pro quo uerificantur illæ propoſitiones. quia ſicut ſingularis pro unico ſuppoſito uerificatur, ita & particularis, & indefinita, ratione cuius de ſingularibus, particularibus, & indefinitis idem eſt iudicium quantum ad conuerſiones. Ad tertium dr̃, ꝙ illa, nullus homo eſt ſpecies, debet ſic conuerti, nulla ſpecies eſt aliquis homo, ad hoc ꝙ homo in ſecunda euidenter teneatur pro ſuppoſitis, ſicut in prima. Ad quartum dicitur, ꝙ illæ duæ. ſ. nullus ſenex erit puer, & nullus puer erit ſenex poſſunt capi in ſenſu compoſito, & tunc eſt ſenſus, nullus ſenex ſub forma ſenis erit puer, & ſic ambæ ſunt ueræ, & poſſunt capi in ſenſu diuiſo, & ſenſus talis, nullus ſenex, quantum ad id, quod eſt, erit puer. & ſic prima eſt falſa, ſicut, & ſecunda, quia ibi ſenex ſupponit pro G
omnibus ſenibus præſentibus & futuris ratione uerbi de futuro, & pro omnibus illis diſtribuitur. modo de aliquo futuro ſene, qui forſan cras naſcetur, verum eſt dicere ꝙ erit puer. Ad quintum dicitur, ꝙ illa non conuertitur ſic, quidam lapis eſt in muro, ergo quidam murus eſt in lapide, ſed debet ſic conuerti, ergo quoddam ens in muro eſt lapis, quia prædicatum primæ non eſt murus, ſed ens in muro. & ſimiliter etiam dicitur de iſtis, quidam oculus eſt in capite, quoddam uinum eſt in dolio.

Quid conuerſio per accidens, & quæ propoſitiones ea conuertantur.

Conuerſio per accidens eſt facere de prædicato ſubiectum, & de ſubiectum prædicatum manente eadem qualitate, ſed mutata quantitate. Et ſic conuertitur, uniuerſalis affirmatiua in particularem affirmatiuam, ut omnis homo eſt animal, quoddam animal eſt homo. & uniuerſalis negatiua in particularem negatiuam. ut nullus homo eſt aſinus, quidam aſinus non eſt homo. H

Poſtquam Auctor determinauit de conuerſione ſimplici, in qua ſolum eſt mutatio prædicati in ſubiectum, & econtra, hic conſequenter determinat de conuerſione per accidens, in qua ſunt duæ mutationes. ſ. prædicati in ſubiectum, & quantitatis, ipſam ſic definiens. Conuerſio per accidens eſt tranſpoſitio prædicati in ſubiectum, & econtra, manente eadem qualitate, ſed mutata quantitate. Cuius definitionis

A definitionis eſt eadem explicatio ſicut præcedentis præter hoc, ꝙ hic ponitur mutata quantitate, ad differentiam conuerſionis ſimplicis.

Primo ſciendum, ꝙ hæc conuerſio dicitur per accidens, quia per ipſam non conuertitur propoſitio ſecundum ſe totam, & per ſe primo, ſed gratia partis. ſ. ſecundum ſuam particularem, ut hæc, omnis homo eſt animal, ergo quoddā animal eſt homo. prima non conuertitur niſi ratione ſuæ particularis. ſ. quidam homo eſt animal, quæ conuertitur ſimpliciter in aliam, & non conuertitur ſecundū ſe totam, hoc eſt ſecundum omnes ſuas ſingulares. etiam illa conuertens ſequitur ad ipſam ſecundum partem eius, & non per ſe primo, modo id, quod conuenit alicui ſecundum partem ſibi conuenit per accidens, & per alterum, ideo talis conuerſio per accidens nominatur.

Secundo ſciendum, ꝙ ſecundum hanc conuerſionem debite conuertitur uniuerſalis affirmatiua in particularem affirmatiuam probatur, quia hic eſt bona con-
B ſequentia cum tranſpoſitione ſubiecti, & prædicati, omnis homo eſt animal, ergo quoddam animal eſt homo. ergo ibi eſt debita conuerſio, cum conuerſio ſit formalis conſequentia unius propoſitionis ad aliam cum mutatione prædicati in ſubiectum, & econtra. Antecedens probatur, quia ad iſtam, omnis homo eſt animal, ſequitur iſta, quidam homo eſt animal per legem ſubalternarum. & ultra ſequitur, quidam homo eſt animal, ergo quoddam animal eſt homo, per conuerſionem ſimplicem. ergo de primo ad ultimum ſequitur, omnis homo eſt animal, ergo quoddam animal eſt homo per illam regulam conſequentiarum, quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ ſequitur ad antecedens, & talis conſequentia uocatur de primo ad ultimum. & ſic uniuerſalis affirmatiua bene conuertitur per accidens, non tamen poteſt conuerti ſimpliciter, quia argueretur a non diſtributo ad diſtributum a parte prædicati primæ propoſitionis, quod non diſtribuitur in prima eo ꝙ eſt prædicatum propoſitionis affirmatiuæ, & tamen
C diſtribueretur in ſecunda cum eſſet ſubiectum propoſitionis uniuerſalis.

Cōis conſequentiarum regula.

Tertio ſciendum, ꝙ per conuerſionem per accidens, debite conuertitur uniuerſalis negatiua in particularem negatiuam patet. quia hæc eſt bona conſequentia cum tranſpoſitione terminorum, nullus homo eſt lapis, igitur quidam lapis non eſt homo. igitur uniuerſalis negatiua bene conuertitur per accidens. Antecedens patet, quia bene ſequitur, nullus homo eſt lapis, ergo nullus lapis eſt homo per conuerſionem ſimplicem uniuerſalis negatiuæ, ad quam ſequitur iſta, quidam lapis non eſt homo per legem ſubalternarum, ideo ſequebatur ad primam, & illa eſt bona conſequentia. Item, ſi non ſequatur, nullus homo eſt lapis, ergo quidam lapis non eſt homo, oppoſitum conſequentis ſtabit cum antecedente in ueritate. ſ. omnis lapis eſt homo, ſed ad ipſam ſequitur, quidam homo eſt lapis, per conuerſionem per accidens uniuerſalis affirmatiuę, ſed illa eſt contradictoria antecedentis, igitur duæ contradictoriæ ſtabunt ſimul in ueritate, quod eſt impoſſi-
D bile. & ſimiliter poſſet probari conuerſio per accidens uniuerſalis affirmatiuæ.

Qua rōne vniuerſalis negatiua ī ſuā pticularē p accidens conuertatur.

Quarto ſciendum, ꝙ ut ſupponitur in hac probatione ultima, in omni mala conſequentia oppoſitum conſequentis ſtabit in ueritate cum antecedente. Cuius ratio eſt. quia in omni mala conſequentia antecedens poteſt eſſe uerum, conſequente exiſtente falſo. & ideo oppoſitum conſequentis ipſius poteſt ſtare in ueritate cum antecedente. unde conſequentia non dicitur mala, niſi quia cōſequens eius non includitur in antecedente, ſed poteſt eſſe falſum antecedente exiſtente uero, ideo ſuum oppoſitum poteſt eſſe uerum cum antecedente talis conſequentiæ, & econtra in bona conſequentia. unde ex uero nūquā ſequitur falſum, licet ex falſo, qnq; ſequatur uerum. Ex quibus patet ꝙ uniuerſalis affirmatiua, & uniuerſalis negatiua bene conuertuntur per accidens, ſed nulla particularis poteſt

Quæ nam ſit cōſequētia mala, & eius 16.

conuerti

conuerti per accidens, quia ſi ſic, conuerteretur in uniuerſalem: ſed ad particularem nunquam ſequitur formaliter ſua uniuerſalis: ideo particularis nunquam conuertitur per accidens. E

Sed contra prædicta primo arguitur. Qualitas rei conſequitur quantitatem eius: igitur mutata quantitate mutabitur qualitas, ergo in conuerſione per accidens non manet eadem qualitas mutata quantitate.

Argumen. Secundo ſic. Non ſequitur, omnis homo uidet lapidem: igitur quidam lapis uidet hominem, ergo uniuerſalis affirmatiua non bene conuertitur per accidens. Tertio ſic. Non ſequitur, omnis homo eſt mortuus, & econtra quoddam mortuum eſt homo, cùm antecedens poſſit eſſe uerum, conſequente exiſtente falſo: ergo uniuerſalis affirmatiua non bene conuertitur per accidens. Quarto ſic. Non ſequitur, nullus homo eſt mulier, ergo quędam mulier non eſt homo. igitur contra conuerſionem uniuerſalis negatiuę. Quinto ſic. Non ſequitur, nullum animal, pręter hominem eſt rationale, ergo quoddam rationale non eſt animal, pręter hominem, igitur uniuerſalis negatiua non debet conuerti per accidens. F

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ mutata quantitate in numero, mutatur qualitas ſecundum numerum, quia qualitas ſequitur quantitatem in eſſe numerali, ſed mutata quantitate in ſpecie non mutatur qualitas in ſpecie, quia ſecundum ſuum eſſe ſpecificum nõ ſequitur quantitatem. & de iſta eſt hic ad propoſitum. Ad ſecundum dicitur, ꝙ illa non bene conuertitur, ſed debet ſic conuerti omnis homo uidet lapidem, ergo quoddam uidens lapidem eſt homo. eſt enim regula in conuerſionibus, ꝙ, quando in propoſitione ponitur uerbum adiectiuum pro copula principali, antequàm conuertatur propoſitio, illud reſoluendum eſt per eſt, & ſuum participium, & debet illud participium accipi in prędicato, & reduci ad ſubiectum conuertentis, aliter non fieret de prędicato primę ſubiectum ſecundæ. Ad tertium dicitur, ꝙ illa non bene conuertitur, quia in iſta, omnis homo eſt mortuus, homo ſupponit pro pręſentibus, & pręteritis ſimul ratione illius præteriti mortuus, & in alia tenetur pro pręſentibus tantum, & non ampliatur, ſed debet ſic conuerti, omnis homo eſt mortuus, ergo quoddam mortuum, eſt uel fuit homo. unde habendum eſt pro regula, ꝙ termini conuertentis, & conuerſæ debent teneri ęque ample, & æque ſtricte, ideſt pro ęqualibus ſuppoſitis, aut illæ non eſſent participantes utroq; termino: ideo iſta ſic conuertitur omnis homo eſt generandus, ergo quoddam generandum, eſt uel erit homo, & debet poni uerbum futurum, ut homo ſtet in ſecunda pro futuris ſicut in prima. Ad quartum dicitur, quòd illa debet ſic conuerti, nullus homo eſt mulier, ergo quædam mulier non eſt aliquis homo. & ponitur aliquis homo, ut homo ſtet in ſecunda pro uiris tantum ſicut in prima. Ad quintum dicitur, ꝙ illa male conuertitur, ſed debet ſic conuerti, nullum animal præter hominem eſt rationale, ergo quoddam rationale non eſt animal, aliud ab homine, reſoluẽdo pręter, per aliud & ab, & ſic debet fieri in omnibus exceptiuis. De iſtis tamen & reduplicatiuis & excluſiuis habet uideri in Paruis logicalibus, quo modo in ſpeciali conuertantur, & ſic patet de conuerſione per accidens.

Regula ad conuertendas propoſitiões valde neceſſaria.

G

H

Conuerſio per Contrapoſitionem, & quæ propoſitiones ea conuertantur.

Conuerſio per contrapoſitionem eſt, quando de ſubiecto fit prædicatum, & de prædicato ſubiectum, manente eadem qualitate, & quantitate, ſed terminis finitis in terminos infinitos mutatis. Et hoc modo conuertitur uniuerſalis affiematiua in ſeipſam, & particularis

negatiua

A negatiua in ſeipſam, ut omnis homo eſt animal, omne non animal eſt non homo, & quidam homo non eſt lapis, quidam non lapis non eſt non homo. vnde uerſus.

Feci Simpliciter conuertitur, Eua per Acci.
Aſto per Contra, ſic fit conuerſio tota.
Aſſerit A, negat E. ſunt uniuerſaliter ambæ.
Aſſerit I. negat O. ſunt particulariter ambæ.
Ecce tibi Sim, armigeros Ac, Arma bona Con.

Et notandum quòd illud ſignum, quod eſt in ſubiecto propoſitio-B nis, quæ debet conuerti quodcunque ſit illud, debet poni ſupra totum prædicatũ, & reducere ipſum ad ſubiectum in conuertente propõnis. præterea, eadem eſt conuerſio, indefinitæ ſingularis, & particularis.

Poſtq̃ determinatum eſt de conuerſione ſimplici, & per accidens, ubi termini mutantur ſolum ſecundum ſitum, hic conſequenter determinat de conuerſione per contrapoſitionem, ubi termini mutantur ſecundũ ſitum, & ſignificata ſimul, ipſam ſic definiens. Conuerſio per contrapoſitionem eſt mutatio ſubiecti in prę dicatum, & ecõuerſo manente eadem qualitate, & quantitate, ſed mutatis terminis finitis in terminos infinitos. cuius definitionis ſimilis eſt explicatio ſicut prę cedentium. niſi quia hic ponitur mutatis terminis finitis in terminos infinitos, ad differentiam conuerſionis ſimplicis, & per accidens

Primo ſciendum, q̃ terminus finitus, & infinitus contradicunt, ideo dicuntur C habere contrariam poſitionem & non ſimilem, & quia in iſta conuerſione termini infiniti mutantur in terminos infinitos habentes contrariam poſitionem terminis finitis, ideo talis conuerſio dicitur per Contrapoſitionem unde quia terminus finitus, & infinitus contradicunt, ut dictum eſt, & quanto unum contradictoriorum eſt communius, & de pluribus dicitur, tanto ſuum contradictorium eſt minus commune, & de paucioribus dicitur, ideo quanto terminus finitus eſt communior, & generalior, tanto terminus infinitus eſt ſpecialior, ut patet per exemplum, animal enim eſt communius, quàm homo, & econtra, non homo eſt communius, quàm non animal, quia dicitur de omnibus aliis ab animali (& cum hoc de aliis animalibus ab homine, & non animal ſolum dicitur de aliis ab animali.

Qua rõne hęc cõuerſio per Cõtrapoſitionẽ dicatur.

Secundo ſciendum, q̃ per iſtam conuerſionem debite conuertitur uniuerſalis affirmatiua, patet quia hæc eſt bona conſequentia, omnis homo eſt animal. ergo D omne non animal eſt non homo, igitur uniuerſalis affirmatiua conuertitur in uniuerſalem affirmatiuam per contrapoſitionem. Antecedens, patet quia bene ſequitur, omnis homo eſt animal, igitur omnis homo non eſt non animal, quia animal, & non animal contradicunt, & ultra, omnis homo non eſt non animal, igitur omne non animal non eſt homo per conuerſionem ſimplicem uniuerſalis negatiuę, & ultra, omne non animal non eſt homo, ergo omne non animal eſt non homo, quòd homo, & non homo contradicunt, ideo de quocunque uerificatur homo negatur non homo, ergo de primo ad ultimum ſequitur, omnis homo eſt animal. ergo omne non animal eſt non homo. Aliter etiam poſſet probari, quia ſicut animal eſt ſuperius ad hominem, ita non homo ad non animal ratione infinitationis ut dictum eſt, ideo ſicut animal uniuerſaliter

uerificatur

uerificatur de homine, ita non homo de non animalibus. E

Tertio ſciendum, ꝙ particularis negatiua debite conuertitur per contrapoſitionem. patet, quia bene ſequitur, quidam homo non eſt lapis, ergo quidam non lapis non eſt non homo, & ſic ibi eſt debita conuerſio. Antecedens patet, quia bene ſequitur, quidam homo non eſt lapis, ergo quidam homo eſt non lapis, quia lapis, & non lapis, contradicunt. & ultra, quidam homo eſt non lapis, igitur quidam non lapis eſt homo, per conuerſionem ſimplicem particularis affirmatiuæ. & ultra, quidam non lapis eſt homo, igitur quidam non lapis non eſt non homo, quia homo, & non homo contradicunt. ergo de primo ad ultimum bene ſequitur, quidam homo non eſt lapis, ergo quidam non lapis non eſt non homo, & ſic particularis negatiua bene conuertitur per contrapoſitionem, non tamen conuertitur ſimpliciter, nec per accidens, quia ibi argueretur a non diſtributo ad diſtributum ex parte ſubiecti primæ, quod in prima non diſtribuitur, cùm ſit ſubiectum propoſitionis particularis, & tamen in ſecundo diſtribueretur, cum eſſet prædicatum propoſitionis negatiuæ. F

Duo notabilia, ad cõuerſiones, neceſſaria.

Quarto ſciendum, ꝙ circa conuerſiones prædictas Auctor ponit duo notabilia in textu. Primum eſt, ꝙ ſignũ poſitum in ſubiecto propoſitionis, quæ debet conuerti, debet poni ſupra totum prædicatum eius, & illud aggregatum debet poni in ſubiecto conuertentis. Ratio eſt, quia ſignum non eſt ſubiectum, nec pars eius, ſed eſt diſpoſitio ſubiecti in quantum ſubiecti, ideo nunq̃ debet poni ad prædicatum, ſed ſemper ad ſubiectum, & hoc eſt intelligendum de conuerſione ſimplici, & per contrapoſitionem, ubi manet eadem quantitas, & idem ſignum, & non de conuerſione per accidens, ubi mutatur quantitas. Secundum notabile eſt ꝙ eadem eſt conuerſio particularis, indefinitæ, & ſingularis. Ratio eſt, quia ſicut ſingularis pro unico ſuppoſito uerificatur, ita & particularis, & indefinita, ideo de ipſis idem eſt iudicium quantum ad conuerſiones. unde ex prædictis patet, ꝙ uniuerſalis affirmatiua conuertitur per accidens, & per cõtrapoſitionem ſimul, & uniuerſalis negatiua ſimpliciter, & per accidens. Sed particularis affirmatiua ſolum conuertitur ſimpliciter, & particularis negatiua ſolum per contrapoſitionem. & per hoc habentur omnes conuerſiones. vnde uerſus. G

Simpliciter feci conuertitur eua per acci.
Aſto per contra ſic ſit conuerſio tota.

Qui ſic intelliguntur. Feci. i. uniuerſalis negatiua deſignata per E. & particularis affirmatiua deſignata per I. conuertuntur ſimpliciter. Eua. i. uniuerſalis negatiua deſignata per E. & uniuerſalis affirmatiua deſignata per A. conuertuntur per accidens. Aſto. i. uniuerſalis affirmatiua deſignata per A. & particularis negatiua deſignata per O. conuertuntur per contrapoſitionem.

Argumen.

Sed contra prędicta arguitur primo Termini finiti, & infiniti non ſunt idẽ termini, igitur in conuerſione per contrapoſitionem non remanent idem termini, igitur ibi non fit de ſubiecto prædicatum, nec contra Secundo ſic. Sicut ſe habet homo ad animal, quia ſicut ſe habet affirmatio ad affirmationem, ita ſe habet negatio ad negationem. ſed homo non poteſt uniuerſaliter dici de animali, ergo non homo non poteſt dici uniuerſaliter de non animali. igitur hæc eſt mala conuerſio, omnis homo eſt animal, ergo omne non animal eſt non homo. Tertio ſic. Si particularis negatiua conuertantur per contrapoſitionem argueretur a non diſtributo diſtributum a parte ſubiecti conuerſæ, quod diſtribuitur in ſecunda, & non in prima, igitur talis conuerſio particularis negatiuæ non ualet. Quarto ſic. Hæc eſt bene conuerſio, aliquis homo eſt Socrates, igitur Socra. eſt homo, & tamen ſignum ſubiecti non debet addi prædicato conuerſæ, quia termino ſingulari non debet addi ſignum. igitur ſignum poſitum in ſubiecto non ſemper H

A per debet addi prædicato in conuerſione ſimplici. Quinto ſic. Duæ ſingulares diuerſæ qualitatis contradicunt non autem duæ particulares,ergo de particularibus,& ſingularibus non eſt idem iudicium.

Ad argumenta. Ad primum dicitur,ꝙ licet in conuerſione per contrapoſitionem non manent idem termini ſemper ſignificatum, & modum ſignificandi manent tñ idem termini ſemper uocem,quia in termino infinito includitur tota uox termini finiti,ideo fit de prædicato ſubiectum ſemper quid,& illæ propoſitiones ſunt utroque termino participantes. Solutio.

Ad ſecundum negatur maior, quia homo eſt inferius ad animal, ſed nō homo eſt ſuperius ad non animal,ideo non ſe habet ſimiliter, & illa auctoritas, ſicut ſe habet homo ad animal, ita non homo ad non animal,&c.intelligitur in conuertibilibus,& non inter inferius,& ſuperius. Ad tertium dicitur, ꝙ in hac conuerſione ſubiectum conuerſæ non manet ſimpliciter, & ſemper ſignificatum B eius,ideo non eſt idem,quod diſtribuitur in prædicato conuertentis, & in ſubiecto conuerſe eſt non diſtributum, quare non arguitur a non diſtributo ad diſtributum. Ad quartum dicitur,ꝙ illud notabile ſolum intelligitur quando prædicatum conuerſæ eſt terminus communis,cui bene poteſt addi ſignum,non autem quando eſt terminus ſingularis. Ad quintum dicitur,ꝙ licet de parricularibus,& ſingularibus non ſit idem iudicium quantum ad oppoſitionem,eſt tamen idem iudicium quantum ad conuerſionem. Sicut affir. ad affir.ata nega. ad nega. uerificatur in conuertibilibus.

De propoſitionum hypotheticarum natura, deq; triplici earum. ſpecie, Conditionali, Copulatiua, Ac Diſiunctiua.

C Propoſitio hypothetica eſt illa, quæ habet duas propoſitiones categoricas coniunctas tanquam principales partes ſui, ut ſi homo currit, homo mouetur. Et dicitur hypothetica ab hypo,quod eſt ſub, & teſis,quod eſt poſitio, quaſi ſuppoſitio, ſiue ſuppoſitiua locutio, quia in ea una pars eius ſupponitur alteri. Propoſitionum hypotheticarum tres ſunt ſpecis, ſcilicet conditionalis, copulatiua,& diſiunctiua.

Poſtq̄ ſuperius determinatum eſt de propoſitione categorica, quę eſt ſimplex enunciatio,& de qua principaliter in hoc tractatu intenditur, hic conſequenter Auctor determinat de propoſitione hypothetica, quæ componitur ex pluribus categoricis,& ſequitur categoricam ſicut compoſitum ſua componentia, ipſam D ſic definiens. Propoſitio hypothetica eſt illa,quæ habet duas categoricas coniunctas per aliquam coniunctionem,uel per aliquod ſibi equiualens, ut ſi homo eſt, animal eſt.

Pro quo ſciendum primo,ꝙ in hac definitione per hoc relatiuum illa,intelligitur genus definiti,ſ.propoſitio, quæ habet modum generis reſpectu propoſitionis hypotheticæ.& reſiduum ponitur ad differentiam propoſitionis categoricæ.unde ibi ponitur, quæ habet duas categoricas ad explicandum materiam propoſitionis hypotheticæ,duæ enim categoricæ materialiter componunt hypotheticam,& ponitur coniunctas, ad oſtendendum formam totius hypotheticæ, quæ eſt eſſe coniunctiuum duarum categoricarum inter ſe,& ponitur per aliquā coniunctionem, propter formam partis hypotheticæ.ſicut enim in categorica ſubiectum,

ſubiectum,& prædicatum ſunt materia , & copula eſt forma partis, & eſſe unitiuum ſubiecti, & prædicati eſt forma totius, ſic in hypothetica duæ categoricæ ſunt materia,& coniunctio,ipſas uniens forma partis, & eſſe unitiuum ipſarum eſt omnino forma totius. E

Secundo ſciendum, quòd propoſitiones hypotheticæ poſſunt dici affirmatiuæ uel negatiuæ,quia ut dictum eſt habente copulam principalem.&,ſi illa ponatur cum negatione dicuntur negatiuæ,& ſi ſine negatione dicuntur affirmatiuæ, & ſic poſſunt dici quales,ſed non quantæ.Cuius ratio eſt,quia quantitas propoſitionis ſe tenet ex parte ſubiecti propoſitionis,ſed ſubiectum categoricę non eſt pars principalis propoſitionis hypotheticæ,ſed tantummodo remota,& a partibus remotis non debet fieri denominatio rei, ideo hypotheticæ,non dicuntur alicuius quantitatis.

Tertio ſciendum,quòd prædicta definitio propoſitionis hypotheticæ poteſt dici quiditatiua ſecundum modum Ratio eſt quia explicat naturam propoſitionis hypotheticæ per genus,& differētiam,hoc eſt per materiam,& formam eius. F ideo oſtendit principia eſſentialia definiti,& eſſentiam eius eo modo, quo habet eſſentiam,& per ipſam habetur ſufficienter quid eſt propoſitio hypothetica. Et dicitur hypothetica ab hypo quod eſt ſub,& theſis poſitio,quaſi ſuppoſitiua locutio,quia in ipſa una categorica eſt potentia ad aliam. unde prima ſe habet quodammodo in potentia ad ſecundum, ideo aliquo modo ſibi ſupponitur.

Hypothetica,ex mō diuiditur in tres tantū ſpecies.

Quarto ſciendum,quòd propoſitio hypothetica diuiditur per conditionalem, copulatiuam,& diſiunctiuam,quæ dicuntur ſpecies eius ſecundum modum.quæ diuiſio ſic probatur. quia in omni propoſitione hypothetica coniunguntur duæ cathegoricæ.uel ergo coniunguntur ſecundum uoces tantum,& ſic eſt diſiunctiua,uel ſecundū uoces,& ſignificata ſimul,& hoc dupliciter.quia uel illa ſignificata denotatur continere ſeinuicem, ſicut antecedens continet conſequens,& copulatur per modum unius,& ſic eſt conditionalis,uel copulatur per modum diuerſorum,& ſic eſt copulatiua, & per hoc patet ꝙ in conditionali, in qua uniuntur duæ categoricæ per modum antecedentis,& conſequentis, & per modum unius magis uniuntur categoricæ quàm in aliis,ubi uniuntur per modum diuerſorum & adhuc magis in copulatiua quàm in diſiunctiua,ideo conditionalis præcedit copulatiuam,& copulatiua diſiunctiuam . G

Argumen.

Sed contra prędicta arguitur primo.Idem eſt propoſitio,& propoſitio una,ſicut habet Philoſophus,idē eſt hō,& unus hō , ſed hypothetica non eſt propoſitio una,igitur,nec eſt propō,& per conſequens male ponit propō eſſe genus eius. Secundo ſic.Ex duobus actu exiſtentibus non poteſt fieri unum tertium,ſed duæ categoricæ ſunt duæ propoſitiones in actu,igitur hypothetica non ſit ex duabus categoricis.Tertio ſic.Hæc eſt hypothetica,Socra.currit, qui mouetur, & tamen ibi non eſt coniunctio unius ipſas categoricas,igitur contra definitionem hypotheticæ.Quarto ſic.Aliqua eſt hypothetica cauſalis, ut hæc quia Sol lucet dies eſt,& aliqua temporalis,ut quando Sol lucet dies eſt.& aliqua localis,ut Socra. currit ubi Plato diſputat,& tamen illæ ſpecies non ponuntur in diuiſione propoſitionis hydotheticæ igitur diuiſio non eſt bona. H

Quinto ſic eadem eſt copulatiua.& diſiunctiua, ut Socr.currit,& Plato, uel Robertus diſputat,igitur membra illius diuiſionis coincidunt, igitur diuiſio eſt inſufficiens.

Solutio.

Ad argumenta.Ad primum dicitur, quòd licet hypothetica non ſit una ſimpliciter,eſt tamen una coniunctione,quia capit unitatem a coniunctione unientе ipſas categoricas.

Ad ſecundum uero dicitur,quòd licet ex duobus exiſtētibus actu,ut actu ſunt, non

A non fiat unum tertium, tamen ex ipſis inquantum unum eſt in potentia reſpectu alterius, bene fit unum tertium actu, ſed in hypothetica, una categorica bene eſt in potentiá ad aliam, eſt tamen categorica ſecundum proprium eius actum, qui eſt unio prædicati, & ſubiecti in hypothetica, tamen ille actus proprius non eſt ſibi ultimus actus, ſed ipſa eſt ſub actu totius hypotheticæ, ideo non dicitur ibi eſſe ſub actu proprio, nec manet ibi ſub forma propria tanquam ſub ultima forma, quia forma eius ſe habet per modum potentiæ ad formam totius hypotheticæ. Ad tertium dicitur, quod in illa propoſitione non eſt coniunctio explicite, licet ſit implicite, & implicatur in hoc relatiuo qui, quod tantum ualet ſicut, & ille, ideo ſenſus eſt, Socra. currit, qui mouetur. i. Socra. currit, & ille mouetur, & ſimiliter diceretur de iſtis, Socra. eſt tantus, quantus eſt Plato, & Hector eſt talis, qualis eſt Paris. Ad quartum dicitur, quòd illæ ſpecies hypotheticæ continentur ſub iſtis tribus, tanquàm ſibi inferiores, ideo non debuerunt cō
B tra ipſas enumerari unde cauſalis continetur ſub conditionali, & temporalis, & localis ſub copulatiua, quia cum dicitur Socra. currit, quando Plato diſputat, ſenſus, eſt Socra. currit in aliquo tempore, & in eodem Plato diſputat, & ſimiliter cum dicitur Socra. currit, ubi Plato diſputat. ſenſus eſt Socra. currit in aliquo loco, & in eodem Plato diſputat, & ſic utraque reſoluitur in copulatiuam. Ad quintum dicitur, quòd licet eadem hypothetica ſit materialiter copulatiua, & diſiunctiua, non tamen eſt eadem formaliter, quia ſecundum quòd in ipſa poſſunt capi diuerſæ coniunctiones pro copula principali, ſic eſt diuerſarum ſpecierum, ut in iſta, Socra. currit, & Plato uel Robertus diſputat, & ſi ſit copula principalis, eſt copulatiua, & ſi uel eſt copula principalis, eſt diſiunctiua.

C *Quid ſit Conditionalis, & quid ad eius veritatem & falſitatem exigatur.*

Conditionalis eſt illa, in qua coniunguntur duæ categoricæ per hāc coniunctionem ſi, ut ſi homo currit homo mouetur. & categorica illa cui immediate adiungitur, hæc coniunctio, ſi, dicitur antecedens, reliqua uero conſequens. Ad ueritatem conditionalis exigitur, quòd antecedens non poſſit eſſe uerum ſine conſequēte, ut ſi homo eſt animal eſt, unde omnis conditionalis uere eſt neceſſaria, & omnis conditionalis falſa eſt impoſsbilis. Ad falſitatem eius ſufficit, quòd antecedens poſſit eſſe ſine conſequente, ut ſic Socrates eſt, albus eſt.

Poſtq̃ Auctor poſuit definitionem propoſitionis hypotheticæ, & eius diuiſio-
D nem, hic conſequenter determinat de membris eius, & quia conditionalis perfectior eſt omnibus aliis, quia in ipſa uniuntur duæ categoricæ per modum antecedentis, & conſequentis, in aliis autem ſolum uniuntur per modum diuerſarū propoſitionum, ideo prius determinat de conditionali, quàm de aliis eam ſic definens. Conditionalis eſt illa, in qua coniunguntur duæ categoricæ per hanc coniunctionem ſi.

Primo ſciendum, ꝙ talis propoſitio dicitur conditionalis, quia ponit ueritatem ſui conſequentis conditionaliter tantum, & non abſolute. unde ponit ſuam ueritatem ſub illa conditione, ſi antecedens eſt uerum, denotando conſecutionem unius propoſitionis ad aliam. &, quia iſta coniunctio, ſi, denotat conſecutionem, & anteceſsionem unius propoſitionis ad aliam, ideo in conditio- Coni ſictio ſi, quid denotet.

E nali

nali duæ categoricæ conuenienter coniungnntur per hanc coniunctionẽ ſi, uel per aliam ſibi æquiualentem. Ex quo patet, ꝙ ad perfectam rationem conditionalis ſufficit ꝙ una propoſitio denotetur ſequi ad aliam, & hoc fit in propoſitione cauſali, ubi denotatur, quòd antecedens eſt cauſa conſequentis, & infert ipſum, ut hic, quia Sol lucet dies eſt. ideo cauſalis eſt una ſpecies contenta ſub conditionali, ſed ultra rationem conditionalis addit cauſalitatem ſui antecedens reſpectu conſequentis, ratione cuius plus requiritur ad ueritatem eius, quàm ad ueritatem conditionalis. E

Veritas cõditionalis. Secundo ſciendum, quòd ad ueritatem conditionalis, requiritur, quòd antecedens non poſſit eſſe uerum ſine conſequente hoc eſt ſine ueritate ſui conſequentis. Cuius ratio eſt quia conditionalis uera importat conſequentiam neceſſariã, ſed in omni bona conſequentia, ſi antecedens ſit uerum, conſequens eius erit uerum quia conſequens, actu in intellectu includitur antecedentis, ratione cuius ex uero non ſequitur niſi uerum. ideo in omni conditionali, ſi antecedens eſt uerum, conſequens eius erit uerum. F

Falſitas cõditionalis. Tertio ſciendum, ꝙ ad falſitatem conditionalis requiritur ꝙ antecedens poſſit eſſe uerum ſine conſequente. Ratio eſt. quia conditionalis denotat conſequentiam unius propoſitionis ad aliam. Sed adhoc, ꝙ ſit mala conſequentia, oportet ꝙ antecedens poſſit eſſe uerum conſequente eiuſdem exiſtente falſo, niſi ſit repugnantia terminorum antecedentis, eò quòd in tali conſequentia conſequens non includitur in antecedente, ideo propter habitudinem antecedentis, & conſequẽtis non repugnat antecedens eſſe uerum ſine conſequente. unde in conditionali illa propoſitio, cui immediate iungitur hęc coniunctio ſi, dicitur antecedens, alia uero conſequens.

Conditionalis uera neceſſaria eſt falſa impoſſibilis. Ex prædictis patet, ꝙ omnis conditionalis uera eſt neceſſaria, quin dicit neceſſariam conſequentiam unius propoſitionis ad aliam, quod requiritur ad ueritatem eius, ſed omnis conditionalis falſa eſt impoſſibilis, quia ipſa dicit conſequentiam unius propoſitionis ad aliam, & illa conſequentia pro nullo tempore eſt neceſſaria, ſiue ſit ibi habitudo contingens ſiue impoſſibilis, ideo eſt pro omni tempore falſa, & ſic eſt impoſſibilis. G

Modo duo arguẽdi in condõnalibus neceſſarii. Quarto ſciendum, ꝙ a tota conditionali duobus modis arguitur. Vno modo a poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis, ut hic, ſi Socra. currit, Socrate mouetur, ſed Socra. currit ergo mouetur. Secundo modo. a deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis, ut ſi Socr. currit Socra. mouetur. ergo ſi non mouetur, ergo ſi non currit, & tales ſyllogiſmi dicuntur hypothetici. Poſſet etiam argui per alias regulas conſequentiarum, ut per iſtam. Quicquid ſequitur ad conſequens bonę conſequentiæ ſequitur ad antecedens eius. Et per iſtam. Quicquid antecedit ad antecedens, antecedit ad conſequens. Et ratio eſt, quia conditionalis eſt quædam conſequentia, ut dictum eſt.

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur. Hęc eſt conditionalis ſi homo eſſet aſinus eſſet rudibilis, & tamen ibi non coniunguntur duæ categoricæ, ſed duæ orationes coniunctiuę. igitur male definitur propoſitio conditionalis. Secundo ſic. eſt conditionalis, Socrates currit, igitur mouetur, cùm ſit hypothetica. & non ſit copulatiua, nec diſiunctiua, & tamen ibi non coniunguntur duæ categoricæ, per hanc coniunctionem ſi ergo contra definitionem. Tertio ſic. In iſta ſi homo eſt aſinus, equus currit, antecedens non poteſt eſſe uerum ſine conſequente, quia illud antecedens nullo modo poteſt eſſe uerum. & tamen non eſt uera conditionalis, ergo ad ueritatem conditionalis non ſufficit, ꝙ antecedens nõ poſſit eſſe uerum ſiue conſequente. Quarto ſic. Hęc conditionalis uera eſt, ſi Socrates currit Socrates mouetur, & tamen non eſt neceſſaria, cùm utraque pars ſit contingens. ergo non omnis conditionalis uera eſt neceſſaria. Quinto ſic. Iſta H

eſt

A eſt falſa, ſi homo currit, homo eſt albus, & tamen poteſt eſſe uera, ſuppoſito ꝙ omnes currens ſit album. igitur non omnis falſa eſt impoſsibilis.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ iſta non eſt conditionalis per ſe primo, ſed ſolum per reductionẽ iſtarum coniunctiuarum ad propoſitiones indicatiuas. Ratio eſt, quia conditionalis denotat ueritatem ſui conſequentis ſequi ad ueritatem ſui antecedentis, ſed antecedens non poteſt eſſe uerum, uel falſum, nec conſequens, niſi ſit oratio indicatiua. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet in illa non ponatur formaliter hæc coniunctio ſi, ponitur tamen uirtualiter in hac coniunctione ergo, quæ denotat habitudinem unius propoſitionis ad aliam. ſicut illa coniunctio ſi. & licet illa propoſitio ponat ueritatem ſui antecedentis, hæc tamen non eſt inquantum conditionalis, ſed uirtute modi poſitionis, & prolationis propoſitionis categoricæ. Ad tertium dicitur, quòd licet in illa propoſitione antecedens non poſsit eſſe uerum, propter repugnantiam ſuorum termi-
B norum, hoc tamẽ non repugnat propter habitudinem eius ad ſuum conſequens, cum poſsit eſſe uerum ſine conſequente, quia ſi poneretur eſſe uerum per impoſſibile, non propter hoc ſequeretur conſequens, ideo illa non eſt conditionalis uera. Ad quartum dicitur, ꝙ licet utraq; pars illius cõditionalis ſit contingens, tñ habitudo unius ad aliam eſt neceſſaria. & hoc ſufficit ad ueritatem conditionalis, quæ ſolum denotat neceſſariam habitudinem unius categoricæ ad aliam. Ad quintum dicitur, quod ſi ſupponatur illa uniuerſalis, omne currens eſt album, tunc incluſio ſequitur de neceſsitate. ſed hoc erit uirtute illarum duarum præmiſſarum, omne currens eſt album, & homo currit, & non uirtute illius ſolius propoſitionis homo currit. ideo illa conditionalis prima non propter hoc efficitur uera, ſed ſemper eſt impoſsibilis.

Solutio.

Cõditionalis ſignificatio dependet ex habitudine antecedentis & conſequentis.

C

De copulatiua, & quæ ad eius ueritatem, ſeu falſitatem requirantur.

Copulatiua eſt illa, in qua coniunguntur duæ propoſitiones categoricæ per hanc coniunctionem, & uel aliquã ſibi ſimilem, ut Socrates currit, & Plato diſputat. Ad ueritatem copulatiuæ exigitur utramque partem eſſe uerum, ut homo eſt animal, & Deus eſt. Ad falſitatem eius ſufficit alteram partem eſſe falſam, ut homo eſt animal, & equus eſt lapis.

Poſtq̃ auctor determinauit de propoſitione conditionali, hic conſequenter ſecundum ordinem prius poſitum determinat de copulatiua, ipſam ſic definiens.
D Copulatiua eſt illa in qua coniunguntur duæ propoſitiones categoricæ per hãc coniunctionẽ &, uel per aliquod ſibi æquiualens. Et ponitur per hanc coniunctionem, & ad differentiam aliarum ſpecierum hypotheticæ, in quibus categoricæ coniunguntur per alias coniunctiones, & dicitur talis propoſitio copulatiuam magis quam aliæ hypotheticæ, quia licet in aliis coniungantur categoricæ per aliquam coniunctionem, tamen in iſta ſolum copulantur per coniunctionem copulatiuam. unde in conditionali coniunguntur per modum unius, ſicut antecedens, & conſequens, quæ includunt ſeinuicem, & in diſiunctiua ſolum coniunguntur quantum ad uoces, & diſiunguntur quantum ad ſignificata. ideo in ſola copulatiua categoricæ uniuntur ſimpliciter, & per modum diuerſorum.

Primo ſciendum, ꝙ ad ueritatem copulatiuæ requiritur, ꝙ utraq; pars ſit uera. Cuius ratio, eſt quia copulatiua ſimul ponit ambas partes eius, ſimul aſſerendo eas ſecundum ſua ſignificata. ideo ad ueritatem eius requiritur ꝙ utraq; pars ſit uera. ipſa enim eſt ſicut totum integrale reſpectu partium eius, ſed ad eſſe totius integralis ſequitur eſſe cuiuſlibet partis principalis eius, ideo ad ueritatem copulatiuæ requiritur ueritas utriuſque partis, quamuis in temporali ultra hoc requiratur, ꝙ ambæ partes ſint ueræ pro eodem tempore, & hoc eſt. quia ſpecies ſemper addit aliquid ultra ſuum genus. modo temporalis eſt una ſpecies copulatiuæ. etiam in locali requiritur utranq; partem eſt ueram pro eodem loco, ut hic, Socrates currit, ubi Plato diſputat, hoc tamen non requiritur ad ipſam, inquantum copulatiua eſt, ſed in quantum eſt talis copulatiua. E

Secundo ſciendum, quòd copulatiua, inter omnis propoſitionis hypotheticæ ſpecies, habet minorem unitatem, quia ipſa ponit duas categoricas ſimul, quantum ad ueritatem earum ſicut prius dictum eſt. Conditionalis autem ſolum ponit habitudinem unius ad aliam. & Diſiunctiua ſolum ponit ueritatem unius categoricæ. ideo copulatiua habet minorem unitatem inter omnes, & eſt ſimpliciter propoſitio plures, & ſolum eſt una coniunctione, & ſecundum quid unde, quia copulatiua ſimul ponit ueritatem utriuſq; partis eius, ideo arguendo a tota copulatiua ad ueritatem cuiuſlibet partis eius ſeorſum, eſt bona conſequentia. ut bene ſequitur, homo eſt animal, & Deus eſt, ergo homo eſt animal. F

A tota copulatiua ad alteram partem eſt bona cõſequentia.

Tertio ſciendum, quòd ad falſitatem copulatiuæ ſufficit alteram partem eſſe falſam. Ratio eſt, quia ipſa ſimul ponit ambas partes eius, ſicut uniuerſalis omnes ſuas ſingulares. ergo propter falſitatem unius categoricæ, ipſa eſt tota falſa & copulatiua, cuius ambæ partes ſunt falſæ, non eſt magis falſa intenſiue, quam illa, quæ habet tantum unam falſam, licet ſit magis falſa extenſiue, quia falſitas eius ad plura ſe extendit. Ex iſtis ſequitur, quòd arguendo ad falſitate unius categoricæ ad falſitatem totius copulatiuæ eſt bona conſequentia. Sequitur etiã quòd ad poſsibilitatem copulatiuæ requiritur poſsibilitas utriuſque partis eius, & non ſufficit quòd ambæ partes ſint ſecundum ſe poſsibiles, ſed requiritur quòd ſint inter ſe compoſsibiles. ideo iſta non eſt poſsibilis. Socr. eſt, & Socr. non eſt, quia illæ duæ non ſunt compoſsibiles inter ſe in ueritate, cum ſint contradictoriæ. Sed ad neceſsitatem copulatiuæ requiritur neceſsitas utriuſque partis eius ad impoſsibilitatem ſufficit impoſsibilitas unius partis eius. Et ad contingentiam ſufficit contingentia unius partis, niſi altera ſit impoſsibilis. G

Quarto ſciendum, ꝙ ad dandum contradictionem in copulatiuis hr̃ talis regula, ꝙ copulatiua, & diſiunctiua de partibus contradicentibus contradicunt, quia non poſſunt ſimul eſſe ueræ, nec ſimul falſæ, ſed repugnant in ueritate, & falſitate ſimul. Et poſſet etiam aliter dari contradictio in omnibus hypotheticis. ferendo negationem ad principalem copulam hypotheticæ, uel præponendo negationem toti propoſitioni, quia non eſt uerius dare contradictionem, quam toti propoſitioni præponere negationem. & per hoc patet quid ſit propoſitio copulatiua, & quid requiritur ad falſitatem, & ueritatem eius. H

Regula neceſſaria ad copulatiuarum cõtradictionem cognoſcendam.

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur. Hæc eſt copulatiua, Socrates, & Plato currunt, & tamen ibi non ſunt duæ categoricæ, igitur contra definitionem copulatiuæ. Secundo ſic. Hæc eſt copulatiua, omnis homo currit, quia copulatiue continet iſtas, Socr. currit. Plato currit, & ſic de aliis, & tamen ibi non eſt coniunctio copulatiua, igitur contra definitionem.

Tertio ſic. Hæc eſt copulatiua uera, homo eſt animal, & equus eſt lapis, igitur ad ueritatem eius non requiritur ueritas utriuſq; partis. Antecedens patet. quia

A quia omnis propoſitio, aliquid dicens, ita eſſe ſicut eſt, e uera, ſed illa dicit aliquid eſſe ſicut eſt igitur eſt uera, quia dicit hominem eſſe animal. Quarto ſic. In copulatiua magis uniuntur duæ categoricæ, q̃ in diſiunctiua, in qua uniuntur ſecundum uoces tantum, igitur copulatiua eſt magis una, quàm diſiunctiua. igitur non habet minorem unitatem omnibus aliis. Quinto ſic. Totum ualet tantũ, quantum quælibet pars, igitur ad hoc, ꝙ tota copulatiua ſit falſa, oportet quamlibet partem eſſe falſam, & non ſufficit falſitas alterius partis.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ ſi in illa propoſitione, Socra. Plato currunt, illa coniunctio, &, copulet inter terminos. ſ. inter Socr. & Platonem ipſa eſt categorica de copulato ſubiecto, ſed ſi copulet inter propoſitiones, ipſa eſt copulatiua, & tunc ibi ſunt duæ categoricæ. ſ. Socr. currit, & Plato currit. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet iſta, omnis hõ currit, materialiter continet plures categoricas, etiam copulatiuæ, tñ illæ non continentur per modum plurium, & formaliter, ſed per modum unius tantum, ideo non eſt copulatiua. Ad tertium dicitur, ꝙ licet iſta, omnis homo eſt animal, & equus eſt lapis dicat aliquid eſſe ſicut eſt, quantum ad partem ſui ſignificati, non tamen quantum ad ſuum totum ſignificatum quod ipſa affirmat, quod requiritur ad ueritatem propoſitionis copulatiuæ. Ad quartum dicitur, ꝙ licet in diſiunctiua categoricæ minus uniatur quàm in copulatiua, quia tamen diſiunctiua ſolum ponit ueritate unius categoricę, ideo habet ſimpliciter maiorem unitatem quàm copulatiua. Ad quintum dicitur, ꝙ ſi capiatur tota, diſtributiue, tunc ad hoc, quòd tota copulatiua, ſi falſa, requiritur falſitas utriuſque partis eius, ſed ſi capiatur tota copulatiua pro perfecta, ſic tota dicitur falſa propter falſitatem unius partis. Solutio.

B

De diſiunctiua, deque eius ueritate ac falſitate.

C Diſiunctiua eſt illa in qua cõiunguntur duæ propoſitiones categoricæ per hanc coniunctionem uel, aut aliam ſibi æquiualentem, ut Socrates currit, uel Plato diſputat. Ad ueritatem diſiunctiuæ ſufficit alteram partem eſſe uerã, ut hõ eſt animal, uel equus eſt aſinus, tamen permittitur, quòd utraq; pars eius ſit uera, ſed non ita proprie, ut homo eſt animal, uel equus, uel hinnibilis. Ad falſitatem eius oportet utranque partem eius eſſe falſam, ut homo eſt aſinus, uel equus eſt lapis.

Poſtq̃ Auctor determinauit ſuperius de propoſitione copulatiua, in qua duæ categoricæ coniunguntur ſecundum uoces, & ſignificata ſimul hic conſequenter determinat de diſiunctiua, in qua categoricæ coniunguntur ſecundum uoces tãtum, ipſam primo ſic definiens. Diſiunctiua eſt illa, in qua coniunguntur duæ categoricæ per hanc coniunctionem uel aut per aliam ſibi æquiualentem.

D Primo ſciendum ꝙ hæc propoſitio dicitur diſiunctiua, eo ꝙ in ipſa duæ categoricæ diſiunguntur quantum ad ſignificata, & quia hoc fit conuenienter per coniunctionem diſiunctiuam, ideo in ipſa categoricæ uniuntur per aliquam coniunctionem diſiunctiuam. Coniunctionis. n. diſiunctiuæ duo ſunt actus. Primus eſt coniungere uoces, in quo conuenit cum aliis coniunctionibus, ratione cuius coniunctio dicitur. Secundus actus eſt diſiungere ſignificata, ratione cuius dicitur diſiunctiua & in hoc differt ſic ab aliis ſpeciebus coniunctionis, & per hoc patet intentio definitionis præmiſſæ.

Secundo ſciendũ, ꝙ ad ueritatẽ diſiunctiuæ ſufficit alterã eius partem eſſe ueram. Ratio eſt, quia diſiunctiua ponit duas categoricas. ſ. unam ſub diſiunctione Ad ueritatẽ diſiuncti

uæ quid re quiratur. ad aliam.iō de ſuo formali ſignificato tm̄ ponit unam categoricam,nō tn̄ deter minate hanc uel illam,ſed indeterminate. Ideo ad ueritatē eius ſufficit alteram partem eſſe ueram,cùm ponat ſolum unam illarum partium, ipſa.n.eſt ſicut to tū uniuerſale. Sed ad eē totius ac neceſsitatem uniuerſalis ſufficit poſitio unius ſuarum partiū , ſicut ad pōnem animalis ſufficit poſitio hominis , ideo ad uerita tē diſiunctiuæ ſufficit ueritas unius partis . Ex quo patet ꝙ ad poſsibilitatē eius requiritur poſsibilitas alterius partis eius . & ſimiliter ad neceſsitatē partis eius ſufficit neceſsitas unius partis eius,quia eadem eſt ratio de poſsibilitate ſicut de neceſsitate eius, & ueritate . E

Tertio ſciendum, ꝙ ad falſitatem diſiunctiuæ requiritur utranq; partem eſſe falſam quia,ſi tm̄ una ſit falſa,& alia uera, cùm ad ueritatem eius ſufficiat ueri tas unius partis, ipſa erit uera ſimpliciter, & non poterit dici falſa. Ideo ad hoc, ꝙ ipſa ſit falſa, requiritur falſitas utriuſq; partis eius, ſicut ad deſtructione uni uerſalis requiritur deſtructio omnium ſuarū partium ſubiectiuarum Ex quo ſe quitur,ꝙ ad impoſsibilitatē diſiunctiuæ requiritur impoſsibilitas utriuſq; partis eius quia ſi una eſſet poſsibilis, tota diceret poſsibilis . Et ad contingentiā eius requiritur utranq; partē eſſe cōtingentē, uel ꝙ una ſit impoſsibilis, & alia cōtin gens, quia, ſi una ſit neceſſaria, & alia cōtingēs, tota diceretur neceſſaria. & hoc intelligendū eſt in affirmatiuis,quia oppoſitio modo ſe habet in negatiuis. F

Duo modi arguēdi in diſiūctiuis. Quarto ſciendum,ꝙ dupliciter arguitur a diſiunctiuis. Vno modo, a tota di ſiunctiua cum deſtructione unius partis ad pōnem alterius,ut hō eſt animal,uel equus eſt lapis, ſed equus non eſt lapis igitur homo eſt animal. Secundo modo, arguendo a ueritate unius partis ad ueritatem totius, & eſt bona conſequentia. unde bene ſequitur,hæc eſt uera,hō currit,igitur hæc eſt uera,homo eſt aſinus, uel hō currit. Et poſſet argui a falſitate totius diſiunctiuæ ad falſitatem utriuſq; partis,& ecōuerſo. De mō aūt dandi cōtradictionē in diſiunctiuis ſatis dictū eſt.

Argumē.. Sed contra prædicta primo arguitur. Hæc eſt diſiunctiua, omnis propoſitio ē uera,uel falſa, cùm ibi ſit coniunctio diſiunctiua, & tamen ibi non ſunt duæ ca thegoricæ , igitur. G

Secundo ſic. Coniungere, & diſiungere, ſunt actus oppoſiti, qui non poſſunt conuenire eidem,ſed coniunctio diſiunctiua habet diſiungere propoſitiones,igi tur per eam non coniunguntur duæ categoricæ in diſiunctiua.Tertio ſic. Omne totum integrale ſimul ponit oēs ſuas partes,ſed diſiunctiua eſt totum integrale, cum integretur ex ſuis partibus,igitur ſimul ponit utranq;,& ad ueritatem eius non ſufficit ueritas unius partis . Quartus ſic. Diſiunctiua non ponit ueritatem alicuius partis eius,quia non ponit ueritatem, nec primæ,nec ſecūdæ, igitur ad ueritatem eius non requiritur ueritas unius partis . Quinto ſic. Hæc diſiunctiua eſt falſa,omnes homines,ſunt aſini uel homines,& aſini ſunt aſini,& tamen una pars eius eſt uera , ſcilicet hæc, aſini ſunt aſini, igitur ad falſitatem diſiunctiuæ non requiritur falſitas utriuſque partis. H

Solutio.. Ad argumenta Ad primū dicitur,ꝙ,ſi hæc coniunctio uel,coniūgat inter ter minos,ſic illa nō eſt diſiunctiua;ſed categorica de diſiuncto prędicato, cuius prę dicatū eſt hoc totū, uerū uel falſum;& ſic eſt uera. ſed, ſi coniūgat inter propoſi tiones, ſic eſt una diſiunctiua falſa, & ſic in ea ſunt duæ categoricæ.ſ. iſtę omnis propoſitio eſt uera,uel omnis propoſitio eſt falſa. Ad ſecundū dicitur, ꝙ coniun gere,& diſiungere non poſſunt conuenire eidē,& reſpectu eiuſdem, ſed bene re ſpectu diuerſorū, & ſic ſimul conuenit coniunctioni diſiunctiuę coniungere,& di ſiungere, qa coniungit uoces, & diſiungit ſignificata reſpectu alicuius tertij. Ad tertiū dr̄,ꝙ ſi conſideretur diſiunctiua ſcd̄m uocē, bene eſt totū integrale ſuarū categoricarū,ſed non conſideretur quantū ad ſignata eius, quia nō ponit forma liter

A licet ſiĝnatū utriuſq; partis de ſuo ſignato formali, ponit tñ ſiĝatum unius tm̄.

Ad quartum dicitur, quòd licet diſiunctiua non ponat ueritatem alicuius partis eius determinate, tamē ponit ueritatem eius indeterminate ſub diſiunctione ad aliam. Ad quintum dr, ꝙ in illa propoſitione, prima categorica poteſt eſſe de diſiuncto prædicato, & ſic eſt una copulatiua uera, quia utraque pars eſt uera. prima enim pars eſt, omnes homines ſunt aſini, uel homines, Secunda eſt, aſini ſunt aſini, alio modo, ſecunda categorica poteſt eſſe de copulato ſubiecto, & ſic eſt diſiunctiua falſa, quia utraq; pars eſt falſa, prima pars eſt omnes homines ſunt aſini, ſecunda eſt, homines & aſini ſunt aſini. & ſic eo modo, quo eſt diſiunctiua habet utranq; partem falſam, & ſic patet de hypotheticis.

De propoſitionum æquipollentijs duæ ponuntur.

B Sequitur, De æquipollentiis de quibus tales dantur regulæ. Quarū prima eſt talis, Si alicui ſigno uniuerſalis, uel particulari prǫponatur negatio, æquipollet ſuo contradictorio. & iō ǫquipollēt iſtǫ duǫ, non omnis homo non currit, quidam homo non currit, & ita de aliis. Secunda regula talis eſt, ſi alicui ſigno uniuerſali poſtponatur negatio, ǫquipollet ſuo cōtrario, ſicut iſtǫ, omnis homo nō eſt animal, nullus homo eſt animal, uel iſtæ, nullus homo non currit, omnis homo currit, & ita de aliis ſignis uniuerſalibus affirmatiuis, uel negatiuis.

Poſtquàm Auctor determinauit de propoſitionibus tam categoricis, quàm hypotheticis, hic conſequenter determinat de quadam paſsione propōnis.ſ. de æquipollentia, quæ per ſe primo conuenit propōnibus categoricis, & per catego-

C ricas hypotheticis. & licet ordine naturǫ æquipollentia debeat immediate poni poſt oppoſitiones, & ante conuerſiones, ſicut poſuit Buridanus, eo ꝙ regulæ æquipollentiarum dantur per reſpectum ad oppoſitiones, tñ ordine doctrinæ conuenientius ponuntur poſt propoſitiones hypotheticas ad innuendum quòd æquipollentiæ, non ſolū conueniant propoſitionibus categoricis, ſed etiam ex conſequenti hypotheticis.ſ.ratione ſuarum partium.ut illæ æquipollent, ſi nullus homo mouetur, nullus homo currit, &, ſi non quidam homo mouetur, non quidam homo currit.

Primo ſciendum, ꝙ æquipollentia dicitur æquiualentia duarum propoſitionum in qualitate, & quantitate, in ueritate, & falſitate, per aduentum negationis facta. Et dr̄ æquipollentia ab æqui, quod eſt æquale, & polleo es, quod eſt idem, quod ualeo es, ideo æquipollentia, & æquiualentia, idem dicunt realiter. Sed æquiualentia communiter accipitur pro æquiualentia rerum, terminorū, & *Quid & unde dicatur æquipollētia.*

D propoſitionū. Aequipollentia uero, quamuis, ita generaliter, & ita cōiter poſsit accipi, tñ magis proprie ſumitur pro æquiualentia propoſitionū, q̃ pro alijs. ideo æquiualētia ſe habet ut genus ad æquipollentiam, iō bene ponitur in ſua definitione loco generis & reſiduum, quod ſequitur loco differentiæ ad explicandum ſpecialiter naturam æquipollentiæ propoſitionum.

Secundo ſciendum, ꝙ triplex eſt negatio.ſ.negans, infinitās, & priuans. Negatio negans eſt, quæ negat totum, quod reperit poſt ſe, & eius oppoſitū ponit, cuius proprius actus eſt negare in cōpōnem propoſitionis intrinſecam. Sed negatio infinitans eſt, quæ negat compōnem intrinſecam termini finiti, faciēs ipſum infinitū, ſicut eſt negatio nominis infiniti, uel uerbi infiniti, quæ ſolum infinitat, & negat qualitatem, uel actum determinatum, relinquens ſubſtantiam infi- *Triplex negatio. ſ. negans, infinitans, & priuans.*

 nitam,

nitam, uel actum indeterminatum, ut non homo, & non currit. Sed negatio priuans eſt, quæ negat habitum ſubiecti, & relinquit ſubiectum cum aptitudine ad habitum ſicut eſt cæcitas, & de negatione negante ſolum intelligitur in definitione æquipollentiæ, & in regulis ſequentibus, non autem de aliis negationibus. E

Tertio ſciendum, ꝙ æquipollentiæ propoſitionum quatuor regulis notificãtur in textu. Quarum prima eſt, ſi alicui ſigno uniuerſali, uel particulari præponatur negatio æquipollet ſuo contradictorio. cuius ratio eſt, quia contradictoriæ repugnant in qualitate & quantitate ſimul, ſed negatio præpoſita ſigno mutat quantitatem ſigni, & qualitatem copulæ in ſuam oppoſitam, eo ꝙ ipſa totum negat. quod poteſt ſe reperit. ideo facit propoſitiones prius repugnantes in qualitate, & quantitate ſimul eſſe eiuſdem qualitatis, & quantitatis. & ſic facit cõtradictorias æquipollere per aduentum eius.

Quarto ſciendum, ꝙ ſecunda regula eſt, ꝙ ſi alicui ſigno uniuerſali poſtponatur negatio æquipollet ſuo contrario. cuius ratio eſt, quia contrariæ repugnant in qualitate ſolum, & in quantitate non, ſed negatio, poſtpoſita ſigno, & addita copulæ, mutat qualitatem copulæ, & non quantitatem, quia nõ agit in præcedẽs. ideo ipſa facit prius contrarias eſſe eiuſdem qualitatis, & æquipollere inter ſe. Et harum regularum exempla, ſatis patent in textu. F

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur. Signo nõ eſt addenda negatio, ut dicitur Primo Perihermenias, neque infinitans, neque negans, eo ꝙ actus negationis negantis eſt negare compoſitionem ſubiecti cum prædicato. igitur ſigno non debet pręponi negatio aliqua, ut dicit prima regula. Secundo ſic. Nulla negatio dat propoſitioni aliquam quantitatem, ſed ſolum negat, & deſtruit id, quod reperit. igitur negatio addita ſigno particulari non dat ſibi quantitatem uniuerſalem. igitur non facit ipſam æquipollere ſuo contradictorio. Tertio ſic. Contradictoriæ nunquam ſunt æquipollentes, cum ſimul repugnent in qualitate, & quantitate. ergo negatio præpoſita ſigno non facit contradictorias ipſas æquipollere. G

Quarto ſic. Negatio poſtpoſita ſigno eſt eiuſdem uirtutis ſicut præpoſita, cum ſit eiuſdem naturæ & rationis. igitur, ſicut negatio præpoſita ſigno facit æquipollere contradictoria, ita negatio poſtpoſita, & ſic non facit æquipollere contraria. igitur contra ſecundam regulam. Quinto ſic. In iſtis, omne non currens mouetur, eſt negatio poſtpoſita ſigno, & tamen non facit contrarias æquipollere, quia illæ non æquipollent in ueritate. ergo ſecunda regula falſa.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ ſigno non eſt addenda negatio infinitans, quia non eſt infinitabile, tamen ſibi põt addi negatio negans, & licet actus primus negationis negantis ſit negare compoſitionem orationis, tamen ſecundario poteſt negare quantitatem ſigni, & alia, quæ reperit poſt ſeipſam. Ad ſecundum uero dicitur. ꝙ licet negatio negans, per ſe ſolum neget id, quod poſt ſe reperit, tamen ex conſequenti poteſt ponere oppoſitum illius quod ipſa negat, licet ſit per accidens, & non per ſe. ideo, quando negat particularem quantitatem, ex conſequenti ponit uniuerſalem, & econtra. & negando negationem, ex conſequenti ponit affirmationem. Ad tertium dicitur. quod ſi capiantur contradictoriæ formaliter, ut cõtradictoriæ ſunt, nunquam ſunt æquipollentes, ſed repugnãtes. ſed ſi capiantur materialiter, ſecundum illud quod ſunt, bene ſunt æquipollentes per aduentum negationis, ſic quòd illę duæ quæ prius erant contradictoriæ, per aduentum negationis fiunt æquipollentes, & ſic intelligitur iſta regula, & omnes aliæ regulæ ſequentes. Ad quartum dicitur, quòd licet negatio poſtpoſita ſigno ſecundum ſe ſit æqualis uirtutis ſicut præpoſita, tamen non eſt eodem modo applicata ad ſubiectum, quod debet negare, eo quòd non reperit poſt ſe quantitatem propoſitionis ſicut alia. ideo non mutat quantitatẽ, nec faciat æquipollere H

A pollere contradictoria. Ad quintum dicitur, quòd licet in illis negatio poſtpoſita ſigno, tamē nō ſeruetur ſupra cauſam principalem propoſitionis, ſed ſupra illud participium currens. ideo non facit contrarias æquipollere, ſed ſolum mutat ſubiectum propoſitiouis. Vude regula intelligitur ſic, quòd ſit negatio poſtpoſita ſigno, & toti ſubiecto, cadens ſupra copulam propoſitionis, quod tamen non fit in iſtis.

Declaratio regulæ pulcherrima.

Tertia æquipollentiarum regula ponitur,

Tertia regula talis eſt, quòd ſi alicui ſigno uniuerſali, uel particulàri præponatur, & poſtponatur negatio, æquipollet ſuo ſubalterno. ſicut iſtæ duæ, nō omnis homo non currit, quidam homo currit, uel iſtæ non nullus homo non currit, quidam homo non currit, & ſic de aliis, B ſimul, de quolibet alio ſigno. Ex iſtis regulis ſumitur alia regula talis, Si duo ſigna uniuerſalia negatiua ponantur in eadem orōne, ita quòd unum in ſubiecto, & reliquum fuerit in prædicato, primum æquipollet ſuo contrario per ſecundam regulam, reliquum uero contradictorio per primam regulam, ut illa, nihil eſt nihil, æquipollet hic, quodlibet uel aliquid. quia per ſecundam regulam, non nihil & quodlibet æquipollent, ſunt omnis non & nullus, & per primam regulam, non nihil, & aliquid æquipollent. Vnde hæc, nihil eſt nihil, æquipollent huic, quodlibet eſt aliquid, quia non nihil, & aliquid æquipollent, ſicut non nullus. & quidam. unde uerſus.

C Non omnis, quidam non, omnis non, quaſi nullus.
Non nullus, quidam, ſed nullus non, ualet omnis.
Non aliquis, nullus: non quidam non, ualet omnis.
Non alter neuter, neuter non, præſtet uterque.

Item.

Præ, contradic, poſt contra, præ poſtque ſubalter.

Poſtq̄ Auctor determinauit, & poſuit duas regulas. ſ. primam ad habendum æquipollentiam contradictoriarum, & ſecundam ad habendum æquipollentiam contrariarum hic conſequenter ponit tertiā, ad habendū æquipollentiam ſubalternarū, quæ talis eſt. Si alicui ſigno uniuerſali, uel particulari ꝑponatur, & poſt ponatur negatio, æquipollet ſuo ſubalterno, quia ſubalternæ repugnant in quātitate ſolum, & non in qualitate, ſed negatio præpoſita ſigno mutat quantitatem D propoſitionis, & poſtpoſitiua impedit ne mutetꝰ qualitas, quia una negatio deſtruit actum alterius, & ideo prima negatio uariat quantitatem propoſitionis, & non qualitatem, & per conſequens facit æquipollere ſubalternas.

Primo ſciendum quod ut in iſta regulà habetur, duæ negationes æquiualent uni affirmationi. cuius ratio etiam, quia prima negatio, quæ poſt ſeipſam reperit aliam negationem, negat & deſtruit ipſam, ſed deſtructa negatione ponitur affirmatio, quia de quolibet eſt affirmatio uel negatio uera & de nullo ambæ ſimul. & ideo duæ negationes cadentes ſupra ſeinuicem æquiualent uni affirmationi.

Secundo ſciendum, quòd duæ affirmationes non æquiualēt uni negationi, ſed duæ negationes uni affirmationi. cuius ratio eſt, quia una affirmatio nō deſtruit aliam,

aliam,ſed magis affirmat eam.affirmatio enim non eſt inſtrumentum intellectus ad deſtruendum illud,quod prius dictum eſt, uel quod reperit poteſt ſe, ſicut eſt negatio..ideo non deſtruit affirmationem ſequentem, quare non ponit negationem per deſtructionem affirmationis,ſicut fit in negationibus.& licet affirmatio ex conſequenti deſtruat negationem ratione oppoſitionis,tamen non primo, & per ſe deſtruit ſicut negatio, ſed ſolum ex conſequenti, per hoc ꝙ primo ponit ſuum ſignificatum proprium cum quo non poteſt ſtare negatio eius. E

Tertio ſciendum, ꝙ licet in textu ponatur tres regulæ ſpeciales de æquipollentia contradictoriarum,contrariarum,& ſubalternarum, tamen nulla ponitur de ſubcontrariis. Cuius ratio eſt.quia,ſi daretur æquipollentiam in ſubcontrariis, uel negatio præponeretur,& poſtponeretur ſigno particulari,uel præponeretur tantum, & ſic utroque modo mutaretur quantitas propoſitionis. ideo ſubcontrariæ non eſſent eiuſdem quantitatis,uel poſtponeretur tantum,& hoc dupliciter.quia uel eſſet in affirmatiua, uel in negatiua. ſi ſecundum ſic eſſet negatio ponendo duas negationes ut hic,quidam homo non currit.Si primum,ſic eſſet penitus eadem propoſitio cum alia, & ſic non eſſet æquiualentia duarum propoſitionum, ideo in iſtis non poteſt dari æquipollentia. F

Quarto ſciendum, ꝙ ex præcedentibus regulis Petrus Hiſpa. infert quartam regulam quodammodo continentem primam,& ſecundam, quæ talis eſt. Si in eadem locutione ponatur duo ſigna uniuerſalia negatiua,unum in ſubiecto, & reliquum in prædicato,primum æquipollet ſuo contrario, & reliquum ſuo contradictorio.Cuius ratio eſt,quia primo ſigno poſtponitur negatio ſecundi, & ſic æquipollet ſuo contrario per ſecundam regulam. & ſecundo ſigno præponitur negatio primi,& ſic æquipollet ſuo contradictorio per primam regulam, ut illæ æquipollent,nihil eſt nihil,& quodlibet eſt aliquid. unde ad retinendum prædictas regulas cum exemplis earum ponuntur metra in textu quæ ſatis faciliter poſſunt intelligi per ea,quæ dicta ſunt.

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur. Duæ ſubalternæ minus repugnant, quã duæ contradictoriæ, ideo minus requiritur ad faciendum eas æquipollere, ſed ad æquipollentiam contradictoriarum ſufficit una negatio,ergo, cum duæ negationes magis faciant q̃ una,ſequitur ꝙ ad æquipollentiam ſubalternarum non requiruntur duæ negationes,igitur contra tertiam regulam in ordine, & primã huius lectionis.Secundo ſic. Vna negatio non poteſt deſtruere aliam, igitur per hoc,ꝙ negatio præpoſita,& poſtpoſita ſe deſtruant,non fit æquipollentia ſubalternarum Antecedens patet,quia omne,quod corrumpitur a ſuo contrario corrumpitur, ſed duæ negationes non opponuntur,immo ſunt eiuſdem rationis.igitur una non deſtruit aliam. Tertio ſic.Duæ negationes non ponunt affirmationem,quia unum contradictoriũ nunquã ponit reliquum.ſed negatio contradicit affirmationi, ergo negatio præpoſita, & poſtpoſita ſigno, non facit æquipollere ſubalternans. Quarto ſic.Signum uniuerſale eſt diſpoſitio ſubiecti, inquantum ſubiectum eſt;ergo nunq̃ debet poni in prædicato.igitur in quarta regula ſupponitur falſum,ꝙ ſignũ uniuerſale ponat a parte prędicati.Quinto ſic.Iſtæ nõ ęquipollẽt,nihil eſt nihil,& q̃libet eſt aliquid.qa prima eſt negatiua, cũ ibi ponatur tm̃ una negatio ante copulam,& alia eſt affirmatiua,igĩ cõtra quartam regulã. G H

Solutio. Ad argumenta.Ad primum dicitur,ꝙ minus requiritur ad æquipollentiã ſubalternarum,q̃ contradictoriarum.quia ibi ſolum requiritur mutatio quãtitatis, & in contradictoriis requiritur mutatio quantitatis, & qualitatis ſimul, & , licet duæ negationes ſint aliquid plus quàm una ſecundum uocem, tamen ſecundum actum negandi minus faciunt, quia ſolum mutant quantitatem,& una ſola præpoſita ſigno mutat quantitatem, & qualitatem ſimul, Ad ſecundum dicitur,

A ctur, quòd, ſi duæ negationes conſyderentur ſecundum ſuam rationem, ſic non opponuntur. ſed ſi una conſideretur inquantum eſt inſtrumentum intellectus ad negandum aliquid, & alia, ut eſt obiectum, quod negatur, ſupra quod cadit actus negandi, illo modo bene opponunt ſecundum rationem agentis, & patientis, & ſic una deſtruit aliam quantum ad ſuos actus, & non ſecundum ſubſtantiam eius. Ad tertium dicitur, quòd licet negatio per ſe primo non ponat affirmationem, tamen bene ex conſequenti, & per accidens, negando negationem, qua negata ponitur affirmatio.

Ad quartum dicitur, ꝙ ſignum uniuerſale, ut includit in ſe terminum ſuæ diſtributionis, ſiue ſignificatum termini, qui per ipſum diſtribuitur bene ponitur in præd cato propoſitionis, & adhuc inquantum diſtributum eſt poteſt poni a parte ſubiecti, ſeu a parte prędicati, licet magis proprie ponaᷣ a parte ſubiecti.

Ad quintum dicitur, quòd licet in iſta, nihil eſt nihil, ſecunda negatio non po
B natur ante copulam, ſecundum uocem, tamen ponitur ſecundum intellectum & ſenſum conſtructionis, quia debet reſolui ſecundum nihil, per non & aliquid, & eſt ſenſus, nihil eſt nihil, idest, nihil non eſt aliquid, ideo iſta ſimpliciter eſt affirmatiua, & æquipollet alteri affirmatiuę, & ſic patet de æquipollentiis.

De Modalium propoſitionum natura, deque earum formatione, & uſu.

Modus eſt adiacens rei determinatio, & habet fieri per adiectiuum. Sed adiectiuum eſt duplex. Eſt enim quoddam adiectiuum nominis, ut albus, niger, & ſimilia: & quoddam eſt adiectiuum uerbi, ut aduerbium, quia ſecundum Priſcianum, aduerbium eſt uerbi adiecti-
C uũ. & ideo duplex eſt modus. Vnus eſt nominalis, qui fit per adiectiuum nominis; ut hic, homo albus currit, alius uero aduerbialis, qui fit per adiectiuum uerbi, ut homo currit velociter.

De mō, & eius diuiſione, deq; aduerbiorum multiplicitate.

Item aduerbiorum, quædam determinant uerbum, gratia compoſitionis, ut iſta ſex neceſſario, contingenter, poſſibiliter, impoſſibiliter, uere, & falſe; alia determinant uerbum gratia rei uerbi, ut fortiter agit, uelociter currit, alia determinant uerbum, gratia temporis, ut hodie craſſa, alia aduerbia temporalia, alia determinant uerbum ratione modi, ut aduerbia optandi, & hortandi, & ſic de aliis. Et ſecundum hoc ſumitur multipliciter modus per aduerbia.

D Poſtꝗ Auctor determinauit ſuperius de propoſitione de ineſſe, in qua denotatur ſimplex inhærentia prędicati ad ſubiectum, & eſt compoſitio ſimplex hic conſequenter uult determinare de propoſitione modali, in qua eſt compoſitio modificata, & compoſita ſecundum rationem ex compoſitione dicti, & modificatione, ratione cuius modalis ſequitur illam de ineſſe, ſicut compoſitum ſuum ſimplex. &, quia propoſitio modalis dicitur a modo, per quem formaliter modificatur, ideo, antequam Auctor notificet propoſitionem modalem, prius determinat de modo in communi definitiue, & diuiſiue, ut eliciat modum facientem propoſitionem modalem.

Primo ſciendum, ꝙ modus eſt adiacens rei determinatio. Et huius ratio eſt, quia idē eſt modus realiter ſecundũ Logicum & adiectiuũ ſecundũ Grāmaticũ,

ſed omne adiectiuum eſt determinatio adiacens rei.ſ.ſuo ſubſtantiuo, omne.n. E
adiectiuum eſt determinatio ſui ſubſtãtiui, & ſibi adiacet. ideo modus bene dicitur determinatio adiacens rei. & ponitur ibi determinatio loco generis, quia determinatio eſt quoddam ſuperius ad determinationem, quę fit per adiectiuũ, & ad determinationem,quę fit per ſubſtantiuum,uel per inferius additum ſuo ſuperiori,ut animal homo.Deinde dicitur adiacens rei ad differentiam determinationis factæ per ſubſtantiuum.Ex iſta definitione patet quòd omne adiectiuũ ſiue ſit determinatio uerbi,ſiue rei ſubiectæ, uel prędicatæ, uel ſubiecti inquantum ſubiectum,uel prædicati inquantum prædicatum eſt, ut ſigna uniuerſalia, uel particularia,& aliæ diſpoſitiones reſpectiuæ,poſſunt dici modi, accipiendo modum communiter ſicut accipitur hic.

Adiectiua modi dici poſſunt.

Secundo ſciendum,quòd modus in communi ſic diuidit,quia quidam eſt modus nominalis,alius aduerbialis. Cuius ratio eſt quia omnis modus habet fieri per adiectiuum cum ſit adiacens rei,uel ergo ſit per adiectiuum nominis,& ſic eſt F
modus nominalis,uel per adiectiuum uerbi,quòd eſt aduerbium,& ſic eſt aduerbialis,qui modus eſt determinatio determinans ipſum uerbum, & ſibi adiacens, unde talis modus poteſt dici uerbalis ratione obiecti ſui, quod determinat, quia eſt determinatio uerbi,& poteſt dici aduerbialis ratione ſui ſubiecti,eo quòd eſt aduerbium.

Adiectiua, determinat noïa aduerbia uero uerba.

Tertio ſciendum eſt,quòd nomen ſignificat per modum permanentis,ſiue per modum quietis,uerbum uero per modum fluxus,& fieri,& quia adiectiuum noïs ſignificat per modum permanentis,ideo ſolum habet determinare nomẽ,uel aliquid captum per modum nominis ſecundum ſuos modos ſignificandi,ſed aduerbium ſignificat per modum fluxus,& fieri in alio,ratione cuius eſt conueniens determinatio uerbi,& adiectiuum eius, omnes iſti modi ſic differunt inter ſe. quia modus noïalis eſt adiectiuum nominis,& etiam determinatio nominis ſubſtantiui,ſed modus aduerbialis habet fieri per aduerbia, & eſt determinati uerbi. G

In uerbo quatuor ſunt cõpõnes, tẽpus, modus,penes quæ cũcta ſumuntur aduerbia.

Quarto ſciendum,quòd modus aduerbialis ſubdiuiditur per quatuor modus ſecundum diuiſionem aduerbiorum, quia quædam modificant uerbum gratia compõnis,ut pſſibiliter,impoſſibiliter,& ſic de aliis,alia uero gratia rei uerbi,ut uelociter,cõmuniter,fortiter,alia uero gratia temporis, ut aduerbia temporalia, alia gratia modi,ut aduerbia optandi, & hortandi.cuius ratio etiam, quia uerbum ſpẽliter adiectiuum includit in ſe quatuor iſta.ſ. compoſitionem, quæ eſt actus generalis,& rem uerbi,quæ dicitur actus ipſius uerbi, ut in hoc uerbo currit importatur compoſitio, quæ eſt actus generalis eius, & curſus in ipſo dicitur rei uerbi,& eſt actus ſpecialis,per ipſum importatus tertium eſt tempus,quartum eſt modus,ſed duo prima ſunt eſſentialia uerbo, duo uero ultima ſunt modi ſignificandi accidentales eius.Et ſecundum iſta quatuor ſunt diuerſa aduerbia uerbum diuerſimode determinantia. Ex prædictis patent definitio & diuiſio modi,& ſubdiuiſione eius.patet etiam quòd omnis modus cadens in propoſitione H
eſt determinatio ſubiecti,uel prædicati,uel compoſitionis ipſorum, quia ſemper eſt determinatio alicuius nominis,uel alicuius uerbi.

Sed contra prædicta arguitur primo.Omnis determinatio eſt actio, quia determinare eſt agere,ſed modus non eſt actio, igitur non eſt determinatio.Secundo ſic.Impoſſibile,eſt modus,& tamen non eſt determinatio rei adiacens, quia non ſignificat aliquam formam alteri adiacentem, igitur male ponitur definitio modi.Tertio ſic.Omne nomẽ ſignificat per modũ per ſe ſtantis, cum oẽ nomẽ ſignificet per modum ſubſtantiæ,igitur nullum eſt adiectiuum nominis, nec modus nominalis.Quarto ſic.Vnius determinabilis eſt tantum unica determinatio, ſed uerbum eſt unum determinabile, ergo male ponuntur plura aduerbia. quæ

poſſunt

A poſſunt determinare idem uerbum. Quinto ſic. Quædam aduerbia determinant uerbum gratia loci,ut aduerbia localia, & quædam gratia numeri,ut aduerbia numeralia, igitur inſufficienter enumerãtur aduerbia determinantia uerba.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ determinare effectiue, & per modum agentis eſt agere, ſed non determinare formaliter.ideo,licet determinatio actiua ſit actio,non tamen determinatio formalis de qua intelligitur in definitione modi. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet impoſsibile,non ſignificet formam realem, adiacentem compoſitioni,quia ſignificat impoſsibilitatem, quæ eſt priuatio potentiæ.tamen ſignificat formam,& determinationem ſecundum modum intelligendi.quia impoſsibilitas bene apprehenditur per modum formæ,& determinationis compoſitionis,& ſic ſignificatur per hunc modum impoſsibile. Ad tertium dicitur,ꝙ duplex eſt modus ſubſtantiæ,ſcilicet modus permanentis,& per ſe ſtãtis, & omne nomen ſignificat per modum ſubſtantiæ quantum ad modum permanentis,ſed ſola ſubſtantiua ſignificant per modum per ſe ſtantis, adiectiua uero per modum alteri adiacentis. Ad quartum dicitur,quòd unius determinabilis ſecundum idem eſſe,uel eadem rationem eſt unica determinatio, ſed tamen unius determinabilis materialiter ſecundum diuerſas rationes, poſſunt eſſe plures determinationes, & ſic eſt de uerbo, quòd diuerſis rationibus determinatur per aduerbia. Ad quintum dicitur,quòd aduerbia loci, & numeri, & alia multa determinant uerbum gratia rei uerbi,& continentur in illa diuiſione. unde aduerbium numeri non determinat uerbum ratione numeri, qui eſt modus ſignificandi uerbi,ſed ratione numeri rei ſignificatę per uerbum.ut cum dicitur Socrates omnis currit,ibi determinatur currit, ratione qualitatis curſus ſignificati per ipſum uerbum,non autem ratione numeri ſingularis,aut pluralis abſolute. Solutio.

B

Modi ſex tantum,uerbi compoſitionem determinantes,modales propoſitiones format.

C

Sed omiſsis omnibus aliis, nunc eſt dicendum ſolum de illis modis,qui compoſitionem determinant,& ſunt hi ſex, neceſſario,contingenter,& cætera.Cum enim dicitur,homo currit neceſſario,hic ſignificatur, quòd compoſitio curſus cum homine ſit neceſſaria. cum autem dicitur,homo currit bene,uel uelociter, ſignificatur, quòd curſus hominis ſit bonus, uel uelox, & ita in iſta determinatur res uerbi, in prima uera cõpoſitio.& ſic intelligendum eſt de aliis prædictis aduerbiis.Vnde ſolus ille modus,qui determinat compoſitionem,facit propoſitionem modalem & ſolum de tali hic intendimus. Et ſciendum, D quòd iſti ſex modi, quandoque ſumuntur aduerbialiter, ut poſsibiliter,impoſsibiliter,neceſſario,contingenter,uere,& falſe, quandoque nominaliter,ut poſsibile,impoſsibile, neceſſarium, contingens, uerum, & falſum.

Poſtq̃ Auctor determinauit de modo in cõi, tam definitiue,q̃ diuiſiue,hic cõſequenter oſtendit de quo mõ eſt intentio ſpecialiter hic,ad propoſitum, dicens quòd hic ſolum in ſpãli dicendum eſt de mõ,qui determinat uerbum gratia cõpoſitionis,& cõpõne propõnis.Cuius ratio eſt,quia hic ſolum principaliter conſyderatur modus faciẽs propoſitionem modalem, ſed ſolus modus determinans compoſitionem propoſitionis, facit propoſitionem modalem, eò quòd compoſi

tio eſt forma totius propoſitionis, ideo modus ipſam modificans reddit propoſitioné modalem. Sed modi determinantes ſubiectum, uel prædicatū quia ſolum modificant partes materiales propoſitionis, non faciunt propoſitioné modalem, quare de illis non eſt amplius determinandum. E

Primo ſciendum, quòd compoſitio propoſitionis poteſt dupliciter determinari. Vno modo generali determinatione, quando ſibi additur aliquis modus entis, ſine ampliatione ipſius compoſitionis, & hoc modo determinatur iſtis modis uere. uel falſe. Sed quia generalis determinatio non eſt determinatio ſimpliciter, ſed ſecundū quid tātum, ideo compoſitio hoc modo non ſimpliciter modificatur, nec fit ſimpliciter modalis propō. Alio mō determinatur ſpeciali determinatione, quando. ſ. modus dicit ſpecialem modum entis, & ampliat compoſitionem ultra tempus præſens, & ſic determinatur iſtis modis poſſibile, impoſſibile, contingens, & neceſſarium, & hoc modo ſimpliciter fit propoſitio modalis.

Modus duplex.

Secundo ſciendum, quòd ad modū facientem propōnem modalem requiruntur tres conditiones. Prima quòd talis modus determinet compoſitionem propōnis defectu cuius adiectiua, quæ determinant ſubiectum, uel prædicatum, materiale propōnis, uel uerbum gratia rei uel ubi, modi uel temporis non reddunt propoſitionem modalem. Secunda conditio eſt, quòd talis modus dicat aliquam differentiam, uel modum entis circa talem compoſitionem, defectu cuius negatio, & iſti modi, opinabile, & inopinabile, uel credibile, non faciunt propoſitionem modalem. Tertia eſt, ꝙ talis modus ampliet compōnem ultra tempus ſuæ præiacentis, defectu cuius uere, & falſe non faciunt propoſitionem modalem ſimpliciter dictam, ſed generaliter tantum. F

Tertio ſciendum, quòd tantum quatuor ſunt modi facientes ſimpliciter propoſitionem modalem. ſ. poſſibile, impoſſibile, contingens, & neceſſarium, probatur per ſufficientiam, quia omnis modus, faciens propoſitionem modalem, determinat compōnem propoſitionis. uel ergo circa ipſam dicit non eſſe, & ſic eſt impoſſibile. uel dicit eſſe, & hoc dupliciter. uel dicit ſimpliciter eſſe, & in actu, & ſic eſt neceſſarium, uel eſſe permixtum potētiæ, & hoc eſt dupliciter. uel dicit ipſum per reſpectum ad ſuum actum, & ſic eſt poſſibile, uel per reſpectum ad ſuam cauſam contingentem, & ſic eſt contingens. unde quòd iſti modi determinent cōpoſitionem patet, quia cum dicitur Socr. neceſſario currit, deſignantur quòd cōpoſitio curſus cum Socr. ſit neceſſaria, & non neceſſitas Socratis ſecundū ſe, nec curſus, ſed neceſſitas compoſitionis unius cum altero. ſed ſi dicatur, Socra. currit fortiter, deſignatur quòd ille curſus eſt uelox. G

Modus capitur tam nominaliter quam aduerbialiter.

Quarto ſciendum, quòd prædicti modi poſſunt ſumi dupliciter. Vno modo nominaliter, alio modo aduerbialiter. Et ratio eſt. quia modus in cōi, & adiectiuū idem ſunt. ſed omne adiectiuum poteſt ſumi nominaliter, cum ſignificet per modum permanētis, & aduerbialiter cum ſignificat per modum fluxus, & fieri. ideo illi modi poſſunt duobus illis modis accipi, & utroque modo faciunt propoſitionem modalem ſimpliciter. quia ſimpliciter determinant compoſitionem propoſitionis, differunt tñ quia, qñ ſumuntur nominabiliter, determinant compoſitionem acceptam per modum nominis, ut hic, Socra. currere eſt poſſibile, compoſitio iſtius dicti Socratem currere, ſumitur nominaliter, ſed quando ſumuntur aduerbialiter determinant compoſitionem uerbaliter deſignatam, ut hic, Socr. currit poſſibiliter. Ex dictus patet qui, & quot ſunt modi facientes propoſitioné modalem, & quot modis accipiantur. H

Argumē.

Sed contra prædicta primo arguitur ſic. Omne determinabile eſt in potentia, ſed compō propoſitionis, cum ſit forma totius, eſt in actu tantū, & per conſequens non eſt determinabilis, igitur nullus modus determinat illam compoſitionem.

Secundo

A Secũdo arguitur ſic. Modus determinans partem totius ex conſequenti denominat totum ut ſignum diſtribuens primo ſubiectum propoſitionis ex conſequenti denominat totam propoſitionem uniuerſalem ergo modi determinantes ſubiectum uel prędicatum debent denominare totam propoſitionem, & non ſolum modus determinans totam compoſitionem. Tertio ſic. Determinationes entis incomplexi non determinant compoſitionem orationis, ſed neceſſarium, & contingens ſunt determinationes entis incomplexi, quia ens dicitur neceſſarium, uel contingens, ergo iſti modi non determinant compoſitionem.

Quarto arguitur ſic. Per ſe, & per accidens faciunt propoſitionem modalem, ut dicendo Socra. accidentaliter currit, igitur non ſunt tantum quatuor modi facientes propoſitionem modalem. Quinto ſic. Nihil, quod ſignificatur nominaliter determinat compoſitionem uerbi, ſed ſolum illud, quod deſignatur aduerbialiter, ſed modi facientes propoſitionem modalem determinant uerbum gratia

B compoſitionis, igitur non poſſunt nominaliter deſignari.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd licet compoſitio orationis non ſit in potentia reſpectu eſſe totius propoſitionis, ſed in actu tantum tñ eſt in potentia reſpectu determinationum accidentalium eius, ideo bene põt modificari. Idem. n reſpectu diuerſorum bene eſt in potentia. & in actu ſimul. Ad ſecundum dicitur, quòd in accidentibus, quæ non conueniunt toti niſi gratia partis accidens partis bene denominat totum, ſed in illis, quæ poſſunt conuenire toti, & partibus, accidens partis non ſufficit denominare totum, & ſic eſt de modificatione quia tota propoſitio poteſt per ſe primo modificari, quando modificatur ſua forma totius, & poſſunt modificari ſuæ partes, ſed illa modificatione non denominatur propoſitio modalis Ad tertium, dicitur, quòd ſi contingens, & neceſſarium accipiantur ut ſunt differentiæ entis incomplexi, ſic ſunt determinationes eius, ſed ſi accipiantur ut ſunt differentiæ entis complexi, quod eſt inhærentia **Solutio.**

C prædicati ad ſubiectum, ſic ſunt determinationes compoſitionis, & ſic ſumuntur in propoſitio. Ad quartum dicitur, quòd per ſe, & per accidens non ſunt modi diſtincti ab iſtis, quia per ſe ſub neceſſario continentur reductiue, & per accidens ſub contingenti. Ad quintum dicitur, quod licet illud, quod ſumitur nominaliter non poſſit determinare compoſitionem uerbaliter acceptam, ſed ſolum aduerbium, tamen poteſt bene determinare compoſitionem nominaliter captam quo modo determinant iſti modi nominaliter capti.

Per ſe, æquialet neceſſario, ſicut p accidens contingẽs.

Quid Modalis propoſitio ſit.

Propoſitio modalis eſt quæ modificatur aliquo iſtorum ſex modorum ſcilicet posſibile, contingens, imposſibile, neceſſario, uere, & falſe, ut Socratem currere eſt posſibile Socratem currere eſt contingens,

D & ſic de aliis.

Et ſciendum quòd in modalibus uerbum debet ſubiici, modus autem prædicari. omnes autem alię propoſitiones, quę non determinantur per illos ſex modos, dicuntur de ineſſe, id eſt ſimplici inhærentia prædicati ad ſubiectum, & per hoc patet diuiſio propoſitionis, quæ ſolet fieri. Propoſitionum. alia modalis, alia de in eſſe. Illæ autem propoſitiones, quæ modificantur his modis, ſcilicet uere, uel falſe, ad præſens relinquantur, quia eodem modo ſumitur oppoſitio, & æquipollentia in eis ſicut in illis de in eſſe. In his autem modis, qui ſunt posſibile

poſsibile, impoſsibile, contingens, & neceſſe, non ſic ſumitur oppoſitio, & æquipollentia, ut poſtea patebit. E

Poſtquàm Auctor determinauit de modo, qui eſt principium formale propoſitionis modalis, hic conſequenter determinat de propoſitione modali. & quia ſubſtantia rei procedit paſſiones eius, ideo prius determinat de propoſitione modali ſecundum ſe, quàm de equipollentiis, & oppoſitionibus eius, ipſam primo ſic definiens. Propoſitio modalis eſt illa, quæ modificatur aliquo iſtorum ſex modorum. ſ. poſsibile, impoſsibile, contingens, neceſſarium, uerum, & falſum.

Primò ſciendum, quòd propoſitio modalis dupliciter accipitur. Vno modò communiter pro omni propoſitione, in qua modificatur compoſitio, ſiue hoc ſit determinatione generali, ſiue ſpeciali. & ſic uerum, & falſum faciunt propoſitionem modalem, & hoc modo definitur hic in generali. Alio modo capitur ſpecialiter ſolum pro illa propoſitione, cuius compoſitio ſpeciali determinatione modificatur ampliando ipſam ultra tempus ſuæ præiacentis. & ſic ſolum ſit propoſitio modalis per illos quatuor modos, poſsibile, impoſsibile, contingens, & neceſſarium, & ſolum illæ, quæ ſunt modificatæ his modis, ſunt ſimpliciter modales, & de illis in ſequentibus ſolum determinabitur, eo quòd nō habent eaſdem equipollentias, & oppoſitiones, ſicut illæ de in eſſe. Illæ uero, quæ modificantur per uerum, & falſum, habent eaſdem equipollentias, & oppoſitiones, ſicut illę de in eſſe, quia non habent ampliationem ultra tempus præſens, ideo de illis non determinabitur amplius. F

Quæ modales compoſitæ, & quę diuiſę

Secundo ſciendum, quòd duplex eſt propoſitio modalis. ſ. compoſita, & diuiſa. Compoſita eſt illa, in qua prædicatum dicti componitur cum materia, & forma ipſius ſubiecti, & debet proferri dictum prolatione continua, ad deſignandum illam compoſitionem non pauſando inter partes dicti, ſed interdicti, & modum. Diuiſa eſt illa, in qua prædicatum dicti ſolum componitur cum materia ſubiecti, & diuiditur a forma eius. & debet proferri prolatione diſcontinua, ad deſignandum illam diuiſionem inter partes dicti pauſando, & non inter dictum, & modum, ut hæc, album eſſe nigrum eſt poſsibile. ſi nigrum componatur cum albo, pro ſubiecto albedinis, & pro ipſa albedine, tunc eſt compoſita, & falſa, ſed, ſi componatur cum albo pro ſubiecto albedinis, & diuidatur ab albedine diſcontinuando partes dicti, ſic eſt diuiſa, & uera. Ex quibus patet quòd tam in modalibus diuiſis, quàm compoſitis, modus determinat totam compoſitionem dicti, licet differenter. ideo utraque eſt ſimpliciter modalis, & de utraque intelligitur definitio prius poſita, nec differunt ſpecie eſſentiali compoſita, & diuiſa de eodem modo, ſed ſpecie accidentali ſolum. G

Tertio ſciendum, ꝙ in propoſitionibus modalibus dictum ſubiicitur, & modus ſemper prædicatur. Cuius ratio eſt, quia ſicut ſe habent eſſe, & non eſſe in illis de ineſſe, ita modus in modalibus, ſed in illis ineſſe, eſſe, uel non eſſe eſt prædicatum formale, ergo ſimiliter modus in modalibus eſt prædicatum formale, & non materiale, quia eſt illud, quo prædicatum materiale denominatur in eſſe ſubiecto. Item illud, quod eſt determinatio, & ſe habet per modum formæ reſpectu compoſitionis dicti, nunquàm ſubiicitur in propoſitione modali, ſed ſemper prædicatur, eo quòd determinatio non habet ſubiici ſuo determinabili, ſed modus ſe habet ut forma reſpectu compoſitionis dicti, quia eſt determinatio eius, licet non ſit determinatio compoſitionis, quæ eſt inter dictum, & modum. igitur in modalibus nunquàm modus ſubiicitur, ſed ſemper prædicatur. H

Quarto ſciendum, quòd in modalibus dictum eſt illa oratio, cuius compoſitio modificatur, ſiue ſit compoſita ex accuſatiuo caſu, & uerbo infinitiuo, cui

additur

A additur modus nominaliter captus, ſiue ſit oratio perfecta, cui additur modus aduerbialiter captus. & talis oratio, ante aduentū modi, dicitur præiacens propoſitioni modali. & tale dictum, eſt materia propoſitionis, & modus determinans compoſitionem eius ſe habet ut forma partis, & eſſe modificatum compoſitionis reſultans ex unioni modi & compōnis dicti, quæ faciunt unum ſicut determinatio,& determinabile eſt forma totius propoſitionis modalis. & per hoc patet quid ſit propoſitio modalis,& quot modis dicitur,& quid ſit ſubiectum,& prædicatum eius.

Sed cōtra prædicta primo arguitur. In iſta, Socrates currere eſt poſsibile. hic dictum, Soc. currere, eſt illud quod modificatur per illum modū poſsibile. & tamē non eſt propoſitio modalis, ſed tantū eius ſubiectum, ergo propoſitio modalis, non eſt, quæ modificatur aliquo iſtorum ſex modorum. Secundo ſic. Hæc eſt modalis, hominem eſſe aſinum eſt impoſsibile, & tñ nō modificatur igitur. Minor B patet, quia in illa ille modus impoſsibile, deſtruit totā cōpoſitionem dicti, igitur non determinat, uel modificat ipſam. Tertio ſic. Aduerbium in oratione nunquam prædicatur, ſed modus in modalibus quandoque ponitur aduerbialiter, ergo modus in ipſis non ſemper prædicatur. Quarto ſic. Modalis aliquando conuertitur, igitur in ea fit de prædicato ſubiectum,& econtra ergo, cum modus quandoque prædicetur per conuerſionem mutatur in ſubiectum, & ſic non ſemper prædicatur. Argumen.

Quinto ſic. Vniens ſemper eſt formalius unito, ſed modus unitur cum dicto mediante copula uerbali, igitur modus ſe habent in modalibus ut prædicatum materiale,& non ut formale.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd licet illud dictum modificetur primo per modum partis, & tanquàm quo, tamen tota propoſitio modificatur per modum totius, & tanquam quod, licet hoc ſibi conueniat per compoſitio-C nem dicti, quæ primo modificatur ideo tota propoſitio dicitur modalis, & non ipſum dictum tantum. Ad ſecundum dicitur, quòd impoſsibile, non deſtruit primo, & per ſe illam compoſitionem, ſed ex conſequenti tantum, quia per ſe primo negat unum ſpecialem modum entis a tali compoſitione. ſ. poſsibilitatem ſiue potentiam ad eſſe, qua negata, deſtruitur ex conſequenti compoſitio. Ad tertium dr, q̧ aduerbiū per ſe ſumptū non eſt prædicatum propoſitionis, ſed aduerbium cōiunctum cum uerbo, ſicut determinatio ſuo determinabili poteſt eſſe prædicatum formale propoſitionis,& ſic eſt de modo aduerbialiter poſito in propoſitione modali, quia determinat formaliter uerbum gratia compoſitionis, & inde fit unum prædicatum formale. Ad quartum dicitur, quòd propoſitio modalis non conuertitur ſecundum ſed totam ſic, q̧ modus ponatur in ſubiecto, ſed ſolum conuertitur quantum ad dictum faciendo de prædicato dicti ſubiectum,& econtra, unde modales de poſsibili,& neceſſario ſecundum dictum, eodem modo D conuertuntur ſicut ille de ineſſe.& ſimiliter illæ de contingenti accepto pro poſſibili. ſed in illis de contingenti ad utrumlibet, fit conuerſio in oppoſitam qualitatem,& uniuerſalis negatiua in eis conuertitur ſimpliciter in terminis, ſed particularis affirmatiua conuertitur ſimpliciter. Sed in illis de impoſsibili primo ad conuertendum illas oportet uidere quibus æquipollent de neceſſario, & conuertere illas de impoſsibili, ſicut conuertuntur ſuæ æquipollentes de neceſſario,& in eis uniuerſalis affirmatiua non conuertitur in terminis, ſed particularis negatiua bene conuertitur in terminis. Ad quintum dicitur quòd modus non unitur cum dicto mediante uerbo inquantum eſt modus, ſed ſolum inquantum nominaliter ſignificatur in ratione modi,& non eſt in potentia ad copulam unientem, ſed eſt prædicatum formale reſpectu compoſitionis.

Solutio. Propoſitionis categoricę diuiſio in modalem, & de ineſſe.

F Formatio

Formatio Modalium propoſitionum iuxta quatuor modos. E

Et ſciendum, quòd unuſquiſq; iſtorum quatuor modorum facit quatuor propoſitiones modales. Et, cum quatuor ſint modi, erunt quater quatuor propoſitiones, & ſic ſunt ſexdecim propoſitiones. Verbi gratia. Iſte modus, qui eſt poſsibile, ſi ſumatur ſine negatione, facit vnã propoſitionem modalem, ut Socratem currere eſt poſsibile, ſi ſumatur cum negatione poſita ad uerbum, facit ſecundam propoſitionẽ, ut Socrates non currere eſt poſsibile ſi uero ſumatur cũ negatione poſita ad modum, facit Tertiam propoſitionem, ut Socratẽ currere non eſt poſsibile, ſi ſumatur cum duplici negatione, una poſita ad modum, & alia ad uerbum, facit Quartam propoſitionem, ut Socratem non currere non eſt poſsibile. & ſic ſecundum unumquemq; iſtorum quatuor modorum ſumuntur quatuor propoſitiones. Vnde uerſus. F

Deſtruit V. totum, ſed A. confirmat utrunque.
Deſtruit E, dictum, ſed deſtruit I. quoque modum.
E dictum, Iq; modum negat A. nil, ſed V. totum.

Poſtq̃ auctor determinauit de propoſitione modali quantum ad ſubſtantiam eius, hic conſequenter determinat de ſuis paſſionibus. ſ. de æquipollentiis, & oppoſitione. Et, quia æquipollentiæ, & oppoſitiones modalium faciliter cognoſci nequeunt niſi cognoſcatur multiplicatio propoſitionum modalium, ideo anteq̃ de illis paſſionibus determinet, prius oſtendit quot propoſitiones poſſunt multiplicari ſecundum quemlibet modum. G

Vide ad hoc in primo Priorũ in multis locis.

Primo ſciendum, ꝙ in propoſitione modali duplex eſt compoſitio. Prima eſt compoſitio partium dicti inter ſe, Secunda uero eſt compoſitio modi cum dicto, quæ eſt principalis in ipſa. Et, quia qualitas propoſitionis, ſiue affirmatio, & negatio attenduntur ex parte compoſitionis, ideo propoſitio modalis poteſt dupliciter dici affirmatiua, & negatiua. ſ. ex parte modi, & ex parte dicti. illa autẽ, in qua negatur modus, eſt ſimpliciter negatiua modalis, ſed illa, in qua ſolum negatur compoſitio dicti, non eſt ſimpliciter negatiua, ſed ut dicit Ariſt. habet negatiuam figuram, & poteſt dici negatiua de dicto.

Singuli modi quatuor propõnes formant.

Secundo ſciendum ꝙ ſecundum iſtum modum poſsibile, per uariationẽ affirmationis, & negationis poſſunt fieri quatuor propoſitiones modales. Prima eſt affirmatiua, tam de dicto q̃ de modo. ut poſsibile eſt eſſe. Secunda eſt negatiua de utroque, ut non poſsibile eſt non eſſe. Tertia eſt negatiua de dicto ſolum, ut poſsibile eſt non eſſe. Quarta eſt negatiua ſolum de modo, ut non poſsibile eſt eſſe. Et ſimiliter poſſunt fieri quatuor ſecundum quemlibet aliorum modorum. & ſic in toto poſſunt multiplicari in ſexdecim propoſitiones modales ſecundum quatuor modos. Vnde prædictæ quatuor propoſitiones per quatuor uocales ſignificantur. per A, ſignificat affirmatiua tã de dicto q̃ de modo, per V, negatiua de utroq;, per E, negatiua de dicto ſolum, per I, negatiua de modo ſolum. Iuxta illos verſus. H

E dictum Iq; modum negat. A nil, ſed. V totum.

Vel illos uerſus.

Deſtruit V totum, ſed A affirmat utrumq;.
Deſtruit E dictum, deſtruit I quoq; modum.

A Ex quibus patet quomodo ſumitur,& uariatur qualitas in modalibus.

Sed ad uidendũ de q̃titate ipſarũ eſt tertio ſciendũ, ꝙ in modalibus tripliciter attendit quantitas, primo ex parte dicti, qđ eſt ſubiectũ totius propõnis, ſecundo ex parte ſubiecti dicti, tertio ex parte modi. Vñ ex parte dicti oẽs ſunt ſingulares, qa in ipſis dictum ſingulariter accipit pro uno ſolo dicto indefecto unius uocis impoſitæ ad ſignificãdũ ipſum, ſed ex parte ſubiecti dicti pñt dici uniuerſales, particulares, indefinite, & ſingulares, ſecundũ ꝙ tale ſubiectũ differenter, tenet uniuerſaliter, particulariter, indefinite, aut ſingulariter. ſed ex parte modi, aliquę ſunt uniuerſales, ſicut ſunt illæ de neceſſario, & impoſsibili, aliæ particulares, ſicut ſunt illę de contingenti, & poſsibili, & nullæ ſunt indefinitæ, aut ſingulares. Quarto ſciendũ, ꝙ q̃titas modalis ſumpta eſt pte modi non eſt q̃titas ſuppoſitorũ, ſed temporũ, q̃ eſt mẽſura acceptionis copulæ reſpectũ tpis ſecundũ ampliationẽ modi, ſicut q̃titas ſuppoſitorũ eſt mẽſura acceptionis ſubiecti reſpectu ſuorũ

Ex parte modi modales, uniuerſales dicuntur, uel particulares.

B ſuppoſitorũ, unde modales de neceſſario, & impoſsibili dicuntur uniuerſales, eo quòd neceſſarium ampliat ad omne tempus affirmatiue, ſicut omnis diſtribuit, uniuerſaliter, & affirmatiuæ, & impoſsibile, ampliat ad omne tempus negatiue, ſicut nullus diſtribuit uniuerſaliter, & negatiue Sed illæ de poſsibili, & contingenti ſunt particulares, quia utrunque ampliat particulariter, & affirmatiuæ, quia ſolum ampliant ad præſens, & futurum, & habet ſicut illud ſignum quidam. Vnde uerſus.

Omne neceſſarium, impoſsibile eſt quaſi nullus.
Poſsibile eſt quidam, quidam non poſsibile non.

Et per hoc patet de multiplicatione, qualitate, & quantitate propoſitionum modalium.

Sed contra prædicta primo arguitur. Secundum hunc modum poſsibile, poſſunt fieri infinite propoſitiones modales, igitur male dictum eſt, quòd ſecundũ

Argumen.

C ipſum, ſolum ſunt quatuor propoſitiones modales. Secundo ſic. Omnes propoſitiones de eodem modo ſunt eadem propoſitio in ſpecie, eo quòd modales ſpecie diſtinguuntur ex parte modis, qui eſt forma propoſitionis modalis. igitur nullus modus facit quatuor propoſitiones modales in ſpecie. Tertio ſic. iſta, Socratem currere non eſt poſsibile, & ſimiliter aliæ, ubi poſsibile negatur, non eſt de poſsibili, ſed de impoſsibili, uel neceſſario, igitur male dicitur, quòd poſſibile facit unam negatiuam propoſitioné modalem ex parte modi. Quarto ſic. Cuiuslibet rei eſt tantum una forma, ſed qualitas eſt forma propoſitionis, igitur unius propoſitionis modalis eſt una qualitas. & ſic in iſtis non poteſt accipi duplex qualitas. Quinto ſic. Modus in modalibus ſe habet per modum formę, ſed quantitas rei ſe tenet ex parte materiæ, & non ex parte formæ, igitur in ipſis non ſumitur quantitas ex parte modi.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ ſecundum quẽlibet modũ poſſunt fieri

Solutio.

D infinitæ propoſitiones in numero, non tamen poſſunt fieri pluſquam quatuor in ſpecie, & ſolum de tali multiplicatione ſecundum ſpeciem eſt hic ad propoſitũ. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet omnes modales de eodem modo affirmato ſint eadem propoſitio in ſpecie eſſentiali, & ex parte modi, tamen bene uariantur ſpecie accidentali ex parte affirmationis, uel negationis dicti. Ad tertium dicitur, ꝙ licet propoſitio, in qua negatur poſsibile, quantum ad ſignificatum eius, ſit de impoſsibili, uel de neceſſario, tamen eſt formaliter de poſsibili, quod ibi põnitur ſecundum uocem Ad quartum dicitur, ꝙ licet unius modalis ſit tantũ una qualitas principalis, tamẽ poſſunt eſſe plures ſubordinatæ ad inuicẽ, quarũ una eſt minus principalis, & ſubordinatur alteri, ſicut compoſitio dicti reſpectu cõpoſitionis modi cum dicto. Ad quintum dicitur, quod quantitas ſuppoſitorum

ſumitur ex parte ſubiecti, & materiæ propoſitionis, tamen quantitas temporũ E
bene ſumitur ex parte formæ. ideo poteſt ſumi ex parte modi ampliantis compoſitionem ultra tempus eius.

De Modalium æquipollentijs regulæ nonnullæ traduntur.

Harum autem propoſitionum modalium æquipollentiæ, ſiue conſequentiæ, quatuor regulis cognoſcuntur. Prima regula talis eſt. cuicunque dicto affirmato attribuitur poſsible, eidem attribuitur contingens, & ab eodem dicto remouetur impoſsibile, & ab eius contradictorio oppoſito remouetur neceſſe. Secunda regula eſt cuicunque dicto negatio attribuitur poſsibile, eidem attribuitur contingens, & ab eodem remouetur impoſsibile, & ab eius contradictorio oppoſito remouetur neceſſe. Tertia regula eſt. a quocunque dicto affirmato F
remouetur poſsibile, ab eodem remouetur contingens, & eidem attribuitur impoſsibile, & eius contradictorio oppoſito attribuitur neceſſe. Quarta regula eſt. a quocunque dicto negato remouetur poſsibile, ab eodem remouetur contingens, & eidem attribuitur impoſsibile, & eius contradictorio oppoſito attribuitur neceſſe.

Iſtarum autem regularum exempla diſponuntur in quatuor lineis ſiue ordinibus figuræ ſequentis qui poſſunt per hos uerſus denotari.

Primus amabimus eſt Edentulique. Secundus.
Terrius Illiacæ, ſedent Purpurea Quartus.

G

Omne.
Purpurea.
Quarta Regula.
Linea 4. Nõ poſsibile ẽ nõ eẽ.
Non contingens eſt non eſſe.
Ordo 4. Impoſsibile ẽ nõ eſſe.
Neceſſe eſt eſſe.

Contrariæ.

Nullus.
Iliace.
Tertia regula.
Nõ poſsibile eſt eſſe. li. 3
Non contingens eſt eſſe.
Impoſsibile eſt eſſe. ordo 3.
Neceſſe eſt non eſſe.

Subalternæ. Contra- dictoriæ. Contra- dictoriæ. Subalternæ.

Amabimus.
Prima Regula.
Linea 1. Poſsibile eſt eſſe.
Contingens eſt eſſe.
Ordo 1. Nõ impoſsibile eſt eẽ.
Nõ neceſſe eſt nõ eſſe.
Quidam.

Subalternæ.

Edentuli.
Secunda Regula.
Poſsibile eſt nõ eſſe. li. 2
Cõtingens eſt nõ eẽ. H
Nõ ipoſsibile ẽ nõ eẽ
Non neceſſe eſt eſſe. ordo 2.
Quidam non.

Omnes autem illæ propoſitiones, quę ſunt in prima linea æquipollent, ſibi inuicem per primam regulam, & conuertuntur inter ſe, quæ autem in ſecunda linea, æquipollent per ſecundam regulam, & ſimiliter conuertuntur. & quæ in tertia, per tertiam, & quæ in quarta per quartam. Ad cuius expoſitionem dantur quidam uerſus.

Omne

A Omne,neceſſe,ualet,ualet impoſsibile,nullum.
Poſsibile,eſt quidam,quidam non,poſsibile eſt non.

Carmina ad modalium conſequentias.

Poſtq̃ Auctor oſtendit multiplicationem propoſitionum modalium ad cognoſcendum earum æquipollentias, hic conſequenter determinat de æquipollentiis earum,quarum cognitio ualet ad cognoſcendum conſequentias propoſitionum modalium,quia inter æqpollentes ſemper una propõ ſequitur ad aliã, & econuerſo,eo q̀ ſunt æquipollentes,ſiue æquiualentes in ueritate, & falſitate.

Vbi primo ſciendum,q̀ hic magis determinatur in ſpecialis de æquipollentiis modalium,q̃ de conuerſionibus earum, eo q̀ modales eodem modo conuertuntur,ſicut ille de ineſſe,& ſolum quantum ad dictum. ſed æquipollentia,non cõuenit ipſis eodẽ mõ ſicut illis de ineſſe, quia in ipſis uariatur æqpollẽtia, & etiã B ſumitur ex parte modi ampliantis compoſitionem, & non ex parte ſubiecti propoſitionis,ſicut in illis de ineſſe,& etiam conuenit ipſis inquantum ſunt modales ideo oportuit ſpecialiter determinare de æquipollentia earum.

Secundo ſciendum,q̀ prædictæ æquipollentiæ quatuor regulis cognoſcuntur. Prima eſt. Cuicũq; dicto affirmato attribuitĩ poſsibile,eidem attribuitur contingẽs,& ab eodẽ remouetur impoſsibile,& ab eius cõtradictorio oppoſito remouetur neceſſe.Cuius ratio eſt,quia poſsibile,& contingens conuertuntur,igitur cuicunq; attribuitur poſsibile,& cõtingens,& poſsibile, & impoſsibile contradicũt. ideo cuicunq; attribuitur poſsibile ab eodem remouetur impoſsibile, quia unũ contradictoriorum remouet reliquum,& ſi aliquid dictũ ſit poſsibile,poteſt aliquando uerificari,& ſuum contradictorium poteſt eſſe falſum, ideo ſi alicui dicto attribuitur poſsibile,ab eodem remouetur impoſsibile, & ab eius contradictorio remouetur neceſſe. Secunda regula. cuicunque dicto negato attribuitur C poſsibile eidem attribuitur contingens, & ab eo remouetur impoſsibile, & a ſuo contradictorio oppoſito remouetur neceſſe. Tertia regula eſt.a quocunque dicto affirmato remouetur poſsibile,ab eodem remouetur contingens, & eidem attribuitur impoſsibile, & ſuo contradictorio attribuitur neceſſe. Quarta regula eſt,a quocunque dicto negato remouetur poſsibile,ab eodem remouetur contingens,& eidem attribuitur impoſsibile,& ſuo contradictorio attribuitur neceſſe, & iſtæ tres regulæ poſſunt eodem modò probari ſicut prima.

Regulæ quatuor, uirtute quarũ tenent conſequentiæ.

Tertio ſciendum,quòd modus dicitur attribui dicto,quando affirmatiuæ prędicatur de ipſo,& dicitur ab eo remoueri, quando negatur de ipſo. Dupliciter tamen poteſt intelligi modum remoueri a dicto. Vno modo,quòd remoueatur ab ipſo ſecundum rem,& uocem, & ſic non debet intelligi in propoſito, quia,ſi ſic remoueretur,non remaneret propoſitio modalis.Alio modo, quòd remoueatur ſecundum modum enunciandi per negationem,& ſic capitur hic remouetur, D prout tantum ualet ſicut negatur.

Qñ modus dicto attribuatur ſeu remoueat.

Quarto ſciendum, q̀ prædictarum regularum exempla diſponuntur in quatuor lineis,ſiue ordinibus, & omnes de primo ordine æquipollent per primam regulam,& conſequuntur ſe inuicem,& omnes de ſecundo per ſecundam, & ſic de aliis.& omnes illi ordines habentur per hos uerſus.

Primus Amabimus eſt,Edentulique ſecundus.
Tertius Iliacæ,Purpurea,reliquus.

Prima dictio.ſ.amabimus ſignificat primum ordinem, & quatuor eius uocales dant intelligere quatuor propoſitiones primi ordinis ſignificando per primum A. propoſitionem de poſsibili eſſe affirmatiuam tam de dicto quàm de modo,& per ſecundum A.illam de contingenti eſſe affirmatiuam de utroq; & I.

ſignificat illam de impoſſibili eſſe negatiuam de modo , & V. ſignificat illam de E
neceſſario eſſe negatiuam de utroque, & ſimiliter exponerentur aliæ dictiones pro aliis ordinibus ſecundum ſignificationes ſuarum uocalium iuxta ſententiam illorum uerſuum in proxima expoſitione poſitorum ſuperius . Et per hoc patent æquipollentiæ propoſitionum modalium.

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur ſic. Hoc dictum hominem eſſe animal, eſt poſſibile, & tamen non eſt contingens, cum ſit neceſſarium, ergo male dicitur in prima regula, cuicunque dicto affirmato attribuitur poſſibile eidem attribuitur contingens. Secundo ſic, Huic dicto negato. Deum non eſſe attribuitur poſſibile, dicendo, Deum non eſſe eſt poſſibile & tamen ab eo non remouetur impoſſibile cum ſemper ſit impoſſibile. igitur contra ſecundam regulam.

Tertio ſic. Impoſſibile ſemper negat dictum, cui attribuitur, quod deſtruit cõpoſitionem eius. igitur non poteſt attribui dicto affirmato, contra tertiam regulam. Quarto ſic. Propoſitio affirmatiua , & negatiua nunq̃ ſunt æquipollentes , F
quia non æquiualent in qualitate. igitur propoſitio negatiua de poſſibili, & affirmatiua de neceſſe, nunq̃ equiualent contra quartam regulam. Quinto ſic. Omnes propoſitiones æquiualentes debent eſſe eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati , cum æquipollentia duarum propoſitionũ in utroque termino participantium ſecundum eundem ordinem, ſed illa de poſſibili , & de neceſſario, quæ ponuntur in quarta regula, non habent idem ſubiectum , quia in eis contradictoria dicta ſubiiciuntur, nec idem prædicatum, quia non eſt idem modus in ipſis igitur illæ propoſitiones non æquiualent.

Solutio. Ad argumenta . Ad primum dicitur , quòd ſi capiatur contingens ſpecialiter pro contigenti non neceſſario, quod diuiditur per contingens natum , raro , & ad utrumlibet, illud dictum homiuem eſſe animal non eſt contingens , ſed, ſi capiatur generaliter contingens, ut conuertitur cum poſſibili ; & diuiditur per neceſſarium, & non neceſſarium, ſic bene eſt contingens, illo modo capitur contin G
gens. hic. Ad ſecundum diciturr, ꝙ licet ab hoc dicto, Deum non eſſe, non uere remoueatur impoſſibile, tamen falſe remouetur ab ipſo eodem modo, ſicut poſſibile falſe ſibi attribuitur. Ad tertium dicitur ꝙ licet impoſſibile neget uirtualiter dictum, cui attribuitur, non tamen formaliter. ideo poteſt attribui dicto formaliter affirmato. Ad quartum dicitur, quòd licet affirmatiua, & negatiua de eiſdem extremis nunquam ſint æquipollentes, tamen illæ die diuerſis extremis poſſunt æquipollere, quo ad ueritatem, & falſitatem, licet non ſecundum qualitatẽ.

Ad quintum dicitur, ꝙ ſi capiatur æquipollentia ſpecialiter pro æquiualentia propoſitionum utroque termino participantium in qualitate, & quantitate, ueritate, & falſitate , ſic maior eſt uera , ſed ſi capiatur generaliter pro quacunque æquiualentia duarum propoſitionum in ueritate, & falſitate, ſic eſt falſa, & in propoſito ſic accipitur æquiualentia generaliter.

H

Regulæ communes ad omnium modalium accidentia.

Item æquipollentia , & conuertentia , & conſequentia propoſitionum modalium poteſt haberi per has regulas. Prima regula . Omnes enim propoſitiones de poſſibili , & impoſſibili æquipollent uerbo ſimiliter ſe habente, & modo diſſimiliter, ut Socratem currere eſt poſſibile, & Socratem currere non eſt impoſſibile. Secunda regula . Omnes propoſitiones de poſſibili, & de neceſſe æquipollent , uerbo , & modo diſſimiliter ſe habentibus , ut Socratem currere eſt poſſibile , & Socratem

A cratem non currere non eſt neceſſe. Tertia regula omnes propoſitiones de impoſsibili,& neceſſe æquipollent, uerbo diſsimiliter ſe habente,& modo ſimiliter.ut Socratē currere non eſt impoſsibile, & Socratē nō currere nō eſt neceſſe. & intelligatur modus ſimiliter, & diſsimiliter ſe habere quantum ad affirmationem, & negationē,ut dicatur modus ſimiliter ſe habere,quando affirmatur,uel negatur utrobiq; Diſsimiliter autem, quando affirmatur in una, & negatur in altera, & eodē modo intelligēdum eſt de uerbo ſicuti dictum eſt de modo. Et ſciendū eſt,quòd prædictæ regulæ non faciunt mentionem de contingenti, eò quòd contingens conuertitur cum poſsibili. unde idem eſt iudiciū de B propoſitionibus utriuſque. Exempla autem huius quærantur in ſuperiori figura diſpoſita per quatuor ordines in prima, ſecunda, tertia, & quarta linea, quia iſta regula eſt generalis ad omnes.

Poſtq̄ Auctor ſuperius oſtendit per quatuor regulas æquipollentias,& conſequentias modalium, hic conſequenter notificat ipſas ſecundum alias regulas. & quamuis ipſæ æquipollentiæ ſufficienter notificentur per regulas prædictas, tamen magis facile cognoſcuntur per iſtas regulas cum aliis, qua per alias tantum. ideo iſtæ regulæ ad maiorem, & faciliorem cognitionem hic conuenienter,ponuntur, & non ſuperfluæ.

Primo ſciendum, quòd negatio poſita ad modum negat quantitatem ampliationis temporum,quę ſe tenet ex parte modi,& etiam qualitatem propoſitionis, quia negat modificationem,& ex conſequenti compoſitionem modificatam.ideo C mutat quantitatem, & qualitatem propoſitionis, & facit contradictorias æquipollere ipſa enim negatio præpoſita modo ſimiliter ſe habet in modalibus ſicut negatio præpoſita ſigno in illis de ineſſe. Sed negatio poſita ad dictum tantum, negat ſolum compoſitionem propoſitionis, & non quantitatem modi, & ſic non mutat quantitatem ipſius,quia in negando præuenit ampliationem modi. ideo talis negatio mutat qualitatem,& non quantitatem,& ſic habet negatio poſt poſita ſigno,quę facit æquipollere contrarias,ſed negatio poſita ad dictum,& ad modum ſimul, mutat quantitatem ſolum,ideo ſe habet ut negatio præpoſita & poſt poſita ſigno,& facit æquipollentiam ſubalternam. *Negationis officiū in modalibus.*

Secundo ſciendum, quòd ad cognoſcendum prædictas æquipollentias,ponuntur hic tres regulæ. Prima eſt,quòd propoſitiones de poſsibili, & impoſsibili ęquipollent uerbo ſimiliter ſe habente, & modo diſsimiliter. Cuius ratio eſt, quia propoſitiones de poſsibili, & impoſsibili contradicunt, ſed negatio poſita ad mo D dum tm̄, facit contradictorias æquipollere, ut dictum eſt,ideo propoſitiones de poſsibili,& impoſsibili æquipollent modo diſsimiliter ſe habente,& uerbo ſimiliter. Et dicitur modus ſimiliter ſe habere quantum ad affirmationem, & negationem,quando in utraque affirmatur uel negatur,& diſsimiliter,quando in una negatur,& in alia affirmatur.& ita intelligitur uerbum ſimiliter, uel diſsimiliter ſe habere ſuo modo. *Prima regula.*

Tertio ſciendum,quòd ſecunda regula talis eſt Omnes propoſitiones de poſſibili,& neceſſario æquipollent uerbo,& modo diſsimiliter ſe habētibus. Cuius ratio eſt quia propoſitiones de poſsibili, & neceſſario affirmatiuæ de dicto, & modo ſimul opponuntur ſubalternæ,ſed negatio poſita ad dictum, & ad modum ſimul facit in modalibus æquipollentiam ſubalternarum, quia ſe habet ſicut *Secunda regula.*

negatio præpoſita & poſtpoſita ſigno in illis de ineſſe, ideo propoſitiones de poſsibili,& neceſſario æquipollent poſita negatione ad dictum, & ad modum ſimul. unde ex iſtis duabus regulis ſequitur quod propoſitiones de contingenti,& impoſsibili etiam æquipollent uerbo ſimiliter ſe habente,& modo diſsimiliter. ſed illę de contingēti,& neceſſario ęquipollent uerbo,& modo diſsimiliter ſe habentibus,quia illæ de poſsibili,& contingenti adinuicem conuertuntur. E

Tertia regula. Quarto ſciendum,pro tertia regula,quòd propoſitiones de impoſsibili, & neceſſario æquipollent uerbo diſsimiliter ſe habēte,& modo ſimiliter. Cuius ratio eſt.quia illę de impoſsibili, & neceſſario affirmatiuę de utroq; contrariantur,ſed negatio poſita ad dictum tantum in modalibus facit contrarias æquipollere, quia ſolum mutat qualitatem,igitur illę de impoſsibili,& de neceſſario æquipollent uerbo diſsimiliter ſe habēte , & modo ſimiliter. Hic aūt nō ponuntur regulæ in textu de ęquipollentijs propoſitionum de contingenti, quia de ipſis idem eſt iudicium,ſicut de illis de poſsibili, eo, quòd contingens, & poſsibile conuertuntur,capiendo contingens in cōi,ut ſe extendit ad neceſſarium,& non neceſſarium.& cauſa eſt,quia utrunque ampliat ad præſens, & ad futurum affirmatiue & non ad preteritum,eo quòd utrunque dicit potentiam,& potentia ſe habet ad pręſens, & ad futurum , quia ad pręteritum nulla eſt potentia. ideo propoſitiones de poſsibili, & contingenti adinuicem conuertuntur,& æquipollent uerbo, & modo ſimiliter ſe habentibus. F

Ad præteritum nulla eſt potētia.

Argumē. Sed contra prædicta primo arguitur.Iſtæ duæ æquipollent de poſsibili,& impoſsibili,Socratem currere eſt poſsibile,& Socratem currere nō eſt impoſsibile, & tamen uerbum non ſe habet ſimiliter,quia in una negatur hoc uerbū eſt,& in alia affirmatur,igitur illę de poſsibili,& impoſsibili,nō æquipollent uerbo ſimiliter ſe habent.Secundo ſic Oēs ęquipollentes in modalibus ſunt eiuſdem quantitatis ex parte modi , igitur modus in omnibus eodem modo ampliat, & ſe habet ſimiliter, igitur illæ de poſsibili, & impoſsibili non æquipollent modo diſsimiliter ſe habente . Tertio ſic , illæ non æquipollent,Socratem currere eſt poſsibile,& Socratem nō currere, nō eſt neceſſe,quia prima aliquid ponit,& ſecūda non,cùm ſit negatiua tam de dicto.q̃ de modo. igitur illę de poſsibili,& neceſſario, non æquipollent , uerbo , & modo diſsimiliter ſe habentibus . Quarto ſic. Impoſsibile ſemper includit negationem,& neceſſe affirmationem.igitur impoſſibile,& neceſſe non poſſunt ſimiliter ſe hr̄e quantum ad affirmationem , & negationem,ergo propoſitiones de ipſis non æquipollent , modo ſimiliter ſe habēte,& uerbo diſsimiliter. G

Quinto ſic.Illa quæ ſunt inter ſe diuerſa,non conuertuntur,ſed poſsibile, & contingens ſunt diuerſi modi,nam aliter,non erunt quatuor modi facientes propoſitionem modalem. ergo poſsibile, & contingens non conuertuntur inter ſe.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur , quòd licet in illis propoſitionibus uerbum uniens modū cum dicto,ſe habeat diſsimiliter, tn̄ uerbum dicti ſe habet ſimiliter,& ſolum de illo hic intelligit.Ad ſecundū dr̄,quòd licet in omnibus modalibus,q̃ æquipollēt, modus ſe habeat ſimiliter quātū ad amplitationem,nō tn̄ quantum ad affirmationem , & negationem . & hoc modo intelligitur modus diſsimiliter ſe hr̄e,uel ſimiliter. Ad tertium dicitur,quòd iſta,Socratem nō currere non eſt neceſſe,nihil ponit primo,& per ſe,tamen ponit aliquid ex conſequenti,quia negat hoc dictum,Socratem non currere eſſe neceſſarium,ideo ex conſequenti ponit ſuū cōtradictorium eſſe poſsibile.Ad quartū dicitur, ꝙ licet impoſſibile includat negationem intrinſecam, tn̄ non includit extrinſecam,de qua ſolum eſt ad propoſitum,ideo quò ad illam poſſunt ſimiliter ſe habere,& diſsimiliter impoſsibile,& neceſſarium. H

Ad

A Ad quintum dicitur, ꝙ licet illa, quæ conuertuntur quantum ad ſuppoſita, & rõnem formalem non ſint diuerſa, tamen illa, quæ conuertuntur quantum ad ſuppoſita, & non quantũ ad rõnem formalem pñt eſſe diuerſa, & ſic posſibile, & contingens conuertuntur, & faciunt inter ſe diſti nctas propoſitiones modales.

Oppoſitiones modalium nonnullis carminibus patefiunt.

ITEM propoſitionum modalium, aliæ ſunt contrariæ, aliæ ſubcontrariæ, aliæ contradictoriæ, & aliæ ſubalternæ. Vnde Quartus, & Tertius ordo contrariantur. Vnde uerſus.

Tertius eſt quarto ſemper contrarius ordo.

Primus autem modus, & ſecundus ſubcontrariantur. Vnde uerſus.

B Si tibi linea ſubcontraria prima ſecundæ.

Item primus ordo, & tertius, & ſimiliter ſecundus, & quartus contradicunt. Vnde uerſus.

Tertius eſt primo contradictorius ordo.

Pugnat cum quarto contradicendo ſecundus.

Item prima linea ſubalternatur quartæ, & ſecunda tertiæ. Vnde uerſus.

Prima ſubeſt quartæ uice particularis habens ſe.

Hanc habet ad ſeriem ſe lege ſecunda ſequentem.

Vel ſic.

Ordo ſubalternus ſit primus, ſiue ſecundus.

C Et hoc totum patet in ſuperiori figura.

Poſtꝙ Auctor determinauit de æquipollentiis modalium, quæ ſunt inter propoſitiones eiuſdem qualitatis, & quantitatis, hic conſequenter determinat de oppoſitionibus ipſarum, quæ quidem oppoſitiones ſunt inter propoſitiones diuerſæ quantitatis. & primo ponit talem diuiſionem. Propoſitionum modalium, aliæ ſunt contrariæ, aliæ ſubcontrartæ, aliæ contradictoriæ, aliæ ſubalternæ, cuius diuiſionis eodem modo poteſt dari ſufficientia, ſicut data eſt de oppoſitionibus propoſitionum de ineſſe.

Primo ſciendum, ꝙ inter propoſitiones modales ſuperius poſitas in quatuor ordinibus, omnes de primo ordine, quæ ſignãtur per Amabimus, ſunt particulares ex parte modi, uel formaliter, uel æquiualenter. & ẽt affirmatiuæ, quia omnes, & æquipollent iſti Socratem currere eſt posſibile, quæ eſt particularis affirmatiua. Et omnes de ſecundo ordine, quæ ſignificantur per Edentuli, ſunt particulares negatiuæ, quia æquipollent iſti, Socratem non currere eſt posſibile quæ eſt particularis negatiua. Et omnes de tertio ordine, quæ ſignificantur per Iliace, ſunt uniuerſales negatiuæ, quia æquipollent iſti, Socratem currere eſt impoſſibile. Et omnes de quarto ordine, quæ ſignificantur per Purpurea, ſunt uniuerſales affirmatiuæ, quia æquipollent iſti Socratem currere eſt neceſſe. (Quantitas oĩum modalium in quocunque ordine.)

D Secundo ſciendũ, ꝙ quartus, & tertius ordo, ſiue propõnes de tertio, & quarto ordine inter ſe cõtrariantur. & rõ eſt q̃a uniuerſalis affirmatiua, & uniuerſalis negatiua contrariant, illæ autẽ de tertio ordine ſunt uniuerſalis negatiuæ, & illæ de quarto uniuerſales affirmatiuæ, ut patet intuẽti, Sed propõnes de primo, & ſecundo ſubcontrariantur, & rõ eſt q̃a illæ de primo ſunt particulares affirmatiuæ. & illæ de ſcdo ſunt particulares negatiuæ. Sed illæ de primo ordine cõtradicũt illis

de tertio,

de tertio, quia in primo particulares affirmatiuæ, & in tertio uniuerſalis negatiuæ. Similiter illæ de ſecundo, quæ ſunt particulares negatiuæ contradicunt illis de quarto, quę ſunt uniuerſales affirmatiuæ & ſic ibi eſt repugnantia in quantitate, & qualitate ſimul. E

Tertio ſciendum, quòd ad dandum contradictionem in modalibus de modo, ferenda eſt eadem negatio ad modum, & non ad dictum. cuius ratio eſt, quia contradictio eſt affirmatio, & negatio eiuſdem de eodem. Sed in modali affirmatiua modus formaliter affirmatur de compoſitione dicti, & eſt prædicatum formale reſpectu ipſius. igitur ad dandum contradictionem debet ferri negatio ad modum, dicto remanente eodem. Item ſicut ſe habet uerbum in illis de ineſſe, ita modus in modalibus, ſed ad dandum contradictionem inde ineſſe, negatio debet ferri ad uerbum, igitur negatio in modalibus debet ferri ad modũ, & non ad dictũ. & nõ refert utrum immediate ponatur ad modum, uel ad compoſitionem, qua componitur cum dicto, ut non refert dicere, Socratem currere eſt non poſsibile, uel Socratem currere non eſt poſsibile. F

Ad conſequẽtia modaliũ ad neceſſaria. Quarto ſciendum, quòd propoſitiones de primo ordine ſubalternantur illis de quarto, & illæ de ſecundo ſubalternantur illis de tertio. quia repugnant in quantitate, ut patet per ea, quæ dicta ſunt. & per hoc poſſunt haberi plures conſequentiæ iſtarum modalium. quia omnes particulares ſequuntur ad uniuerſales, quibus ſubalternantur, ut illæ de primo ordine ſequuntur ad illas de quarto ordine, ut ad iſtam, Socratem currere eſt neceſſe, ſequuntur omnes de quarto ordine per æquipollentiam, & omnes illæ de primo ordine per legem ſubalternarum, ſimiliter ad iſtam, Socratem non currere eſt neceſſe, ſequuntur omnes aliæ propoſitiones de tertio ordine per æquipollentiam, & omnes illæ de ſecundo ordine per legem ſubalternarum. & ſic ad iſtas duas, Socra. currere eſt neceſſe, & Socratem non currere eſt neceſſe, ſequuntur omnes illæ modales de quatuor ordinibus, & etiam in ipſi poſſunt haberi conſequentiæ ſecundum leges oppoſitionnm ſuperius poſitas. Ex prædicti patet, quòd ad neceſſe eſſe, ſequitur poſsibile eſſe per legem ſubalternarum. & etiam ad neceſſarium ſequitur poſsibile, primum patet per legem ſubalternarum, quia neceſſe eſſe eſt de quarto ordine, & poſsibile de primo. Alia ratio eſt, quia poſsibile in communi dicitur tam de neceſſario, quam de non neceſſario, quia dicitur de omni illo, quod non eſt impoſsibile, & non habet repugnantiam ad eſſe. ideo eſt ſuperius ad neceſſarium, ſed ſuperius ſequitur ad ſuum inferius, ergo ad neceſſarium ſequitur poſsibile. conſequentia ualet per locum a ſpecies ad genus ſuum, ſi conſyderentur poſsibile, & neceſſarium quo ad ſuppoſita, de quibus uerificantur, & ſi conſyderentur quo ad ampliationem ipſorum eſt locus a toto in quantitate ad ſuam partem, quia neceſſarium ampliat uniuerſaliter, & affirmatiuæ. & omnium iſtorum exempla poſſunt uideri in præcedenti figura. G

Argumen. Sed contra prædicta arguitur primo. Omnes contrariæ ſunt uniuerſales, ſed nullæ modales ſunt uniuerſales, cum omnes ſint ſingulares, igitur nullæ modales contrariantur. Secundo ſic. Omnes contrariæ repugnant in qualitate, ſed propoſitiones de quarto ordine. & de tertio non repugnant in qualitate, quia iſtæ ſunt ambæ affirmatiuæ, Socratem currere eſt neceſſe, Socratem non currere eſt neceſſe. igitur illæ de quarto ordine, & tertio non contrariantur. Tertio ſic. Subcontrariæ ſunt eiuſdem ſubiecti, ſed illæ de primo ordine, & ſecundo non ſunt eiuſdem ſubiecti, ut patet de iſtis Socratem non currere eſt poſsibile, igitur non ſunt ſubcontrariantur. Quarto ſic. Illæ de ſecundo ordine ſequuntur ad illas de quarto, igitur non contradicunt ſibi. Antecedens patet, quia ſequitur, Socratem currere eſt neceſſe, igitur Socratem currere eſt contingens, H

per

A per legem ſubalternarum, & ultra ſequitur, Socratem currere eſt contingens, igitur Socratem non currere eſt contingens per conuerſionem in oppoſitam qualitatem. & ſic iſta de ſecundo ordine ſequitur ad primam, quæ eſt de quarto. Quinto ſic. Particulare non ſequitur ad ſuum uniuerſale, ſed neceſſarium eſt uniuerſale reſpectu poſsibilis, igitur ad neceſſarium eſſe, non ſequitur poſsibile eſſe. & ſic propoſitiones de primo ordine non ſubalternantur illis de quarto.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd ex parte totius dicti omnes modales ſunt ſingulares, tamen ex parte modi aliquæ ſunt uniuerſales, & aliquæ particulares. ideo poſſunt eſſe contrariæ. Ad ſecundum dicitur, quòd licet iſta, Socratem non currere eſt neceſſe, ſit formaliter affirmatiua ex parte modi, tamen eſt uirtualiter negatiua, quia uirtualiter includit iſtam, Socratem currere non eſt poſsibile. Ad tertium dicitur, quòd licet in propoſitionibus de ineſſe ſub contrariæ ſint eiuſdem ſubiecti formaliter, tamen non requiritur in modalibus, Solutio.
B quia in ipſis non ſumitur eodem modo oppoſitio ſicut in illis de ineſſe. Ad quartum negato antecedente, dicitur ad probationem, quòd licet propoſitiones de contingenti ad utrumlibet conuertantur in oppoſitam qualitatem. non tamen propoſitiones de contingenti communi, quod ſe extendit ad neceſſarium, & non neceſſarium, de quo eſt hic ſermo, & licet illæ propoſitiones realiter ſint de contingenti ad utrumlibet, tamen prima non ſequitur ad ſuam uniuerſalem inquantum eſt de contingenti ad utrumlibet, ſed inquantum eſt de contingenti communi, & ſub illa ratione non habet conuerti in oppoſitàm qualitatem. Ad quintum dicitur, quod licet ad uniuerſale in prędicando non ſequatur ſuum particulare, ſicut ad animal non ſequitur homo, tamen ad uniuerſale in diſtribuendo, uel ampliando, ſicut eſt neceſſarium reſpectu poſsibilis, bene ſequitur ſuum particulare. Et hæc de primo tractatu dicta ſufficiant.

VERSORII PARISIENSIS

EXPOSITIO,

IN SECVNDVM TRACTATVM PETRI HISPANI.

SVMMA TRACTATVS SECVNDI.

De Quinque uniuerſalibus, ſeu prædicabilibus. Genere, Specie, Differentia, Proprio, Accidenti. Deque his communibus ac proprijs. F

PRAEDICABILE quandoque ſumitur proprie, & ſic ſolum dicitur prædicabile quod de pluribus prædicatur, quandoque ſumitur communiter, & ſic dicitur prædicabile, quod de uno ſolo ſiue de pluribus prædicatur. unde prædicabile, proprie ſumptum, idem eſt quod uniuerſale, ſed G differunt in hoc, quòd prædicabile definitur per dici de, & uniuerſale per eſſe in. eſt enim prędicabile quod aptum natum eſt dici de pluribus, uniuerſale autem quod aptum natum eſt eſſe in pluribus.

Poſtq̃ Petrus Hiſpanus in primo tractatu determinauit de enunciatione ſiue propoſitione, quæ componitur ex terminis incomplexis, hic conſequenter incipit determinare de ipſis terminis incomplexis. Ratio ordinis eſt, quia licet ordine naturæ termini præcedant enunciationem, tamen uia doctrinæ ſcientia de enunciatione conuenienter præponitur ſcientiæ de terminis incomplexis. ſ. de prædicabilibus, & prædicamentis, eò quod totum eſt nobis notius ſuis partibus, & etiam quia oratio perfecte. ſ. propoſitio, quæ continet nomen, & uerbum, de H quibus agitur in primo tractatu quodammodo præſupponitur cognita in Grammatica. ideo procedendo a notioribus, Auctor prius determinat de enunciatione, & conſequenter de terminis incomplexis, licet econuerſo ordinentur in Logica. & primo determinat de incomplexis quantum ad rationes uniuerſalium in hoc ſecundo tractatu, deinde quantum ad rationes ordinabilium in genere ſecundum ſub, & ſupra in tertio tractatu.

Vniuerſalis uariæ acceptiones.

Primo ſciendum, ꝙ licet uniuerſale dicatur multipliciter, quia quoddam eſt uniuerſale in cauſando, ſicut Deus, aliud in cognoſcendo, ſicut intellectus, aliud in diſtribuendo, ſicut ſignum uniuerſale, & aliud in repreſentando, ut ſpecies intelligibilis, tamen hic ſolum eſt propoſitum de uniuerſali in prædicando, quod

eſt

A eſt natura communis, quæ poteſt prædicari de multis. & tale uniuerſale iterum capitur dupliciter. Vno modo materialiter pro tali natura obſolute, & non per comparationem ad intentionem uniuerſalis, & ſic eius conſyderatio pertinet ad Metaphyſicum, alio modo conſyderatur formaliter quantum ad rõnem, & intẽtionem uniuerſalis, & ſic conſyderatur a Logico, & ſic eſt proprium ſubiectum huius tractatus, quia principaliter conſyderatur in hac ſcientia, & ſub eius rõne formali alia hic tradita conſyderantur, & in nulla alia ſcientia conſyderatur ſub propria ratione uniuerſalis, prædicabile autem eſt propria paſsio eius.

Secundo ſciendum, ꝙ tota argumentatio componitur ex enunciationibus. enunciatio autẽ ex terminis incomplexis, qui ſunt ordinabiles in genere ſecundũ ſub, & ſupra, ſicut ſubiectum, & prædicatum. quæ quidem ordinatio fit ſecundũ rõnẽ uniuerſalis, ut generis, aut ſpeciei, nec poteſt cognoſci illa ordinatio, que fit in prædicamentis, niſi p ius cognoſcantur rationes uniuerſalium, quia ordinare B neſcit qui rationes ordinabilium ignorat. ideo hæc ſcientia de uniuerſalibus utilis eſt ad cognitionem prædicamentorum enunciationis quantum ad omnes eius ſpecies. Valet etiam ad aſsignandum definitiones, quæ fiunt ex genere, & dĩa, uel ex gñe, & proprio, & ad cognoſcendũ diuiſiones generis in ſuas ſpecies, uel ſubiecti in accidentia. & iſti ſunt fines extrinſeci huius ſciẽtiæ, ſed eius finis intrinſecus eſt perfecta cognitio uniuerſalem quantum ad rationem uniuerſalis. Et per hoc patet cauſa materialis, & finalis huius tractatus, formalis, & efficiens eodem modo ſunt aſsignandæ, ſicut dictum eſt in primo Tractatu. Vniuerſalium notitia, ad quæ ſit utilis.

Tertio ſciẽdum, ꝙ hic primo determinatur de uniuerſali in communi, deinde ſpeciali quantum ad partes eius. Et ad cognoſcendum eius definitionem Auctor præmittit diuiſionem prædicabilis in cõmuni, quòd diuiditur in prædicabile proprie ſumptũ, quod prædicatur de multis uniuoce, & in prædicabile cõiter ſumptũ, quod prædicatur de uno ſolo uniuoce, ſiue de multis æquiuoce. & per hoc C facile dare rationem huius diuiſionis, & de prædicabili proprie dicto ſolum eſt hic, ad propoſitum, non autem de prædicabili communiter ſumpto.

Quarto ſciendũ, ꝙ prædicabile, & uniuerſale proprie ſumptũ idem ſunt ſecũdũ rem, quia ẽ eadẽ natura cõis realiter, quæ dicitũ uniuerſalis, & prædicabilis, tñ differunt rõne, quia dicitũ uniuerſale inquantũ aptũ natũ eſt eẽ in multis. dicitũ. n. uniuerſale quaſi unum uerſum in multis, ſed dicitur prædicabile, prout aptũ natum eſt prædicari de pluribus. & per hoc habẽtur diffinitiones uniuerſalis, & prædicabilis. Vniuerſale. n. eſt, quod eſt aptum natũ eſſe in multis, & prædicabile eſt quod eſt, aptum natũ prædicari de multis. & quia eſſe in multis naturaliter præcedit dici de multis, ideo ratio uniuerſalis præcedit rationem prædicabilis. & ſic ipſum uniuerſale ſe habet ut ſubiectum, prædicabile uero ut paſſio eius. & per hoc patet quid ſit uniuerſale, & quid prædicabile, & quomodo inter ſe conueniant, & differant. Prædicabile, & uniuerſale in quo differant.

D Sed contra prædicta primo arguitur prædicabile proprie ſumptum continetur ſub prædicabili cõiter ſumpto, igitur in membra prædictæ diuiſionis coincidunt, & non opponuntur. Secundo ſic. Omnis paſsio realiter differt a ſuo ſubiecto, prædicabile eſt paſsio uniuerſalis, igitur differt ab eo ſecundũ rem. Maior patet, quia idem non poteſt demonſtrari de ſeipſo, cum non habeat cauſam inhærentiæ ad ſeipſum, ſed paſsio poteſt demonſtrari de ſuo ſubiecto, igitur differt ab eo ſecundũ rem. Tertio ſic. Quæcunque ſunt eadem realiter habẽt eandẽ definitionem, quia definitio explicat eſſe eſſentiã rei. ergo, ſi uniuerſale, & prædicabile ſint ſecundum rẽ, rõnes eorum nõ differunt. Quarto ſic, ſol eſt prædicabile, & tñ non prędicatur de pluribus nec ẽt luna, ergo definitio prædicabilis eſt inſufficiens. Quinto ſic. Deus eſt quoddã uniuerſale, cũ ſit cauſa uniuerſaliſsima, Argumen.

& tamen

& tamen non eſt aptus natus eſſe in multis, ergo male ponitur definitio uniuerſalis. E

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd, ſi conſyderentur prædicabile proprie ſumptum, & prędicabile communiter ſumptum ſecundum illud quod ſunt, non opponuntur, ſed unum ſub alio continetur. ſed, ſi conſyderentur quantum ad rationes communis, & proprij, ut ſunt membra huius diuiſionis, habēt oppoſitionem. Et licet prædicabile communiter ſumptum conuertatur cum diuiſo quantum ad ſuppoſita, non tamen quantum ad modos ſuę acceptionis. Ad ſecũdum dicitur quòd, licet omnis paſſio extrinſeca realiter differat a ſuo ſubiecto, non tamen intrinſeca. & licet idem ſecundum rem, & rationem ſimul, non poſſit de ſeipſo demõſtrari, tamen idem rem, differens ſecundum rationem, bene poteſt demonſtrari de ſeipſo, quo modo ſunt uniuerſale, & prædicabile. Ad tertium dicitur, quòd licet ea, quæ ſunt eadem realiter habeant eadem definitioñ quiditatiuam, poſſunt tamen habere diuerſas rationes deſcriptiuas ſecundum diuerſos eſſendi eiſdem rei. & ſic eſt de uniuerſali, & prædicabili. F

Ad quartũ dicitur, quòd licet Sol non prædicetur actu de multis, nec ſit actu in multis propter repugnantiam ſuæ materiæ, quæ tota actuata eſt per unam formam prædicatur de multis ſecũdum aptitudinem ſuæ formæ, quę de ſe communicabilis eſt. Ad quintum dicitur, quòd Deus eſt uniuerſale in cauſando, & non in prædicando, de quo datur definitio.

Quinque prædicabilia quæ ſint.

Prædicabile autem, ſiue uniuerſale, dicitur in Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, & Accidens, & ſolum de his quinque hic intendimus.

Poſtq̃ Auctor definiuit uniuerſale, & prædicabile proprie ſumptum, hic conſequenter ponit diuiſionem uniuerſalis, ſeu prædicabilis dicens, quòd prędicabile diuiditur in Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, & Accidens, quæ diuiſio probatur per ſufficientiam. quia omne prædicabile prædicatur in quid, uel in quale. ſi in quid, hoc eſt dupliciter, uel in quid de pluribus differentibus numero, & ſic eſt Species, uel in quid de pluribus differentibus ſpecie, & ſic eſt Genus, ſi in quale, hoc eſt dupliciter. uel in quale eſſentiale, & ſic eſt Differentia, uel accidentale, & hoc eſt dupliciter. uel in quale conuertibile, & ſic eſt proprium, uel non conuertibile, & ſic eſt Accidens. & iſtorum etiam faciliter daretur ſufficientia ſecundum quòd conſyderantur in ratione uniuerſalis accipiendo diuerſas rõnes ipſorum uniuerſalium. G

vniuerſale triplex. Primo ſciendum, quòd uniuerſale ſecundum ſuum eſſe diuiditur. ſ. in uniuerſale in re, ante rem, & poſt rem. & ante rē ad huc dupliciter. ſ. ante rem natura, & tempore ſimul, & ante rem natura tantum, & ſic uniuerſale ante rem natura, & tempore ſimul, eſt natura cõis accepta, ſecundum eſſe, quod habet in intellectu primæ cauſæ, uel in cauſis ſecundis in quo eſſe natura, & tempore pręceſſit productionem ſingularium, ſed uniuerſale ante rem natura tantum, ē eadem natura cõis conſyderata ſecundum ſe, & quantum ad ſua principia eſſentialia ſine reſpectu ad ſua ſingularia, quę ipſa naturaliter præcedit tanq̃ principium formale ipſorum, licet non habeat ſuum eſſe extra ſingularia. Sed uniuerſale in re, eſt natura cõis, accepta ſecundum eſſe quod habet in ſuis indiuiduis, quibus dat eē, & rõnē tanq̃ principium intrinſecum, & eſſentiale ipſorum. ſed uniuerſale poſt rē, eſt eadem natura cõis accepta ſecũdum eſſe quod habet in intellectu noſtro, per quem H

A quem abſtrahitur a ſuis ſingularibus. & illo modo uniuerſale quandoque dicitur intentio,quia mediante ipſo,intellectus tendit in cognitionem rei ad extra.unde intentio dicitur conceptus rei.

Secundo ſciendum, ꝙ duplex eſt intentio.ſ.prima,& ſecunda. Prima intentio eſt conceptus primarius quem habemus de re.Sed ſecunda intentio eſt ſecundarius conceptus,quem intellectus facit de re iam cognita in prima intentione, ut cum intellectus concipit naturam animalis ſecundum ſe, ibi eſt prima intentio. & ſignificatur iſte conceptus hoc nomine primæ intentionis Animal. Sed, cum intellectus concipit illam eandem eſſentiam per reſpectum ad multa inferiora,in quibus eſt,ibi eſt ſecunda intentio,& ſignificatur hoc nomine ſecundæ intentionis.ſ.uniuerſale,quia hoc modo concipit ipſam tanquam unum uerſum in multis,& percipit uniuerſalitatem illius naturæ communis, quia cognoſcit eam per reſpectum ad multa. &, cum cognoſcit illam naturam eſſe communem ad mul-
B tas ſpecies,ſibi attribuit generalitatem,quæ ſignificatur hoc nomine genus.& ſimiliter daretur exemplum de aliis quatuor prædicabilibus. Quid prima, & ſecũda intẽtio.

Tertio ſciendum, quòd in præſenti diuiſione non diuiditur uniuerſale pro re aliqua ſubiecta intentioni uniuerſalis,ſed pro ipſa communi intentione. &, quia talis intentio communis non ſignificat aliquam unam naturam, ideo non poteſt habere aliquam unam definitionem ſimpliciter, cum unitas definitionis præſupponat unitatem definiti,ideo non dicitur uniuoce de quinq; prędicabilibus,quia nihil eſt unum realiter,ꝙ ſit uniuocum ad quinque prædicabilia, quæ dicunt res diuerſorum generum,& etiam intentio uniuerſalis non dicit eſſentiam rei ſecundum ſe, nec quiditatem eius, ſed formaliter importat reſpectum ſuperadditum eſſentiæ,ut uiſum eſt ideo non poteſt prædicari in quid de quinque prædicabilibus,quare non eſt genus ad quinque prædicabilia.

Querto ſciendum,ꝙ uniuerſale dicitur de iſtis quinque uniuerſalibus analo-
C gice,ideſt ſecundum prius,& poſterius,cuius ratio eſt.quia uniuerſale debet eſſe unum in multis,ſed unum non poteſt eſſe in multis niſi per diuiſionem eius, ſed diuiſio primo conuenit generi,quod diuiditur per differentias formaliter,&,quia genus conſtituit ſpeciem cum differentia,ideo dat ſibi diuiſibilitatem.ipſa tamen diuiditur ſolum diuiſione materiali per ſua indiuidua. Et differentia eſt in ſpecie, & etiam proprium,ideo utrunque diuiditur per diuiſionem ſpeciei,& per ipſam habet eſſe in multis.& ſimiliter accidens commune,quod diuiditur diuiſione ſpeciei,uel generis per diuerſa indiuidua,habet eſſe in multis. & ſic eſſe in multis primo conuenit generi,ſecundo ſpeciei,tertio,per ſpeciem conuenit differentiæ, proprio,& accidenti.ideo uniuerſale per iſta quinque diuiditur diuiſione analogi in ſua analogata,& non generis in ſuas ſpecies.

Sed contra prædicta primo arguitur. Ens eſt prædicabile,cum prædicetur de multis,& tamen non continetur ſub aliquo iſtorum quinque uniuerſalium,ergo Argumen.
D diuiſio nulla.

Secundo ſic,uniuerſale,quod hic diuiditur eſt aliquod uniuerſale, cum ſibi cõueniat definitio uniuerſalis prius poſita,& tamen non continetur ſub aliquo iſtorum membrorum diuiſionis,igitur. Tertio ſic. Prędicabile,& prædicamentum idem ſunt,ſed decem ſunt prędicamenta,igitur decem ſunt prædicabilia,igitur. Quarto ſic.Genus uere prædicatur de ſpecie.ergo genus,& ſpecies non opponuntur inter ſe,igitur iſta diuiſio non datur per membra oppoſita. Quinto ſic.Qualitas eſt accidens,& etiam genus cum ſit unum prædicamentum. igitur genus,& accidens,quæ ſunt membra diuiſionis coincidunt igitur diuiſio non eſt bona.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd ens non prædicatur tanquam aliquod unum de multis,quia non prædicatur uniuoce,ideo non eſt uniuerſale,nec prædicabile Solutio.

prædicabile proprie ſumptum,licet ſit prædicabile cōiter ſumptum,quia æquiuoce prædicatur de multis. & hic ſolum diuiditur prædicabile proprie ſumptum. Ad ſecundum dicitur, quòd uniuerſale,quod hic diuiditur, non dicit aliquam unam communem naturam,quæ ſit in multis, ideo non eſt aliquod uniuerſale, ſed eſt una intentio communis dicta analogice de quinque prædicabilibus,& definitio uniuerſalis non conuenit,ſibi æqualiter pro omnibus ſuis ſuppoſitis, ſed ſolum ſibi conuenit tanquam communi analogo ſecundum prius, & poſterius nec datur iſta definitio pro iſta intentione ſecundum ſe,ſed pro re ſubiecta intentioni. Ad tertium dicitur,quòd licet idem ſit realiter prædicabile,& prædicamentum,hoc tamen eſt diuerſis rationibus, quia dicitur prædicabile inquantum poteſt prędicari de pluribus, & prædicamentum inquantum metitur, & colligit omnia prædicabilia eiſdem coordinationis, ſicut eſt genus generaliſſimum,uel ipſa tota coordinatio dicibilium eiuſdem generis. Aliter enim diſtinguuntur prædicabile,prædicamentum; & prædicatum.nam prædicabilia diſtinguuntur per ſuos modos prædicandi de ſuis ſubiicibilibus,& prædicamenta ſecundum diuerſos modos prædicandi de prima ſubſtantia,ſecundum quòd prædicantur uniuoce,& denominatiue, & prædicata ſecundum diuerſos modos inhærendi ſuis ſubiectis.ſcilicet eſſentialiter,uel accidentaliter. ideo non oportet tot eſſe prædicabilia quot ſunt prædicamenta,uel prædicata Ad quartum dicitur,quòd ſi genus,& ſpecies conſyderentur materialiter quantum ad id,quòd ſunt genus prædicatur de ſpecie,& ſic nō opponuntur,ſed ſi conſyderentur formaliter quantum ad intentiones generis,& ſpeciei opponūtur,quia genus dicit reſpectum ad diuerſas ſpecies,& ſpecies ad ſuum genus,quod ipſa ſpecificat,& determinat. Ad quintum dicitur,quòd qualitas.per reſpectum ab ſubſtantiam dicitur accidens,& per reſpectu ad ſua inferiora dicitur genus,ideo non eſt idem formaliter quod dicitur genus,& accidens,ſed materialiter tantum. & ſecundum diuerſas formas reſpectiuas ſibi attribuuntur illæ diuerſæ intentiones.

Prędicabile, prædicamentum,& prædicatū quō diſtinguantur.

E F G

De generis triplici acceptione.

Cap.ij.uniuerſalium.

GEnus dicitur tripliciter. Primo modo dicitur genus collectio multorum ſe habentiū quodammodo ad ſeinuicem,& ad unum principium,ut collectio eorum,qui ſunt de eadem parentela,deſcendentium ab uno,ut Romani a Romulo. Secundo modo dicitur genus, quod eſt principium uniuſcuiuſque generatio nis,ut pater,uel patria,ſiue locus. Tertio modo dicitur genus,cui ſupponitur ſpecies,& hoc ultimo modo ſumitur hic genus.

Poſtq̄ determinatum eſt de uniuerſali in communi tam definitiue,q̄ diuiſiue, hic conſequenter in ſpeciali determinat de quolibet quinque prædicabilium,&, quia,genus,ſpecies,& differentia prædicantur eſſentialiter, ideo prius de ipſis determinatur,quàm de aliis,quæ prędicantur accidentialiter,& prius de genere,& ſpecie.quæ prædicantur in quid quàm de differentia, quæ prædicatur in quale. Illud enim, quod prędicatur in quid importat eſſentiam rei per modum ſubſtantiæ,& quod prædicatur in quale importat eſſentiam per modum accidentis, ideſt ſub modo qualitatis & quia genus eſt in multis ſpeciebus, ſpecies uero in multis indiuiduis,ideo genus eſt uerius uniuerſale, quàm ſpecies.quare Auctor prius determinat de genere,quam de ſpecie, primo ponens eius acceptiones ad eiiciendum membrum,de quo eſt ſibi ad propoſitum. H

A Vbi primo eſt ſciendum, ꝗ tres ſunt acceptiones generis. nam primo modo accipitur genus, ut eſt collectio multorum quodam modo ſe habentium ad ſeinuicem, & ad unum principium, ut eſt collectio multorum eiuſdem cognationis, uel progeniei, ut tota progenies Romanorum, quæ deſcendit a Rumolo, dicitur unum genus, & hoc modo genus eſt idem quod progenies. ſecundo modo dicitur genus quod eſt principium alicuius generationis, ut primus pater, uel genitor progeniei dicitur genus reſpectu filiorum, per hoc ſcilicet, quòd ab eo tranſmittitur ſemen, unde ille generant. Etiam locus eſt principium generationis per hoc ꝗ in eo eſt uirtus generatiua, & conſeruatiua locati. ratione cuius homines nati in eodem loco conueniunt in colore, uel in complexione, uel in aliquo alio propter unitatem uirtutis generatiuæ loci quæ coadiuuat uirtutem generatiuam patris, inde locus dicitur genus. Tertio modo dicitur genus id, cui ſupponitur ſpecies. & illo modo eſt genus logicum, & alii modi ſunt modi B dicti in ciuilibus, ad cuius ſimilitudinem genus logicum ſumitur. Vide alios ubi hæc ad unguem.

Secundo ſciendum, ꝗ hic ſpecialiter eſt determinandum de genere logico. & non de aliis acceptionis generis. Et quia genus logicum, ſumptum eſt per ſimilitudinem a genere dicto in ciuilibus, ideo hic enumerantur iſtæ duæ primæ acceptiones, ad quarum ſimilitudinem dicitur genus logicum ut per illas acceptiones habeatur cognitio de genere logico. & quia hic non enumerantur omnes acceptiones generis, ſed ſolum illæ, ad quarum ſimilitudinem dicitur genus logicum. ideo hic nulla fit mentio de genere fœminino maſculino, actiuo, paſſiuo, & neutro, quia ad ſimilitudinem eorum non ſumitur genus logicum, licet forſan habeat aliquam ſimilitudinem cum ipſis. Genus logicum.

Tertio ſciendum, ꝗ genus logicum habet aliqualiter conuenientiam, & differentiam cum genere primo modo dicto. conuenit enim in hoc, quia ſicut genus primo modo dictum dicit collectionem multorum ad ſeinuicem, ita genus logi- C cum dicit collectionem multarum ſpecierum, quæ ſub eo continentur, ſed ſic differunt, quia talis collectio eſt totum integrale reſpectu collectorũ in ipſa, ſed genus logicum eſt totum uniuerſale reſpectu ſpecierum, & non totum integrale.

Quarto ſciendum, ꝗ genus logicum, & genus ſecundo modo dictum conueniunt etiam, & differunt. Conueniunt quidem, quia ſicut genus ſecundo modo dictum eſt principium ſuorum generatorum, ſic etiam genus logicum eſt principium formale ſuarum ſpecierum. & ſicut ſecundo modo dictum traſfundit uirtutem generatiuam, & ſemen propagationis per ſua generata, ſic etiam genus logicum multiplicat ſuam eſſentiam per ſuas ſpecies. Sed differunt quia genus ſecundo modo dictum non eſt totum per eſſentiã in quolibet generatorum, ideo de ipſis non prædicatur nomine, & ratione. ſed genus logicum eſt totum per eſſentiam in qualibet ſpecie eius. ideo de ipſis prædicatur uniuoce, unde patet, ꝗ ſecunda acceptio generis maiorem habet conuenientiam cum genere lo- D gico, quam prima. ideo ſibi iuxta ponitur tanquam magis pertinens ad propoſitum, quam prima. & per hoc patent acceptiones generis, & ordo ipſarum.

Sed contra prædicta primo arguitur ſic. Omne genus eſt uniuocum, igitur non eſt æquiuocum, igitur non ſunt acceptiones generis. Secundo ſic. Genus ſemper dicit aliquid unum, ſed collectio multorum eiuſdem progeniei non eſt aliquid unum, ergo non debet dici genus. Tertio ſic. Genus eſt unum uniuerſale, ſed princip.ũ gñationis, ut pater, uel locus eſt unũ ſingulare, igiť nõ debet dici genus. Quarto ſic. Omne, qđ eſt genus eſt gñans, uel genitum, quia genus dř a gigno gignis, uel de g'gnorris, ſed patria, uel locus non eſt gñans uel genitus, ergo non eſt genus. Quinto ſic. Genus, & ſpecies idem ſunt, quia dicent eandem eſſentiã. ſed idẽ non poniť ſub ſeipſo, igitur genus non eſt cui ſupponitur ſpecies. Argumen.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ genus logicum captum pro re ſubiecta intentioni ſemper eſt uniuocum, tamen intentio generis in communi bene dicitur æquiuoce de genere ciuili, & logico. Ad ſecundum dicitur, quod collectio multorum eiuſdem prolis non eſt aliquid unum in numero, tamen eſt aliquid unum propter unitatem principij materialis, quod eſt ſemẽ propagationis multiplicatum in tota progenie, a quo exiſtentes in illa progenie habent affinitatem inter ſe, & ad ſuum principium. Ad tertium dicitur, ꝙ licet genus logicum ſemper ſit uniuerſale, non tamen genus dictum in ciuilibus, ſed eſt quãdoq; ſingulare, ſicut pater generans aliquam prolem. Ad quartum dicitur, quod licet locus non ſit generans principale, tamen coadiuuat uirtutem principalis agentis ratione uirtutis diffuſæ in loca a corporibus cœleſtibus. Ad quintum dicitur, ꝙ licet genus, & ſpecies dicant eandem eſſentiam, non tamen ſub eodẽ modo eſſendi, ſed ſub diuerſis. quia genus dicit eam ſub eſſe confuſo, & communi, ſpecies uero ſub eſſe determinato per differentiam. ideo genus ratione communitatis bene ponitur ſupra ſpeciem. E F

Quid ſit genus.

Et definitur ſic. Genus eſt quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid eſt, ut animal prædicatur de homine, & de equo, & leone quę differunt ſpecie.

Poſtq̃ Auctor poſuit tres acceptiones generis, hic conſequenter determinat de tertia. ſ. de genere logico, de quo ſolum eſt hic ad propoſitum, ipſum primo in ratione prædicabilis definiens ſic. Genus eſt quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid. In qua definitione ſubintelligitur, uniuerſale loco generis per hoc relatium quod, dans intelligere ſuum antecedens ſcilicet uniuerſale. deinde ponitur prædicatur in quid, ad differentiam differentiæ proprij. & accidentis, quæ prædicantur in quale. deinde ponitur de pluribus differentibus ſpecie, ad differentiam ſpeciei, quæ prædicatur ſolum de duo, ſed potius diſtinguitur ab eo per primam partem definitionis, in qua ſubintelligitur uniuerſale. G

Primo ſciendum, quòd genus eſt nomen ſecundæ intentionis, & in ſua ſignificatione duo repræſentat. Primum eſt natura communis pluribus ſpeciebus, quæ dicitur res ſubiecta eius. Secundum eſt reſpectus naturæ communis ad diuerſas ſpecies, qui dicitur generalitas. & conceptus generalitatis illius eſt intentio generis. Primum eſt materiale in genere, & ſe habet ut ſubſtantia, cuis nomen generis attribuitur. Secundum uero eſt formale, & ſe habet ut qualitas, a qua nomen generis imponitur, ideo genus formaliter inquantum genus eſt, dicit talem reſpectum generalitatis. &, quia talis reſpectus non eſt actualiter in rebus, ſed ſolum in intellectu, qui abſtrahit talẽ naturam a pluribus ſpeciebus, & ipſam poſtea ad eas comparat, ideo talis intentio habet fundamentum in re, & complementum in intellectu. Ex dictis patet ratio quare genus quandoq; ſupponit pro illa natura communi, ut dicendo genus prædicatur in quid, quandoq; uero pro intentione generalitatis, ut dicendo genus eſt ſecunda intentio. in hac autem definitione definitur genus ſub intentione communi pro ipſa re ſubiecta, cui conuenit prædicari in quid. H

Prædicari quid ſit, & quid ad ipſis reqrit. Secundo ſciendum, ꝙ prædicari dupliciter capitur. Vno modo generaliter ut comprehendit prædicari uere, uel falſe, affirmatiue, uel negatiue. Alio modo ſpecialiter pro prædicatione uera, & affirmatiua, & hic ſumitur prædicari ſpecialiter, & non generaliter, quia indiuiduum poteſt prædicari in quid negatiue,

A uel falſe de pluribus differentibus ſpecie, ſed hoc non eſt prædicari ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quid. Et dicit hoc uerbum prædicatur, aptitudinem & non actum, ſicut in alijs definitionibus uniuerſalium. Et ad hoc ꝙ aliquid prædicetur requiruntur tres conditiones. Prima ꝙ ſit forma, ideo materia non poteſt prædicari de toto compoſito. Secunda, ꝙ ſit forma totius, ideo forma partis non eſt prædicabilis, ut hæc non eſt uera, homo eſt animal rationalis. Tertio eſt, ꝙ illa forma deſignetur per modum totius, ideo forma deſignata in abſtracto per modum partis non eſt prædicabilis, ut hæc non eſt uera, Socr. eſt humanitas, ſed iſta Socrates eſt homo, quia ibi tenet per modum totius.

Tertio ſciendum, ꝙ illud prædicatur in quid, quod importat formam eſſentialem rei per modum per ſe ſtantis, & non præſupponit aliquid ante ſe, quod qualificet, & determinet. & quia genus importat eſſentiam ſpeciei per modum per ſe ſtantis, & non ſub modo adiacentis alteri, quia non præſupponit aliquid B ante ſe, quod determinet ſicut facit differentia, ideo genus prædicatur in quid. Aliquid tamen poteſt ſimpliciter dicere quid, ſi re eſſentiam rei. uno modo ſecundum rem, & modum ſimul, ſicut genera, & ſpecies de genere ſubſtantiæ. alio modo ſecundum rem tantum, ſicut differentia ſubſtantialis, quæ dicit quid tantum ſecundum rem per modum qualitatis. Tertio modo, ſecundum modum tantum, ut genera, & ſpecies accidentium.

Quarto ſciendum, quòd genus in ſua potentia habet differentias oppoſitas, per quas diuiditur, ſed quælibet differentia conſtituit unam ſpeciem ſub genere, ideo genus ſub ſe continet ſpecies oppoſitas, & diſtinctas, in quibus eſt eſſentialiter, ideo prædicatur de differentibus ſpecie. & per hoc patet intellectus definitionis.

Sed contra prædicta primo arguitur. Omnis definitio debet notificare naturam definiti, ſed in iſta ponitur illud nomen infinitum, quod, quod nihil poteſt notifi- C care, eo ꝙ eſt infinitum, & ignotum, igitur definitio mala eſt. Secundo ſic. Omne prædicabile dicit formam totius, ſed genus non dicit formam totius, ſpeciei, ſed ſe habet per modum partis materialis ad ipſam, & differentia per modum formæ, igitur male dicitur, ꝙ genus prædicatur de ſpecie. Tertio ſic. Omne quod prædicatur dicit totum eſſe illius, de quo prædicatur, genus autem non dicit totum eſſe ſpeciei, cum non dicat eſſe datum ſpeciei per differentiam. igitur non prædicatur de ſpecie. Quarto ſic. Omnis forma qualificans aliquid dicit quale, & prædicatur in quale, ſed genus dicit formam qualificantem aliquid cum omnis forma qualificet materiam ſuam, ergo genus prædicatur in quale, & non in quid. Quinto ſic. Quæcunque conueniunt in aliquo indiuiſibili ſecundum eſſentiam ſunt idem eſſentialiter, & in ſpecie, ſed quæcunque ponuntur ſub genere conueniunt in uno indiuiſibili per eſſentiam, quia genus eſt indiuiſibile ſecundum eſſentiam. igitur illa, quæ ſunt ſub genere conueniunt in ſpecie, & ſunt idem eſſen- D tialiter. igitur genus non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. — Argumen.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet hoc pronomen quod, de ſe ſit infinitum, tamen in illa definitione capitur finite, & finitur per ea quæ ſibi adduntur, & per ſuum antecedens. ideo poteſt notificare definitum. Ad ſecundum dicitur, ꝙ ſi conſyderetur genus, ut contractum eſt ad ſpeciem per differentiam, bene habet modũ partis materialis, & ſpecies modum totius, ſed ſi conſyderet̃ in cõi, ut ſub ſe continet multas ſpecies, ſe habet per modũ totius, & eſt totum uniuerſale reſpectu ſpeciei. ideo hoc modo põt de ſpecie prædicari. Ad tertium dicit̃, ꝙ ſpecies habet duplex eſſe ſ. confuſum, qđ habet in genere, in quo cõuenit cũ alijs ſpeciebus, & eſſe diſtinctũ qđ habet per differentiã, in quo differt ab alijs ſpeciebus. & licet genus non dicat totum eſſe diſtinctũ ſpeciei, tamẽ dicit totũ eſſe con- — Solutio.

G 2 fuſum

ſignificat illam de impoſsibili eſſe negatiuam de modo, & V. ſignificat illam de E
neceſſario eſſe negatiuam de utroque, & ſimiliter exponerentur aliæ dictiones pro aliis ordinibus ſecundum ſignificationes ſuarum uocalium iuxta ſententiam illorum uerſuum in proxima expoſitione poſitorum ſuperius. Et per hoc patent æquipollentiæ propoſitionum modalium.

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur ſic. Hoc dictum hominem eſſe animal, eſt poſsibile, & tamen non eſt contingens, cum ſit neceſſarium, ergo male dicitur in prima regula, cuicunque dicto affirmato attribuitur poſsibile eidem attribuitur contingens. Secundo ſic, Huic dicto negato. Deum non eſſe attribuitur poſsibile, dicendo, Deum non eſſe eſt poſsibile & tamen ab eo non remouetur impoſsibile cum ſemper ſit impoſsibile. igitur contra ſecundam regulam.

Tertio ſic. Impoſsibile ſemper negat dictum, cui attribuitur, quod deſtruit cōpoſitionem eius. igitur non poteſt attribui dicto affirmato, contra tertiam regulam. Quarto ſic. Propoſitio affirmatiua, & negatiua nunq̃ ſunt æquipollentes, F
quia non æquiualent in qualitate. igitur propoſitio negatiua de poſsibili, & affirmatiua de neceſſe, nunq̃ equiualent contra quartam regulam. Quinto ſic. Omnes propoſitiones æquiualentes debent eſſe eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati, cum æquipollentia duarum propoſitionum utroque termino participantium ſecundum eundem ordinem, ſed illa de poſſibili, & de neceſſario, quæ ponuntur in quarta regula, non habent idem ſubiectum, quia in eis contradictoria dicta ſubiiciuntur, nec idem prædicatum, quia non eſt idem modus in ipſis igitur illæ propoſitiones non ęquiualent.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd ſi capiatur contingens ſpecialiter pro contigenti non neceſſario, quod diuiditur per contingens natum, raro, & ad utrumlibet, illud dictum hominem eſſe animal non eſt contingens, ſed, ſi capiatur generaliter contingens, ut conuertitur cum poſsibili, & diuiditur per neceſſarium, & non neceſſarium, ſic bene eſt contingens, illo modo capitur contingens. hic. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet ab hoc dicto, Deum non eſſe, non uere re- G
moueatur impoſsibile, tamen falſe remouetur ab ipſo eodem modo, ſicut poſsibile falſe ſibi attribuitur. Ad tertium dicitur ꝙ licet impoſsibile neget uirtualiter dictum, cui attribuitur, non tamen formaliter. ideo poteſt attribui dicto formaliter affirmato. Ad quartum dicitur, quòd licet affirmatiua, & negatiua de eiſdem extremis nunquam ſint ęquipollentes, tamen illæ de diuerſis extremis poſſunt æquipollere, quo ad ueritatem, & falſitatem, licet non ſecundum qualitatē.

Ad quintum dicitur, ꝙ ſi capiatur æquipollentia ſpecialiter pro æquiualentia propoſitionum utroque termino participantium in qualitate, & quantitate, ueritate, & falſitate, ſic maior eſt uera, ſed ſi capiatur generaliter pro quacunque æquiualentia duarum propoſitionum in ueritate, & falſitate, ſic eſt falſa, & in propoſito ſic accipitur ęquiualentia generaliter.

H

Regulæ communes ad omnium modalium accidentia.

Item æquipollentia, & conuertentia, & conſequentia propoſitionum modalium poteſt haberi per has regulas. Prima regula. Omnes enim propoſitiones de poſsibili, & impoſsibili æquipollent uerbo ſimiliter ſe habente, & modo disſimiliter, ut Socratem currere eſt poſsibile, & Socratem currere non eſt impoſsibile. Secunda regula. Omnes propoſitiones de poſsibili, & de neceſſe ęquipollent, uerbo, & modo disſimiliter ſe habentibus, ut Socratem currere eſt poſsibile, & Socratem

A cratem non currere nõ eſt neceſſe. Tertia regula omnes propoſitiones de impoſsibili, & neceſſe æquipollent, uerbo diſsimiliter ſe habente, & modo ſimiliter. ut Socratẽ currere non eſt impoſsibile, & Socratẽ nõ currere nõ eſt neceſſe. & intelligatur modus ſimiliter, & diſsimiliter ſe habere quantum ad affirmationem, & negationẽ, ut dicatur modus ſimiliter ſe habere, quando affirmatur, uel negatur utrobiq; Diſsimiliter autem, quando affirmatur in una, & negatur in altera, & eodẽ modo intelligẽdum eſt de uerbo ſicuti dictum eſt de modo. Et ſciendũ eſt, quòd prædictæ regulæ non faciunt mentionem de contingenti, eò quòd contingens conuertitur cum poſsibili. unde idem eſt iudiciũ de
B propoſitionibus utriuſque. Exempla autem huius quærantur in ſuperiori figura diſpoſita per quatuor ordines in prima, ſecunda, tertia, & quarta linea, quia iſta regula eſt generalis ad omnes.

Poſtq̃ Auctor ſuperius oſtendit per quatuor regulas æquipollentias, & conſequentias modalium, hic conſequenter notificat ipſas ſecundum alias regulas. & quamuis ipſæ æquipollentiæ ſufficienter notificentur per regulas prædictas, tamen magis facile cognoſcuntur per iſtas regulas cum aliis, qua per alias tantum. ideo iſtæ regulæ ad maiorem, & faciliorem cognitionem hic conuenienter, ponuntur, & non ſuperfluæ.

Primo ſciendum, quòd negatio poſita ad modum negat quantitatem ampliationis temporum, quę ſe tenet ex parte modi, & etiam qualitatem propoſitionis, quia negat modificationem, & ex conſequenti compoſitionem modificatam. ideo
C mutat quantitatem, & qualitatem propoſitionis, & facit contradictorias æquipollere ipſa enim negatio præpoſita modo ſimiliter ſe habet in modalibus ſicut negatio præpoſita ſigno in illis de ineſſe. Sed negatio poſita ad dictum tantum, negat ſolum compoſitionem propoſitionis, & non quantitatem modi, & ſic non mutat quantitatem ipſius, quia in negando præuenit ampliationem modi. ideo talis negatio mutat qualitatem, & non quantitatem, & ſe habet negatio poſtpoſita ſigno, quę facit æquipollere contrarias, ſed negatio poſita ad dictum, & ad modum ſimul, mutat quantitatem ſolum, ideo ſe habet ut negatio præpoſita & poſtpoſita ſigno, & facit æquipollentiam ſubalternam.

Negationis officiũ in modalibus.

Secundo ſciendum, quòd ad cognoſcendum prædictas æquipollentias ponuntur hic tres regulæ. Prima eſt, quòd propoſitiones de poſsibili, & impoſsibili ęquipollent uerbo ſimiliter ſe habente, & modo diſsimiliter. Cuius ratio eſt, quia propoſitiones de poſsibili, & impoſsibili contradicunt, ſed negatio poſita ad mo
D dum tñ, facit contradictorias æquipollere, ut dictum eſt, ideo propoſitiones de poſsibili, & impoſsibili æquipollent modo diſsimiliter ſe habente, & uerbo ſimiliter. Et dicitur modus ſimiliter ſe habere quantum ad affirmationem, & negationem, quando in utraque affirmatur uel negatur, & diſsimiliter, quando in una negatur, & in alia affirmatur. & ita intelligitur uerbum ſimiliter, uel diſsimiliter ſe habere ſuo modo.

Prima regula.

Tertio ſciendum, quòd ſecunda regula talis eſt Omnes propoſitiones de poſſibili, & neceſſario æquipollent uerbo, & modo diſsimiliter ſe habẽtibus. Cuius ratio eſt quia propoſitiones de poſsibili, & neceſſario affirmatiuæ de dicto, & modo ſimul opponuntur ſubalternæ, ſed negatio poſita ad dictum, & ad modum ſimul facit in modalibus æquipollentiam ſubalternatum, quia ſe habet ſicut

Secunda regula.

negatio præpoſita & poſtpoſita ſigno in illis de ineſſe, ideo propoſitiones de E
poſſibili,& neceſſario æquipollent poſita negatione ad dictum, & ad modum ſi
mul. unde ex iſtis duabus regulis ſequitur quod propoſitiones de contingenti,&
impoſsibili etiam æquipollent uerbo ſimiliter ſe habente, & modo diſsimiliter:
ſed illę de contingēti,& neceſſario ęquipollent uerbo,& modo diſsimiliter ſe ha
bentibus,quia illæ de poſsibili,& contingenti adinuicem conuertuntur.

Tertia regula. Quarto ſciendum,pro tertia regula,quòd propoſitiones de impoſsibili, & ne
ceſſario æquipollent uerbo diſsimiliter ſe habēte,& modo ſimiliter. Cuius ratio
eſt.quia illę de impoſsibili, & neceſſario affirmatiuę de utroq; contrariantur,ſed
negatio poſita ad dictum tantum in modalibus facit contrarias æquipollere,
quia ſolum mutat qualitatem,igitur illę de impoſsibili,& de neceſſario æquipol
lent uerbo diſsimiliter ſe habēte, & modo ſimiliter. Hic aūt nō ponuntur regu
læ in textu de ęquipollentijs propoſitionum de contingenti, quia de ipſis idem
eſt iudicium,ſicut de illis de poſsibili, eo, quòd contingens, & poſsibile conuer F
tuntur,capiendo contingens in cōi,ut ſe extendit ad neceſſarium,& non neceſſa

Ad præteritum nulla eſt potētia. rium.& cauſa eſt,quia utrunque ampliat ad præſens, & ad futurum affirmatiue
& non ad pręteritum,eo quòd utrunque dicit potentiam,& potentia ſe habet ad
pręſens, & ad futurum, quia ad pręteritum nulla eſt potentia. ideo propoſitio
nes de poſsibili, & contingenti adinuicem conuertuntur,& æquipollent uerbo,
& modo ſimiliter ſe habentibus.

Argumē. Sed contra prædicta primo arguitur. Iſtæ duæ æquipollent de poſsibili, & im
poſsibili,Socratem currere eſt poſsibile,& Socratem currere nō eſt impoſsibile,
& tamen uerbum non ſe habet ſimiliter,quia in una negatur hoc uerbū eſt,& in
alia affirmatur,igitur illę de poſsibili,& impoſsibili,nō æquipollent uerbo ſimili
ter ſe habent. Secundo ſic Oēs ęquipollentes in modalibus ſunt eiuſdem quanti
tatis ex parte modi, igitur modus in omnibus eodem modo ampliat, & ſe ha
bet ſimiliter, igitur illæ de poſsibili, & impoſsibili non æquipollent modo diſsi- G
militer ſe habente. Tertio ſic, iſtæ non æquipollent,Socratem currere eſt poſ
ſibile,& Socratem nō currere, nō eſt neceſſe,quia prima aliquid ponit,& ſecūda
non,cùm ſit negatiua tam de dicto.q̃ de modo. igitur illę de poſsibili,& neceſſa
rio, non æquipollent, uerbo, & modo diſsimiliter ſe habentibus. Quarto ſic.
Impoſsibile ſemper includit negationem,& neceſſe affirmationem. igitur impoſ
ſibile,& neceſſe non poſſunt ſimiliter ſe hr̄e quantum ad affirmationem, & ne-
gationem,ergo propoſitiones de ipſis non æquipollent, modo ſimiliter ſe habē
te,& uerbo diſsimiliter.

Quinto ſic. Illa quæ ſunt inter ſe diuerſa,non conuertuntur,ſed poſsibile, &
contingens ſunt diuerſi modi,nam aliter,non erunt quatuor modi facientes pro
poſitionem modalem. ergo poſsibile, & contingens non conuertuntur inter ſe.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd licet in illis propoſitionibus uer-
bum uniens modū cum dicto,ſe habeat diſsimiliter, tñ uerbum dicti ſe habet ſi H
militer,& ſolum de illo hic intelligit. Ad ſecundū dr̄,quòd licet in omnibus mo
dalibus,q̃ æquipollēt, modus ſe habeat ſimiliter quātū ad amplitationem,nō tñ
quantum ad affirmationem, & negationem. & hoc modo intelligitur modus
diſsimiliter ſe hr̄e,uel ſimiliter. Ad tertium dicitur,quòd iſta,Socratem nō curre
re non eſt neceſſe,nihil ponit primo,& per ſe,tamen ponit aliquid ex conſequen
ti,quia negat hoc dictum,Socratem non currere eſſe neceſſarium,ideo ex conſe
quenti ponit ſuū cōtradictorium eſſe poſsibile. Ad quartū dicitur, ꝙ licet impoſ
ſibile includat negationem intrinſecam, tñ non includit extrinſecam,de qua ſo
lum eſt ad propoſitum,ideo quò ad illam poſſunt ſimiliter ſe habere,& diſsimi-
liter impoſsibile,& neceſſarium.

A Ad quintum dicitur, ꝙ licet illa. quæ conuertuntur quantum ad ſuppoſita, & rõnem formalem non ſint diuerſa, tamen illa. quæ conuertuntur quantum ad ſuppoſita, & non quantũ ad rõnem formalem pñt eſſe diuerſa, & ſic posſibile, & contingens conuertuntur, & faciunt inter ſe diſti nctas propoſitiones modales.

Oppoſitiones modalium nonnullis carminibus patefiunt.

ITEM propoſitionum modalium, aliæ ſunt contrariæ, aliæ ſubcontrariæ, aliæ contradictoriæ, & aliæ ſubalternæ. Vnde Quartus, & Tertius ordo contrariantur. Vnde uerſus.

Tertius eſt quarto ſemper contrarius ordo.

Primus autem modus, & ſecundus ſubcontrariantur. Vnde uerſus.

B Si tibi linea ſubcontraria prima ſecundæ.

Item primus ordo, & tertius, & ſimiliter ſecundus, & quartus contradicunt. Vnde uerſus.

Tertius eſt primo contradictorius ordo.

Pugnat cum quarto contradicendo ſecundus.

Item prima linea ſubalternatur quartæ, & ſecunda tertiæ. Vnde uerſus.

Prima ſubeſt quartæ uice particularis habens ſe.

Hanc habet ad ſeriem ſe lege ſecunda ſequentem.

Vel ſic.

Ordo ſubalternus ſit primus, ſiue ſecundus.

C Et hoc totum patet in ſuperiori figura.

Poſtq̃ Auctor determinauit de æquipollentiis modalium, quæ ſunt inter propoſitiones eiuſdem qualitatis, & quantitatis, hic conſequenter determinat de oppoſitionibus ipſarum, quæ quidem oppoſitiones ſunt inter propoſitiones diuerſæ quantitatis. & primo ponit talem diuiſionem. Propoſitionum modalium, aliæ ſunt contrariæ, aliæ ſubcontrariæ, aliæ contradictoriæ, aliæ ſubalternæ, cuius diuiſionis eodem modo poteſt dari ſufficientia, ſicut data eſt de oppoſitionibus propoſitionum de ineſſe.

Primo ſciendum, ꝙ inter propoſitiones modales ſuperius poſitas in quatuor ordinibus, omnes de primo ordine, quæ ſignãtur per Amabimus, ſunt particulares ex parte modi, uel formaliter, uel æquiualenter. & ẽt affirmatiuæ, quia omnes, & æquipollent iſti Socratem currere eſt posſibile, quæ eſt particularis affirmatiua. Et omnes de ſecundo ordine, quæ ſignificantur per Edentuli, ſunt particulares negatiuæ, quia æquipollent iſti, Socratem non currere eſt posſibile quæ eſt particularis negatiua. Et omnes de tertio ordine, quæ ſignificantur per Iliace, ſunt uniuerſales negatiuæ, quia æquipollent iſti, Socratem currere eſt impoſſibile. Et omnes de quarto ordine, quæ ſignificantur per Purpurea, ſunt uniuerſales affirmatiuæ, quia æquipollent iſti Socratem currere eſt neceſſe. Quantitas oĩum modalium in quocunque ordine. D

Secundo ſciendũ, ꝙ quartus, & tertius ordo. ſiue propõnes de tertio, & quarto ordine inter ſe cõtrariantur. & rõ eſt qa uniuerſalis affirmatiua, & uniuerſalis negatiua contrariant, illæ autẽ de tertio ordine ſunt uniuerſalis negatiuæ, & illæ de quarto uniuerſales affirmatiuæ, ut patet intuẽti, Sed propõnes de primo, & ſecundo ſubcontrariantur, & rõ eſt qa illæ de primo ſunt particulares affirmatiuæ. & illæ de ſcdo ſunt particulares negatiuæ. Sed illæ de primo ordine cõtradicũt illis de tertio,

de tertio. quia in primo particulares affirmatiuæ, & in tertio uniuerſalis negatiuæ Similiter illæ de ſecundo, quæ ſunt particulares negatiuæ contradicunt illis de quarto, quę ſunt uniuerſales affirmatiuæ & ſic ibi eſt repugnantia in quantitate, & qualitate ſimul. E

Tertio ſciendum, quòd ad dandum contradictionem in modalibus de modo, ferenda eſt eadem negatio ad modum, & non ad dictum. cuius ratio eſt, quia contradictio eſt affirmatio, & negatio eiuſdem de eodem. Sed in modali affirmatiua modus formaliter affirmatur de compoſitione dicti, & eſt prædicatum formale reſpectu ipſius. igitur ad dandum contradictionem debet ferri negatio ad modum, dicto remanente eodem. Item ſicut ſe habet uerbum in illis de ineſſe, ita modus in modalibus, ſed ad dandum contradictionem inde ineſſe, negatio debet ferri ad uerbum, igitur negatio in modalibus debet ferri ad modũ, & non ad dictũ. & nõ refert utrum immediate ponatur ad modum, uel ad compoſitionem, qua componitur cum dicto, ut non refert dicere, Socratem, currere eſt non poſsibile, uel Socratem currere non eſt poſsibile. F

Ad conſequẽtia modalĩũ ad neceſſaria.

Quarto ſciendum, quòd propoſitiones de primo ordine ſubalternantur illis de quarto, & illæ de ſecundo ſubalternantur illis de tertio. quia repugnant in quantitate, ut patet per ea, quæ dicta ſunt. & per huc poſſunt haberi plures conſequentiæ iſtarum modalium. quia omnes particulares ſequuntur ad uniuerſales, quibus ſubalternantur, ut illæ de primo ordine ſequuntur ad illas de quarto ordine, ut ad iſtam, Socratem currere eſt neceſſe, ſequuntur omnes de quarto ordine per æquipollentiam, & omnes illæ de primo ordine per legem ſubalternarum, ſimiliter ad iſtam, Socratem non currere eſt neceſſe, ſequuntur omnes aliæ propoſitiones de tertio ordine per æquipollentiam, & omnes illæ de ſecundo ordine per legem ſubalternarum. & ſic ad iſtas duas, Socra. currere eſt neceſſe, & Socratem non currere eſt neceſſe, ſequuntur omnes illæ modales de quatuor ordinibus, & etiam in ipſi poſſunt haberi conſequentiæ ſecundum leges oppoſitionum ſuperius poſitas. Ex prædicti patet, quòd ad neceſſe eſſe, ſequitur poſsibile eſſe per legem ſubalternarum. & etiam ad neceſſarium ſequitur poſsibile, primum patet per legem ſubalternarum, quia neceſſe eſſe eſt de quarto ordine, & poſsibile de primo. Alia ratio eſt, quia poſsibile in communi dicitur tam de neceſſario, quam de non neceſſario, quia dicitur de omni illo, quod non eſt impoſsibile, & non habet repugnantiam ad eſſe. ideo eſt ſuperius ad neceſſarium, ſed ſuperius ſequitur ad ſuum inferius, ergo ad neceſſarium ſequitur poſsibile. conſequentia ualet per locum a ſpecie ad genus ſuum, ſi conſyderentur poſsibile, & neceſſarium quo ad ſuppoſita, de quibus uerificantur, & ſi conſyderentur quo ad ampliationem ipſorum eſt locus a toto in quantitate ad ſuam partem, quia neceſſarium ampliat uniuerſaliter, & affirmatiuæ. & omnium iſtorum exempla poſſunt uideri in præcedenti figura. G

Argumen.

Sed contra prædicta arguitur primo. Omnes contrariæ ſunt uniuerſales, ſed nullæ modales ſunt uniuerſales, cum omnes ſint ſingulares, igitur nullæ modales contrariantur. Secundo ſic. Omnes contrariæ repugnant in qualitate, ſed propoſitiones de quarto ordine. & de tertio non repugnant in qualitate, quia iſtæ ſunt ambæ affirmatiue, Socratem currere eſt neceſſe, Socratem non currere eſt neceſſe. igitur illæ de quarto ordine, & tertio non contrariantur. Tertio ſic. Subcontrariæ ſunt eiuſdem ſubiecti, ſed illæ de primo ordine, & ſecundo non ſunt eiuſdem ſubiecti, ut patet de illis Socratem non currere eſt poſsibile, igitur non ſunt ſubcontrariantur. Quarto ſic. Illæ de ſecundo ordine ſequuntur ad illas de quarto, igitur non contradicunt ſibi. Antecedens patet, quia ſequitur, Socratem currere eſt neceſſe, igitur Socratem currere eſt contingens, H

A per legem ſubalternarum, & ultra ſequitur, Socratem currere eſt contingens, igitur Socratem non currere eſt contingens per conuerſionem in oppoſitam qualitatem. & ſic iſta de ſecundo ordine ſequitur ad primam, quæ eſt de quarto. Quinto ſic. Particulare non ſequitur ad illum uniuerſale, ſed nec. ſſarium eſt uniuerſale reſpectu poſſibilis igitur ad neceſſarium eſſe, non ſequitur poſſibile eſſe. & ſic propoſitiones de primo ordine non ſubalternantur illis de quarto.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quod ex parte totius dicti omnes modales ſunt ſingulares. tamen ex parte modi aliquæ ſunt uniuerſales, & aliquæ particulares. ideo poſſunt eſſe contrariæ. Ad ſecundum dicitur, quòd licet iſta, Socratem non currere eſt neceſſe, ſit formaliter affirmatiua ex parte modi, tamen eſt uirtualiter negatiua, quia uirtualiter includit iſtam, Socratem currere non eſt poſſibile. Ad tertium dicitur, quòd licet in propoſitionibus de ineſſe ſub contrariæ ſint eiuſdem ſubiecti formaliter, tamen non requiritur in modalibus, Solutio.

B quia in ipſis non ſumitur eodem modo oppoſitio ſicut in illis de ineſſe. Ad quartum negato antecedente, dicitur ad probationem, quòd licet propoſitiones de contingenti ad utrumlibet conuertantur in oppoſitam qualitatem. non tamen propoſitiones de contingenti communi, quod ſe extendit ad neceſſarium, & non neceſſarium, de quo eſt hic ſermo, & licet illæ propoſitiones realiter ſint de contingenti ad utrumlibet, tamen prima non ſequitur ad ſuam uniuerſalem inquantum eſt de contingenti ad utrumlibet, ſed inquantum eſt de contingenti communi, & ſub illa ratione non habet conuerti in oppoſitam qualitatem. Ad quintum dicitur, quod licet ad uniuerſale in prædicando non ſequatur ſuum particulare, ſicut ad animal non ſequitur homo, tamen ad uniuerſale in diſtribuendo, uel ampliando, ſicut eſt neceſſarium reſpectu poſſibilis, bene ſequitur ſuum particulare. Et hæc de primo tractatu dicta ſufficiant.

VERSORII PARISIENSIS EXPOSITIO, E

IN SECVNDVM TRACTATVM PETRI HISPANI.

SVMMA TRACTATVS SECVNDI.

De Quinque uniuerſalibus, ſeu prædicabilibus. Genere, Specie, Differentia, Proprio, Accidenti. Deque his communibus ac proprijs. F

PRAEDICABILE quandoque ſumitur proprie, & ſic ſolum dicitur prædicabile quod de pluribus prædicatur, quandoque ſumitur communiter, & ſic dicitur prædicabile, quod de uno ſolo ſiue de pluribus prædicatur. unde prædicabile, proprie ſumptum, idem eſt quod uniuerſale, ſed G
differunt in hoc, quòd prædicabile definitur per dici de, & uniuerſale per eſſe in. eſt enim pręḍicabile quod aptum natum eſt dici de pluribus, uniuerſale autem quod aptum natum eſt eſſe in pluribus.

Poſtq̃ Petrus Hiſpanus in primo tractatu determinauit de enunciatione ſiue propoſitione, quæ componitur ex terminis incomplexis, hic conſequenter incipit determinare de ipſis terminis incomplexis. Ratio ordinis eſt, quia licet ordine naturæ termini præcedant enunciationem, tamen uia doctrinæ ſcientia de enunciatione conuenienter præponitur ſcientiæ de terminis incomplexis .ſ. de prædicabilibus, & prædicamentis, eò quod totum eſt nobis notius ſuis partibus, & etiam quia oratio perfecte .ſ. propoſitio, quæ continet nomen, & uerbum, de H
quibus agitur in primo tractatu quodammodo præſupponitur cognita in Grammatica. ideo procedendo a notioribus, Auctor prius determinat de enunciatione, & conſequenter de terminis incomplexis, licet econuerſo ordinentur in Logica. & primo determinat de incomplexis quantum ad rationes uniuerſalium in hoc ſecundo tractatu, deinde quantum ad rationes ordinabilium in genere ſecundum ſub, & ſupra in tertio tractatu.

Vniuerſalis uariæ acceptiones.

Primo ſciendum, q; licet uniuerſale dicatur multipliciter, quia quoddam eſt uniuerſale in cauſando, ſicut Deus, aliud in cognoſcendo, ſicut intellectus, aliud in diſtribuendo, ſicut ſignum uniuerſale, & aliud in repreſentando, ut ſpecies intelligibilis, tamen hic ſolum eſt propoſitum de uniuerſali in prædicando, quod eſt

A eſt natura communis, quæ poteſt prædicari de multis. & tale uniuerſale iterum capitur dupliciter. Vno modo materialiter pro tali natura abſolute, & non per comparationem ad intentionem uniuerſalis, & ſic eius conſyderatio pertinet ad Metaphyſicum, alio modo conſyderatur formaliter quantum ad rõnem, & intẽtionem uniuerſalis, & ſic conſyderatur a Logico, & ſic eſt proprium ſubiectum huius tractatus, quia principaliter conſyderatur in hac ſcientia, & ſub eius rõne formali alia hic tradita conſyderantur, & in nulla alia ſcientia conſyderatur ſub propria ratione uniuerſalis, prædicabile autem eſt propria paſsio eius.

Vniuerſalium notitia, ad quæ ſit utilis.

Secundo ſciendum, ꝙ tota argumentatio componitur ex enunciationibus. enunciatio autẽ ex terminis incomplexis, qui ſunt ordinabiles in genere ſecundũ ſub, & ſupra, ſicut ſubiectum, & prædicatum. quæ quidem ordinatio fit ſecundũ rõnẽ uniuerſalis, ut generis, aut ſpeciei, nec poteſt cognoſci illa ordinatio, que fit in prædicamentis, niſi p ius cognoſcantur rationes uniuerſalium, quia ordinare B neſcit qui rationes ordinabilium ignorat. ideo hæc ſcientia de uniuerſalibus utilis eſt ad cognitionem prædicamentorum enunciationis quantum ad omnes eius ſpecies. Valet etiam ad aſsignandum definitiones, quæ fiunt ex genere, & dña, uel ex gñe, & proprio, & ad cognoſcendũ diuiſiones generis in ſuas ſpecies, uel ſubiecti in accidentia. & iſti ſunt fines extrinſeci huius ſciẽtiæ, ſed eius finis intrinſecus eſt perfecta cognitio uniuerſalem quantum ad rationem uniuerſalis. Et per hoc patet cauſa materialis, & finalis huius tractatus, formalis, & efficiens eodem modo ſunt aſsignandæ, ſicut dictum eſt in primo Tractatu.

Tertio ſciẽdum, ꝙ hic primo determinatur de uniuerſali in communi, deinde ſpeciali quantum ad partes eius. Et ad cognoſcendum eius definitionem Auctor præmittit diuiſionem prædicabilis in cõmuni, quòd diuiditur in prædicabile proprie ſumptũ, quod prædicatur de multis uniuoce, & in prædicabile cõiter ſumptũ, quod prædicatur de uno ſolo uniuoce, ſiue de multis æquiuoce. & per hoc C facile dare rationem huius diuiſionis, & de prædicabili proprie dicto ſolum eſt hic, ad propoſitum, non autem de prædicabili communiter ſumpto.

Prædicabile, & uniuerſale in quo differant.

Quarto ſciendũ, ꝙ prædicabile, & uniuerſale proprie ſumptũ idem ſunt ſecũdũ rem, quia ẽ eadẽ natura cõis realiter, quæ dicitur uniuerſalis, & prædicabilis, tñ differunt rõne, quia dicitur uniuerſale inquantũ aptũ natũ eſt eẽ in multis. dicitur.n. uniuerſale quaſi unum uerſum in multis, ſed dicitur prædicabile, prout aptũ natum eſt prædicari de pluribus. & per hoc habẽtur diffinitiones uniuerſalis, & prædicabilis. Vniuerſale.n. eſt, quod eſt aptum natũ eſſe in multis, & prædicabile eſt quod eſt, aptum natũ prædicari de multis. & quia eſſe in multis naturaliter præcedit dici de multis, ideo ratio uniuerſalis præcedit rationem prædicabilis. & ſic ipſum uniuerſale ſe habet ut ſubiectum, prædicabile uero ut paſſio eius. & per hoc patet quid ſit uniuerſale, & quid prædicabile, & quomodo inter ſe conueniant, & differant.

Argumen.

D Sed contra prædicta primo arguitur prædicabile proprie ſumptum continetur ſub prædicabili cõiter ſumpto, igitur in membra prædictæ diuiſionis coincidunt, & non opponuntur. Secundo ſic. Omnis paſsio realiter differt a ſuo ſubiecto, prædicabile eſt paſsio uniuerſalis, igitur differt ab eo ſecundũ rem. Maior patet, quia idem non poteſt demonſtrari de ſeipſo, cum non habeat cauſam inhærentiæ ad ſeipſum, ſed paſsio poteſt demonſtrari de ſuo ſubiecto, igitur differt ab eo ſecundũ rem. Tertio ſic. Quæcunque ſunt eadem realiter habẽt eandẽ definitionem, quia definitio explicat eſſe eſſentiã rei. ergo, ſi uniuerſale, & prædicabile ſint ſecundum rẽ, rõnes eorum nõ differunt. Quarto ſic, ſol eſt prædicabile, & tñ non prędicatur de pluribus nec ẽt luna, ergo definitio prædicabilis eſt inſufficiens. Quinto ſic. Deus eſt quoddã uniuerſale, cũ ſit cauſa uniuerſaliſsima, & tamen

& tamen non eſt aptus natus eſſe in multis, ergo male ponitur definitio uniuerſalis. E

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd, ſi conſyderentur prædicabile proprie ſumptum, & prędicabile communiter ſumptum ſecundum illud quod ſunt, non opponuntur, ſed unum ſub alio continetur. ſed, ſi conſyderentur quantum ad rationes communis, & proprij, ut ſunt membra huius diuiſionis, habẽt oppoſitionem. Et licet prædicabile communiter ſumptum conuertatur cum diuiſo quantum ad ſuppoſita, non tamen quantum ad modos ſuę acceptionis. Ad ſecũdum diciturr quòd, licet omnis paſſio extrinſeca realiter differat a ſuo ſubiecto, non tamen intrinſeca. & licet idem ſecundum rem, & rationem ſimul, non poſſit de ſeipſo demõſtrari, tamen idem rem, differens ſecundum rationem, bene poteſt demonſtrari de ſeipſo, quo modo ſunt uniuerſale, & prædicabile. Ad tertium dicitur, quòd licet ea, quæ ſunt eadem realiter habeant eadem definitionẽ quiditatiuam, poſſunt tamen habere diuerſas rationes deſcriptiuas ſecundum diuerſos eſſendi eiſdem rei. & ſic eſt de uniuerſali, & prædicabili. F

Ad quartũ dicitur, quòd licet Sol non prædicetur actu de multis, nec ſit actu in multis propter repugnantiam ſuæ materiæ, quæ tota actuata eſt per unam formam prædicatur de multis ſecũdum aptitudinem ſuæ formæ, quę de ſe communicabilis eſt. Ad quintum dicitur, quòd Deus eſt uniuerſale in cauſando, & non in prædicando, de quo datur definitio.

Quinque prædicabilia quæ ſint.

Prædicabile autem, ſiue uniuerſale, dicitur in Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, & Accidens, & ſolum de his quinque hic intendimus.

Poſtq̃ Auctor definiuit uniuerſale, & prædicabile proprie ſumptum, hic conſequenter ponit diuiſionem uniuerſalis, ſeu prædicabilis dicens, quòd prędicabile diuiditur in Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, & Accidens, quæ diuiſio probatur per ſufficientiam. quia omne prædicabile prædicatur in quid, uel in quale. ſi in quid, hoc eſt dupliciter, uel in quid de pluribus differentibus numero, & ſic eſt Species, uel in quid de pluribus differentibus ſpecie, & ſic eſt Genus, ſi in quale, hoc eſt dupliciter. uel in quale eſſentiale, & ſic eſt Differentia, uel accidentale, & hoc eſt dupliciter. uel in quale conuertibile, & ſic eſt proprium, uel non conuertibile, & ſic eſt Accidens. & iſtorum etiam faciliter daretur ſufficientia ſecundum quòd conſyderantur in ratione uniuerſalis accipiendo diuerſas rõnes ipſorum uniuerſalium. G

vniuerſale triplex. Primo ſciendum, quòd uniuerſale ſecundum ſuum eſſe diuiditur. ſ. in uniuerſale in re, ante rem, & poſt rem. & ante rẽ ad huc dupliciter. ſ. ante rem natura, & tempore ſimul, & ante rem natura tantum, & ſic uniuerſale ante rem natura, & tempore ſimul, eſt natura cõis accepta, ſecundum eſſe, quod habet in intellectu primæ cauſæ, uel in cauſis ſecundis in quo eſſe natura, & tempore pręceſſit productionem ſingularium, ſed uniuerſale ante rem natura tantum, ẽ eadem natura cõis conſyderata ſecundum ſe, & quantum ad ſua principia eſſentialia ſine reſpectu ad ſua ſingularia, quę ipſa naturaliter præcedit tanq̃ principium formale ipſorum, licet non habeat ſuum eſſe extra ſingularia. Sed uniuerſale in re, eſt natura cõis, accepta ſecundum eſſe quod habet in ſuis indiuiduis, quibus dat eẽ, & rõnẽ tanq̃ principium intrinſecum, & eſſentiale ipſorum. ſed uniuerſale poſt rẽ, eſt eadem natura cõis accepta ſecũdum eſſe quod habet in intellectu noſtro, per H

quem

A quem abſtrahitur a ſuis ſingularibus. & illo modo uniuerſale quandoque dicitur intentio, quia mediante ipſo, intellectus tendit in cognitionem rei ad extra. unde intentio dicitur conceptus rei.

Secundo ſciendum, ꝙ duplex eſt intentio. ſ. prima, & ſecunda. Prima intentio eſt conceptus primatius quem habemus de re. Sed ſecunda intentio eſt ſecundarius conceptus, quem intellectus facit de re iam cognita in prima intentione, ut cum intellectus concipit naturam animalis ſecundum ſe, ibi eſt prima intentio. & ſignificatur iſte conceptus hoc nomine primæ intentionis Animal. Sed, cum intellectus concipit illam eandem eſſentiam per reſpectum ad multa inferiora, in quibus eſt, ibi eſt ſecunda intentio, & ſignificatur hoc nomine ſecundæ intentionis. ſ. uniuerſale, quia hoc modo concipit ipſam tanquam unum uerſum in multis, & percipit uniuerſalitatem illius naturæ communis, quia cognoſcit eam per reſpectum ad multa. &, cum cognoſcit illam naturam eſſe communem ad multas ſpecies, ſibi attribuit generalitatem, quæ ſignificatur hoc nomine genus. & ſimiliter daretur exemplum de aliis quatuor prædicabilibus. Quid prima, & ſecũda intẽtio.

B

Tertio ſciendum, quòd in præſenti diuiſione non diuiditur uniuerſale pro re aliqua ſubiecta intentioni uniuerſalis, ſed pro ipſa communi intentione. &, quia talis intentio communis non ſignificat aliquam unam naturam, ideo non poteſt habere aliquam unam definitionem ſimpliciter, cum unitas definitionis præſupponat unitatem definiti, ideo non dicitur uniuoce de quinq; prędicabilibus, quia nihil eſt unum realiter, ꝙ ſit uniuocum ad quinque prædicabilia, quæ dicunt res diuerſorum generum, & etiam intentio uniuerſalis non dicit eſſentiam rei ſecundum ſe, nec quiditatem eius, ſed formaliter importat reſpectum ſuperadditum eſſentiæ, ut uiſum eſt ideo non poteſt prædicari in quid de quinque prædicabilibus, quare non eſt genus ad quinque prædicabilia.

Quarto ſciendum, ꝙ uniuerſale dicitur de iſtis quinque uniuerſalibus analogice, id eſt ſecundum prius, & poſterius, cuius ratio eſt. quia uniuerſale debet eſſe unum in multis, ſed unum non poteſt eſſe in multis niſi per diuiſionem eius, ſed diuiſio primo conuenit generi, quod diuiditur per differentias formaliter, &, quia genus conſtituit ſpeciem cum differentia, ideo dat ſibi diuiſibilitatem. ipſa tamen diuiditur ſolum diuiſione materiali per ſua indiuidua Et differentia eſt in ſpecie, & etiam proprium, ideo utrunque diuiditur per diuiſionem ſpeciei, & per ipſam habet eſſe in multis. & ſimiliter accidens commune, quod diuiditur diuiſione ſpeciei, uel generis per diuerſa indiuidua, habet eſſe in multis. & ſic eſſe in multis primo conuenit generi, ſecundo ſpeciei, tertio, per ſpeciem conuenit differentiæ, proprio, & accidenti. ideo uniuerſale per iſta quinque diuiditur diuiſione analogi in ſua analogata, & non generis in ſuas ſpecies.

C

Sed contra prædicta primo arguitur. Ens eſt prædicabile, cum prædicetur de multis, & tamen non continetur ſub aliquo iſtorum quinque uniuerſalium, ergo diuiſio nulla. Argumen.

D

Secundo ſic, uniuerſale, quod hic diuiditur eſt aliquod uniuerſale, cum ſibi cõueniat definitio uniuerſalis prius poſita, & tamen non continetur ſub aliquo iſtorum membrorum diuiſionis, igitur. Tertio ſic. Prędicabile, & prædicamentum idem ſunt, ſed decem ſunt prędicamenta, igitur decem ſunt prædicabilia, igitur. Quarto ſic. Genus uere prædicatur de ſpecie. ergo genus, & ſpecies non opponuntur inter ſe, igitur iſta diuiſio non datur per membra oppoſita. Quinto ſic. Qualitas eſt accidens, & etiam genus cum ſit unum prædicamentum. igitur genus, & accidens, quæ ſunt memb. a diuiſionis coincidunt igitur diuiſio non eſt bona.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd ens non prædicatur tanquam aliquod unum de multis, quia non prædicatur uniuoce, ideo non eſt uniuerſale, nec prædicabile Solutio.

prædicabile proprie ſumptum,licet ſit prædicabile cōiter ſumptum,quia æquiuoce prædicaꝛ de multis . & hic ſolum diuiditur prædicabile proprie ſumptum . Ad ſecundum dicitur, quòd uniuerſale,quod hic diuiditur , non dicit aliquam unam communem naturam,quæ ſit in multis , ideo non eſt aliquod uniuerſale , ſed eſt una intentio communis dicta analogice de quinque prædicabilibus,& definitio uniuerſalis non conuenit,ſibi æqualiter pro omnibus ſuis ſuppoſitis , ſed ſolum ſibi conuenit tanquam communi analogo ſecundum prius , & poſterius nec datur iſta definitio pro iſta intentione ſecundum ſe,ſed pro re ſubiecta intentione. Ad tertium dicitur,quòd licet idem ſit realiter prædicabile,& prædicamentum,hoc tamen eſt diuerſis rationibus, quia dicitur prædicabile inquantum poteſt prędicari de pluribus , & prædicamentum inquantum metitur , & colligit omnia prædicabilia eiſdem coordinationis , ſicut eſt genus generaliſſimum,uel ipſa tota coordinatio dicibilium eiuſdem generis . Aliter enim diſtinguuntur prædicabile,prædicamentum ; & prædicatum.nam prædicabilia diſtinguuntur per ſuos modos prædicandi de ſuis ſubiicibilibus,& prædicamenta ſecundum diuerſos modos prædicandi de prima ſubſtantia,ſecundum quòd prædicantur uniuoce,& denominatiue , & prædicata ſecundum diuerſos modos inhærendi ſuis ſubiectis.ſcilicet eſſentialiter,uel accidentaliter. ideo non oportet tot eſſe prædicabilia quot ſunt prædicamenta,uel prædicata Ad quartum dicitur,quòd ſi genus,& ſpecies conſyderentur materialiter quantum ad id,quòd ſunt genus prædicatur de ſpecie,& ſic nō opponuntur,ſed ſi conſyderentur formaliter quantum ad intentiones generis,& ſpecie opponūtur,quia genus dicit reſpectum ad diuerſas ſpecies,& ſpecies ad ſuum genus,quod ipſa ſpecificat,& determinat.Ad quintum dicitur,quòd qualitas.per reſpectum ab ſubſtantiam dicitur accidens,& per reſpectu ad ſua inferiora dicitur genus,ideo non eſt idem formaliter quod dicitur genus,& accidens,ſed materialiter tantum . & ſecundum diuerſas formas reſpectiuas ſibi attribuuntur illæ diuerſæ intentiones.

Prędicabile, prædicamentum,& prædicatū quō diſtinguantur.

E F G

De generis triplici acceptione.

Cap.ij.uniuerſalium.

GEnus dicitur tripliciter. Primo modo dicitur genus collectio multorum ſe habentiū quodammodo ad ſeinuicem,& ad unum principium,ut collectio eorum,qui ſunt de eadem parentela,deſcendentium ab uno,ut Romani a Romulo.Secundo modo dicitur genus , quod eſt principium uniuſcuiuſque generationis,ut pater,uel patria,ſiue locus. Tertio modo dicitur genus,cui ſupponitur ſpecies,& hoc ultimo modo ſumitur hic genus.

Poſtq̄ determinatum eſt de uniuerſali in communi tam definitiue,q̄ diuiſiue, hic conſequenter in ſpeciali determinat de quolibet quinque prædicabilium,&, quia,genus,ſpecies,& differentia prædicantur eſſentialiter, ideo prius de ipſis determinatur,quàm de aliis,quæ prędicantur accidentialiter,& prius de genere,& ſpecie.quæ prædicantur in quid quàm de differentia , quæ prædicatur in quale.Illud enim , quod prędicatur in quid importat eſſentiam rei per modum ſubſtantiæ,& quod prædicatur in quale importat eſſentiam per modum accidentis, ideſt ſub modo qualitatis & quia genus eſt in multis ſpeciebus , ſpecies uero in multis indiuiduis,ideo genus eſt uerius uniuerſale, quàm ſpecies.quare Auctor prius determinat de genere,quam de ſpecie , primo ponens eius acceptiones ad eliciendum membrum,de quo eſt ſibi ad propoſitum. H

Vbi

A Vbi primo eſt ſciendum, ꝙ tres ſunt acceptiones generis. nam primo modo accipitur genus, ut eſt collectio multorum quodam modo ſe habentium ad ſeinuicem, & ad unum principium, ut eſt collectio multorum eiuſdem cognationis, uel progeniei, ut tota progenies Romanorum, quæ deſcendit a Rumolo, dicitur unum genus, & hoc modo genus eſt idem quod progenies. ſecundo modo dicitur genus quod eſt principium alicuius generationis, ut primus pater, uel genitor progeniei dicitur genus reſpectu filiorum, per hoc ſcilicet, quòd ab eo tranſmittitur ſemen, unde ille generant. Etiam locus eſt principium generationis per hoc ꝙ in eo eſt uirtus generatiua, & conſeruatiua locati. ratione cuius homines nati in eodem loco conueniunt in colore, uel in complexione, uel in aliquo alio propter unitatem uirtutis generatiuæ loci quæ coadiuuat uirtutem generatiuam patris, inde locus dicitur genus. Tertio modo dicitur genus id, cui ſupponitur ſpecies. & illo modo eſt genus logicum, & alii modi ſunt modi B dicti in ciuilibus, ad cuius ſimilitudinem genus logicum ſumitur. Vide d'ios ubi hæc ad unguem.

Secundo ſciendum, ꝙ hic ſpecialiter eſt determinandum de genere logico. & non de aliis acceptionis generis. Et quia genus logicum, ſumptum eſt per ſimilitudinem a genere dicto in ciuilibus, ideo hic enumerantur iſtæ duæ primæ acceptiones, ad quarum ſimilitudinem dicitur genus logicum ut per illas acceptiones habeatur cognitio de genere logico. & quia hic non enumerantur omnes acceptiones generis, ſed ſolum illæ, ad quarum ſimilitudinem dicitur genus logicum. ideo hic nulla fit mentio de genere fœminino maſculino, actiuo, paſſiuo, & neutro, quia ad ſimilitudinem eorum non ſumitur genus logicum, licet forſan habeat aliquam ſimilitudinem cum ipſis. Genus logicum.

Tertio ſciendum, ꝙ genus logicum habet aliqualiter conuenientiam, & differentiam cum genere primo modo dicto. conuenit enim in hoc, quia ſicut genus primo modo dictum dicit collectionem multorum ad ſeinuicem, ita genus logi- C cum dicit collectionem multarum ſpecierum, quæ ſub eo continentur, ſed ſic differunt, quia talis collectio eſt totum integrale reſpectu collectorũ in ipſa, ſed genus logicum eſt totum uniuerſale reſpectu ſpecierum, & non totum integrale.

Quarto ſciendum, ꝙ genus logicum, & genus ſecundo modo dictum conueniunt etiam, & differunt. Conueniunt quidem, quia ſicut genus ſecundo modo dictum eſt principium ſuorum generatorum, ſic etiam genus logicum eſt principium formale ſuarum ſpecierum. & ſicut ſecundo modo dictum traſfundit uirtutem generatiuam, & ſemen propagationis per ſua generata, ſic etiam genus logicum multiplicat ſuam eſſentiam per ſuas ſpecies. Sed differunt quia genus ſecundo modo dictum non eſt totum per eſſentiam in quolibet generatorum, ideo de ipſis non prædicatur nomine, & ratione. ſed genus logicum eſt totum per eſſentiam in qualibet ſpecie eius. ideo de ipſis prædicatur uniuoce, unde patet, ꝙ ſecunda acceptio generis maiorem habet conuenientiam cum genere lo- D gico, quam prima. ideo ſibi iuxta ponitur tanquam magis pertinens ad propoſitum, quam prima. & per hoc patent acceptiones generis, & ordo ipſarum.

Sed contra prædicta primo arguitur ſic. Omne genus eſt uniuocum, igitur non eſt æquiuocum, igitur non ſunt acceptiones generis. Secundo ſic. Genus ſemper dicit aliquid unum, ſed collectio multorum eiuſdem progeniei non eſt aliquid unum, ergo non debet dici genus. Tertio ſic. Genus eſt unum uniuerſale, ſed princip:ũ gñationis, ut pater, uel locus eſt unũ ſingulare, igiƭ nõ debet dici genus. Quarto ſic. Omne, qđ eſt genus eſt gñans, uel genitum, quia genus dr̃ a gigno gignis, uel de g:gnorris, ſed patria, uel locus non eſt gñans uel genitus, ergo non eſt genus. Quinto ſic. Genus, & ſpecies idem ſunt, quia dicent eandem eſſentiã. ſed idẽ non poniƭ ſub ſeipſo, igitur genus non eſt cui ſupponitur ſpecies. Argumen.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ genus logicum captum pro re ſubiectæ intentioni ſemper eſt uniuocum, tamen intentio generis in communi bene dicitur æquiuoce de genere ciuili, & logico. Ad ſecundum dicitur, quod collectio multorum eiuſdem prolis non eſt aliquid unum in numero, tamen eſt aliquid unum propter unitatem principij materialis, quod eſt ſemē propagationis multiplicatum in tota progenie, a quo exiſtentes in illa progenie habent affinitatem inter ſe, & ad ſuum principium. Ad tertium dicitur, ꝙ licet genus logicum ſemper ſit uniuerſale, non tamen genus dictum in ciuilibus, ſed eſt quādoq; ſingulare, ſicut pater generans aliquam prolem. Ad quartum dicitur, quòd licet locus non ſit generans principale, tamen coadiuuat uirtutem principalis agentis ratione uirtutis diffuſæ in loca a corporibus cœleſtibus. Ad quintum dicitur, ꝙ licet genus, & ſpecies dicant eandem eſſentiam, non tamen ſub codē modo eſſendi, ſed ſub diuerſis. quia genus dicit eam ſub eſſe confuſo, & communi, ſpecies uero ſub eſſe determinato per differentiam. ideo genus ratione communitatis bene ponitur ſupra ſpeciem. E F

Quid ſit genus.

Et definitur ſic. Genus eſt quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid eſt, ut animal prædicatur de homine, & de equo, & leone quę differunt ſpecie.

Poſtꝗ Auctor poſuit tres acceptiones generis, hic conſequenter determinat de tertia. ſ. de genere logico, de quo ſolum eſt hic ad propoſitium, ipſum primo in ratione prædicabilis definiens ſic. Genus eſt quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid. In qua definitione ſubintelligitur, uniuerſale loco generis per hoc relatium quod, dans intelligere ſuum antecedens ſcilicet uniuerſale. deinde ponitur prædicatur in quid, ad differentiam differentiæ proprij. & accidentis, quæ prædicantur in quale. deinde ponitur de pluribus differentibus ſpecie, ad differentiam ſpeciei, quæ prædicatur ſolum de uno, ſed potius diſtinguitur ab eo per primam partem definitionis, in qua ſub intelligitur uniuerſale. G

Primo ſciendum, quòd genus eſt nomen ſecundæ intentionis, & in ſua ſignificatione duo repræſentat. Primum eſt natura communis pluribus ſpeciebus, quæ dicitur res ſubiecta eius. Secundum eſt reſpectus naturæ communis ad diuerſas ſpecies, qui dicitur generalitas. & conceptus generalitatis illius eſt intentio generis. Primum eſt materiale in genere, & ſe habet ut ſubſtantia, cuis nomen generis attribuitur. Secundum uero eſt formale, & ſe habet ut qualitas, a qua nomen generis imponitur, ideo genus formaliter inquantum genus eſt, dicit talem reſpectum generalitatis. &, quia talis reſpectus non eſt actualiter in rebus, ſed ſolum in intellectu, qui abſtrahit talē naturam a pluribus ſpeciebus, & ipſam poſtea ad eas comparat, ideo talis intentio habet fundamentum in re, & complementum in intellectu. Ex dictis patet ratio quare genus quandoq; ſupponit pro illa natura communi, ut dicendo genus prædicatur in quid, quādoq; uero pro intentione generalitatis, ut dicendo genus eſt ſecunda intentio. in hac autem definitione definitur gēnus ſub intentione communi pro ipſa re ſubiecta, cui conuenit prædicari in quid. H

Prædicari quid ſit, & quid ad ipſū reqriť. Secundo ſciendum, ꝙ prædicari dupliciter capitur. Vno modo generaliter ut comprehendit prædicari uere, uel falſe, affirmatiue, uel negatiue. Alio modo ſpecialiter pro prædicatione uera, & affirmatiua, & hic ſumitur prædicari ſpecialiter, & non generaliter, quia indiuiduum poteſt prædicari in quid negatiue, uel

A uel falſe de pluribus differentibus ſpecie, ſed hoc non eſt prædicari ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quid. Et dicit hoc uerbum prædicatur, aptitudinem & non actum, ſicut in alijs definitionibus uniuerſalium. Et ad hoc ꝙ aliquid prædicetur requiruntur tres conditiones. Prima, ꝙ ſit forma, ideo materia non poteſt prædicari de toto compoſito. Secunda, ꝙ ſit forma totius, ideo forma partis non eſt prædicabilis, ut hæc non eſt uera, homo eſt animal rationalis. Tertio eſt, ꝙ illa forma deſignetur per modum totius, ideo forma deſignata in abſtracto per modum partis non eſt prædicabilis, ut hæc non eſt uera, Socr. eſt humanitas, ſed iſta Socrates eſt homo, quia ibi tenet per modum totius.

Tertio ſciendum, ꝙ illud prædicatur in quid, quod importat formam eſſentialem rei per modum per ſe ſtantis, & non præſupponit aliquid ante ſe, quod qualificet, & determinet. & quia genus importat eſſentiam ſpeciei per modum per ſe ſtantis, & non ſub modo adiacentis alteri, quia non præſupponit aliquid B ante ſe, quod determinet ſicut facit differentia, ideo genus prædicatur in quid. Aliquid tamen poteſt ſimpliciter dicere quid, ſi re eſſentiam rei. uno modo ſecundum rem, & modum ſimul, ſicut genera, & ſpecies de genere ſubſtantiæ. alio modo ſecundum rem tantum, ſicut differentia ſubſtantialis, quæ dicit quid tantum ſecundum rem per modum qualitatis. Tertio modo, ſecundum modum tantum, ut genera, & ſpecies accidentium.

Quarto ſciendum, quòd genus in ſua potentia habet differentias oppoſitas, per quas diuiditur, ſed quælibet differentia conſtituit unam ſpeciem ſub genere, ideo genus ſub ſe continet ſpecies oppoſitas, & diſtinctas, in quibus eſt eſſentialiter, ideo prædicatur de differentibus ſpecie. & per hoc patet intellectus definitionis.

Sed contra prædicta primo arguitur. Omnis definitio debet notificare naturam definiti, ſed in iſta ponitur illud nomen infinitum, quod, quod nihil poteſt notificare, eo ꝙ eſt infinitum, & ignotum, igitur definitio mala eſt. Secundo ſic. Omne prædicabile dicit formam totius, ſed genus non dicit formam totius, ſpeciei, ſed ſe habet per modum partis materialis ad ipſam, & differentia per modum formæ, igitur male dicitur, ꝙ genus prædicatur de ſpecie. Tertio ſic. Omne quod prædicatur dicit totum eſſe illius, de quo prædicatur, genus autem non dicit totum eſſe ſpeciei, cum non dicat eſſe datum ſpeciei per differentiam. igitur non prædicatur de ſpecie. Quarto ſic. Omnis forma qualificans aliquid dicit quale, & prædicatur in quale, ſed genus dicit formam qualificantem aliquid cum omnis forma qualificet materiam ſuam, ergo genus prædicatur in quale, & non in quid. Quinto ſic. Quæcunque conueniunt in aliquo indiuiſibili ſecundum eſſentiam ſunt idem eſſentialiter, & in ſpecie, ſed quæcunque ponuntur ſub genere conueniunt in uno indiuiſibili per eſſentiam, quia genus eſt indiuiſibile ſecundum eſſentiam, igitur illa, quæ ſunt ſub genere conueniunt in ſpecie, & ſunt idem eſſentialiter. igitur genus non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. — *Argumen.* (margin letter C)

D

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet hoc pronomen quod, de ſe ſit infinitum, tamen in illa definitione capitur finite, & finitur per ea quæ ſibi adduntur, & per ſuum antecedens. ideo poteſt notificare definitum. Ad ſecundum dicitur, ꝙ ſi conſyderetur genus, ut contractum eſt ad ſpeciem per differentiam, bene habet modũ partis materialis, & ſpecies modum totius, ſed ſi conſyderet̃ in cõi, ut ſub ſe continet multas ſpecies, ſe habet per modũ totius, & eſt totum uniuerſale reſpectu ſpeciei. ideo hoc modo põt de ſpecie prædicari. Ad tertium dicit̃, ꝙ ſpecies habet duplex eſſe, ſ. confuſum, qđ habet in genere, in quo cõuenit cũ alijs ſpeciebus, & eſſe diſtinctũ qđ habet per differentiã, in quo differt ab alijs ſpeciebus. & licet genus non dicat totum eſſe diſtinctũ ſpeciei, tamẽ dicit totũ eſſe con- — *Solutio.*

ſuſum eius. Ad quartum dicitur, ꝙ licet forma qualificans aliud, deſignata per modum adiacentis alteri, & qualificantis alterum dicat quale, & prædicetur in quale tamen forma eſſentialis deſignata per modum per ſe ſtantis non dicit quale, ſed ſolum prædicatur in quid, quia non capiatur ſub illo reſpectu, quo qualificat aliud, ſed ab eo abſtrahitur mō, ſic eſt de genere ut prius patuit. Ad quintum dicitur, ꝙ omnis contenta ſub genere conueniunt potentialiter in uno indiuiſibili ſecundum eſſentiam, non tamen actualiter. ideo non oportet ꝙ inter ſe conueniant eſſentialiter, & ſpecie. ideo genus non ſolum prædicatur de differentibus ſpecie, ſed etiam de conuenientibus. E

Idem, ac differens quot modis dicantur.

Ad cognoſcendum autem hoc membrum de differentibus ſpecie, oportet ſcire, ꝙ differens dicitur tot modis quot modis dicitur idem. Idem autem dicitur tripliciter, ſcilicet idem genere, idem ſpecie, idem numero. Eadem genere ſunt, quæcunq; ſub eodem genere continentur, ut homo, & aſinus ſub animali. Eadem ſpecie ſunt quæcunque ſub eadem ſpecie continentur, ut Socrates, & Plato ſub homine. Idem numero dicitur quadrupliciter. ſ. idem nomine, idem definitione, idē proprio, & idem accidente. Eadem nomine dicuntur quorum res eſt una nomina uero plura, ut Marcus Tullius Cicero. Eadem definitione dicuntur, quorum unum eſt definitio alterius, ut animal rationale mortale, & homo. Eadem proprio dicuntur, quorum unum eſt proprium alterius, & conuertitur cum eo, ut riſibile, & hō. Eadem accidente dicuntur quorū unum eſt accidens alterius, ut Socrates, & albedo quæ eſt in ipſo. Similiter differens dicitur tripliciter. ſ. genere ſpecie, numero, Differentia genere ſunt, quæcūq; ſub diuerſis generibus continentur, ut homo, & arbor, quia hō continetur ſub hoc genere, quod eſt animal, & arbor ſub hoc genere, quod eſt Planta. Differentia ſpecie ſunt, quæcunque ſub diuerſis ſpeciebus continentur, ut Socra. ſub homine, & Brunellus ſub aſino. Differentia numero ſunt, quæcunque diuerſum numerum conſtituunt, ut Socrates, & Plato, F G

Poſtq. Auctor poſuit definitionem generis, hic conſequenter declarat aliquas partes eius, & primo illam partem differentibus ſpecie. Et quia priuatio cognoſcitur per ſuum habitum, & differens ſe habet per modum priuationis reſpectu eiuſdem, ideo ad cognoſcendum modos differentis, Auctor notificat modus eiuſdem, quia tot modis dicitur differens, quot modis dicitur idem. Nam quot modis dicitur unum oppoſitorum, tot modis dicitur, & reliquum. Etiam eadem forma eſt cauſa identitatis inter illa, quæ conueniunt, & cauſa diuerſitatis ab aliis. nam per eandem formam hebet res identitatem in ſe, & diuerſitatem ab aliis, ideo primo uidendum eſt de modis eiuſdem. H

Pro quo ſciendum, primo, ꝙ idem dicitur tripliciter, idem genere, idē ſpecie, idem numero. patet per ſufficientiam. quia omnis identitas. & unitas ſumitur a forma. uel igitur ſumitur a forma incōicabili, & ſic eſt idē numero, uel cōicabili, & hoc eſt dupliciter. uel ſumitur a forma completa, & determinata, & ſic eſt idem.

A idem ſpecie, uel incomplexa, & indeterminata, & confuſa,& ſic eſt idem gene re. & inter iſtos modos, eadem numero habent maiorem unitatem quam eadẽ genere,uel ſpecie,quia habent maiorem diuiſionem.ideo ille eſt perfectior modus identitatis. hic aũt non ponitur ideo ſecundum analogiam, quia illa non eſt identitas,ſimpliciter,nec ſumitur ab aliqua forma una.& hic ſolum enumerantur modi identitatis,qui ſumuntur ab aliqua identitate formæ.

Secũdo ſciẽdum,quòd eadem genere ſunt quę ſub eodem genere continẽtur. & per oppoſitum dr̃ia genere, quæ ſub diuerſis generibus continẽtur.& licet generageneraliſſima quãdoq; dicãtur differẽtia genere,tamen magis proprie diuerſa genera dicuntur, q̃ differentia genere.Differunt.n.diuerſa, & differentia. quia diuerſa ſunt,quę in nullo cõi uniuoco conueniunt,differentia uero,quæ in aliquo communi conuẽniunt, & in aliquo ſpeciali differunt, quod non conueniit generibus generaliſſimis. Sed eadem ſpecie ſunt, quæ continentur ſub eiſ- Differẽs & diuerſum diſtinguuntur.

B dem ſpeciebus,& differentia ſpecie, quæ ſub diuerſis ſpeciebus continentur.Et eadem numero ſunt, quæ non faciunt diuerſum numerum inter ſe, ut Socra. & homo, & prouenit talisunitas a forma, quæ formar, & actuat materiam, & realiter idem ſunt unitas numeralis, & indiuiſo, ſed differunt rõne, quia dicitur unitas inquantum cauſatur a forma, quæ unit partes materiæ, & indiuiſio, inquantum prouenit a materia, quæ reddit formam incõmunicabilem.Sed differentia numero ſunt, quæ faciunt diuerſum numerum inter ſe, ut Socra.& Pla.& prouenit illa diuerſitas originaliter ex parte materiæ diuiſæ ab agente in diuerſas partes ſub quantitate,complectiue aũt prouenit a forma totius, q̃ uariatur ſecundũ eſſe in diuerſas partes materiæ prius diuiſæ,& p hoc hr̃ qũo ſpẽs diuiditur diuiſione materiæ, & qũo indiuidua eiuſdem ſpẽi formaliter differunt.

Tertio ſciẽdum,quòd idem numero quadrupliciter dicitur.ſ. idem nomine, idem definitione, idem proprio, idem accidente, quod patet per ſufficientiam. Quæ eadẽ numero dicantur.

C quia quæcunq; ſunt eadem numero, uel ſunt eadem eſſentialiter,uel accidentaliter. ſi primũ,eſt dupliciter. uel ſunt eadẽ ſecundum rẽ,& rationem ſimul, & ſic ſunt eadem nomine,uel ſunt eadem ſecũdũ eſſentiam tm̃,& differunt rõne,& ſic ſunt eadem definitione,in quibus definitio ſecundũ naturã præcedit definitũ. ſi ſunt eadem accidentaliter,hoc eſt dupliciter.uel ſunt unum accidentaliter accidente proprio,& ſic ſunt eadem proprio,uel communi,& ſic ſunt eadem accidẽte.& ſicut habeẽ ſufficientia modorũ eiuſdem,ita põt dari ſufficientia modorum differentis, & ẽt modorum unius,quia unum & idem, realiter idem ſunt.

Quarto ſciendum, quòd eadem nomine dicuntur,quorum res eſt una,nomina uero plura, & hoc modo ſynonima dicuntur eadem. Sed eadem definitione dicuntur, quorum unum eſt definitio alterius, uel etiam de definitione, ſicut ſpecies eſt una definitione cum indiuiduo, & omne ſuperius eſſentiale cum ſuo inferiori eſt idem. Eadem proprio ſunt, quorum unum eſt proprium & eadem

D accidente ſunt quorum unum eſt accidens, & prouenit hæc unitas formaliter ex parte formæ accidentalis, quæ ſeipſa inhæret formaliter ſuo ſubiecto, effectiue uero ex parte ſui ſubiecti, quod dat accidenti eſſe,& unitatem in genere cauſæ efficientis,materialis, & finalis.

Sed contra prædicta arguitur primo. Cœlum & terra ſub eodem genere cõtinentur.ſ.ſub corpore, & tamen non ſunt eadẽ genere,quia corruptibile,& incorruptibile differunt pluſq̃ genere.ergo male hic definiuntur eadem genere. Secũdo ſic. Homo, & aſinus differunt ſpecie, & tamẽ non continguntur ſub diuerſis ſpeciebus, igitur male definiuntur differentia ſpecie. Tertio ſic. Socr. & Plato differunt numero, & tamen non faciunt diuerſum numerum inter ſe, ſed tm̃ faciunt unum numerum.ſ.binarium. ergo male definiuntur differentia numero. Argumẽ. Vide. x. Meth. t. c. 26 & ibi Aueiroim & oẽs Doctõ.

Quarto ſic. Plura nomina ſunt differentia nomine, ergo non poſſunt eſſe eadem nomine, quorum res eſt una nomina uero plura. Quinto ſic. Vbi ſunt diuerſæ formæ ibi ſunt diuerſa eſſe, ſubiectum, & accidens important diuerſas formas, igitur non habent unum eſſe, nec ſunt eadem numero. E

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ corruptibile, & incorruptibile nunquam ſunt eadem in genere Phyſico, quod eſt materia, eo ꝙ haben. eiuſdem rationis materiam tantum bene poſſunt eſſe eadem genere Logico. de quo ſolum eſt hic ad propoſitum. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet homo & aſinus non ſint ſub diuerſis ſpeciebus, tamen habent diuerſas differentia ſpecificas, quibus differunt ſpecie, ideo poſſunt differentia ſpecie, ſed magis proprie dicuntur diuerſæ ſpecies. Ad tertium dicitur, quòd ſi capiatur numerus proprie, prout eſt multitudo ex unitatibus aggregata, ſic Socra. & Plato non faciunt diuerſum numerum, ſed, ſi capiatur improprie, pro unitate numerali, uel communiter ſe extendit ad numerum, & unitatem, ſicut hic capitur, ſic Socra. & Plato faciunt diuerſum numerum, idest diuerſas unitates numerales, ſiue materiales. Ad quartum dicitur, quòd licet diuerſa nomina ſint differentia ex parte uocis, ſiue nominis nominantis poſſunt tamen eſſe eadem ex parte rei nominatæ, & propter illam unitatem dicuntur eadem nomine. Ad quintum dicitur, quòd licet ſubiectum, & accidens habeant diuerſa eſſe eſſentiæ, tamen habent unum ſolum eſſe exiſtentiæ, per quod ſubiectum exiſtat per ſe, accidens uero ex conſequenti, ad exiſtentiam ſubiecti, uel ſubſtantiæ. F

Quid nam ſit prædicari in quid, aliaq; generis definitio datur.

Illud autem dicitur prædicari in quid, quod conuenienter reſpondetur ad interrogationem factam per quid, ut cum quæritur, quid eſt homo? conuenienter reſpondetur, animal. ergo animal prædicatur de homine in quid. Aliter autem definitur genus ſic. Genus eſt cui ſupponitur ſpecies. G

Poſtq̃ Auctor notificauit illud membrum definitionis generis. ſ. differentibus ſpecie, hic conſequenter notificat aliud membrum. ſ. prædicari in quid dicens, ꝙ illud dicitur prædicari in quid, quod conuenienter reſpondetur ad quæſtionem factam per quid cuius ratio eſt, quia interrogatiuum quid, quærit de ſubſtantia, & quiditate rei, & quia interrogationi debet eſſe proportionata reſponſio, ideo ad illud interrogatiuum quid, debet reſponderi illud, quod dicit eſſentiam, & quiditatem rei. ideo quod conuenienter reſpondetur ad quæſtionem factam per quid, dicitur prædicari in quid.

Primo ſciendum, ꝙ forma, actus, quiditas, rõ, eſſentia, & natura, idem ſecundùm rem, ſed differunt rationibus. quia eſſentia rei quinque modis conſyderat̃. Primo modo inquantum informat materiam, uel totum compoſitum, & ſic dicitur forma ſecundo modo, prout actuat potentiam materiæ, & ſic eſt actus tertio modo, ut eſt principiũ eſſendi, & ſic dicitur eſſentia. eſt. n. eſſentia id, quo res habet eſſe, quarto modo conſyderatur, inquantum eſt principium cognoſcendi rem & ſic dicitur quiditas, quaſi dicens quid eſt res, quia res formam eius ab intellectus cognoſcitur. & etiam quandoque dicitur ratio, quia eſt id quo ratio, uel intellectus cognoſcit ipſam rem quinto modo conſyderatur, inquantum eſt principium operandi, & ſic dicitur natura, & dicitur Natura a naſcor naſceris, quia ab ea naſcuntur motus, & operationes compoſiti, uel quia eſt principium naſcentiæ rei, & per hoc patet quid ſit quiditas rei, & quid prædicatur in quid, quia illud quod importat quiditatem rei per modum ſubſtantiæ. H

Secundo

A Secundo ſciendum, ꝙ genus, ſpecies, differentia, & definitio important eãdem eſſentiam realiter, ſed ſub diuerſis modis eſſendi, quia genus importat eam ſub confuſo eſſe determinabili, per differentias oppoſitas formaliter, differentia uero importat eandem eſſentiam per modum formantis, & qualificantis potẽtiam generis, & hoc, quia determinat genus ad ſpeciem. Species uero importat illam eſſentiam per modum formati, & determinati, implicite tamen. Sed definitio importat eum per modum completi, & explicite. explicat em̃ ipſam a prima potentia uſq; ad actam ultimam per genus, & differentiam ſpeciei. ideo definitio prædicatur in quid de ſpecie, tñ non eſt unum prædicabile tm̃, ſed complectitur plura prædicabilia. ſ. genus, & differentiam. alia uero, quia ſunt incomplexa, dicuntur prędicabilia & quia a modis eſſendi ſumuntur modi prędicãdi, & non ab eſſentia ſecundũ ſe, ideo genus, & ſpecies, quę importãt eſſentiã ſub modo ſubſtãtię, prædicantur in quid, non aũt differentia, quæ importat eam ſub modo qualitatis.

Genus, ſpecies, differentia, diffinitio, eandẽ ubi diuerſis eſſendi modis. eſſentiã dicunt.

B Tertio ſciendum, ꝙ genus dupliciter conſyderatur. Vno modo ſub ratione prędicabilis, & ſic de ipſo data eſt definitio prius poſita. Alio modo ſub ratione gñis, in quantum habet reſpectum ad plures ſpecies, & ſic de ipſo datur hæc definitio, Genus eſt cui ſupponitur ſpecies. cuius ratio eſt, quia in ordine prædicabilium cõius debet poni ſupra minus cõe, cum poſsit de ipſo prædicari uniuerſaliter, & non econuerſo, ſed genus eſt cõius ꝗ ſit ſpecies, quia ad hoc ꝙ ſit genus, requiritur ꝙ poſsit eſſe in pluribus ſpeciebus, & ꝙ ſub eo ſint plures ſpecies aptitudine. & quia in perpetuis, ſicut ſunt uniuerſalia, non differunt eſſe, & poſſe ſecundum tẽpus ideo, cum genus ſit in potentia ad plures ſpecies, ẽt habet plures ſpẽs ſub ſe in actu & licet genus ſecundũ totã ſuam eſſentiam poſsit ſaluari in unica ſpecie, non tñ ſecundum totam eius potentiam, quia poteſtate continet omnes ſpecies ſub ſe, ideo ſemper manet cõius, & ſpecies conuenienter ponitur ſub eo.

De hoc ꝑ Doct. viij. Phyſi. primo. & Cęli & mun. & 12. Met.

Quarto ſciendum, ꝙ ſub gñe aliquid dupliciter ponitur. Vno modo lateraliter,
C ut differentia, quæ a latere contrahit partem poteſtatis gñis, & a latere concurrit ad conſtõnem ſpeciei tanꝗ determinans eſſentiam gñis ad ſpeciem. Alio modo directe, ut id, quod importat eſſentiam gñis per modũ determinatę ſubſtantię, & ſic ſpecies ſupponitur gñi, ẽt immediate, & formaliter, quia per differentiam genus determinat̃ ad ſpeciem. indiuidua uero ponuntur ſub gñe mediante ſpecie, & hoc materialiter, quia ſpẽs diuidit̃ per indiuidua ſolum diuiſione materiali, & non formali. ideo conuenienter dr̃ ꝙ genus eſt, cui immediate directe, & formaliter ſupponitur ſpecies, & non dr̃ia, uel indiuiduum propter cauſas iam dictas.

Sed contra prædicta primo arguitur. Si quæratur quid eſt oratio, conuenienter reſpõdetur bene, ꝙ eſt uox, & tñ uox non prædicatur de oratione in quid; cũ oratio non habet quiditatem, eo ꝙ eſt ens rationis. igitur male definitur prædicari in quid. Secundo, ſi quæratur, quid eſt chymera? bene reſpondetur, ꝙ eſt quid imaginabile, compoſitum ex impoſsibilibus componi, & tamen hoc non prædi-
D catur in quid de chymera cum ipſa non habeat quiditatem. Tertio ſic. Vnius definibilis, unica eſt definitio, cum unius rei ſit unum eſſe, & definitio ſit oratio explicans eſſe rei. ergo male ponitur hæc ſecunda definitio generis. Quarto ſic. Potentia ponitur ſub actu, & non econuerſo, ſed genus eſt potentia reſpectum ſpeciei, igitur ponitur ſub ſpecie, & ſibi non ſupponitur ſpecies.

Argumen.

Quinto ſic. Prius non debet definiri per poſterius, ſed ſpecies ẽſt poſterior genere. igitur genus male definitur per ſpeciem.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet orõ non habeat quiditatem ſecundũ rem, & ſimpliciter, tamen habet quiditatem ſecundum modum eo modo, quo habet eſſe, cũ quiditas non ſit aliud ꝗ rei entitas, ut notificatiua ipſius. ideo uox de orõne in quid prædicatur eo modo, quo rñdetur ad interrogationẽ eius factã

Solutio.

per quid. Ad ſecundum dicitur, q; ſi de chymera, quæratur quid rei, non ualet deſinitio, ſed ſi quæratur quid nominis bene datur illa definitio, & poteſt prædicari in quid de chymera, uel ẽt ſecundũ modum prædicatur in quid de ipſa oſtendendo entitatem eius, prout eſt ens rationis. Ad tertium dicitur, quòd licet unius rei ſit unicũ eſſe eſſentiæ, & unica definitio quiditatiua, tñ poſſunt eſſe plures modi eſſendi, uel plura eſſe accidentalia, quæ explicantur per definitionem deſcriptiuam. ideo unius rei ſecundum plures modos eſſendi pñt eſſe plures definitionis deſcriptiue. & ſic eſt de genere in iſtis definitionibus. Ad quartum dicitur, q; duplex eſt potentia. quædam eſt potentia ſubiectiua, quæ eſt potentia materiæ, uel ſubiecti, per quam poteſt ſuſcipere formam, alia eſt potentia formalis, quæ eſt aptitudo formæ aptæ determinari per diuerſas formas, & licet potentia ſubiectiua ponatur ſub actu, non tamen potentia formalis, ſed ponitur ſupra actum, & hoc modo genus eſt potentia reſpectu ſpeciei. Ad quintum dicitur, q; ſi ſpecies capiatur pro re ſubiecta intentioni, ſic eſt poſterior genere, ſed capiatur pro intentione concreta rei, adhuc dupliciter conſyderatur. uno modo ut habet dependentiam ad ſuum genus quod terminat ipſam, & ſic adhuc poſterior, alio modo ut ipſa terminat reſpectum, & dependentiam intentionis generis, & ſic eſt prior genere, cum terminans præcedat terminatum, & ſolum hoc modo capitur in definitione generis poſtremo poſita. F

Diuiſio generis in generaliſsimum ac ſubalternum, & quid unumquodque ipſorum.

Porphirius & Doct. in cap. de genere.

Et diuiditur in genus generaliſsimum, & genus ſubalternum. Genus generaliſsimum eſt, ſupra quod non eſt aliud genus ſuperueniens. uel genus generaliſsimum eſt quod, cum ſit genus, non poteſt eſſe ſpecies. Et diuiditur in decẽ generaliſsima, quæ ſunt decẽ prædicamẽta. ſ. ſubſtãtia, quantitas, qualitas, relatio, actio, paſsio, quando, ſitus, ubi, habitus. Hæc autem decẽ prædicamenta dicuntur generaliſsima, quia nullum genus habent ſupra ſe. licet enim ens dicatur de iſtis decem, tamen non dicitur de ipſis uniuoce, ſed æquiuoce, ſiue multipliciter. ideo non eſt genus eorum. De his autem decem nihil modo dicemus, ſed in prædicamentis determinabitur de ipſis. Genus ſubalternum eſt quod, cum ſit genus, poteſt eſſe ſpecies, ut animal eſt genus hominis, & equi, & eſt ſpecies corporis animati. G

Poſtq̃ Auctor determinauit de genere definitiue ponendo duas definitiones eius, hic conſequenter determinat de ipſo diuiſiue, dicens q; genus diuiditur in genus generaliſsimum, & genus ſubalternum, cuius ratio eſt. Quia omne genus ordinatur in ordine prædicamentali. uel ergo eſt principium ſui ordinis ſic, q; non ponitur ſub alio, & ſic genus generaliſsimum, uel ſubordinatur alteri, & ſic eſt genus ſubalternum. & iſtorum membrorũ gñaliſsimum dicitur perfectius genus q̃ ſubalternum. ratio eſt, quia ratio generis a generalitate ſumitur. & communitate ſui ambitus, ſed genus generaliſsimum habet maiorem generalitatem, & communitatem, quàm ſubalternum, quia plura ſub ſe continet. ideo perfectius dr genus. quare ſequitur q; diuiſio prædicta eſt diuiſio analogi in ſua analogata. H

Primo ſciendum, quod genus gñaliſsimum eſt quod cũ ſit genus non põt eſſe ſpecies. cuius ratio eſt, quia genus gñaliſsimum habet, q; ſit genus. & q; ſit gñaliſſimum. primum habet per reſpectũ ad ſuas ſpecies, quarũ dicitur genus, & ſecundũ habet per negationẽ prioris generis, quod ſit generalius ipſo, & utrunque explicatur

A plicatur in definitione prædicta, primum cum dicitur, quod cum ſit genus, ſecũ dum per hoc quod dicitur, non poteſt eſſe ſpecies, quia ſi non poſsit eſſe ſpecies, non habet aliquod genus communius ipſo, ideo aliter ſic poteſt definiri. Genus generaliſsimum eſt, ſupra quod non eſt aliquod ſupraueniens genus.

Secundo ſciendũ, ꝙ generaliſsimum dupliciter exponitur. ſ. affirmatiue, & negatiue, negatiue ſic. Generaliſsimum eſt generale, & nihil eſt eo generalius affirmatiue ſic. Generaliſsimum eſt quod eſt generale, & omni alio eſt generalius. quod poteſt dupliciter intelligi, uel ꝙ omni alio generalius ſit ſimpliciter. uel omni alio de ſuo ordine. unde, ſi exponatur generaliſsimum affirmatiue, & intelligatur ꝙ ſit omni alio generalius ſimpliciter, ſic ſubſtantia non eſſet gñaliſsimũ, ipſa.n. non eſt omni alio gñalior. ſ. quantitate, & tunc quãtitas non eſſet genus generaliſsimũ, & ſic oportet tm̃ unum eſſe genus generaliſsimum. Sed ſi exponatur generaliſsimum negatiue, uel affirmatiue cum iſta reſtrictione, quod ſit B omni alio de ſuo ordine generalius, ſubſtantia bene eſt genus generaliſsimum, & ſimiliter alia prædicamenta, & hoc modo capitur hic generaliſsimum.

Tertio ſciendũ, ꝙ genus generaliſsimum diuidiť per decẽ prædicamenta, quæ ſunt ſubſtãtia, quãtitas, ad aliquid, qualitas, actio, paſsio, ſitus, habitus, ubi, quando, & dicuntur iſta generaliſsima, quia non habent aliquod genus ſupra ſe quia licet genus gñaliſsimum diuidatur per iſta decem, tamen non eſt genus ipſorum. ſed ſolum eſt intentio cõis, quæ de ipſis prædicatur accidentaliter, & licet ens dicať de omnibus illis, tñ non eſt genus ipſorum, quia nõ prędicať de ipſis uniuoce nam, quod prædicatur uniuoce, prædicatur ſm unũ nomẽ, & una rõnẽ, æqualiter participatã a multis, ſed rõ entis, quæ eſt habere eſſentiã, uel habere actum eſſendi, non æqualiter participatur a decem prædicamentis, quia actus eſſendi primo conuenit ſubſtantiæ, & per ſubſtantiã ſolum conuenit aliis. ſ. accidentibus, & non conuenit ipſis per ſe. Similiter habere eſſentiam uerius conuenit ſubſtan- C tiæ quàm aliis. Item omne genus diuiditur per differentias formales, quæ ſunt extra rationem generis, ſed ens non diuiditur in decem prædicamenta per differentias formales, quæ ſint extra rationem, uel naturam entis, quia tunc eſſent non entia modo non ens nullam cõſtituit ſpẽm ſubeente, ideo ens non habet differentias formales, nec eſt genus ad decem prædicamenta, ſed eſt commune analogũ. Ens nõ eſt genus ad decem præ di. ſed analogum.

Quarto ſciendũ, ꝙ genus ſubalternũ dicitur qđ cũ ſit genus bene põt eſſe ſpecies. cuius rõ eſt, quia ſubalternũ mediat poſitione, uel rõne ordinis inter gñaliſsimũ, & ſpecialiſsimũ, rõne cuius habet duplicẽ reſpectũ, primo habet reſpectum gñaliſsimi, qđ eſt ſibi ſuperius, & ab illo dř ſpẽs, ſecundo habet reſpectum ſuorũ inferiorum, a quo dicitur genus, & ſic bene dicitur qđ, cum ſit genus põt eſſe ſpẽs & dicitur ſubalternum, quaſi alternatim ſub ſupra poſitum. ſ. poſitione formali, & non dicitur ſubalternum, quia eſt ſub altero natum, quia tunc ſpecies ſpecialiſſima diceretur ſubalterna, & per hoc patet de diuiſione generis, & de difinitionibus membrorum eius, & de diuiſione generis generaliſsimi. Quid ſit genus ſubalternũ.

D

Sed cõtra prædicta primo arguiť. Omnis diuiſio generis ſit per differentias in ſpecies eius, ſed iſta diuiſio generis non ſit in ſpẽs eius, cum gñaliſsimũ nõ poſsit eſſe ſpẽs. igitur illa diuiſio nõ eſt ſufficiẽs. Secũdo ſic. Quod poteſt habere eſſe determinatũ per differẽtiã põt eſſe ſpẽs, ſed genus gñaliſsimũ eſt homini, quia ſubſtantia habet eſſe determinatũ ꝑ rõnale ad hominẽ, ergo generaliſsimũ põt eſſe ſpẽs. Tertio ſic Quod dicitur per ſuperabundantiã uni ſoli conuenit, ſed generaliſsimũ per ſuperabundantiã dicitur, igitur uni ſoli conuenit, igitur non ſunt decem prædicamenta: Quarto ſic. Omne, quod prædicatur in quid eſt communius alio eſt genus, ſed ens prædicatur in quid de quolibet prædicamentorũ, & eſt cõmunius quolibet, quia ſi quæratur quid eſt ſubſtantia cõuenienter rñdetur ꝙ eſt Argumen.

ens,

ens,ergo ens eſt genus ad decem prædicamenta. Quinto ſic. Oppoſita nunq̃ ſimul poſſunt eſſe in eodem,genus, & ſpecies opponuntur ſecundum intentionem eorum,ergo genus ſubalternum non eſt genus ſimul,& ſpecies. E

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur,ꝙ dupliciter dicitur diuiſio generis. uno modo ratione modi diuiſionis, quia fit ſecundum formam diuiſionis generis per differentias oppoſitas. Alio modo dicitur diuiſio generis ratione diuiſi, eo ꝙ ibi diuiditur genus uel intentio generis. Et licet diuiſio generis primo modo dicta ſemper fiat in diuerſas ſpecies,non tamen diuiſio generis ſecundo modo dicta,& illa non eſt propria diuiſio generis,ſed communis analogi, & hoc modo eſt diuiſio. quia hic non diuiditur genus pro aliqua ſpeciali re ſubiecta intentioni, ſed pro intentione cõi generis concreta rei, quæ non habet differentias formales.

Ad ſecundum dicitur, ꝙ ſi gñaliſſimum conſyderetur quantũ ad eſſentiã eius bene põt habere determinatũ eſſe per drĩam.ſed ſi conſyderetur ſecundũ ſuũ modum eſſendi,quo dr̃ cõiſſimum ſui ordinis, ſic non põt habere eſſe determinatum per drĩam.& quia genus gñaliſſimum utrunq; importat.ſ.eſſentiam,& talem modum eſſendi,ideo ut gñaliſsimum eſt,non põt eſſe tale determinatum. Ad tertiũ dicitur,ꝙ licet illud,quod ſuperabundantiam dicitur, uni ſoli conueniat in uno ordine,tamen põt conuenire diuerſis in diuerſis ordinibus,& ſic eſt de decem prędicamentis,quorum quodlibet in ſuo ordine dicitur generaliſsimum. F

Ad quartum dicitur,ꝙ ens dupliciter capitur.uno modo participaliter, ut tm̃ ualet ſicut exiſtens.uel habens actum eſſendi,& ſic non prædicatur in quid de aliquo prædicamento,ſed ipſis accidentaliter,uel contingenter conuenit. alio modo nominaliter, & tantum ualet ſicut habens eſſentiam, & ſic bene prædicatur in quid de prædicamentis.ſed non eſt communius, aliquo illorum communitate naturæ,uel rei,quæ diuidatur per illa decem,ſed eſt ſolum communius cõmunitate uocis.ideo non dicitur uniuoce de ipſis. Ad quintum dicitur,ꝙ ſi genus,& ſpecies comparentur ſecundum idem, ſic opponuntur ſecundum ſuas intentiones,ſed reſpectu diuerſorũ non opponuntur.& hoc modo cõueniunt ſubalterna. G

Quid nam Species ſit.

SPECIES eſt quod prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid eſt. In hac autem definitione hoc uerbum prædicatur, dicit aptitudinem, & non actum. Similiter in aliis. ut homo prædicatur de Socrate, & Platone, & de aliis particularibus hominibus, quæ ſunt plura differentia numero, ut prius patuit. Et prædicatur de his in quid, quia cum quæritur quid eſt Socrates, conuenienter reſpondetur, homo.

Poſtq̃ determinatum eſt de genere,quod eſt principium ſpeciei,hic conſequenter Auctor determinat de ſpecie, quæ capit rationem, & naturam uniuerſalem ab uno genere,ipſam primo ſic definiens. Species eſt quod prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid.in qua definitione per illam particulam quod prædicatur de pluribus, habetur, quòd ſpecie eſt unum prædicabile, per quod intelligitur genus definiti.deinde ponitur differẽtibus numero, ad differentiam generis,quod prædicatur de differentibus ſpecie, & ponitur in quid, ad differentiam differentiæ,proprij,& accidentis, quæ prædicantur in quale. & conuenit hæc definitio ſpeciei ſpecialiſsimæ tm̃,& non ſubalternę Ratio eſt,quia hic definitur ſpecies in ratione prædicabilis. in cuius ſignum ponitur hoc relatiuum,quod,referens prædicabile,uel uniuerſale. ſed ſpecies ſpecialiſsima ſolum H

eſt

A eſt prædicabile ab aliis diſtinctum, & nõ ſubalterna, ſed illa continetur ſub prædicabili generis.

Primo ſciendum, q̃ ſpẽs dupliciter accipit. Vno modo proprie, ut eſt uniuſcuiuſque forma i. pulchritudo uel formitas corporis, quę conſiſtit in debita quãtitate, & debita mẽſuratione mẽbrorũ corporis cũ uiuacitate coloris, & hoc mõ dr̃ ſpecies in ciuilibus. Secundo modo capitur ſpẽs trãſumptiue pro forma communicabili, quę ponitur ſub aſſignato gñe, & illo modo dr̃ ſpẽs Logica unde nomen ſpẽi primo repertum eſt in ciuilibus, & per ſimilitudinem translatum eſt ad ſpẽm Logicã. q̃a ſicut ſpẽs, quę ẽ pulchritudo actuat ipſum corp⁹ remouẽdo eius turpitudinem, ſic ſpẽs Logica actuat, & determnat ipſum genus, & remouet eius turpitudinem. ſ. potentialitatem, & indeterminationẽ. ab hoc. n. quod eſt ſpecificare, dicitur ſpecies. & de ſpecie ſecundo modo dicta eſt hic ad propoſitum. Spẽs dupliciter ſumitur.

Secũdo ſciendum, quòd natura ſpeciei ut puta natura hominis tripliciter conB ſyderatur. Vno modo ſecundum ſe, & abſolute, & ſic non dr̃ uniuerſalis, nec particularis, quia non capitur ſub aliqua ſecunda intentione. Alio modo capitur ſub reſpectu ad ſua indiuidua, & ab illo dicitur uniuerſalis. Tertio modo per reſpectum ad ſuum genus, & ab illo accipitur intentio ſpeciei, & ſecundum illum reſpectum habet ſpecificare genus. hic aũt nõ definitur ſpẽs pro illa natura cõi abſolute, ſed pro illa natura, ut ſubſtat intentioni prædicabilis, & ſpeciei ſimul. &, quia non definitur hic in rõne prędicabilis tantũ quia tunc per iſtam definitionem nõ differret ab alijs prędicabilibus, ſed definitur in rõne prędicabilis determinati, & contracti ad ſpãlem modum prædicandi, & per intentionem ſpẽi. vñ ſpẽs in ſuo noĩe includit prædictam naturam cõem materialiter, & formaliter includit intentionem ſpẽi cũ intentione uniuerſalis. ideo definitur pro illa re ſubiecta, inquantum ſubſtat intentioni uniuerſalis, & ſpeciei.

Tertio ſciendum, quòd dũ in aliqua definitione ponitur uerbum, quod habet C ſignificare actum debet capi ut dicit aptitudinem cuius rõ eſt, quia definitio ſemper eſt de aliquo uniuerſali, & non de ſingularibus eoquòd ſingularium non eſt demonſtratio, & per conſequens neque definitio quia definitio eſt medium demõſtrationis, ſed aptitudo ſe tenet ex parte uniuerſalium, actus aũt ex parte ſingularium, cum actus, & operationes ſint ſingularium, & ſuppoſitorum, iõ dũ uerbum ſignificans actum ponitur in definitione debet capi ut dicit aptitudinem tantum. ideo in præſenti definitioni hoc uerbum prædicatur, dicit aptitudinem ad prædicandum, & non actum. Prædicari dicit aptitudinẽ nõ actum.

Quarto ſciendum, quod genus, & ſpẽs diuerſimode multiplicantur, & diuidũtur genus. n. diuiditur diuiſione formali. ſ. per dr̃ias formales, formaliter contrahentes eſſentiam generis ad diuerſas ſpẽs, rõne cuius genus prędicatur de differentibus ſpẽ. ſed ſpẽs diuiditur ſolum diuiſione materiali, per hoc quòd ipſa accipitur in materia diuiſa per diuerſas partes, in quas ipſa multiplicatur ſecũdum D eſſe. &, quia talis diuiſio materialis cauſat diuerſa indiuidua differentia numero, ideo ſpecies prædicatur de differentibus numero. &, quia ipſa dicit totam eſſentiam completam illorum indiuiduorum per modũ ſubſtantiæ, ideo prædicatur de ipſis in quid. & per hoc patet intellectus definitionis ſpeciei.

Contra prędicta primo arguitur. Nullum ens completum hẽt eẽ in pluribus, cum ens in alio ſit imperfectum, & nõ per ſe exiſtens, ſed ſpẽs eſt ens completũ, ſicut genus eſt imperfectum, ergo ſpẽs nõ habet eſſe in pluribus, nec prædicatur de multis. Secũdo ſic. Oẽ prædicabile dicit totum eſſe ſui ſubijcibilis, ſpẽs nõ dicit totũ eſſe indiuiduorum, q̃a indiuiduũ ultra ſpẽm addit materiã ſignatã accidentibus, quam ſpẽs non includit. ergo ſpẽs non prædicatur de indiuiduis differentibus numero. Tertio ſic. Indiuiduum non habet quiditatem, nec definitionẽ, ergo Argumen.

De hoc p Philoſo- phū, & Do ctо. 1. Po- ſtc. t.20. & 7. Topi.& 12. de aīa. per Doct.

ergo ſpẽs non dicit quiditatem indiuiduorum,& per conſequens non prædicatur E in quid de differentibus numero. Quarto ſic. Genus prædicatur in quid de differentibus numero, ut aīal de Socrate, & Brunello. ergo iſta definitio conuenit generi. nec ualet dicere, ꝙ genus prædicatur de differentibus numero ſolum mediante quia, prædicatur immediate de differentibus, quia diuerſæ ſpecies in gñe ſubſtantiæ differunt numero. igitur genus immediate prædicatur de differentibus numero. Quinto ſic. Materia prædicatur in quid de hac materia & illa, quæ differunt numero, & tamen non eſt ſpecies, cum non ſit forma totius. ergo iſta definitio conuenit aliis a definito.

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd licet ſpẽs ſit ens completum perfectione eſſentialia, & formali, non tñ eſt perfectum perfectione ſuppoſiti. ideo nõ eſt per ſe ſubſiſtẽs, ſed bene poteſt eſſe in multis, ſicut ſuperius in ſuo inferiori, licet non ſit in alio, ut accidens in ſuo ſubiecto, quod eſt ſimpliciter imperfectum.

Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet ſpecies nõ dicat totum eſſe materiale, & propriũ F indiuidui, quia indiuiduum ultra ſpẽm addit materiam, uel ſecundum aliquos ſignificationem materiæ, tamẽ ipſa dicit totum eſſe ſpecificum ſuorum indiuiduorum, quod ſufficit ad prædicandum de ipſis. Ad tertium dicitur, quòd indiuiduũ dupliciter conſyderatur. Vno modo ut eſt res particularis, terminans fluxum naturæ cõis, & iſto modo bene habet eſſentiam, & quiditatem. Alio modo conſyderatur ſub ratione diſcreti, ut includit accidentia indiuiduantia, & hoc modo non habet eſſentiã niſi per ſuas partes, qa includit eſſentias de diuerſis ꝑdicamentis. nec iſto modo ſpecies prædicatur in quod de indiuiduis, ſed primo modo. Ad quartum dicitur, quòd licet genus mediate prædicetur in quid de differentibus numero non, tamen immediate ſicut intelligitur de ſpecie, & licet diuerſæ ſpecies ſubſtantiæ per ſe, & primo differant numero. ſ. numeroſitate eſſentiæ, non tamẽ numeroſitate ſuppoſiti, de qua ſolum hic intelligitur. Ad quintum dicitur, quòd licet materia prædicetur in quid de differentibus numero ſecundum mo- G dum, non tamen ſecundum rem, quia ipſa non eſt forma dicens eſſe huius materiæ uel illius, niſi ſecundum modum tantum, & illo modo poteſt dici ſpecies Logica ſecundũ modum eo modo, quo prędicatur in quid de differentibus numero.

Prædicaĩ ſpẽs de differentibus nũero natura cõplete, & ſic excluduntur oẽs obiectiones.

Speciei alia deſcriptio ponitur, ſubalternaque ac ſpecialiſſima quid nam ſint declaratur.

Definitur etiam ſic. Species eſt, quæ ponitur ſub aſſignato genere, & de qua genus in eo quòd quid ſit prædicatur, & diuiditur in ſpeciem ſpecialiſſimam, & ſpeciem ſubalternam. Species ſpecialiſſima eſt, quæ, cum ſit ſpecies, non poteſt eſſe genus, ut homo, equus, & conſimilia. uel ſic. species ſpecialiſſima eſt, ſub qua non eſt alia inferior H ſpecies. Species ſubalterna eſt, quæ cum ſit ſpẽs, põt eſſe genus, ut animal. unde quæcunque ſunt inter genus generaliſſimum, & ſpeciem ſpecialiſſimam, poſſunt eſſe genera, & ſpecies, ad aliud quidem, & ad aliud ſumpta. ſunt enim genera reſpectu inferiorum. ſpecies uero reſpectu ſuperiorum, ſicut patebit in arbore Porphyriana.

Poſtq̃ Auctor poſuit diuiſionem ſpeciei in ratione prædicabilis, & per reſpectum ad ſua inferiora, ſecundum quem dicitur uniuerſalis, hic conſequenter definit ipſam ſub ratione ſpeciei, & per reſpectum ad ſua ſuperiora, ſecundu quem dicitur

A dicitur ſpecie, dicens, quòd ipſa aliter ſic definitur. Species, eſt, quę ponitur ſub aſsignato genere, & de qua genus in eo quod quid prędicatur, & debet intelligi quod ponitur directe ſub genere, & non lateraliter, ſicut differentia. & etiam ponitur immediate, & non mediante alio, ſicut indiuiduum. & conuenit iſta definitio tam ſpeciei ſpecialiſsimæ, quàm ſubalternæ: quælibet enim illarum ponitur ſub aſsignato genere. ideo ipſa eſt communior præcedente.

Primo ſciendum, ꝙ ſpecies ſub genere ponitur poſitione formali, & ordine uel poſitione participationis, cuius ratio eſt, quia ſpecies ponitur ſub genere. eo ꝙ eſt minus & magis determinata, quam genus. ſed ꝙ ſit magis determinata habet a differentia formali, quæ contrahit formaliter, & determinat genus ad ſpeciem. ideo ſpecies ponitur ſub genere poſitione formali: & etiam ordine participationis: quia participare eſt rationem participati in ſe capere ſeu ſuſcipere. ſpecies autem in ſe ſuſcipit generis rationem quaſi eius definitionem. Vnde patet quòd B ſpecies aliter ponitur ſub genere quàm indiuiduum. quia indiuiduum ponitur mediante ſpecie ſub genere: & ſub ſpecie ponitur poſitione materiali tantum. indiuiduum enim contrahit formam generis. uel ſpeciei per materiam ſolum, quæ eſt principium indiuiduationis: & reddit formam incommunicabilem, per quàm efficitur minus communis, & per talem determinationem indiuiduum ponitur ſub genere, uel ſpecie, ratione cuius indiuiduum uagum generis, ut aliquod animal, reſpectu animalis, non ponitur ſub aliqua parte determinata poteſtatis generis ſed indifferenter contrahit genus ad indiuiduum cuiuslibet ſpeciei. Indiuiduū uagū, generis ad oēs ſpēs eius attinet.

Secundo ſciendum, quòd ſpecies actu, & intellectu includit eſſentiam generis, & ideo ipſa non poteſt poni indifferenter ſub diuerſis generibus: ſed ſolum ſub illo determinato genere, cuius habet eſſentiam, & ideo poni dicitur ſub aſsignato genere id eſt ſub ſuo genere determinato, cuius habet eſſentiam, & de ea genus prædicatur in quid, eo quòd dicit totam eius eſſentiam per modum ſub-C ſtantiæ licet ſub eſſe confuſo, ut prius dictum: & per hoc patet intellectus huius definitionis.

Tertio ſciendum, ꝙ ſpecies diuiditur per ſpeciem ſpecialiſsimam, & ſubalternam. cuius ratio eſt. quia omnis ſpecies eſt determinata per differentiam, per quam conſtituitur, uel ergo eſt totaliter determinata per differentiam, & ſic eſt ſpecialiſsima: uel adhuc eſt determinabilis, & diuiſibilis per differentias oppoſitas, & ſic eſt ſubalterna. Ratio eſt, quia ratio ſpeciei ſumitur ab hoc quod eſt ſpecificare poteſtatem, & confuſionem generis per ſimilitudinem ad ſpeciem in ciuilibus, quæ ſpecificat ipſum corpus: ſed in ſpecie ſpecialiſsima genus uerius determinatur. & ſpecificatur, q̃ in ſubalterna, cum in ſubalterna genus adhuc ſit determinabile per differentiã. in & ſpecie ſpecialiſsima eſt totaliter determinatum.

Quarto ſciendum, quòd ſpecies ſpecialiſsima eſt, quæ, cum ſit ſpecies, non poteſt eſſe genus, unde ipſa reſpectu ſui generis dicitur ſpecies, ſed in quantum eſt D totaliter determinata per differentiam, & non amplius diuiſibilis eſt per differentias, dicitur ſpecialiſsima, quia non eſt diuiſibilis formaliter, ideo non poteſt eſſe genus, ideo dicitur, quòd eſt ſub qua non eſt alia inferior ſpecies. Sed ſpecies ſubalterna eſt, quæ, cum ſit ſpecies, poteſt eſſe genus: ipſa enim eſt ſpecies reſpectu ſuorũ ſuperiorũ, & genus reſpectu ſuorũ inferiorum: quia poteſt diuidi per differentias formales, quarum quælibet conſtituit ſpeciem ſub ſe. ideo poteſt eſſe genus reſpectu illarum ſpecierum, & hoc modo omnia intermedia inter genus generaliſsimum, & ſpeciem ſpecialiſsimam dicuntur genera reſpectu inferiorum: & ſpecies reſpectu ſuperiorum. & per hoc patet diuiſio ſpeciei, & definitiones membrorum eius.

Sed contra prædicta arguitur primo. Magis commune non ponitur ſub minus Argumen.

nus communi,ſed ſpecies cõior eſt q̃ genus, quia plures ſunt ſpecies, q̃ genera, E
ergo ſpecies de pluribus dicitur q̃ genus, & per conſequens non ponitur ſub gñe. Secundo ſic. Idem non eſt definiens,& definitum reſpectu eiuſdem, cum idẽ non ſit notius,& minus notum reſpectu eiuſdem. ſed genus prius definitum eſt per ſpeciem,ergo ſpecies hic male definitur per genus. Tertio ſic. Indiuiduũ uagum generis immediate ponit̃ ſub aſsignato gñe, ut aliquod aĩal immediate ponitur ſub animali,& tñ nõ eſt ſpecies. ergo iſta definitio non conuenit ſoli definito. Quarto ſic. Homo eſt ſpecies ſpecialiſsima,& tamen eſt genus uiri,& mulieris,cum uir, & mulier ſpecie,& formaliter differãt, ergo ſpecialiſsima bene poteſt eſſe genus. Quinto ſic. Nullum genus habet aliquam drĩam in actu, ſed in potentia ſolum, ſed oĩs ſpecies ſubalterna habet unam drĩam in actu, igitur non põt eſſe genus.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dr̃,ꝙ ſi ſpecies capiatur pro intentione ſpeciei,ſic eſt cõior,q̃ genus. ſed,ſi capiatur pro re ſubiecta intẽtioni, pro qua hic definitur,

Relatiua iuxta diuerſum modũ ad reliquũ ꝑ reliquũ definiri.

nõ eſt cõior gñe,ſed magis determinata. ideo ponitur ſub genere. Ad ſecundum dicitur,ꝙ in abſolutis,idem non poteſt eſſe definiens,& definitum,ſed bene in re- F
latiuis,ſeu reſpectiuis,unum definitur per alterũ,& econuerſo. modo genus,& ſpecies relatiue dicuntur. unde in relatiuis,idem poteſt eſſe magis, & minus notum reſpectu eiuſdem ſecundum diuerſas rationes Relatiua.n. conſyderantur tripliciter. uno modo ſecundum ſubiecta, uel fundamenta relationum, & ſic unum eſt notius altero,& non econuerſo. Secundo modo,inquantum in utroq; eſt una ſpecies relationis,& ſic ſunt ſimul natura,& ſic ambo ſunt nota æqualiter. Tertio modo, inquantum unum terminant dependentiam alterius, & ſic unum eſt magis notum,& minus notum altero. inquantum.n. eſt terminans,eſt magis notum, inquantum uero ad aliud terminatur eſt minus notum. & hoc modo relatiua per ſeinuicem differenter definiuntur. Ad tertium dicitur, ꝙ licet indiuiduum uagũ generis immediate ponatur ſub genere poſitione materiali,non tamen poſitione formali,de qua eſt hic ad propoſitum. Ad quartum dicitur, ꝙ uir & mulier non
differunt ſpecie ſubſtantiali quare homo non eſt genus eorum,ſed ſpec e acciden- G
tali ſolum per naturalem potentiam,& naturalem impotentiam, quæ ſunt qualitatis. Ad quintum dicitur,ꝙ ſi genus comparetur ad ſuas differentias, per quas diuiditur,& inquantum eſt genus,nullam habet in actu,ſed, ſi cõparetur ad differentias ſuis ſuperioris,habet unam in actu. ſed hoc ſibi non conuenit inquantum eſt genus,ſed in quantum eſt ſpecies ſui ſuperioris.

Prædicamentalis coordinatio.

Vt autem hoc ſit magis planum, ſumatur exemplum in uno prædicamento, ut ſubſtantię eſt genus primum. ſub hac autem eſt corpus, ſub corpore corpus animatum,ſub quo animal, ſub animali animal rationale,ſub quo homo,ſub homine ſunt indiuidua, ut Socrates, Plato, &
Cicero. H

Poſtq̃ Auctor præmiſit definitiones ſpeciei ſpecialiſsimę,& etiam ſubalternę, & prius poſuerat definitiones generaliſsimi, & ſubalterni, hic conſequenter declarat omnia prædicta per exempla ponendo coordinationem prædicamentalem unius prædicamenti,ſ. prædicamenti ſubſtantiæ, quod eſt cæteris nobis notius dicens,quòd in tali coordinatione eſt unum genus, quod eſt ſubſtantia, quod diuiditur per has differentias,corporeum,& incorporeum,ſub quo,per corporeum, conſtituitur corpus, quod diuiditur per animatum, & inanimatum, ſub quo eſt corpus animatũ.ſ. ſub quo eſt animal, ſub animali animal rationale, ſub quo eſt homo, ſub homine ſolum ſunt indiuidua.

Primo

A Primo ſciendum, quod hæc coordinatio, ad ſimilitudinem arboris naturalis, uocatur, quædam arbor. quia ſicut in arbore naturali ſunt truncus, rami, & radices, ita per ſimilitudinem in iſta coordinatione. unde recta linea, in qua ſunt generaliſsima, & ſpecialiſsima ſe habet ſicut truncus in arbore directe protenſus. Differentiæ uero laterales ſunt ſicut rami lateraliter in arbore protenſi, & quantum ad eſſe eſſentiæ genus generaliſsimum ſe habet per modum radicis, quia ſicut in arbore tota arbor egreditur, & ẽt tota uirtus eius a radice, ſic etiam in generaliſsimo primo continetur totum eſſe eſſentiæ ſuorum inferiorum. unde tale eſſe primo conuenit uniuerſalibus, & per uniuerſalia ſingularibus, & quãtum ad eſſe exiſtentiæ radix ponitur in indiuiduis, quia illud eſſe primo conuenit indiuiduis, & per ipſa uniuerſalibus, quæ non exiſtunt niſi in indiuiduis.

Coordinatio prædicamentalis ad naturalẽ ſimilatur arborem.

Secundo ſciendum, ꝙ in iſta coordinatione eſt tantum unum genus generaliſsimum. ſ. ſubſtantia, ſed ſunt plura ſpecialiſsima. Cuius ratio eſt, quia procedendo a generaliſsimo ad ſpecialiſsima fit proceſſus per diuiſionem unius in
B multa: ideo ſub generaliſsimo plura ſpecialiſsima continentur: & procedendo a ſpecialiſsimis ad generaliſsimum proceditur a multitudine per collectionem in unitatem, & licet in hoc prædicamenta ſint plura ſpecialiſsima, tñ gratia exẽpli hic ſolũ ponitur unũ. ſ. homo unde intermedia inter hominem, & ſubſtantiã dicuntur ſubalterna, & dicuntur intermedia non per abnegationem: quia de ipſis non poſſunt negari ſua ſuperiora, ſed per participationem: quia participant rationes accidentales extremorum: quia generaliſsimum eſt ſupra tantum, & ſpecialiſsimũ ſolam ponĩ ſub poſitione formali, & ſubalterna ponũtur ſub & ſupra.

Tertio ſciendum, ꝙ in linea recta prædicamentali hæc tria ponuntur. ſ. genus quod dicit quid, ſpẽs, quæ dicit aliquid, indiuiduum, quod dicit hoc aliquid. & licet indiuidua quandoq; lateraliter ponantur ſub ſpecie, tamen non eſt ad denotandum, ꝙ non ſint in recta linea prædicamentali, ſed ad denotandum, ꝙ ſpẽs di
C uiditur per plura indiuidua, ipſa tñ non ponuntur in recta linea prædicamentali poſitione formali, ſed materiali ſolum, quia per materiam ſub ſpecie ponũtur, ideo quantum ad poſitionem formalem, generaliſsimum, & ſpecialiſsimum extrema dicuntur. ideo procedendo a generaliſsimo fit ſtatus in ſpecialiſsimis ſecundum poſitionem formalem, & hoc eſt quod dicit Porphyrius, a generaliſsimo ad ſpecialiſsima deſcendentem iubet Plato quieſcere.

Quarto ſciendum, ꝙ in hac arbore differentiæ ſiniſtri lateris deſignantur poſitiuæ, aliæ uero priuatiuæ. Ratio eſt quia differẽtiæ ſiniſtri lateris ſunt nobis notiores, ideo ſunt ſibi nomina poſitiua impoſita, aliæ uero ſunt minus notæ. ideo propter penuriam uocum ſignificantur per nomina priuatiua dicentia priuationem differentiarum ſiniſtri lateris, licet illæ differentiæ ſignificentur priuatiue. tamen dicunt ueras differentias poſitiuas, quæ conſtituunt ſpecies ſub genere ſubſtantiæ. Ex quibus omnibus patet intellectus huius coordinationis.

Cur drĩæ ſiniſtri lateris poſitiuæ dextri ſint priuatiuæ.

D Sed contra prædicta primo arguitur. Subſtantia non prædicatur uno nomine, & una ratione de ſubſtantiis corporeis, & incorporeis, ergo non prædicaĩ uniuoce. Antecedens patet, quia ſubſtantia non dicit aliquid unum reale, quod ſit cõmune ad illas differentias. ergo non habet unã definitionẽ, cũ unitas definitionis præſupponat unitatẽ definiti. Secundo ſic. Nulla materia totius cõpoſiti eſt genus, ſed corpus eſt materia in corpore animato, cuius anima eſt forma, igiĩ corpus hic male poniĩ ut genus. Tertio ſic. Nullũ cõplexum per ſe, & directe ponitur in prædicamento, corpus animatũ eſt quid complexũ ergo male hic poniĩ ut genus in directa linea. Quarto ſic. Omne corpus eſt ſenſibile, cum omne corpus poſsit uideri, ergo nullũ corpus eſt inſenſibile. igitur male diuiditur corpus animatũ ꝑ ſenſibile, & inſenſibile. Quinto ſic. Animal rõnale cõuertitur cum homi-

Argumen.

ne

ne cum ſit propria definitio hominis, ergo non eſt genus hominis. & per conſequens male ſupra ipſum ordinatur ut genus. B

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd licet ſubſtantiæ in communi nõ dicat aliquid unum in numero uel ſpecie, tamen dicit aliquod unum unitate generis, quæ eſt conuenientia plurium ſpecierum inæqualiter uno gradu perfectionis communis. unde ſubſtantiæ corporeæ, & incorporeæ æqualiter in uno gradu conueniunt, quòd ſunt per ſe ſubſiſtentes, & non in ſubiecto. Ad ſecundum dicitur, quòd corpus dupliciter capitur. uno modo ut eſt pars corporis animati materialis, & ſic non ponitur ut genus, alio modo, ut dicit formam totius, quæ reſultat ex unione formæ cum materia, per quam ſubſtantia eſt apta nata ſuſcipere tres dimenſiones, & hoc modo non eſt pars corporis animati, ſed forma totius, & ſic ponitur eſſe genus. Ad tertium dicitur, quòd corpus animatum, ſecundum uocem & ſignificatum propinquum ſibi, quod eſt conceptus corporis & animæ, eſt quoddam in complexum. ſed tamen eius ſignificatum remotum, ſcilicet uiuum, quod hæc circumloquuntur, eſt in complexum, & hoc modo ponitur genus. Ad quartum dicitur, quod ſi capiatur ſenſibile prout eſt aptum natum ſentiri, omne corpus eſt ſenſibile, ſed ſi capiatur actiue, ut tamen ualet ſicut aptum natum ſentire, ſic ſolum animal eſt ſenſibile. Ad quintum dicitur, quòd ſecundum rei ueritatem animal rationale non eſt genus hominis, ſed conuertitur cum homine, & hic ſolum ponitur ſupra hominem ad declarandum opinionem Porphyrii, qui in ſequendo opinionem Stoicorum, qui ponebant animal rationale diuidi per homines, & Deos, poſuit animal rationale ſuperius ad hominem. hoc tamen eſt erroneum, quòd animal rationale ſic diuidatur. ideo non eſt tenendum. F

Quid indiuiduum ſit.

Indiuiduum autem eſt quod de uno ſolo prædicatur. ut Socrates. G

Poſtquam Auctor determinauit de ſpecie, hic conſequenter determinat de indiuiduo, eo quòd in definitione ſpeciei dicitur, quòd ipſa prædicatur de differentibus numero, quæ ſunt indiuidua, & in coordinatione prædicamentali prius poſita dicitur, quòd ſub ſpecie ſpecialiſsima ponuntur indiuidua. Ideo hic definitur indiuiduum. unde indiuiduum eſt quòd prædicatur de uno ſolo, ubi ponitur quod prædicatur, loco generis. & capitur hic prædicatur communiter, ut ſe extendit ad prædicabile proprie ſumptum, & communiter, deinde ponitur de uno ſolo, ad differentiam prædicabilis proprie ſumpti.

Primo ſciendum, quòd res particularis, ut Socr. dupliciter conſyderatur, uno modo ſecundum ſe, & abſolute, & ſic ſignificatur nomine primæ intentionis, ut nomine Socratis, uel Platonis. alio modo inquantum eſt incommunicabilis, & habet negationem communitatis reſpectu plurimum indiuiduorum, & ſic ſignificatur hoc nomine ſecundæ intentionis, quod eſt indiuiduum. unde indiuiduum in ſua ſignificatione duo repræſentat. Primum eſt illa res particularis, quam materialiter importat. Secundum eſt intentio incommunicabilis, quam formaliter importat, & a qua imponitur. Quandoque tamen ſumitur indiuiduum pro illo nomine ſecundę intentionis indiuiduum, quandoque uero pro ſuo ſignificato quod eſt res particularis ſub eſſe communicabili, & pro tali ſignificato hic definitur, & non pro ipſa uoce. H

Duplex indiuiduum, uagũ, & ſi- Secundo ſciendum, quòd duplex eſt indiuiduum. ſ. indiuiduum uagum, quod importat naturam contractam ad determinatum ſuppoſitum, ut aliquis homo. & dicitur uagum idest indeterminatum quo ad nos, licet ſit determinatum ſecundum

A dũ rem,cũ ſit unũ ens in numero. Aliud eſt indiuiduũ determinatũ,quod impor tat naturam contractam ad determinatum ſuppoſitum, quo ad nos. Et iſtud eſt quadruplex, quia aliud eſt determinatum nominatione, quod ſignificatur proprio nomine ſibi impoſito, ut Socrates. Aliud eſt determinatum determinatione, quæ fit per terminum communem,cum pronomine demonſtratiuo, ut iſte homo. Aliud eſt determinatum ex circumlocutione, quod ſignificatur per circumlocutionem proprietatum indiuidui, ut dicendo talis homo cũ craſſo ca pite, longo Naſo &c. Quartum eſt determinatum ex ſuppoſitione, ut Socratis filius. unde Socratis filius non eſt de ſe indiuiduum,cum poſsit ſumi pro multis,ſed ſolum ex illa ſuppoſitione quòd Socra. habeat unicum filium, & cuilibet iſtorum conuenit definitio prius poſita.

gnatum,& hoc quadruplex.

Tertio ſciendum, ꝙ de ratione indiuidui eſt, ꝙ ſit incommunicabile multis, & per hoc differt ab uniuerſali. & ideo illud qđ reddit formam incõmunicabilẽ,
B quæ de ſe communicabilis,eſt principium indiuiduationis, ſed materia,quæ de ſe eſt hæc,& incõicabilis reddit formam in ea receptam incõicabilem. ideo materia eſt principium indiuiduationis. & ideo ratione ipſius habet indiuiduum, quod ꝓdicetur de uno ſolo,& ꝙ non poſsit conuenire multis. unde patet ꝙ ſpẽs ſecundum ſe ſumpta non includit materiam, cum materia ſit principiũ indiuiduationis,& ſit incommunicabilis, licet in ſuis ſuppoſitis includat materiam, & formam. ideo indiuiduum ultra ſpeciem ſecundum ſe acceptam addit materiã.

Quarto ſciendum,ꝙ ſeptem ſunt proprietates,uel accidentia indiuidui,quæ his uerſibus notantur. Forma,figura,locus,nomen,ſtirps,patria,tẽps. Hæc ſeptem propria continet omnis,homo, Vnde indiuiduum,cuius ſunt hæ proprietates, dupliciter conſyderatur. Vno modo quantum ad eſſe indiuidui,inquantum eſt ens incommunicabile, & illo modo illæ proprietates, non ſunt aliquo modo principia indiuidui,ſed capiunt indiuiduationem a ſubiecto ſuo. Alio mõ cõſy-
C deratur quantũ ad rõnẽ diſcreti, & ſic illa accidẽtia ſunt principia indiuidui quãtũ ad ſenſibilẽ diſcretionem, & quo ad nos, quia dicitur diſcretum quaſi diuerſis cretũ.i.diuerſis accidentibus ab alio diſtinctũ. Ex quibus patet qũo capitur indiuiduum in præſenti definitione,& quot modis capitur, & quid ſit principium indiuiduationis,& quomodo conditionis indiuidui concurrunt ad rationem eius.

Septem in quolibet re periũtur in diuiduo, q̃ rõnẽ eius complent.

Sed contra ꝓdicta primo arguit. Vniuerſaliũ tm̃ eſt definitio,& nõ ſingulariũ, primo Poſteriorũ, ſed indiuiduũ nõ eſt uniuerſale. igit,&c. Secundo ſic. A prima ſubſtãtia nulla eſt ꝓdicatio,ut dr̃ in ꝓdicamẽtis,ſed indiuiduũ ſubſtãtiæ eſt prima ſubſtãtia,ergo indiuiduũ nõ ꝓdicat. Tertio ſic. Indiuiduũ ꝓdicat de multis ẽt uniuoce,ut dicẽdo,Socr. eſt indiuiduũ,Pla. eſt indiuiduũ,igit nõ ꝓdicat de uno ſolo. Quarto ſic. Socra ꝓdicatur uniuoce de iſto Soc. & de alio, quia prædicatur uno nomine & una ratione de ipſis. quia eadem eſt definitio ipſius Soc. & alterius, ergo indiuiduum non prædicatur de uno ſolo. Quinto ſic. Aliquis homo eſt in-
D diuiduum,& tamen uniuoce prædicatur de iſto homine & de aliis, cum eadem ratione ſit iſte aliquis homo,& alii eiuſdem ſpeciei. ergo definitio eſt mala.

Argumen.

Ad argumenta. Ad primũ dr̃,ꝙ ſi capiat indiuiduũ,ꝓ aliqua re ſubiecti intentioni eius,ſic nõ eſt uniuerſale,tñ ſi capiat pro intẽtione cõi, ſub qua hic definit, eſt quoddã uniuerſale uniuerſalitate intẽtionis,licet nõ uniuerſalitate naturæ,& illud ꝓ quo definit eſt ſingulare,& indiuiduũ. Ad ſecũdũ dr̃,ꝙ a prima ſubſtãtia nulla eſt ꝓdicatio directa,& ordinata tñ bñ eſt ꝓdicatio indirecta, q̃ nõ eſt ordinata ſecundũ ordinẽ ſuperioris,& inferioris,ut qñ Socr. ꝓdicat de ſeipſo habet tñ in ꝓdicato rationem formæ,& in ſubiecto rationẽ materiæ. Ad tertium dr̃, ꝙ indiuiduũ,captũ pro intentione cõi, prædicat de multis uniuoce uniuocatione intẽtionis, tñ indiuiduũ, captũ pro re ſubiecta intentioni,pro qua dat definitio,


Solutio.

non prædicatur de multis. Ad quartum dicitur, quòd licet iſte homo, & alius habeant eandem definitionem communem ſuæ ſpeciei. non tamen habent unam definitionem communem, ut conueniunt in nomine Socratis ideo Socra. non prædicatur de ipſis ſecundum unam rationem. unde in ſuis proprijs definitionibus ponuntur ſuæ conditiones indiuiduantes, quæ non poſſunt ſimul eſſe in diuerſis indiuiduis, ideo duo indiuidua nunquàm habent eandem definitionem propriam. Ad quintum dicitur, quòd licet aliquis homo prædicatione ſpeciei & ratione naturæ contractæ prædicetur de multis, non tamen prædicatione indiuidui. ſ. quando conſyderatur ex parte ſigni contrahentis naturam, quod eſt materia denotans principium indiuiduationis, quod eſt differens in diuerſis indiuiduis. Hæc autem omnia patent in figura ſequenti. quæ dicitur arbor Porphiriana. unde uerſus. E

Iſta tibi plana facit arbor Porphiriana.

F

Genus generaliſsimum.



G

H

A
De differentia.

DIfferentia dicitur tripliciter, communiter, proprie, & magis proprie. Communiter differentia eſt qua alterum differt ab altero, uel à ſeipſo ſeparabili accidente, ut Socrates ſedens differt a ſeipſo non ſedente uel ab alio. Proprie differentia eſt, qua alterum differt ab altero inſeparabili accidente, ut Socrates ſimus a Platone non ſimo, unde accidens inſeparabile dicitur, ut ſimum uel aquilum. Magis proprie differentia eſt, qua alterum differt ab altero ſpecifica differentia. i. per ſpeciei differentiam, ut homo differt ab equo per rationale. & hoc ultimo modo ſumitur hic differentia, & definitur.

B

Poſtq̃ determinatum eſt de ſecundo prædicabili. ſ. de ſpecie, hic conſequenter determinat de tertio. ſ. de Differentia. Ratio ordinis eſt, quia licet differentia ſecundum naturam eius præcedat ſpeciem, ut principium conſtitutiuum ſpeciei, tamen quantum ad rationem uniuerſalis, & prædicabilis ſpecies eſt prior, quia ſpecies dicit eſſentiam rei ſub modo ſubſtantiæ, ideo prædicatur in quid, differẽtia uero ſub modo accidentis, ideo prædicatur in quale, quare ſecundum rõnem prædicabilis ſpecies debet præcedere differentiam. Item ſpecies dicitur correlatiue ad genus, ſed unum relatiuum cognoſcitur per aliud, & econuerſo, quia definiuntur per ſeinuicem. ideo ordine doctrinæ ſpecies præcedit differentiam, & debet poni immediate poſt genus. Ordinis ratio.

Primo ſciendum, ꝙ differentia in communi eſt quoddam ęquiuocum, ideo priusq̃ definiatur diuiditur. Vnde triplex eſt differentia. ſ. communis. propria, Triplex differen-
C & magis propria. Ratio eſt. quia omnis differentia facit differre, & inde dicitur tia.
differens. Vel ergo facit differre eſſentialiter, & ſic eſt differentia magis propria, uel accidentaliter, & hoc eſt dupliciter. uel facit differre per accidens ſeparabile, quod habet cauſam mutabilem in ſubiecto, & ſic eſt differentia communis, uel per accidens inſeparabile, quod habet cauſam permanentem, & ſic eſt propria. &, quia differre eſſentialiter perfectius eſt quàm differre accidentaliter, & differre inſeparabili accidente eſt uerius differre quàm ſeparabili, ideo differentia magis propria eſt uerior differentia quàm aliæ, & propria quàm communis. ideo in hac diuiſione, ultimo ponitur dr̃ia magis propria, de qua fit conſequens determinatio, & primo ponitur cõis tanquàm remotior a uera differentia.

Secundo ſciendum, ꝙ differentia cõis eſt qua unum differt ab alio ſeparabili Cõis differentiæ rõ.
accidente. & dicitur accidens ſeparabile quod non habet cãm ſtantem, & permanentem, ſed uariabilem in ſubiecto, quare faciliter ſeparatur a ſubiecto, ſi
D cut cauſa quam inſequitur albedo uel color in Socrate, & tale accidens dicitur accidens inquãtum eſt in ſubiecto, & differentia inquantum facit ſuum ſubiectũ differre ab aliis quæ habent formam oppoſitam. & dicitur talis differentia communis, non quia cauſetur ab accidente communi, ſed quia primo dicta eſt ſecũdum communiter loquentes, qui dicunt aliqua differre per quãcunq; diuerſitatem accidentalem, quæ percipitur a ſenſu.

Tertio ſciendum, quòd differentia propria eſt qua unum differt ab alio accidente inſeparabili, & dicitur inſeparabile accidens, quod habet cauſam permanentem, & ſtantem in ſubiecto, quæ non faciliter ſeparatur a ſubiecto. Et tale duplex eſt. quia quoddam eſt inſeparabile priuatiue, quod licet non faciliter ſeparetur a ſubiecto, tñ poteſt aliquo modo ſeparari cum difficultate, ſicut albedo

in cignis & cõtinetur ſub prædicabilis accidẽtis. Aliud eſt inſeparabile negatiue, B
qđ nullo modo a ſubiecto realiter ſeparatur, ſicut eſt accidẽs propriũ & de utro
que hic intelligitur, & quia utrunq; hẽt cauſam permanentem in ſubiecto, ideo
utrunque quodammodo ſibi appropriatur, & inde uocatur differentia propria.

Differentia magis propria. Quarto ſciendũm, ꝙ differentia magis propria eſt qua unum differt ab altero ſpecifica differentia, & eſt ſpecifica differentia, quæ conſtituit ſpẽm ſub aliquo genere, talis enim dat ſpeciei eſſe, & unitatem, & diuerſitatẽ ab aliis, & dicitur magis propria per reſpectum ad differentiam propriam, quia magis facit differre, quàm propria, quæ facit differre accidentaliter tantum. Et differt magis propria, ab aliis tripliciter. Primo, quia ipſa facit aliud, & alteratum ſimul differre eſſentialiter, & ex conſequenti accidentaliter, aliæ uero faciunt alteratum tantum. Secundo, quia differentia magis propria eſt per ſe differentia, aliæ uero per accidens. Tertio, quia communis, & propria ſuſcipiunt magis, & minus, hæc autem non ſe conſiſtit indiuiſibili. Item cõis differentia eſt ſeparabilis. aliæ uero in- F
ſeparabiles. unde ſola differentia magis propria eſt unum prædicabile, ab aliis diſtinctum, aliæ uero continentur ſub proprio, & accidente a quibus cauſantur.

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur Socra. & Plato differunt eſſentialiter, & non per aliquam iſtarum differentiarum, quia non differunt accidente ſeparabili, nec inſeparabili, nec etiam dña ſpecifica, ergo non ſufficienter ponuntur acceptiones differentiæ. Secundo ſic. Differentia communis eſt id, quod diuiditur in iſta diuiſione, ergo male ponitur membrum diuiſionis. Tertio ſic. Illud, quod facit conuenire non facit differre, ſed accidens ſeparabile facit conuenire cum ſit quoddam commune, in quo multa conueniunt. igitur. Quarto ſic. Quia riſibile eſt differentia propria, & tamen non eſt accidens inſeparabile, quia non continetur ſub accidente, ergo differentia propria male definitur.

Quinto ſic. Senſibile eſt differentia magis propria, & tamen non eſt differentia ſpecifica, ſed generica, ergo differentia magis propria non eſt qua unum dif- G
fert ab alio differentia ſpecifica.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet Soc. & Pla. eſſentialiter differant, hoc tñ fit originaliter per differentiã materialem, & non formalem. hic autem ſolum ponuntur acceptiones differentię, quę ſolum faciunt differre eſſentialiter per formam. Ad ſecundum dicĩ, ꝙ licet hæc differentia, quæ hic diuidiĩ dicatur cõis ſecundum prædicationẽ, non tamen dr̃ cõis ratione uſus ipſius, eo ꝙ primo uenit in uſum communiter loquentium, ſicut dña dicitur cõis, quæ ponitur mẽbrum huius diuiſionis. Ad tertium dicitur, ꝙ licet accidens cõe ſit cauſa conuenientiæ ſuorũ ſubiectorũ, quibus conuenit, tñ eſt cauſa differentiæ ſuorum ſubiectorũ ab aliis, quæ hñt formam ſibi oppoſitam. Idem. n. reſpectu diuerſorum bene facit conuenire, & differre. Ad quartũ dicitur ꝙ riſibile non eſt accidens inſeparabile, contentũ ſub accidente cõi, tñ ſi accidens inſeparabile capiatur generaliter per omni accidente, quod non ſeparatur a ſuo ſubiecto, ſicut capitur in H
propoſito riſibile bene eſt accidens inſeparabile. Ad quintum dicitur, ꝙ ſenſibile nõ eſt differentia ſpecifica cõſtituens ſpeciem ſpãliſsimã, tñ eſt differẽtia ſpecifica cõſtituens ſpẽm ſubalternam. ideo capiendo differentiã ſpecificam cõiter, pro omni differentia conſtitutiua ſpeciei, ſicut hic capitur poteſt dici ſpecifica.

Quid differentia.

Cap. iiij. uniuerſalium circa finem. Differentia eſt quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale, ut rationale prædicatur de homine, & de diis, quæ ſunt differentia ſpecie. ſumus enim rationales nos, & Dii, ut uult

Porphyrius

A Porphyrius. ſed mortale additum nobis, ſeparat nos ab illis. Illud aũt dicitur prædicari in quale, ad quod cõuenienter reſpõdetur ad interrogationem factam per quale. cum enim dicitur qualis eſt homo, cõueniẽter reſpondetur rationalis. & ideo rationale p̃dicatur de hoĩe in quale.

Poſtquam Auctor Poſuit acceptiones differentiæ, ut eliceret membrum, quod faciebat ad propoſitum, ſcilicet differentiam magis propriam, hic conſequenter determinat de ipſa, ipſam primo ſic definiens. Differentia eſt quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale. In qua definitione ponitur qđ prædicatur, loco generis, & de pluribus ad differentiam indiuidui, de differentibus ſpecie, ponitur ad differentiam ſpeciei, & proprij, quæ ſolum prædicantur de indiuiduis eiuſdem ſpeciei. & ponitur in eo quod quale, ad differentiam generis & ſpeciei, quæ prædicantur in quid. & accidentis, & proprij, quæ prædicantur in
B quale accidentale, & non in quale eſſentiale ſicut facit differentia.

Primo ſciendum, ꝙ ſicut genus dicit potentiam ſpeciei, ita differentia dicit ultimum actum eius, & ratio eſt. quia illud, quod facit differre ſpeciem ab omnibus aliis rebus, eſt ultimus actus ſpeciei, quia per eſſe potentiale, & per actum communem ſpecies non differt ab aliis, ſed cum ipſis conuenit, ſed differentia dicit id, quod una ſpecies differt ab alia, ergo differentia dicit ultimũ actum ſpeciei. Talis autem actus conſyderatur tripliciter, uno modo ſecundum ſe, & abſolute, & ſic ſignificatur per nomen primæ intentionis, ut per rationale. ſecundo modo, ut eſt communicabilis pluribus inferioribus, & ſic ſibi attribuitur intentio, & nomen uniuerſalis, tertio modo inquantum facit differre ſpeciem, in qua eſt, ab aliis, & ab illo reſpectu capit intentionem & nomen differentiæ. & differentia quantum ad illud. ſ. materiale, cui nomen attribuitur, dicit ultimum actum ſpeciei, & quantum ad ſuum formale, a quo imponitur, dicit reſpectum differen-
C tiæ ad id a quo facit differre.

Differẽtia tribus modis conſideratur.

Secundo ſciendum, ꝙ hic definitur differentia pro re ſubiecta eius, ut ſtat ſub intentione uniuerſalis, & prædicabilis, & non ſub ratione intentionis differentię. Ratio eſt, quia hic definitur differentia, ut habet reſpectum ad plura inferiora eius. ſ. ad plures ſpẽs in quibus eſt, ſed ſecundm talem reſpectum habet rõnem uniuerſalis, & prædicabilis. ideo hic definiĩ ſub rõne prædicabilis, & non ſecundũ illum reſpectum, quo facit differre, a quo ſumitur ratio differentiæ. ideo hic non definitur differentia quantum ad rationem intentionis differentiæ, quare hic conuenientius dicitur, differentia eſt quod prædicatur, quam differentia eſt, quæ prædicatur, quia quod prædicatur, dat intelligere prædicabile, quod eſt ſuum antecedens.

Tertio ſciendum, ꝙ differentia magis propria dupliciter capitur. uno modo generaliter, pro quacumque differentia conſtitutiua ſpeciei, ſiue ſpecialiſſimæ, ſi-
D ue ſubalternæ, & hoc modo non definitur hic, quia hæc definitio non conuenit differentiæ conuertibili cum ſpecie ſpecialiſſima. alio modo capitur ſpecialiter ſolum pro differentia generica, quæ conuertitur cum genere ſubalterno, & conſtituit ſpeciem ſubalternam. & hoc modo hic definitur, talis enim conſtituit ſpeciem ſubalternam, quæ diuiditur per plures ſpecies, ideo eſt communis pluribus ſpeciebus ſicut illa ſpecies, quam conſtituit. ideo prædicatur de pluribus ſpeciebus etiam immediate quantum ad ſuum modum prædicandi de ipſis. ſ. in quale.

Quarto ſciendum, quod illud dicitur prædicari in quale quod importat formã, ſiue eſſentiã per modum qualitatis, ſed differentia importat ſpẽi eſſentiã ꝑ modum qualitatis, quia per modum qualificantis, & determinantis genus ad ipſam ſpẽm. iõ prædicatur in quale de ipſa ſpẽ. Etiam conuenienter per dr̃iam rñdeĩ

Q̃ſo differentia p̃dicetĩ in quale.

ad quæſtionem factam per quale de ipſa ſpecie. ideo prædicatur de ſpecie in quale, non accidentale, ſed eſſentiale. Eſt. n. triplex quale. ſ. quale generis, quod importat differentiam, quod non eſt quale ſimpliciter. quia differentia non aduenit generi poſt eſſe ſuum completum ſicut accidens aduenit ſubiecto, ſed dicit eandem eſſentiam cum ipſo. ideo dicit quale eſſentiale. aliud eſt quale ſpeciei, quod importatur per proprium, & eſt quale ſimpliciter. tertium eſt quale indiuiduorum, & eſt quale pure accidentale, quod importantur per accidens commune, quod eſt, ſimpliciter quale, quia aduenit rei poſt eſſe eius completum. E

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur. Omne prædicabile dicit totum eſſe rei, de qua prædicatur, ſed differentia non dicit totum eſſe ſpeciei, cum ſit tñ pars ſpeciei, & non dicat totum eſſe confuſum eius, quod importatur per genus, igitur ipſa non prædicatur de ſpecie. Secundo ſic. Differentia ſolum prædicatur de ſpecie, quam conſtituit, ſed una differentia unam ſolam ſpeciem conſtituit, igitur differentia prædicatur de unica ſpecie, & non de pluribus. Tertio ſic Rationale eſt differentia, & tñ non prædicatur de pluribus ſpeciebus, quia conuertitur cum homine, igitur definitio differentiæ non competit omni contento ſub definito. F

Quarto ſic. Illud, quod dicit quiditatem rei prædicatur in quid, ſed differentia dicit quiditatem ſpeciei, quia ponitur in ſua definitione quiditatiua, igitur prædicatur in quid, & non in quale. Quinto ſic. Accidens commune prædicatur de pluribus ſpeciebus in quale, igitur iſta definitio competit aliis a definito.

Solutio. Ad argumenta. Ad primũ dicitur, ꝙ licet differentia non dicat totum eſſe ſpeciei ſecundum omnes modos eius. quia non dicit ipſum per modum confuſi, tñ ipſa dicit totum eſſe eius ſecundum unum modum eſſendi. ſ. actuantis, & determinantis. & quia ſolum dicit illud eſſe ſecundum unum modum eſſendi, ideo dicitur pars ſpeciei non quantum ad eſſe, ſed quantum ad ſuos modos eſſendi. Ad ſecundum dicitur, ꝙ differentia generica ſolum primo conſtituit unam ſpeciem ſubalternam, tamen ex conſequenti conſtituit ſpecies plures inferiores eius, de quibus prædicatur in quale. Ad tertium dicitur, ꝙ rationale eſt differentia ſpecifica, & non generica, de qua ſolum datur iſta definitio. ideo non continetur ſub definito huius definitionis. & licet Auctor exemplificet de illa in textu, hic tamen eſt ſolum ad explicandum falſam opinionem eorum, qui poſuerunt animal rationale commune ad Deos, & ad homines, & non ad oſtendendũ ꝙ animal rationale ſit in pluribus ſpeciebus. Exemplorum enĩ non requiritur ueritas, ſed ſufficit ut addiſcens intelligat. Ad quartum dicitur, ꝙ licet differentia dicat quiditatem ſecundum rem, hoc tamen eſt ſub modo qualitatis. & quia a modo eſſendi, & nõ ab eſſentia ſecundum rem ſumitur modus prædicandi, ideo prædicatur in quale. Ad quintum dicitur, ꝙ licet accidens prædicetur in quale accidentale, non tamen prędicatur in quale eſſentiale, de quo in hac definitione ſolum intelligitur. G

Alia differentia deſcriptio, prout ſpeciei conſtitutiua eſt. H

Aliter ſic definitur, Differentia eſt qua ſpecies abundat a genere, ut homo abundat ab animali his differentiis, quę ſunt rationale, mortale.

Poſtquàm Auctor poſuit definitionem differentiæ ſub ratione prædicabilis, & declarauit ipſam, hic conſequenter ponit aliam definitionem, quæ ſibi conuenit inquantum eſt conſtitutiua ſpeciei, quæ talis eſt. Differentia eſt qua abundat ſpecies a genere, ſicut homo abundat ab animali per rationale. & primo loco huius definitionis intelligitur genus definiti, quod eſt forma, uel natura, per illud relatiuum, qua, quia ſenſus eſt, differentia eſt qua, id eſt forma, qua ſpecies abundat a genere. & per totum reſiduum, differentia diſtinguitur ab omnibus aliis

A alijs prędicabilibus,quia in nullo aliorum ſpecies abundat a genere eſſentialiter.

Primo ſciendum,ꝙ ſecundũ quinq; actus differentiæ,differentia conſyderatũ quinq; modis,& ſecundũ hoc habet diuerſas definitiones. Primo mõ conſyderatũ ut eſt una forma cõicabilis multis ſpeciebus,& prædicabilis de ipſis.& ſic de ipſa datur prima definitio eius. Secundo modo,ut eſt conſtitutiua ſpeciei , & actualiter includitur in ipſa datur præſens definitio.Tertio modo,ut facit differre ſolum ſpeciem,quam conſtituit,ab alijs, & tunc ſic definitur . Differentia eſt qua differunt a ſe ſingula,ideſt ſingulæ ſpecies alicuius generis. Differentia quinq; modis capitur.

Quarto modo,ut eſt diuiſiua generis,& ex conſequenti ſpecierum , quæ ſunt in poteſtate generis,& tunc definitur ſic.Differentia eſt,quæ eſt apta nata diuidere genus,& ea,quæ ſub genere ſunt.Quinto modo , ut determinat genus ad eſſentiam ſpeciei.& hoc modo eſt pars eſſentialis ſpeciei,& ſecundum hunc actum ſic definitur.Differentia eſt quod conducit genus ad eſſe rei,& eius quod eſt eſſe B rei pars eſt,& per hoc patet quomodo ſecundum diuerſos modos eſſendi differentiæ ſunt eius plures definitiones , & quomodo hæc ſecunda differentiæ definitio aliter de ipſa datur quàm prima.

Secundo ſciendum , ꝙ ſpecies actu , & intellectu includit dñam.cuius ratio eſt quia ſpecies componit eſſentialiter ex genere , & differentia, ſicut ſtatua ex ære,& figura,ſed compoſitũ actu includit cõponentia , ergo ſpecies actu includit differentiã,& ẽt intellectu,quia impoſsibile,& intelligere ſpẽm non intelligendo definitionem,& eius eſſentiã, ſed in eſſentia ſpeciei eſt differentia , ergo ipſa eſt de intellectu eius. Sed genus non includit ſuas differentias in actu , quia cum illæ differentiæ ſint oppoſitæ, oppoſita ſimul,& actualiter eſſent in eodem, quod eſt impoſsibile,nec ẽt includit eas ſecundũ intellectũ.qa genus ſm naturã eius pręcedit ſuas dñas,mõ poſterius non eſt de intellectu prioris , iõ dñæ non ſunt de intellectu generis ſed genus poteſt intelligi non intelligendo dñas eius.

C Tertio ſciendum,ꝙ illud dicitur abundare,reſpectu alterius quod plus habet alio ſecundum actum.& dicitur notanter ſecundũ actũ,quia aliquid non dicitur abundare ultra aliud , quod ſecundum potentiam includit plura alio, ſicut homo pauper,quamuis ſit in potentia ad habendum plures diuitias quàm habeat diues,non tamen dicitur abundantior diuite,quia illa potentia non eſt reducta ad actum.& quia ſpecies actu includit differentiam , genus uero nullam includit actu, ideo ſpecies dicitur abundare a genere per differentiam , quamuis tamen genus plures differentias includit in ſua poteſtate. Quid ſit abundare.

Quarto ſciendum,ꝙ poteſtas generis eſt aptitudo eſſentia generis , quæ hẽt determinari per diuerſas differẽtias in diuerſas ſpecies. Eſſentia n.generis eſt de ſe indeterminata , & eſt de ſe in potentia ut determinetur ad diuerſas ſpecies , ut natura animalis de ſe communis eſt,& indeterminata reſpectu ſuarum ſpecierum,& cum hoc eſt in potentia ut determinetur ad hominem , uel equum per D differentiam eius,& talis potentia,uel aptitudo per q̃ poteſt determinari uocatur poteſtas generis,& q̃nq; uocatur ambitus,uel cõitas generis,quia eſt cõis reſpectu eſſentiæ generis ad oẽs ſpẽs,q̃nq; uero dicitur habitus confuſus differentiarum generis,quia in tali aptitudine confuſione, & potentia continentur omnes differentiæ eius,quæ poſtea diſtinctæ accipiuntur per intellectum abſtrahentem illas differentias ab illo eſſe confuſo.& non differt talis poteſtas realiter ab eſſentia generis,ſed ratione tantum,quia talis eſſentia eſt ens abſolutum, poteſtas uero reſpectiuum.Ex quibus patet intellectus definitionis prius poſitæ.

Sed contra prædicta primo arguitur: Hæc definitio explicat differentiam , ut eſt conſtitutiua ſpeciei,in qua eſt , & præcedens explicat differentiam , per reſpectum ad inferiora ſpeciei conſtitutæ per differentiam,ſed differentia prius re- Argumen.

ſpicit 'pēm q̄ inferiora eius,ideo iſta definitio debet præcedere primam.Secundo ſic.Genus includit plures differentias,ſimul,ſpecies uero unā tantum, igitur ſpecies non abundat genere per differentiam.Tertio ſic.Differentia nihil addit realiter ultra genus, quia realiter in genere continetur. igitur per differentiam ſpecies non abundat genere.Antecedens patet,quia, ſi differentia aliquid adderet ultra genus, cùm ſit in ſpecie eſſentialiter genus, nō diceret totam eſſentiam ſpeciei.Quarto ſic.Illud,quod eſt ſeparatum a genere eſt ſeparatum ab omni ſpecie eius,ſed differentia eſt ſeparata a genere cum ſit ultra naturam eius ut habetur quarto Topicorum.ideo eſt ſeparata a ſpecie,& ſic ſpecies non abundat a genere per differentiam.Quinto ſic.Species includit proprium,ſicut homo riſibile quod tamen non includit genus.igitur proprium eſt, quo ſpecies abundat a genere.igitur definitio conuenit aliis a definito. E

Solutio. Ad argumenta.Ad primum dicitur, ꝙ licet differentia prius reſpicit ſpeciem quam conſtituit,quàm inferiora determinata illius ſpeciei,tamen non prius reſpicit ipſam ſpeciem,cum ſit forma communicabilis multis.quia, ut ipſa præcedit naturaliter ſpeciem in illo eſſe,eſt apta nata eſſe in multis, & dici de multis, licet non ſic reſpiciat determinata inferiora.ideo prima definitio, explicans eam in eſſe prædicabilis conuenienter præponitur. Ad ſecundum dicitur,ꝙ licet genus includat plures differentias uirtualiter, & ſecundum poteſtatem, non tamen in actu,quare non dicitur abundare reſpectu ſpeciei.Ad tertium dicitur, ꝙ licet differentia nihil addat realiter ultra genus ſecundum eſſentiam.addit tamen ſecundum determinationem aliquid,& ſecundum modum eſſendi, quia genus dicit eſſentiam ſecundum eſſe indeterminatum, differentia uero dicit eam per modum determinantis,& cauſat modum determinati in ipſa. F

Ad quartum dicitur,ꝙ licet illud,quod ſeparatum eſt uniuerſaliter, & ſecundum rem a genere ſit a ſpecie ſeparatum,non tamen oportet de illo quod eſt ſeparatum a genere ſecundum rationem tantum,& ſic dicitur differentiam eſſe extra genus,quia non includitur in eſſentia generis differentia, eo ꝙ differentia de ſuo formali ſignificato.ſolum dicit ultimū actū ſpeciei,qui non includit eſſe confuſum generis. Ad quintum dicitur,ꝙ licet ſpecies includat proprium tanquam conſequens eſſentiam,& accidentaliter non tamen includit ipſum eſſentialiter,ſicut includit differentiam.ideo ſolum abundat eſſentialiter per differentiam. G

Differentia diuiſiua, & conſtitutiua eſſe dicitur.

Et ſciendum eſt, ꝙ eadem differentia eſt diuiſiua, & conſtitutiua, ſed diuiſiua generis, conſtitutiua uero ſpeciei,ut rationale diuidit animal cum differentia ſibi oppoſita, ſcilicet irrationale. dicimus enim animalium,aliud rationale,aliud irrationale,& iſtæ duæ differentiæ cōſtituunt diuerſas ſpecies ſub animali.omnis enim differentia adueniēs generi conſtituit ſpeciem.& ideo conſtitutiua, ſeu ſpecifica nominatur.mortale enim,additum ſuper hoc genus, quod eſt animal, conſtituit hominem,& ob hoc dicit Boethus,quod ſola ſpecies definitur.Definitio.n.conſiſtit ex genere,& differentia, ſed ſola ſpecies habet genus,& differentiam,ergo ſola ſpecies definitur. H

Poſtquàm Auctor determinauit de dr̄ia ponendo duas definitiones eius. hic conſequenter ponit unum notabile ipſius differentiæ dicēs, ꝙ eadem differentia poteſt dici diuiſiua,& conſtitutiua, diuiſiua generis, & conſtitutiua ſpeciei.cuius

A iuſ ratio eſt. quia ipſius differentiæ per ordinem ſunt tres actus.

Primus eſt diuidere genus, unde denominatur diuiſiua. Secundus eſt conſtituere ſpēm ſub genere, quod diuidit, unde dicit̃ conſtitutiua. Tertius eſt facere differre ſpēm, quā conſtituit ab aliis, & inde dicitur differentia. Et quia unumquodque denominatur a ſuo ultimo actu, qui eſt formalior aliis. ideo ipſa magis denominatur differentia ab hoc ultimo actu, q̃ nominetur a præcedentibus. Tres ſunt differentiæ actus.

Primo ſciēdum, ꝙ genus dupliciter cōſyderat̃. uno modo quātum ad eſſentiā eius, quæ eſt natura importata per genus. & quia natura eſt forma ſimplex, ideo eſt indiuiſibilis, & tota contrahitur ad quamlibet ſpēm eius, ſicut tota eſſentia animalis eſt in homine, & tota in equo. uariatur tñ in diuerſis ſpeciebus eſſentia liter ſecundū eſſe formale, quod capit a differentijs quę contrahunt genus ad diuerſas ſpēs. Secundo mō conſyderatur, quantum ad ptātem eius, q̃ eſt potentia ipſius eſſentiæ, q̃ pt cōtrahi p diuerſas drias in diuerſas ſpēs. & qa hæc potentia

B importat plures reſpectus, & una differentia, aduenieñ gñi, ſolū cōtrahit ipſum p unum reſpectum, quem habet ad unam ſpeciem, & per alium contrahitur ab alia differentia, ideo genus ſecundum ſuam poteſtatem diuiditur per duas differentias. ideo differentia bene dicitur diuiſiua generis.

Secundo ſciendum, ꝙ illud eſt conſtitutiuum ſpeciei, ꝙ contrahit, & determinat genus ad eſſe determinatæ ſpeciei. Per hoc n. ꝙ genus ſpecificatur in eſſe determinato, cauſat ſpecies, ſed differētia cōtrahit genus ad determinatū eſſe, & diſtinctum ſpeciei, ideo differentia cum genere eſt conſtitutiua ſpeciei. In tali aūt cōſtitutione, genus ſe habet p modū materię, nō tñ eſt uera materia ſpeciei, ſed ſolū ſecundū modū. quia ſicut materia eſt determinabilis per diuerſas formas, ſic ēt genus dicit potentiā formalē determinabilē per diuerſas differentias, differentia uero ſe habet per modum formæ, uel actus, & ſpecies ſe habet ut totū cōpoſitum ex genere, & differentia. ideo ut dicit Porphyrius, ſpecies componitur

C genere, & differentia, ſicut ſtatua ex ære, & figura. Quare conuenienter differentia eſt conſtitutiua ſpeciei. ſ. in genere cauſæ formalis, & non in genere cauſæ efficientis. Illud. n. quod effectiue cauſat eſt extrinſecum conſtituto. Ex prædictis patet, ꝙ tota eſſentia ſpeciei complectur per genus, & differētiam, quorū utrunq; eſt forma, & non materiam. ideo ſpecies ſecundū ſe accepta in ſua eſſentia, non includit materiam, ſed includit eam in eſſe phyſico, & in ſuis ſuppoſitis. Cap. de ſpēte. 3. & ibi per Docto.

Tertio ſciendum, ꝙ duplex eſt compoſitio, quędam eſt compoſitio realis, quę habet extrema realia diſtincta, ut cōpoſitio hominis ex corpe, & anima, & ad talē compoſitionē duo requiruntur primo. ꝙ ſit entium realium, ſecundo, ꝙ illa entia ſint realiter diſtincta. Alia eſt cōpoſitio rationis, quæ eſt inter entia rationis, uel alicuius, in quo extrema ſola rōne diſtinguuntur. exemplum primi, ut cōpoſitio chymeræ, & alterius imaginabilis, exemplū ſecundi, ut compoſitio primæ cauſæ, & uoluntatis eius. Et quia in compoſitione ſpeciei extrema, non ſunt

D realiter diſtincta, quia genus, & differentia non ſunt realiter diſtincta, ſed rōne ſolū. & ſecundum modum eſſendi, ideo compoſitio ſpeciei ad genere, & differentia non eſt compoſitio realis, ſed rationis tantum.

Quarto ſciēdū, ꝙ unūquodq; diuiditur per ea ex quibus cōponitur. ſicut. n. res cōponitur ex ſuis partibus, ita in ſuas partes diuiditur. & quia ſpecies componitur ex genere, & differētia, iō reſoluitur p genus, & differentiā, qd̃ ſit in definitione ea, ex qua quidditatiua ſpēi. iō, ex pdictis patet, ꝙ ſola ſpecies definitur definitione quidditatiua. Rō eſt. quia talis definitio continet genus, & differentiam, quia debet explicare definitum a prima potentia, quę eſt genus uſq; ad ultimū actum, qui eſt differentia, ſed ſola ſpecies habet genus, & differentiā, quia genus gñaliſsimum non habet genus, nec etiā differentiam, quia differentia ſuperior non eſt genus inferioris, Diuiditur unumqdq; ex quibus componitur.

inferioris, nec etiam indiuiduum habet genus, & differentiam, niſi ſolum mediante ſpecie, ſed ſola ſpecies habet genus, & differentiam. ideo ſola ſpecies definitur quiditatiue. E

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur. Diuidere, & conſtituere ſunt actus diuerſi, & oppoſiti, igitur non poſſunt ſimul conuenire eidem, igitur eadem differentia non eſt diuiſiua generis, & conſtitutiua ſpeciei. Secundo ſic. Genus eſt indiuiſibile, igitur differentia non eſt diuiſiua generis. Nec ualet dicere, quod genus diuiſibile ſecundum poteſtatem ſit, nam poteſtas, & eſſentia generis idem ſunt. igitur, cum eſſentia generis ſit indiuiſibilis, ſic etiam erit ſua poteſtas. Tertio ſic. Idem non eſt diuiſiuum, & conſtitutiuum reſpectu eiuſdem, ſed differentia eſt diuiſiua generis, quia differentia eſt apta nata diuidere genus, & ea, quæ ſub eo ſunt. igitur ipſa non eſt conſtitutiua ſpeciei. Quarto ſic. Subſtantia eſt genus generaliſſimum, & tamen definitur definitione quiditatiua, dicendo quod eſt ens per ſe, quia ibi explicatur eſſe ſubſtantiæ per ſuam eſſentiam, ergo non ſola ſpecies definitur definitione quiditatiua. Quinto ſic. Differentia dicit totũ eſſe ſpeciei in actu, igitur in definitione ſpeciei præter differentiam non requiritur genus, cum differentia ſufficienter notificet eſſe ſpeciei. igitur non omnis definitio datur per genus, & differentiam. F

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, quod diuidere, & conſtituere comparata ad idem, & ſecundum idem, ſunt actus oppoſiti, tamen comparata ad diuerſa, non opponuntur. igitur eadem differentia poteſt diuidere genus, & conſtituere ſpeciem. Ad ſecundum dicitur, quod licet genus ſit indiuiſibile ſecundũ ſuã eſſentiã, eſt tamen diuiſibile ſecundum poteſtatem eius, & licet illa poteſtas non differat realiter ab eſſentia, diſtinguitur tñ ſecundũ modũ eſſendi, quia eſſentia eſt ens abſolutum, & Poteſtas reſpectiuũ, ideo Poteſtas diuidi põt, eſſentia non diuiſa. Ad tertium dr̃, quod licet differẽtia ſit diuiſiua unius ſpeciei ab aliis ſpeciebus per hoc quod ſeparat, & facit eam differre ab aliis, tñ non eſt diuiſiua ſpeciei per ſe, & ſecundum ſe ſed conſtitutiua. Ad quartum dicitur, quod illa definitio ſubſtantiæ nõ eſt quiditatiua, ſed deſcriptiua tñ. quia ens, quod ibi ponitur non eſt cõmus ſecundũ rem, quam ſubſtantia, ſed ſecundũ uocem tñ. & per ſe non eſt differentia formalis, quæ contrahit ipſum ens. Ad quintum dr̃, quod licet differentia dicat totũ eſſe ſpeciei, implicite, & ſecundũ unum modũ eſſendi, non tñ explicite, & ſecundũ oẽs modos eſſendi, quod tñ requiritur ad definitioné. Nã definitio explicat eſſe definiti ſecundum eſſe potentiale, & actuale ſimul. Ideo in definitione non ſufficit differentia tantum, nec genus tantum, ſed requiritur genus, & differentia ſimul. G

De Proprio quarto prædicabili.

Proprium quatuor modis dicitur. PRoprium quadrupliciter dicitur. Vno.n. modo dicitur proprium, quod ineſt alicui ſoli ſpeciei, ſed non omni indiuiduo. ut eſſe Medicum uel Grammaticum conuenit ſoli homini, ſed non omni. Secundo modo dicitur Proprium, quod ineſt omni, ſed non ſoli, ut eſſe bipedem ineſt omni homini, ſed non ſoli. Tertio modo dicitur Proprium, quod ineſt omni & ſoli, ſed non ſemper. ut caneſcere ineſt omni homini, & ſoli, ſed non ſemper, quia ſolum in ſenectute. Quarto modo dicitur Proprium, quod ineſt omni, & ſoli, & ſemper, ut riſibile ineſt omni homini, & ſoli homini, & ſemper, non ideo quòd actu ſemper rideat, ſed quòd aptus natus eſt ad ridendum. & hoc quarto modo dicitur proprium, unum de quinque prædicabilibus. H

Poſtquam

A Poſtquàm Auctor determinauit de Genere, Specie, & Differentia, quæ prædicantur eſſentialiter, hic determinat de alijs prædicabilibus, quæ prædicātur accidentaliter. Ratio ordinis eſt. quia illa, quæ prædicantur eſſentialiter, rō dicant eſſe eſſentiale rei, ueriori mō prędicantur, quā illa, quæ prędicātur accidētaliter. Primo determinaī de proprio, quā de accidente propter duplicem rationē. Primo, quia Propriū fluit a principijs ſpeciei, & conſequitur ſpēm, accidens uero a principijs indiuidui modo ſpecies eſt prior indiuiduo. Secundo, quia proprium ueriori modo prædicaī, quàm Accidens cum prædicetur conuertibiliter, Accidens autem non conuertibiliter. ideo conuenienter proprium præcedit accidēs.

Primo ſciendum, ꝙ Proprium, ut dicitur in textu, accipiť quadrupliciter. primo mō Propriū eſt, quod ineſt alicui ſoli ſpēi, & nō omni indiuiduo. cuius rō eſt, quia proprium primo mō conſequitur propria principia ſpeciei contingēter. & quia illa principia ſoli ſpeciei conueniunt, cum ſint propria principia. ideo pro-
B prium fluens ab ipſis conuenit ſoli ſpeciei. ſed, quia fluūt ab ipſis contingenter, & non neceſſario, ideo non conuenit omni indiuiduo eius, ſicut eſſe Grāmaticum fluit a proprijs principijs hominis mediante intellectu, & uoluntate, ſecundum, quòd intellectus per uoluntatem ad ſtudium applicatur. &, quia uoluntas libere applicat intellectum, & non de neceſſitate, nec eodem modo inest natur in omnibus hominibus, ideo eſſe Grāmaticum fluit cōtingenter ab illis principijs, & nō conuenit omni homini. & hoc capiendo eſſe Grāmaticū, ut dicit actū, & non aptitudinem. quia, ſi diceret aptitudinem, ſic conueniret omni homini.

Secundo ſciendum, ꝙ Proprium ſecundo modo ineſt omni, ſed non ſoli. cuius ratio eſt, quia tale propriū cōſequitur cōmunia principia ſpeciei de neceſſitate. &, quia illa principia cōueniūt omni indiuiduo ſpeciei, & nō ſoli ſpeciei, cū ſint communia pluribus, ideo propriū conſequens ipſa de neceſſitate cōuenit omni indiuiduo ſpeciei, ſed non ſoli, ſicut eſſe bipedem cōſequitur principia cōia ho-
C minis, in quibus cōuenit cū alijs in hoc. ſ. ꝙ in omnibus eſt forma requirens talem diſpōnem materiæ ad debite exercendū ſuas operationes. ſ. gradiendo cum duobus pedibus, ideo bipes conuenit omni homini, & non ſoli. Et licet per accidens, quandoque homo non habeat duos pedes in actu, tamen ſecundum aptitudinem ſuæ ſpeciei quilibet naſcitur cum duobus pedibus.

Tertio ſciendum, ꝙ proprium tertio modo ineſt omni, & ſoli, ſed nō ſemper. cuius ratio eſt. quia tale propriū conſequitur propria principia ſpeciei de neceſſitate, non tamen ſub quacunq; diſpoſitione, ſed ſub una determinata ipſorum diſpoſitione. &, quia conſequitur neceſſario talia principia, quæ conueniunt omni, & ſoli, ideo omni, & ſoli conuenit, ſed, quia ſolum conſequitur ea ſub una determinata diſpōne, quæ non ſemper conuenit, ideo tale Proprium non ſemp cōuenit, ut caneſcere, conſequitur principia naturalia hoīs neceſſario, ut ſtant ſub una determinata diſpōne temporis. unde canicies hominis cauſatur in ſenectute Vnde canicies hominibus.
D propter debilitatem caloris naturalis, qui non ſufficit digerere ſuperfluos humores cerebri, unde cauſatur putredo in cerebro, ex quo cauſatur albedo, & canities pilorum, & nō cōuenit homini niſi in ſenectute, niſi per accidens in iuuentute nimis debilitetur calor naturalis. & licet in alijs animalibus generentur pili albi, tamen hoc non eſt ex putredine cerebri, ſed humorum corporis, ideo non dicuntur caneſcere, ſed griſeſcere.

Quarto ſciendum, ꝙ Proprium quarto mō ineſt omni, & ſoli, & ſemper, cuius ratio eſt. quia tale Proprium neceſſario conſequitur propria principia ſpeciei intransmutabiliter, & ſub quacunq; diſpōne. ideo ſicut illa propria principia cōueniunt ſoli ſpeciei, & omni indiuiduo eius, & ſemper, ſic & proprium quarto modo. Et iſtorum modorum ſufficientia iſto modo habetur quia omne pro-

prium

prium fluit a principiis ſpeciei, uel igitur fluit ab ipſis adæquate, uel non adæqua te ſi primum, eſt dupliciter, uel conſequitur tranſmutabiliter, & ſic eſt tertius modus, uel non tranſmutabiliter, & ſic eſt quartus modus, ſi non adæquate, hoc eſt dupliciter. uel principia ſpeciei excedunt proprium, & ſic eſt primus modus: uel exceduntur ab eo, & ſic eſt ſecundus modus, Et inter iſtos proprium quarto modo eſt uerius proprium, & conſequenter alia, ſecundum ꝙ magis accedunt ad ipſum, & ſolum proprium quarto modo eſt prædicabile ab aliis diſtinctum, alia uero continentur ſub Accidenti communi. E

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur. Philoſophus, qui ſuffic enter enumerat modos Proprii ſolum ponit tres modos eius. ſ. Proprium q̄ñ Proprium ad aliquid, & Proprium ſimpliciter. igitur male dicitur, ꝙ Proprium accipitur quadrupliciter. Secundo ſic. Species de neceſsitate conuenit omni indiuiduo eius, igitur Proprium primo modo omni indiuiduo ſpeciei conuenit. Tertio ſic. Eſſe bipedem eſt proprium ſecundo modo, & tamen conuenit ſoli homini, igitur male dicitur, ꝙ proprium ſecundo modo ineſt omni, & non ſoli. Minor patet, quia bipes eſt ultima dr̃ia definitionis hominis, qua dicitur homo eſt animal greſsibile bipes, ſed ultima dr̃ia ſemp eſt conuertibi'is cū definito, igiť bipes ſoli hoī cōuenit. F

Quarto ſic. Illud, quod ineſt omni cōuenit pluribus, & non ſoli igitur, ſi Proprium tertio modo conueniat omni, non poteſt conuenire ſoli. Quinto ſic. Illud, quod ineſt omni, eſt commune multis, cum multis conueniat, ſed Proprium quarto modo non eſt commune, igitur non conuenit omni.

Solutio. Ad argumenta Ad primum dicitur, ꝙ Ariſto. primo Topico. ſub Proprio ad aliquid cōprehēdit duos iſtorū modorum. ſ. primū, & ſecundū, quia utrunque dicitur Proprium ſuo ſubiecto ſolum per reſpectum ad aliquid, ut eſſe bipedem eſt Proprium homini comparato ad equum, cui non conuenit. ſed quia iſti duo modi diſtinguuntur abinuicē, ut dictū eſt, ideo hic bene ponunť quatuor modi.

Ad ſecundū dicitur, ꝙ licet illud, quod conuenit neceſſario ſpeciei, & neceſſario cōueniat omni indiuiduo eius, non tamen oportet de illo, quod ineſt ſpeciei contingenter, & accidentaliter, ſicut eſt Proprium primo modo. Ad tertiū dicit, ꝙ licet in definitione quiditatiua, in qua ponitur propria differentia ſub nomine proprio, ultima differentia ſit conuertibilis cum definito, non tamen oportet de illa, ubi ponitur propria differētia ſpeciei per circūlocutionē tm̃, ſicut eſt in iſta hō eſt animal greſsibile bipes, quia hæc duo. ſ. greſsibile, bipes, circūloquunť propriam differentiam hominis. ſ. rōnale, ideo non oportet ꝙ bipes conuertatur cum homine. Ad quartū dicitur, ꝙ licet aliud, quod ineſt omni inſit pluribus indiuiduis, tñ non ineſt pluribus ſpēbus, ſed poteſt ineſſe uni ſoli. hic. n. omni refertur ad indiuidua, & ſoli, ad ſpeciem. Ad quintum dicitur, ꝙ licet Proprium comparatum ad ſpēm non dicať commune, ſed proprium, tamen reſpectu indiuiduorum ſpeciei dicitur commune, & uniuerſale. ergo poteſt conuenire omni, & ſoli. G

Proprij, & definitionis definitio. H

Et definitur ſic ab Ariſtotele, Proprium eſt, quod ineſt omni, ſoli, & ſemper, & conuerſim prædicatur de re, & non indicat quid eſt eſſe rei, ut riſibile ineſt homini. Et non indicat quid eſt eſſe rei, ponitur in definitione proprii ad differentiam definitionis. definitio enim conuerſim prædicatur de re, & indicat quid eſt eſſe rei, ut ſubſtantia animata ſenſibilis conuertitur cum animali, & indicat quid eſt eſſe eius, quia omnis definitio fit per ſubſtantialia, omne autem ſuperius

eſt

A eſt de eſſentia ſui inferioris. Definitio enim ſic definitur ab Ariſtotele. Definitio eſt oratio, quid eſt eſſe rei ſignificans. Proprium autem non indicat quid eſt eſſe rei. Quid nam definitio ſit. 7. Topico. ca. iiij.

Poſtquàm Auctor diuiſit Proprium in quatuor modos, ut eliceret membrum de quo erat ſibi ad propoſitum. ſ. Proprium quarto modo, quod eſt unum prędicabile diſtinctum ab aliis, hic conſequenter ponit definitionem Proprii quarto modo dicens, Proprium eſt, quod conuerſim prædicatur de re, & non indicat quid eſt eſſe rei. hic autem ponitur, quod prædicatur loco genere. ſ. prædicable deinde ponitur conuerſim, ideſt conuertibiliter, ad differentiam aliorum quatuor prædicabilium, quorum nullum de ſuis ſubiicibilibus conuertibiliter prædicatur, & ponitur, & non indicat quid eſt eſſe rei ad differentiam prædicati definitionis, quod prædicatur eſſentialiter, & conuertibiliter. hæc. n. definitio proprii data eſt in primo Topico. ubi Proprium definitur, ut unum de quatuor B prædicatis, quæ ſunt genus, definitio, proprium, & accidens, ratione, cuius ponitur illa particula per quam differt a definitione.

Primo ſciendum, ꝙ ſpecies dupliciter conſyderatur, uno modo in cõmuni, & ſecundum ſe, & ſic conſyderatur per modum unius, & non multorum, & ſub tali ratione eam non conſequitur Proprium al.o modo conſyderatur per inclinationem eius ad materiam, & ad ſua indiuidua, & iſta modo Proprium conſequitur ſpeciem, & de ipſa prædicatur. Et quia ſpecies multiplicata, & diuiſa per ſua indiuidua non habet rationem unius ſed multorum, & Proprium de ipſa hoc modo prædicatur, ideo Proprium immediate prædicatur de multis, & ſic eſt unum prædicabile, & etiam habet propria ſubiicibilia formaliter diſtincta a ſubiicibilibus aliorum prædicabilium. unde inferiora ſpeciei conſyderata reſpectu accidentium, quæ conſequuntur ſpeciem ſunt ſubiicib.lia Proprii, & ſi conſy C derentur quantum ad eſſe eſſentiale, quod habent a ſua ſpecie, ſunt ſubiicibilia ſpeciei, ut Socrates, & Plato, ſunt ſubiicibilia hominis, & etiam riſibilis ſecundum diuerſa eſſe. Proprium quo nam mõ ſpẽm ſequatur.

Secundo ſciendum, ꝙ Proprium fluit, & cauſatur a propriis principiis ſpeciei, ſicut riſibile a propriis principiis hominis, per hoc. n. ꝙ homo eſt rationalis, & intellectiuus, ex cognitis principiis conſurgit in admirationẽ, & ex admiratione fit inquiſitiuus ueritatis, & per inquiſitionem inuentiuus, & per inuentionem apprehenſiuus delectabilis. unde cauſatur in eo riſibilitas, uel etiam triſtabilis, unde ſibi prouenit flebilitas, quia propria principia ſpeciei conueniunt huic proprio conuertibiliter. ideo Proprium conſequens ipſam conuerſim prædicatur de re. ſ. ſpecie. & iſte eſt proprius modus prædicandi eius. ſ. prædicari conuertibiliter & accidentaliter. non eſt tamen intelligendum, ꝙ Proprium formaliter fluat a propriis principiis ſpeciei, ſed fluit effectiue ab ipſis, & in gñe cauſę formalis fluit D a principiis ſui gñis, ut riſibile, quod eſt de ſecunda ſpecie qualitatis, habet principia in tali genere, ut ſunt cognoſcibilitas, & admiratio. Riſus ac fletus ĩ homine ortus.

Tertio ſciendum, ꝙ principia, a quibus Proprium fluit dupliciter conſyderantur, uno modo ſecundum ꝙ habent habitudinem potentiæ, & actus, & ſub tali ratione ſolum ſunt principia eſſentialia ſpeciei alio modo conſydarantur ſub habitudine totius compoſiti ad operationem ſuam, & ſic ſunt principia effectiua proprii, ideo ſecundum diuerſas rationes ſunt principia formalia ſpeciei, & principia effectiua Proprii. unde patet, ꝙ Proprium non eſt de eſſentia ſpeciei ſed accidens eius, quia conſequitur eſſe conſtitutiuum ſpeciei. Quãdoq; tamen dicitur ineſſe ſpeciei eſſentialiter, eo ꝙ immediate conſequitur eſſentiam ſpeciei, ſed non eſſentialiter tanquam exiſtens de eſſentia ſpeciei.

Quarto

Quarto ſciendum,quòd illud dicitur indicare quid eſt eſſe rei, quod explicat principia eſſentialia ipſius rei.quia eſſe eſſentiale rei cognoſcitur per illa principia, a quibus intrinſece cauſatur: ſed Proprium non explicat, nec formaliter oſtendit principia eſſentialia,nec eſt de eſſentia ſpeciei,ut dictum eſt, ideo non indicat quid eſt eſſe rei.& per hoc differt a definitione,quæ explicat quiditatem, & eſſentiam ſpeciei.per hoc.ſ.ꝙ importat genus,& differentiam,ex quibus tota eſſentia,& eſſe eſſentiale ſpeciei conſtituitur. & inde dicitur definitio eſt oratio indicans quid eſt eſſe rei.Et ſic per hoc ſatis poteſt intelligi aperte quid ſit intellectus definitionis. E

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur. Omne prædicabile dicit totum eſſe ſui ſubiicibilis.Proprium non dicit totum eſſe ſpeciei,nec indiuiduorum eius,cum ſit accidens conſequens eſſe ipſorum,igitur Proprium non eſt prædicabile.

Secundo ſic.Omne prædicabile debet immediate prædicari de multis, Proprium autem immediate non prædicatur de multis,ſed de una ſola ſpecie,& mediante ipſa de ſuis indiuiduis,igitur non eſt prædicabile. Tertio ſic. Dicendo, Socrates eſt riſibilis,riſibile prædicatur de Socrate, ut Proprium,& tamen non prædicatur conuertibiliter de Socrate, igitur Proprium prædicatur conuerſim. Quarto ſic. Accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt,& ſpecialiter accidentia propria,igitur Proprium facit cognoſcere quod quid eſt ſpeciei,igitur male dicitur,quòd Proprium non indicat quid eſt eſſe rei. Quinto ſic.Nullum accidens extrinſecum indicat,quid eſt eſſe rei, ſed definitio eſt accidens extrinſecum definito,cum ſit oratio imperfecta,ergo ipſa non indicat quid eſt eſſe rei. F

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur,quòd Proprium non dicit totum eſſe eſſentiale rei,ut ſpeciei,& indiuiduorum eius,tamen dicit totum eſſe accidentale, quod datur a forma importata per ipſum Proprium,& hoc ſufficit ad hoc quòd prædicetur de ſpecie,& indiuiduis eius.prędicabile enim dicere debet totum eſſe rei ſecundum unum modum,non tamen ſecundum omnes.

Ad ſecundũ dicitur,ꝙ licet Proprium immediate prædicetur de ſpecie,tamen prædicatur de ipſa accepta per modum multorum,ut eſt diuiſibilis, uel diuiſa per ſua indiuidua,& non ſolum prædicatur de ipſa accepta per modum unius,& ſecundum ſe.ideo immediate, & ſecundum aptitudinem prædicatur de multis. Ad tertium dicitur,ꝙ in hac propoſitione Socra. eſt riſibilis, riſibile eſt Propriũ reſpectu hominis incluſi in Socrate,non tamen reſpectu Socratis, unde riſibile ſub ratione prædicabilis prædicatur de Socrate,& Plato, & de aliis hominibus, ſed ſub ratione proprii prædicatur de homine in communi.Ad quartum dicitur, ꝙ licet proprium faciat a poſteriori, & quo ad nos ad cognoſcendum quod quid eſt,non tamen à priori,tanquam dicens principia eſſentialia rei.ideo non indicat eſſe rei.Ad quintum dicitur,ꝙ ſi definitio conſyderetur ex parte uocis tantum, ſic eſt accidens extrinſecum definito,ſed ſi conſyderetur ex parte uócis, & ſignificati ſimul,ſic non eſt accidens eius,quia ſignificata definitionis ſunt principia eſſentialia intrinſeca definiti,ſcilicet genus & differentia. unde illa principia ſimul ſumpta dicunt quod quid eſt,uel quiditatem ſpeciei, & definitio eſt ſignum explicans illam quiditatem.ideo definitio,& quiditas differunt ſicut ſignum, & ſignatum. G H

De Accidente.

ACcidens eſt quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem, vt album,nigrum, ſedere, & non ſedere. hęc enim poſſunt adeſſe homini,& abeſſe præter eius corruptionem.

Poſtq̃

A Poſtq̃ Auctor ſuperius determinauit de quarto prædicabili. ſed proprio, hic conſequenter determinat de ultimo.ſ. de Accidente. Accidens.n. inter cætera prædicabilia eſt imperfectius, quia ſolum dicit totum eſſe accidentale rei non conuertibiliter. ideo habet imperfectiorem modum prædicandi aliis omnibus. ideo conuenienter ordinatur in ultimo loco, & ſic definitur. Accidens eſt quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem. ubi per quod. intelligitur uniuerſale ſiue prædicabile, quod ſe habet ut genus definiri, & reſiduum ponitur ad differentiam aliorum prædicabilium. quia omnia alia ſunt de eſſentia rei, ut ſunt. genus, ſpecies, & differentia, uel neceſſario ſequuntur eſſentiam, ſicut Proprium. ideo nullum aliorum poteſt adeſſe, uel abeſſe præter ſubiecti corruptionem.

Primo ſciendum, ꝙ Accidens dupliciter capitur. uno mõ cõiter, pro omni illo, quod aduenit rei poſt eſſe eius completũ, & ſic diuiditur contra ſubſtãtiam, & dicitur de omni illo, quod non eſt ſubſtantia. & hoc modo accidens ſub ſe continet Proprium, & Accidens commune. & illo modo non definitur hic. Alio modo capitur ſpecialiter, pro omni illo, quod aduenit rei poſt eius completum, & non fluit a proprijs principijs indiuidui. & ſic eſt prædicabile diſtinctum a proprio, & omnibus alijs, & hoc modo hic definitur. & tale accidens qñq; uocatur accidens cõe, qñq; infinitum, & qñq; accidens per accidens. Dicitur commune, ſecundum cauſalitatem eius, quia a pluribus cauſis indifferenter poteſt in ſuo ſubiecto cauſari. & dicitur infinitum, quia infinitis modis uariari poteſt ſecum uariationem principiorum indiuidui. & dicitur Accidens, quia non cauſatur in ſubiecto per cauſam eſſentialem, ſed per cauſam accidentalem. Accidens qñq; cõe, qũq; infinitum, & per accidẽs dicitur.

Secundo ſciendum, ꝙ Accidens cõe, quod hic definitur poteſt dupliciter conſyderari. uno modo ſecundum eſſe particulare eius, quod habet accidentaliter in ſuo ſubiecto, & illo modo corrumpitur, & uariatur in infinitum, nec iſto mõ eſt ens neceſſarium. ideo ſub tali eſſe non definitur, omne.n. quod definitur debet habere eſſe neceſſarium, quod explicetur per definitionem eius. Alio modo conſyderatur ſecundum eſſe uniuerſale, ſub quo attribuitur ſibi intentio accidentis. & ſic capitur, ut ens neceſſarium, & hoc modo multa ſibi de neceſſitate conueniunt, ut quod ſit accidens, & ꝙ ſit uariabile in aptitudine unde eſſe uariabile ſibi conuenit inuariabiliter, & iſto modo in uniuerſali hic definitur.

Tertio ſciendum, ꝙ illud accidens poteſt adeſſe. & abeſſe ſuo ſubiecto, quod habet eſſe uariabile, & cauſatur contingenter in ipſo, ſed Accidens habet eſſe uariabile, & cauſatur contingenter in ipſo ſubiecto per cauſam contingentem, eo ꝙ conſequitur principia indiuidui, q̃ ſunt uariabilia, & tranſmutabilia. ſicut rubedo cauſata in homine propter uerecundiam, quia cauſatur in eo per cãm contingentem, põt faciliter adeſſe, & abeſſe, igitur accidens cõe poteſt adeſſe, & abeſſe ſubiecto eius. & per hoc datur intelligi modus prædicandi accidentis, ſcilicet quod prædicatur accidentaliter, & non conuertibiliter. per hoc enim ꝙ habet cauſam contingentem, prædicatur accidentaliter, & quia quandoque abeſt, prædicatur non conuertibiliter. Cur accñs ad ſit, & abſit.

Quarto ſciendum, ꝙ illud, quod aduenit rei poſt eſſe eius completum, & contingenter, poteſt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti talis corruptioné, eo ꝙ ante aduentum eius res eſt completa, ideo non eſt de compõne, uel cõſtitutione rei ideo per aduentum eius non cõſtituitur ſubiectũ, nec per remotionem eius cauſat illius corruptionem, ſed accidẽs cõe aduenit rei poſt eſſe eius cõpletum, & per cauſam contingentem ergo poteſt adeſſe, & abeſſe ſine corruptione ſui ſubiecti. Item ad corruptionem poſterioris non ſequitur corruptio prioris, quia eſſe prioris a poſteriori non depẽdet ſed accidens cõe eſt poſterius ſubiecto: ideo ad eius corruptionem non ſequitur corruptio ſubiecti; quare poteſt ad eſſe & abeſſe præter

ter ſubiecti corruptionem.& per hoc poteſt intelligi præmiſſa definitio. E

Argumen. Sed contra prædicta arguitur. Omne definibile habet eſſe neceſſarium,& finitum, quia contingens, & infinitũ non ſunt definibilia, ſed accidens non habet eſſe neceſſarium,& finitum,ſed contingens, & infinitum. igitur non eſt definibile. Secundo ſic. In nulla definitione debent poni oppoſita ſimul,ſed adeſt, & abeſt ſunt oppoſita. igitur definitio accidentis non eſt bona. Tertio ſic. Mors, & combuſtio ſunt accidentia, & tamen non poſſunt adeſſe præter ſubiecti corruptionem, igitur contra definitionem. Quarto ſic. Viuere eſt accidens, cũ nõ ſit de eſſentia uiuentis,& tamen non poteſt abeſſe pręter ſubiecti corruptionem, igitur. Quinto ſic. Accidens corrumpitur per ſui ſubiecti corruptionem, igitur non poteſt abeſſe præter ſubiecti corruptionem.

Solutio. Ad argumenta. Ad primũ dicitur, ꝙ licet accidens ſecundum eſſe particulare, quod habet accidentaliter in ſubiecto non ſit neceſſarium, & finitum. tamen ſecundum eſſe uniuerſale eius bene accipitur ut finitum, & neceſſarium. ideo iſto modo poteſt definiri. Ad ſecundũ dr̃, ꝙ adeſſe, & abeſſe, ut dicunt actũ, contradictoriæ opponuntur, & non poſſunt ſimul ineſſe eidem, ſed ut dicunt aptitudinem, non opponuntur, & poſſunt ineſſe eidem ſimul, & ſic ſumuntur in iſta definitione. unde ſenſus eſt, ꝙ accid ẽs in uniuerſali adeſt, & abeſt ſecundum aptitudinem, ſed in particulari adeſt, & abeſt actu. ſed hoc ſibi conuenit ſucceſſiue. Ad tertium dicitur, ꝙ mors capitur dupliciter, uno modo materialiter, ut dicit alterationem, quę præcedit corruptionem uiuẽtis, & ſic eſt accidens, & poteſt adeſſe, & abeſſe ꝑter ſubiecti corruptionem, alio modo capitur formaliter pro corruptione uiuentis.ſ. pro ſubita mutatione, qua mutatur de eſſe ad non eſſe & hoc modo non eſt accidens, ſed mutatio ſubſtantialis, quæ reductiue eſt de genere ſubſtãtiæ, ſicut motus eſt reductiue in genere ſui termini ad quẽ. & ſimiliter dicendum eſt de combuſtione. Ad quartum dicitur, ꝙ ſi capiatur uiuere pro eſſe ſubſtantiali uiuentis, ſecundũ ꝙ uiuere uiuentibus eſt eſſe, hoc mõ uita, uel, uiuere non eſt accidens, ſed eſſe ſubſtantiæ, ſed ſi capiatur pro operationibus uiuentis, ut ſunt uidere, & audire, ſic eſt accidens, & poteſt abeſſe ſubiecto præter ſubiecti corruptionem. Ad quintum dicitur, ꝙ licet accidens cõe corrumpatur per corruptionem ſubiecti. non tamen hoc modo ſolum corrumpitur, ſed tribus aliis modis, uno modo per accidens ſibi contrariũ, ut frigus per calorẽ, alio mõ per remotionem cauſæ per quam eſt in ſubiecto, ut lumen corrumpitur in aere per remotionem Solis, tertio modo per remotionem termini accidentis reſpectiui, ut patet per corruptionem filij. ideo non oportet ꝙ propter corruptione accidentis fiat corruptio ſubiecti, ſed corrumpi præter ſubiecti corruptionem. F G

Mors an ſit accidens.

Duæ aliæ Accidentis deſcriptiones, hic traduntur, ac comparantur.

H

Definitur etiam ſic. Accidens eſt quod neq; eſt genus, neq; ſpecies, neq; differentia, neq; proprium, ineſt autem rei. uel ſic. Accidens eſt quod contingit eidem ineſſe, & non ineſſe, ut album, nigrum, ſedere, & huiuſmodi, & de his duabus ultimis definitionibus dicit Ariſtoteles quòd ſecunda melior eſt, quam prima, quia ad intelligendum primam neceſſe eſt præſcire quid ſit genus, & quid ſpecies, quid differentia, & quid proprium, ſecunda autem per ſe ſufficiens eſt ad cognoſcendum, quid eſt quod dicitur per ipſam.

Poſtquam

A Poſtquàm Auctor poſuit definitionem Accidentis, hic conſequenter notificat ipſum ponendo duas alias definitiones, quarum prima eſt. Accidens eſt quod neq; eſt genus, neq; ſpecies, neq; differentia, neq; propriũ, ineſt aũt rei. In prima parte huius definitionis, per hoc realitiuum quod intelligitur genus definiti, ſcilicet prædicabile, & reſiduum ponitur ad differentiam aliorum prædicabilium, per abnegationem enim aliorum oſtenditur accidens habere unum alium modum prædicandi ab ipſis. Deinde ponitur ineſt autem rei, ad explicandum eſſe eius in ſubiecto.

Primo ſciendum, ꝙ Accidens tripliciter conſyderatur, uno modo per reſpectum ad ſubiectũ, in quo eſt, reſpectu cuius dr̃ accidens, quaſi ad aliud cadens. & hoc modo datur de ipſo prima definitio, illa n. explicat ipſum per reſpectum ad ſuum ſubiectum. Secundo modo conſyderatur per reſpectum ad alia prædicabilia, & ad prædicabile in communi. & hoc modo definitur per hanc definitionẽ, *Accidens tripliciter conſyderari poteſt.*
B quæ datur abnegationem aliorum prædicabilium, & explicat ipſum in eſſe prædicabilis. Tertio modo conſyderatur per reſpectum ad cauſam, propter quam ineſt ſubiecto, & ſic conſyderatur in tertia definitione. & per hoc patet quomodo iſtæ definitiones diuerſimode explicant accidentis.

Secundo ſciendum ꝙ omnis priuatio habet eſſe, & cognoſci per ſuum habitum, ſed definitio explicat eſſe rei, ideo omnis priuatio habet definiri per reſpectum ad ſuum habitum. & , quia accidens ſe habet ut priuatio reſpectu aliorum prædicabilium, quia habet imperfectionem modum prædicandi omnibus alijs, ideo hic conuenienter definitur per abnegationem aliorum, ſicut priuatio per abnegationem ſui habitus. non tamen definitio eſt proprie negatiua, quia prima pars, qua intelligitur uniuerſale, eſt affirmatiua, & etiam ultima. ſ. ineſt autẽ rei. & ita negatio aliorum prædicabilium explicat aliquid affirmatum. ſ. ſpãlem modum prædicandi accidentis. inde eſt, ꝙ prædicatur accidentaliter, & non eſ-
C ſentialiter, ut tria prædicabilia prima, & prædicatur non conuertibiliter, & per hoc non eſt proprium.

Tertio ſciendum, ꝙ alia definitio accidentis. Accidens eſt quod contingit eidem ineſſe, & non ineſſe. ratio eſt quia illud, quod eſt in ſubiecto per cauſam contingentem, contingit eidem ineſſe, & non ineſſe, ſed Accidens eſt huiõi, ut prius patuit, & in hac definitione explicatur cauſa, per quam accidens eſt in ſuo ſubiecto per hoc ꝙ dicit, contingit, ideſt contingenter aduenit. ſ. per cauſam contingentem. & li, ineſſe, & non ĩneſſe, poſſunt ſumi octo modis, ſecundũ octo modos eſſendi in, tamen hic accipitur ineſſe pro illo modo, quo forma accidentalis ineſt ſuo ſubiecto, & ſimiliter non ineſſe. & hic modus continetur ſub quinto modo eſſendi in. & per hoc ſatis patet intellectus huius definitionis.

Quarto ſciendum eſt, quòd inter has tres definitiones accidentis, tertia eſt melior, q̃ ſecunda, propter duas rationes. Prima eſt, quia ſecunda explicat eſſe *Comparatio definitionũ Accidentis.*
D accidentis per reſpectum ad alia prædicabilia, & per negationem aliorum, tertia uero explicat ipſum per reſpectum ad ſuam cauſam, & ad ſuum ſubiectum. &, quia accidens habet ſuum eſſe reſpectu cauſæ, & ſubiecti, & definitio debet explicare eſſe rei, ideo tertia eſt perfectior ſecunda, quia perfectius explicat eſſe accidentis. Secunda cauſa eſt, quia illa definitio eſt melior, quæ facilius explicat definitum, ſed tertia facit facilius cognoſcere accidens q̃ ſecunda, quia ad cognoſcendum ſecundam oportet cognoſcere alia prædicabilia, non autem ad intelligendum tertiam. ideo tertia eſt melior ſecunda.

Sed contra prædicta primo arguitur, Nulla bona definitio debet dari per negationem, quia negatio non explicat eſſe rei, ſed iſta definitio accidentis, in qua dicitur, accidens non eſt genus, &c. datur per negationem, igitur. *Argumen.*

Secundo ſic. Color eſt accidens, & tamen eſt genus albednis, & ſpecies qualitatis. igitur male dicitur in ſecunda definitione, quod accidens non eſt genus; neque ſpecies. E

Tertio ſic. Anima Socratis non eſt genus, neque ſpecies. neque differentia, neq; Proprium, & ineſt rei. ſ. corpori igitur iſta definitio ſibi competit, & tamen non eſt accidens, igitur definitio mala. Quarto ſic Illud, quod eſt ſemper in ſubiecto ſubſiſtens, non poteſt ineſſe, & non ineſſe in ſubiecto, ſed accidens ſemper eſt in ſubiecto ſubſiſtens, uc dic. t Porphyrius, igitur non contingit eidem ineſſe & non ineſſe.

Quinto ſic. Pes Socratis contingit eidem ineſſe, & non ineſſe, & tamen non eſt accidens igitur.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dr̄, quòd ſi negatio conſyderetur formaliter, inquantum dicit non ens, & eſt negatio pura, ſic nulla definitio debet dari per negationem, ſed ſi conſyderetur materialiter inquantum ex conſequenti poteſt, F implicare aliquam affirmationem, & dare intelligere eſſe definiti, ſic definitio poteſt dari per negationem oppoſitorum eius. cuiuſmodi eſt in prædicta definitione. Ad ſecundum dicitur, quòd licet color reſpectu ſuorum inferiorum ſit genus, & reſpectu ſuperiorum ſit ſpecies. tamen non eſt genus, uel ſpecies reſpectu ſui ſubiecti, ſed eſt accidens. ideo ſub illo reſpectu, quo eſt accidens nunq̃ poteſt eſſe genus, uel ſpecies, licet tamen materialiter poſsit dici genus, ſpecies, & accidens, reſpectu diuerſorum. Ad tertium dicitur, ꝙ prima pars huius definitionis non conuenit animæ Socratis. ſ. prædicabile, nec etiam ultima, quia licet inſit ei tanquàm forma ſubſtantialis materię, non tamen ut forma accidentalis ſubiecto. & iſto modo hic capitur ineſſe. Ad quartum dicitur, ꝙ cum dicitur. Accidens ſemper eſt in ſubiecto ſubſiſtens, ſi ſemper dicat diſtributionem pro omnibus partibus temporis generaliter illa propoſitio eſt falſa, nec iſto modo intelligitur a Porphyrio, ſed, ſi dicat diſtributionem pro partibus temporis durationis accidentis, ita ꝙ ſit ſenſus ſemper eſt in ſubiecto ſubſiſtens. i. quam diu durat ineſſe, ſic propoſitio eſt uera, & accidens poteſt eidem ineſſe, & non ineſſe. G

Ad quintum dicitur, ꝙ pes Socratis poteſt eidem ineſſe & non ineſſe, ſicut pars integralis ſuo toto, non tamen ſicut forma accidentalis ſuo ſubiecto, de quo modo eſſendi in, hic intelligitur.

Accidens, inſeparabile, & inſeparabile, & in commune, & proprium partitur.

Accidentium aliud ſeparabile, ut albedo in homine, aliud inſeparabile, ut nigredo in coruo, & æthiope, & album in cigno. licet enim nigrum accidat inſeparabiliter coruo, & æthiopi, & album cigno, tamen hoc non eſt contra definitionem, in qua dicitur, poteſt adeſſe, H uel abeſſe præter ſubiecti corruptionem, quia, ut uult Porphyrius, coruus poteſt intelligi albus, & æthiops nitens candore præter ſubiecti corruptionem. Item accidentium, aliud commune, ut album, ſedere, & ſimũ eſſe, aliud proprium, ut albedo Socratis, & ſimitas naſi.

Poſtq̃ Auctor notificauit accidens per definitionem, ponendo tres definitiones, hic conſequenter ipſum notificat per diuiſionem ponendo duas diuiſiones eius, quarum prima eſt. Accidentium, aliud ſeparabile, aliud inſeparabile. cuius diuiſionis ratio eſt, quia omne accidens eſt in ſubiecto, uel ergo habet cauſam

firmam,

A firmam,& permanentem in ſubiecto, & ſic eſt inſeparabile, uel habet cauſam uariabilem, & non ſtantem, & ſic eſt ſeparabile, unde ſeparabile, & inſeparabile ſunt quidam modi accidentales, conuenientes accidenti per reſpectum ad ſubiecta, in quibus ſunt. ideo hæc diuiſio poteſt dici ſubiecti in accidentia.

Primo ſciendum, q ſeparabile dicitur quod eſt aptum natum ſeparari ab alio faciliter, ſed dupliciter contingit aliquid ſeparari ab alio. uno modo per realem ſeparationem, ſic q ambo extrema remaneant facta ſeparatione, & isto modo nullum accidens poteſt ſeparari naturaliter a ſubiecto, licet quandoq; ſupernaturaliter accidens ſeparetur a ſubiecto, ut in Sacramento altaris, ubi remanent accidentia ſeparata ſine ſubiecto. Alio modo poteſt unum ab alio ſeparari per corruptionem eius, & ſic accidens eſt ſeparabile a ſubiecto, quia poteſt ab eo faciliter ſeparari per eius corruptionem, eo quòd non habet cauſam ſtantem, & fortiter radicatam in ſubiecto. Duobus modis ſcd igitur accidés a ſubiecto ſeparati.

B Secundo ſciendum, quod accidens inſeparabile eſt quod non poteſt faciliter ſeparari a ſubiecto, eo quod habet cauſam fortiter radicatam in tali ſubiecto, ut nigredo corui, quæ radicatur in propria complexione corui, quæ non poteſt faciliter ab eo ſeparari. Aliquid tamen dr̃ dupliciter inſeparabile. uno modo negatiue, ſic quòd nullo modo põt ſeparari, prout illa negatio in, addita ſeparabili, negat actum, & potentiam ſimul, & ſic Proprium eſt inſeparabile realiter a ſpecie, & ẽt differentia. Alio modo dicitur inſeparabile priuatiue, quod non ſeparatur actu, uel faciliter ſeparatur, prout illa negatio in negat actum, uel facultatem actus, & relinquit potentiam, & hoc modo accidens commune, quod non faciliter ſeparatur dr̃ inſeparabile, & non negatiue, ſic quòd nullo modo poſsit ſeparari, ſicut nigredo corui tranſmutata complexione corui, poſſet ab eo ſeparari, non tamen hoc fieri poteſt faciliter.

Tertio ſciendũ, quod accidens ſecundo modo, diuiditur per cõe, & propriũ, cuius rõ eſt. quia oẽ accidens, uel põt conuenire pluribus indiuiduis, uel indifferenter pluribus partibus ſui ſubiecti, & ſic eſt accidens cõe, ut album uel nigrũ, uel eſt appropriatum alicui parti ſui ſubiecti, uel alicui indiuiduo, & ſic eſt accidens proprium, ut albedo Socrati, uel ſimitas naſo. Ex quo patet, quòd iſta diuiſio ſicut præcedens eſt diuiſio ſubiecti in accidentia, quia commune, & proprium accidunt ipſi accidenti. & licet accidens nunquam ſit principale ſubiectũ alterius accidentis. tamen poteſt eſſe ſubiectum proximum, & minus principale ut ſuperficies eſt proximum ſubiectum albedinis. Diuiſiones accidentis in cõe & ꝓprii rõ.

C

Quarto ſciendum quòd accidens ſumitur dupliciter, uno modo quantum ad cauſalitatẽ eius, eo quòd indifferenter cauſatur a pluribus cauſis, & hoc modo accidens, quod hic diuiditur, dr̃ accidens cõe. alio mõ dicitur commune per prædicationem, uel inhærentiam, eo q conuenit pluribus indiuiduis, aut ſpeciebus, & ẽt pluribus partibus corporis indifferenter, & hoc mõ accidens cõe eſt unũ mem

D brum huius diuiſionis. tale.n. dicitur commune p cauſalitatẽ, & prædicationem. ſed accidens proprium licet ſit cõe per cauſalitatem, ut albedo Soc. non tamen per prædicationem. rõ dicitur proprium quia eſt appropriatum uni indiuiduo, uel determinatæ parti ſubiecti ſui. Et per hoc patent duæ diuiſiones accidentis,

Sed contra prædicta primo arguitur. Sicut non eſſe in ſubiecto eſt proprium ſubſtantiæ, ſic eſſe in ſubiecto eſt proprium accidenti, igitur accidens ſemper habet eſſe in ſubiecto, & non eſt ſeparabile. Secundo ſic. Omne accidens adeſt, & abeſt ſubiecto præter eius corruptionem, ergo nullum accidens eſt inſeparabile. patet antecedens per definitionem eius, quæ debet competere omni contento ſub definito. Argumen.

Tertio ſic. Idem accidens ſpecie eſt ſeparabile, & inſeparabile, ſicut album in

cigno eſt inſeparabile, & in ligno ſeparabile, ergo membra huius diuiſionis coincidunt. Quarto ſic. Accidens commune diuiditur in ſecunda diuiſione, ſed illud non dicitur de accidente proprio, & etiam conuertitur cum uno membro illius diuiſionis, igitur illa diuiſio eſt mala. Quinto ſic. Accidens proprium eſt unum prædicabile diſtinctum ab accidente, & non continetur ſub ipſo, igitur male ponitur membrum diuiſionis accidentis in ſecunda diuiſione. E

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, q licet eſſe in ſubiecto in aptitudine ſemper conueniat accidenti, tn̄ eſſe in ſubiecto in actu, non ſemper ſibi cōuenit ſimpliciter, ſed ſolū, quādiu durat, ideo poteſt a ſubiecto ſeparari per corruptionē. Ad ſecundum dicitur, q licet omne accidens poſſit aliquo modo ſeparari a ſubiecto, & abeſſe, non tamen quodlibet poteſt ſeparari faciliter. ideo non omne accidens dicitur ſeparabile. nullum. n. accidens dicitur inſeparabile negatiue ſic, q nullo modoq; ſeparetur a ſubiecto, ſed bene dicitur inſeparabile priuatiue, quia non faciliter ſeparatur. Ad tertium dicitur, q idem accidens in ſpecie dicitur ſeparabile, & inſeparabile reſpectu diuerſorum ſubiectorum, non tamen reſpectu eiuſdem ſubiecti, ideo iſta membra non coincidunt in eodem accidente in numero. Ad quartum dicitur, quòd licet diuiſum in ſecunda diuiſione dicatur cōe per cauſalitatem non tamen per prædicationem. ideo uerificatur de accidente proprio. quia illud eſt commune per cauſalitatem. nec etiam conuertitur cum accidente communi, quod eſt membrum huius diuiſionis, quia illud dicitur commune per prædicationem. F

Ad quintum dicitur, q licet proprium ſpeciei ſit proprium prædicabile diſtinctum ab accidente, non tamen proprium indiuiduum, de quo eſt hic ad propoſitum, ſed tale bene continetur ſub prædicabili Accidentis.

De communitatibus, & differentijs, Generis, Species, Differentiæ, Proprij, & Accidentis. G

COmmune eſt autem omnibus quinque prædicabilibus de pluribus prædicari. Differunt autem, quia Genus de pluribus prædicatur quam alia, & per hoc differt ab aliis.

Differentia uero differt a genere, eò quòd prædicatur in quale, Genus autem in quid. Item differt differentia a Specie, & a Proprio, quia Differentia prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, illa uero non. Differt etiam ab accidente. quia Accidens ſuſcipit intenſionem, & remiſsionem, Differentia uero non ſuſcipit, magis, neque minus.
Differt autem Species a genere, quia genus continet ſpecies, & nō cōtinetur ab eis. Item ſpecies differt a differentia, quia ex pluribus differentiis bene conſtituitur una ſpecies, ut iſtæ duæ differentiæ, rationale, & mortale coniunguntur ad conſtitutionem huius ſpeciei homo, ſpecies uero non coniunguntur ſpeciei, ut gignat aliam ſpeciem. Quædam enim particularis equa cuidam particulari aſino permiſcetur ad muli generationem, ſed non equa, & aſinus in communi. H

Itē, Species differt a proprio, q̄a Species natura prior eſt Proprio, Proprium autem poſterius ſpecie. Præterea, quorum termini, id eſt definitiones ſunt differentes, & ipſa ſunt differentia, ſed definitiones

A Proprii, & Speciei ſunt differentes, ergo & ipſa erunt differentia. Item, Species differt ab accidente, quia Species prædicatur in quid. Accidens autem in quale, uel quomodo ſe habet. & ſpecies natura prior eſt accidente, omne.n.accidēs natura poſterius eſt ſuo ſubiecto.

Proprium autem differt ab accidente, quoniam proprium de una ſola ſpecie prædicatur, cuius eſt proprium, accidens uero de pluribus ſpeciebus, & accidens primo ineſt indiuiduis, & per poſterius, ſpeciebus, & generibus. non enim homo uel animal currit, niſi quia Socra. uel Plato currit.

Proprium autem primo ineſt ſpeciei, & per ſpeciem indiuiduis conuenit.
B Item genus, differentia, ſpecies, & proprium, æqualiter participantur ab omnibus, de quibus prædicantur, accidens uero non, ſed ſuſcipit intenſionem, & remiſsionem.

Item, genus, differentia, ſpecies, & proprium uniuoce prædicantur, accidens, uero non prædicatur uniuoce, ſed denominatiue.

Prædicari autem uniuoce eſt prædicari ſecundum nomen unum, & rationem unam, ſecundum illud nomen ſumptam, ut homo ſecundum unum nomen ſolum prædicatur de Socra. & Plato. ut Socrates eſt homo, Plato eſt homo, & ratio eius ſecundum illud nomen eſt una, ut animal rationale mortale, ſecundum quòd prædicatur de ſuis inferioribus, ut Socrates eſt animal rationale mortale, & ſic de aliis.
C & ob hoc ens non poteſt eſſe genus, quia licet ſecundum unum nomen prædicetur de omnibus, tamen non ſecundum rationem unam. ratio enim entis ſecundum quòd dicitur de ſubſtantia, eſt ens per ſe, ſecundum autem quòd dicitur de aliis nouem prædicamentis, eſt ens in alio. & ita prædicatur ſecundum diuerſas rationes, & ideo non prædicatur uniuoce, ſed potius æquiuoce, aut multipliciter. Prædicari autem æquiuoce eſt prædicari nomine uno, & rationibus diuerſis ſecundum illud nomen ſumptis, ut canis prædicatur nomine uno de latrabili animali. marino piſce, & celeſti ſidere, ratio autem ſecundū illud nomen non eſt eadem omnibus, ſed alia, & alia. Denominatiua dicuntur quæcunq; ab aliquo, ſolo caſu ſunt differentia, & ſecundum
D illud nomen habent appellationem, ut a Grammatica Grammaticus, a fortitudine fortis. Vnde Grammaticus, & fortis prædicantur denominatiue. & ideo accidens dicitur prædicari denominatiue.

Quid cōe oībus prædicabilibus.

Poſtquàm Auctor determinauit de unoquoq; quinque prædicabilium, hic cō ſequenter determinat de ipſis comparatiue. ſ. comparando ipſa ſecundum conuenientiam, & differentiam eorum. Prius.n. unumquodq; habet ſecundum ſe cognoſci, quam per reſpectum ad aliud. & quia conuenientia eſt, ut habitus, & dria ſe habent per modū priuationis. ideo antequam ipſa comparet ſecundum differentiam, oſtendit conuenientiam ipſorum dicens. cōe eſt omnibus quinque

prædicabilibus de pluribus prædicari, cuius ratio eſt, quia hoc eſt de ratione E
prædicabilis in communi, ſcilicet prædicari de pluribus, ideo in hoc omnia prædicabilia habent conuenientiam.

Generis à cæteris prędicabilib⁹ diſcrimen. Sed ad uidendum de ſuis differentiis. Primo ſciẽdum, ꝙ genus differt ab omnibus aliis prædicabilibus in generali, per hoc, ꝙ genus prædicatur de pluribus, quam quodcunq; aliorum, & etiam quia genus eſt principium aliorũ prædicabilium. Eſt.n. principium differentiarum, quæ inchoantur in poteſtate generis, & etiã ſpẽrum, quę ſunt ſub ipſo. & quia propriũ cauſatur, a ſpẽ, accñs uero ab indiuiduis, quorũ genus eſt principiũ. & ſic genus eſt principiũ proprii, & accidẽtis, & ſic eſt principiũ, & cã omnium aliorum quod nulli alteri conuenit. Sed in ſpeciali primo differt a differentia, quia ſe habet ut determinabile, differentia, uero ut determinans. Secundo differt a ſpẽ, quia genus prædicatur de pluribus ſpeciebus, ſpecies uero de multis indiuiduis. Tertio differt a proprio, quia genus prædicatur non conuertibiliter, proprium uero ſic. Quarto differt ab accidente, F quia genus prædicatur eſſentialiter, accidens uero accidentaliter tantum.

Differẽtiæ ab aliis diſcrimen. Secundo ſciendum, ꝙ differentia in gñali differt ab oĩbus prædicabilibus aliis per hoc ꝙ eſt formaliter diuiſiua generis, & facit differre eſſentialiter, quod nulli alteri cõuenit. Sed in ſpãli, primo differt a gñe per hoc, ꝙ ipſa pdicatur in quale, quia dicit eſſentiã rei p modũ qualitatis, genus uero pdicatur in quid, quia dicit eſſentiã rei p modũ ſubſtantiæ. p hoc ẽt differẽtia differt a ſpẽ. Secũdo differt a ſpẽ, & proprio, quia pdicatur de multis ſpẽbus, ſpẽs uero, & propriũ ſolũ pdicantur de indiuiduis unius ſpẽi & hoc intelligẽdo de differẽtia generica, & nõ ſpecifica. Tertio differt ab accidente, quia accidens ſuſcipit magis, & minus, differentia uero non. quia eſſe ipſius conſiſtit in indiuiſibili, cum ſit ultimus actus ſpeciei, qui ſemper eſt in aliquo determinato gradu entis.

Speciei ab aliis differentia. Tertio ſciendum, ꝙ ſpẽs in gñali differt ab aliis p hoc, ꝙ ipſa ſubijcitur reſpectu oĩum aliorum pdicabilium. ſ. generi, & differentiæ ſecũdum prædicationem G eſſentialem, proprio uero, & accidenti ſecundum prædicationem accidẽtalem. & hoc nulli aliorũ cõuenit. Sed in ſpãli, primo differt a gñe. quia genus continet ſub ſe ſpẽm, & eſt totũ uniuerſale reſpectu ſuarũ ſpẽrũ, ſed ſpẽs non cõtinet genus, quia pars nõ cõtinet ſuũ totũ. Secundo differt a differentia, quia ex pluribus differentiis bene fit una ſpẽs, ſed ex pluribus ſpẽbus non fit una ſpẽs tertia. quia ex duobus entibus cõpletis exiſtentibus in actu non põt fieri unũ tertiũ, duæ aũt ſpecies ſunt entia completa in actu. Tertio ſpecies differt a differentia, quia ſpẽs eſt ens completũ in actu ex duobus. ſ. gñe, & differentia, ſed ſic non eſt differentia. Quarto differt a proprio, quia ſpẽs eſt cã proprii, quare naturaliter ipſum præcedit. & etiam quia definitio ſpeciei, & proprii differunt, ut patuit prius, & ſpecies differt ab accidente, quia prædicatur in quid, accidens uero in quale.

Proprii ab aliis differentia. Quarto ſciendum, ꝙ proprium differt ab omnibus aliis in generali, quia pdicatur cõuertibiliter, quod nulli aliorũ cõuenit. Sed in ſpãli primo differt a gñe, H ſpẽ, & differentia p differentias prius poſitas, aſſignando differentias aliorũ pdicabiliũ a pprio. Secundo differt ab accidente, quia pprium de una ſola ſpẽ pdicatur, eo ꝙ conſequitur ppria principia ſpẽi, accidens uero de pluribus. Itẽ proprium, primo ineſt ſpẽi, & p ſpẽm indiuiduis, accidens uero econtra, eo ꝙ fluit a principiis indiuidui. Ex quo ſatis patet, qualiter accidens in ſpeciali differt a cæteris prædicabilibus, quoniam poſitæ ſunt differentię omniũ aliorum prædicabilium ab ipſo, tamen in generali dupliciter differt a cæteris. Primo, quia accidens ſuſcipit magis, & minus, alia quatuor ęqualiter participantur a ſuis inferioribus, Secundo, quia cætera prædicãtur uniuoce, accidens uero denominatiue. & ad declarationem huius hic definitur uniuoce prædicari, æquiuoce, & denominatiue, unde

A unde prædicari Vniuoce,eſt prædicari uno nomine,& una ratione de multis, ut homo prædicatur de Socra.& Platone. Prędicari æquiuoce eſt prædicari uno nomine,& diuerſis rationibus de multis,ut homo de homine uiuo, & de picto. Sed prædicari denomibatiue,eſt prædicari uno nomine tantum & non ratione,ut album de Socrate, nomine, & ratione.

Sed contra prædicta primo arguitur. Genus non differt ab aliis prædicabilibus per hoc in quo conuenit cum ipſis, ſed conuenit cum aliis in hoc,quod eſt de pluribus prædicari,igitur non differt ab aliis per hoc, ꝙ prædicatur de pluribus Secundo ſic. Omne ſuperius actu,& intellectu continetur in ſuo inferiori,igitur ſpecies continet ſuum genus, ꝙ male dicitur,quod genus continet ſpecies, & non continetur ab eis. Argumen.

Tertio ſic. Ex duobus exiſtentibus in actu non fit unum tertium, ſed duæ differentiæ ſunt entia in actu,uel duo actus igitur duabus differentiis non poteſt fie-
B ri una ſpecies. Quarto ſic. Non eſſe in ſubiecto eſt proprium ſubſtantiæ,& tamen prædicatur de multis ſpeciebus.ſ. de omnibus ſpeciebus ſubſtantiæ, ergo proprium non prædicatur de una ſola ſpecie. Quinto ſic. Omne uniuerſale debet prædicari uniuoce de multis,accidens eſt uniuerſale,igitur.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ de pluribus capitur dupliciter. Vno modo abſolute,ut tm̄ ualet.ſicut de multis,& hoc mō genus conuenit cum aliis. per hoc, ꝙ de multis prædicatur,alio modo comparatiue,& per hoc genus,differt ab aliis,quia prædicatur de pluribus,quàm alia.ideo non eſt idem in quo genus conuenit,& in quo differt ab aliis. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet ſpecies contineat genus ſicut totum eſſentiale,uel inferius ſuum ſuperius.ſ.quo ad partem poteſtatis eius, non tamen ſicut totum uniuerſale ſuas partes,ſic, ꝙ contineat genus ſecundum totam poteſtatem,& cōitatem eius. Ad tertium dicitur, ꝙ ex duobus exiſtentibus in actu,ut ſic,non fit unum,ſed tamen inquantum unum eſt in poten- Solutio.
C tia ad alterum bene fit tertium. Modo duarum differentiarum una poteſt ſe habere in potentia reſpectu alterius per hoc, ꝙ differentia ſuperior conſtituit unum genus, quod eſt diſtinguibile & determinabile per differentiam inferiorem,non eſt tamen intelligendum, ꝙ differentia inquantum differentia eſt, & ultimus actus ſpeciei,ſit in potentia ad aliam differentiam.ſed inquantum ſe habet ut actus confuſus ſpeciei inferioris,& eſt conſtitutiua generis ſpeciei.

Ad quartum dicitur, ꝙ ſi proprium capitur communiter pro omni proprio generis,uel ſpeciei,ſic bene prædicatur de pluribus ſpeciebus, quia proprium generis prædicatur de uno genere,ut eſt in multis ſpeciebus,ſed quia tale eſt commune multis ſpeciebus, ideo non habet ſimpliciter modum proprii ſed accidentis communis. Sed ſi capiatur ſpecialiter ſolum pro proprio ſpeciei ſpecialiſſimæ,ut hic capitur,ſic de una ſola ſpecie prædicatur. Ad quintum dicitur, ꝙ ſi capiatur prædicari uniuoce generaliter pro omni illo,quod ſecundum ſignificatum prædi- Proprium cōe de pluribus ſpēbus prædicatur.
D catur de multis,ſic omne uniuerſale debet prædicari de multis uniuoce,& illo modo accidens uniuoce prædicatur.ſed ſi capiatur uniuoce prædicari ſpecialiter ut eſt prædicari nomine & ratione eſſentiali de ſubiecto, ſi non prædicatur uniuoce. & hæc de Prædicabilibus dicta ſufficiant.

VERSORII PARISIENSIS E

EXPOSITIO,

IN TERTIVM TRACTATVM PETRI HISPANI.

SVMMA TRACTATVS.

De antepræclicamentis. De decem prædicamentis. De Poſtprædicamentis. F

Ea, quæ prædicantur, aut Vniuoca, aut Aequiuoca. aut Denominatiua eſſe dicuntur.

Cap. 1. primæ partis.

AD COGNOSCENDVM prædicamenta quædam neceſſaria præmittenda ſunt, ſine quorum cognitione nequaquàm haberi poteſt cognitio prædicamentorum. Et ideo diſtinguimus cum Ariſtotele triplicem modum prædicandi. Eorum, quæ prędicantur, quædam ſunt æquiuoca, quædam uniuoca, quædam denominatiua. G

Iſte eſt, Tertius tractatus de Prædicamentis, in quo poſtq̃ Pet. Hiſp. in pręcedenti tractatu determinauit de Dicibili in complexo ſub ratione prædicabilis, & uniuerſalis, hic conſequenter determinat de dicibili incomplexo ſub ratione ordinabilis in genere ſecundum ſub, & ſupra. Cuius ordinis ratio eſt, quia ordinatio ſecundum ſub, & ſupra eſt ordinatio in linea prædicamentali, in qua genus ordinatur ſupra ſpeciem, & ſpecies ſub genere, & indiuidua ſub ſpeciebus, & ſic de aliis. Sed quia talis ordinatio fit ſecundum rationes prædicabilium, ideo oportebat determinare prius de dicibili incomplexo quantum ad rationem uniuerſalis, q̃ ſecundum rationem ordinabilis in genere ſecundum ſub & ſupra, quod fit in hoc tractatu de pręcdicamentis. Et intitulatur hic Tractatus de prædicamentis, quia inter dicibilia incomplexa, prædicamenta ſunt principaliora. a principaliori autem parte ſubiecti ſæpe fit denominatio ſcientiæ. H

Quõ prædicaméta ad Logicũ, & Meth. pertineant.

Primo ſciendum, q̃ pręc̃dicamenta. quæ ſunt genera generaliſsima dupliciter conſyderantur. Vno modo inquantum ſunt prima principia diuerſitatis rerum formalia, & hoc modo non poteſt de ipſis aliquid demonſtrari, nec de ipſis ſub tali ratione habetur ſcientia. Alio modo conſyderantur per reductionem ad aliquod commune in quo conueniunt. & hoc dupliciter, uel inquantum reducuntur.

A tur ad ens,& ſunt partes entis,& hoc modo conſyderantur in Methaphyſica,quæ conſyderat de ente inquantum ens,alio modo inquantum reducuntur ad dicibile incomplexum,& ſub tali ratione in Logica conſyderantur Logicus, enim non conſyderat res abſolute,ſed inquantum referuntur ad rationem dicibilis, & prædicabilis,uel ut in ipſis fundantur aliquæ ſecundæ intentiones.

Secundo ſciendum,ꝙ ſubiectũ huius Tractatus eſt dicibile incomplexum ordinabile in gñe ſm ſub.& ſupra.Dicitur dicibile,eo ꝙ hic conſyderantur res ut referuntur ad dici,& dicitur,incomplexum,ad differentiã ſubiecti primi Tractatus,quod eſt dicibile complexum,ſ.enunciatio.Dicitur ordinabile in genere, ad differentiam ſubiecti libri prędicabilium, quod eſt dicibile incomplexum ſub ratione uniuerſalis,& non ſub ratione ordinabilis in genere,& non eſt prædicamentum ſubiectum huius tractatus,quamuis ſit principalior pars eius, quia non nomina hic conſyderata principaliter conſyderantur ſub ratione prędicamenti,ſed

B ſub ratione dicibilis incomplexi,ordinabilis in gñe,& per hoc patet, quæ ſit cauſa materialis huius tractatus,per quod habetur quæ ſit cauſa finalis eius,unde finis intrinſecus eſt perfecta cognitio ſubiecti.ſicut in aliis ſcientiis ſpeculatiuis,& finis extrinſecus eſt cognitio enunciationis quæ ſit ex dicibilibus incomplexis, & argumentationibus, & etiam generaliter acquiſitio omnium aliarum ſcientiarum.Et eius cauſa formalis eſt modus procedendi,qui eſt definitiuus.diuiſiuus,& exemplorum poſitiuus.Et forma tractatus eſt eius diuiſio per capitula,& capitulorum per partes unde tres ſunt partes principales.In prima traduntur.Antepręedicamenta.In ſecunda Prædicamenta.In tertia Poſt prædicamenta. Huius tractatus cãę. Tractatus partitio.

Tertio ſciendum, ꝙ anteprædicamentum eſt documentum præcedens determinationem Prædicamentorũ,immediate ordinatũ ad cognitionem eorũ habendã.Et dicitur immediate ordinatũ, & quia licet definitiones prędicabilium ad cognitioné prædicamentorũ ualeant,non tñ immediate ordinatur ad cognoſcendum prædicamenta,ſed ad cognoſcendum ipſa uniuerſalia. Et ſunt tria antepredicamenta in generali,ſ.definitio,diuiſio,& regula.Et ſeptẽ in ſpãli.ſ. tres definitiones,duæ diuiſiones,& duæ regulæ.Quorũ ſic habetur ſufficientia.quia antepręedicamentum ordinatur ad cognitioné prædicamentorum, uel ergo ualet ad cognoſcendũ conuenientiã, uel dñiam,uel ordiné.ſi primũ,hoc eſt tripliciter. uel ualet ad cognoſcendũ conuenientiã prædicamentorũ in unũ cõem æquiuocum, quod eſt ens,& ſic eſt definitio æquiuocorũ, uel ad cognoſcendũ conuenientiam dicibilium unius ordinis,& ſic eſt definitio uniuocorũ,uel ad cognoſcendum conuenientiam omnium prædicamentorum accidentium in unum cõe ſubiectum.ſ. ſubſtantiam,de qua dñr denominatiue,& ſic eſt definitio denominatiuorũ.Si ad cognoſcendũ differentiã,hoc eſt dupliciter uel docet diff.rentiã eorũ,quæ ponuntur in genere ab his,quæ nõ ponunt in genere,& ſic eſt prima diuiſio, uel eorũ, quæ ponuntur in diuerſis gñeribus inter ſe,& ſic eſt ſecũda diuiſio. Si ad cognoſcendum ordiné in linea prædicamentali,hoc eſt dupliciter, uel reſpectiuæ unius coordinationis,uel diuerſarũ,ſi primũ, ſic eſt prima regula,ſi ſecundũ, ſic eſt ſecunda.Et iſta antepredicamenta ſunt illa.quæ præmittenda ſunt antepræedicamẽta,ſine quorum cognitione non põt haberi faciliter cognitio prædicamentorum. Quid antepręedicamẽtũ, & quot ſint, ualet tres in genere,& ſeptẽ in ſpẽ.

C

D

Quarto ſciendum, ꝙ ad cognoſcendum tria prima antepredicamenta,Auctor ponit unã diuiſionem modorũ prædicandi,ſiue eorũ,quæ prædicantur dicens,ꝙ eorum,quæ prædicantur alia ſunt uniuoca,alia æquiuoca,& alia denominatiua. Cuius ratio eſt quia omne,quod prædicatur, uel prædicatur tanquã ꝑ multa,& ſic ſunt æquiuoca,uel tanquam unum,& hoc dupliciter, uel prædicatur nomine tantum,& ſic eſt denominatiuum,uel nomine,& ratione,& ſic eſt uniuocũ,& de his tribus poſtea in ſpeciali uidebitur.

Sed

Argumen Sed contra prædicta primo arguitur ſic, Omne illud, de quo eſt ſcientia, habet principia per quæ de illo probantur paſsiones,& cognoſcuntur,ſed prædicamenta,cum ſint prima principia.non habent principia,ergo de ipſis non eſt ſcientia.Secundo ſic Logicus non habet conſyderare res,cum Logica ſit ſcientia rationalis,& non realis,ergo, cum prædicamenta ſint res naturales,hic male determinatur de prædicamentis.Tertio ſic.Prima principia ſunt de ſe nota ſimpliciter,& quo ad nos,ergo prædicamenta erunt per ſe nota,& ad cognoſcendum ipſa aliqua non ſunt præmittenda. E

Quarto ſic. In libro prædicabilium determinatum eſt de modis prædicandi, ergo de ipſis non debet hic determinari,ſed tantum de dicibilibus incomplexi ordinabilibus in genere,& ſic male diſtinguitur triplex modus prædicandi.Quinto ſic.Membra huius diuiſionis coincidunt,ergo,&c.Antecedens patet,quia homo uniuoce prædicatur de Soc.& Plat.& æquiuoce de homine uiuo, & homine picto,ergo iſta diuiſio eſt mala. F

Solutio. Ad argumenta.Ad primum dicitur,ꝙ licet prædicamenta nõ habeant principia formalia,& uniuoca, habent tamen effectiua,& formalia æquiuoca;ideo de ipſis,ut reducuntur in unum commune, poteſt eſſe ſcientia per talia principia.

Ad ſecundũ dr̃,ꝙ Logicus non conſyderat principaliter de rebus ſecundum ſe acceptis.ſed tantum,ut ſubſtant intentionibus primis,& ſecundis,ex quibus fiunt argumentationes.& ob hoc dicit Auicéna,ꝙ Logica eſt de ſecundis intentionibus adiuncti primis.Ad tertium dr̃,ꝙ licet prima principia complexa ſint per ſe nota,& ſimpliciter,& quo ad nos,ut illud oẽ totum eſt maius ſua parte, non tamen prima principia incomplexa,ſed nobis ſunt difficillima ad cognoſcendum. prædicamenta autem ſunt principia incomplexa, & non complexa.Ad quartum dicitur,ꝙ licet in hoc libro non debeat determinari de aliquibus modis prædicandi quinq; uniuerſalium,in ſpeciali,poteſt tamen determinari in generalis de aliquibus modis,ad oſtendendum quõ genus prædicatur de ſuis inferioribus accidens de prima ſubſtantia. Ad quintũ dicitur,ꝙ licet homo,ut accipitur pro omnibus ſignificatis eius prædicetur æquiuoce,& quando accipitur pro uno tñ prædicetur uniuoce,nõ tamen eſt æquiuocum,& uniuocum ſecundum eandem acceptionem eius ſed ſolum ſecundum diuerſas,ideo iſta membra diuiſionis non coincidunt. G

Quæ dicantur Aequiuoca.

AEquiuoca dicuntur,quorum nomen ſolũ eſt commune, & ſecundum illud nomen ratio ſubſtantię eſt diuerſa,ut cum animal ſignificat animal uiuum,uel uerum.& pictum, & nomen ſolum commune eſt eis,& ſecundum illud nomen ratio ſubſtantiæ eſt diuerſa. Dicimus .n.de Leone picto in pariete, ecce terribile animal, & de Leone uiuo id m dicimus. & de ſtatuis regum dicimus, iſti ſunt tales reges, & de his,qui adhuc regnant dicimus, iſti ſunt reges, ſumendo æquiuoce nomem regis. H

Poſtq̃ Auctor pręmiſit diuiſionem dicibiliũ per uniuoca,æquiuoca,& denominatiua,hic conſequenter ponit definitionem horum membrorũ, & primo ponit definitionem æquiuocorũ. Cuius ratio eſt, quia illa ualet ad cognoſcendum redactionem prædicamentorum ad unũ cõe, quod eſt ens, quod dicitur æquiuoce de ipſis, & definitio uniuocorum ualet ad cognoſcendum reductionem omnium dicibilium

A dicibilium eiuſdem generis ad ipſum genus generaliſsimum, & definitio denominatiuorum ualet ad reducendum omnia prædicaméta acciddntiũ ad ſubſtantiã, de qua prædicantur denominatiue. &, quia reductio prædicamentorum ad ens eſt prior alijs, ideo definitio æquiuocorum conuenienter præcedit alias. &, quia etiã reductio dicibilium ad ſuum genus præcedit reductionem accidentium ad ſubſtantiam, ideo d efinitio uniuocorum præcedit definitionem denominatiuorum. ſic ergo ponitur definitio æquiuocorum. Equiuoca dicuntur quorum ſolũ nomen eſt commune, & ratio ſubſtantiæ ſecũdũ illud nomen eſt diuerſa In qua definitione ponitur dicuntur. i. ſunt dicibilia, ad explicandũ genus definiti, qđ eſt dicibile. & non ponitur ſunt, quia hic non conſyderant̃ inquantũ ſunt entia, ſed inquãtũ ſunt dicibilia. & totũ reſiduũ ponitur ad drĩam uniuocorũ, & denominatiuorum, quia uniuoca non habent ſolum nomen commune, ſed cũ hoc habent rationem, & denominatiua non prædicantur ſecundum diuerſas rationes.

B Primo ſciendum, ꝙ duplicia ſunt æquiuoca. ſ. æquiuoca æquiuocantia, & ęquiuoca æquiuocata. Aequiuocum æquiuocans eſt nomen cõe, diuerſis rationibus plura ſignificans, ſicut hoc nomen animal, diuerſis rationibus ſignificat animal uiuum, & animal pictum. ſed æquiuoca æquiuocata dñr res diuerſæ diuerſis rationibus. per unum nomen ſignificatæ, ſicut animal uiuum, & animal pictum ſunt diuerſæ res diuerſis rationibus ſignificatæ per hoc nomen animal. Hęc autem definitio ſolum datur de æquiuocis æquiuocatis, & non æquiuocantibus, quia æquiuoca æquiuocata ſolum habent nomen cõe, tñ per hanc definitionem poteſt haberi definitio æquiuoci æquiuocantis, quia ſicut æquiuoca æquiuocata habent unum nomen commune, & diuerſas rationes, ita æquiuocum æquiuocãs eſt nomen cõe diuerſis rõnibus plura ſignificans. &, quia æquiuoca æquiuocata ſemper ſunt pulres res ſignificatæ per unũ nomen commune, ideo ad deſignandum iſtam pluralitatem, hic definiuntur æquiuoca in plurali numero.

Aequiuocum duplx ęquiuocãs, & æquiuocatum.

C Secundo ſciendum, ꝙ adhuc duplex eſt æquiuocũ æquiuocãs & ſimiliter ęquiuocum æquiuocatum. ſ. æquiuocum a caſu, & a conſilio, quod dicitur analogum. unde æquiuocum a caſu eſt, quod æque primo plura ſignificat. & dicitur a caſu, quia imponens ipſum ad ſignificandum, in ſecunda impoſitione eius non habuit reſpectum ad ſuam primam ſignificationem, ſed a caſu accidit, ꝙ tale nomen prius habuit aliud ſignificatũ, ſicut equus, ſi dicatur. idem eſt quod æqualis, uel idem eſt quod animal, & imponens ipſum ad unum ſignificatum non habuit reſpectũ ad aliud. & per hoc poſſunt definiri æquiuoca æquiuocata a caſu. Sed æquiuocum a conſilio eſt unum nomen per prius, & poſterius plura ſignificãs. & dicuntur a conſilio, quia ſicut in iudicio unus imitatur iudicium alterius, ſic etiam tali nomini attribuitur una ſignificatio per reſpectum ad aliam, ſicut animal ſignificat animal uiuum, & ex conſequenti per ſimilitudinem ſignificat animal pictum. unde æquiuoca æquiuocata a conſilio ſunt res diuerſæ ſecundũ
D prius, & poſterius ſignificatæ per unum nomen, & de utriuſq;. ſ. a caſu, & a cõſilio datur hæc definitio æquiuocorum.

Aequiuocũ a caſu & a conſilio, ſeu analogum.

Tertio ſciendũ, ꝙ nomen dicitur cõe dupliciter. uno mõ ſecundũ uocem, quę cõis eſt ad multa ſignificata, ſicut Socra. dr̃ nomen cõe ad iſtum Socratem, & ad illũ. alio mõ dr̃ cõe ſecũdũ ſignãtũ eius, qđ ẽ cõe ad plura ſuppoſita, ſicut ſignãtũ eius, qđ ẽ cõe ad plura ſuppoſita, ſicut ſignãtum hominis. ſ. humanitas, quæ eſt cõis ad oĩa indiuidua eius. hic aũt ſumit̃ nomẽ cõe primo mõ, pro illo, quod eſt cõe ſecundũ uocẽ per reſpectũ ad plura ſignãta, & nõ ſecundo modo, quia, ſi ſic caperet̃, tunc nullus terminus ſingularis diceret̃ ęquiuoce de multis, cum non ſit nomẽ cõe cõitate ſui ſignãti. unde æquiuoca æquocata, ex quo diuerſæ res diuerſa ſunt ſignificata eiuſdem uocis, ideo habent nomen commune primo modo.

Nomẽ cõe duplex.

Quarto

Quarto ſciendum, ꝙ ratio ſubſtantiæ dupliciter accipitur. unó mõ ſpecialiter E
pro definitione quiditatiua ueræ ſubſtantię, quæ eſt per ſe, & iſto modo non acci
pitur hic, quia ſic in accidentibus non eſſent aliqua æquiuoca, cum non habeāt
hoc modo rationem ſubſtantiæ. Alio modo capitur generaliter pro quacunque
definitione quiditatiua ſubſtãtuali, & accidẽtaliter, quæ aliquo modo explicat eſ
ſentiã rei, capiẽdo ſubſtantiam pro eſſentia. & hoc mõ æquiuocorum ratio ſub
ſtantiæ eſt diuerſa. Cuius ratio eſt. quia quæcunque habẽt diuerſas formas, qui
bus ſignificantur per unum nomen, & etiam ſub diuerſis conceptionibus habent
diuerſas definitiones ſecundũ tale nomen, ſed æquiuoca æquiuocata ſunt diuer
ſæ res ſecundum diuerſas formas, & diuerſos conceptus, quibus ſignificantur p
unum nomen commune, & non ſignificantur per unum conceptum communẽ.
& ideo ſecũdum nomen ipſorum ratio ſubſtantiæ generaliter ſumpta eſt diuer
ſa. Et per hoc patet intellectus definitionis æquiuocorum.

Argumen. Circa prædicta arguitur primo. Canis eſt quoddam æquiuocum ad canem la F
trabilem, piſcem marinum, ſydus cæleſte, & tamen non habet unum commune
nomen, cũm ipſum ſit unum nomen, ergo male dicitur, ꝙ æquiuoca habent unũ
nomen commune.

Secundo ſic. In uerbis reperiũtur æquiuoca, & tamen ibi non eſt nomen com
mune, igitur definitio mala. Tertio ſic. Aequiuoca a conſilio habent unam ra
tionem communem unitate proportionis, & analogiæ, & tamen ſunt æquiuo
ca, ergo male dicitur, quòd æquiuoca habent ſolum nomen commune. conſequẽ
tia tenet. quia illis æquiuocis, ultra nomen commune, eſt ratio communis.

Quarto ſic. Canis latrabilis, marinus piſcis, ſunt æquiuoca æquiuocata, & ta
men non habent ſolum nomen cõmune, ſed conueniunt in ratione ſubſtantiali
corporis animati, & habent unam rationem communem, ergo male dicitur, ꝙ
æquiuoca habent ſolum nomen commune, & rationem ſubſtantiæ diuerſam.
Quinto ſic. G

Vnius rei eſt tantũ una forma, ſed ſignificatio eſt forma nominis, & ſic unius
nominis eſt tantũ una ſignificatio. ergo, & unum ſignificatum. & per cõſequens,
ſi æquiuoca habeant unum nomen commune, habẽt unam rationem, quæ ſignifi
catur per tale nomen.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd licet hoc nomen canis ſit æquiuo
cum æquiuocans, non tñ eſt æquiuocatũ, & de æquiuocis æquiuocatis datur tñ
præſens definitio. Ad ſecundum dicitur, ꝙ, ſi nomen capiatur ſpecialiter pro uo
ce, quæ ſignificat per modum permanentis, ſiue habitus, & quietis, & ut eſt pars
orationis diſtincta contra uerbum. ſic in uerbis non reperitur nomen. ſed, ſi ca
piatur generaliter, prout eſt nota mentis. i. ſignum illius, quod in mente concipi
tur, ſic uerbum bene dicitur. nomen, & hoc modo capitur in definitione. Ad
tertium dicitur, quòd licet æquiuoca a conſilio habeant rationem communem
ſecundum modum, non tamen ſecundum rem, quia unitas analoga nõn eſt uni H
tas ſecundum rem, ſed tantum ſecundum modum, & ad communitatem requiri
tur unitas rei. unde illa, quæ habent talem unitatem proportionis ſunt ſecun
dum rem diuerſa, licet habeant quendam modum unitatis. Ad quartum dici
tur, ꝙ licet canis latrabilis, & canis marinus habeant unam communem ratio
nem, ut conueniunt in corpore animato, non tamen ut conueniunt in nomine
canis. ideo rationes eorum, ſumptæ ſecundũ illud nomen ſunt diuerſæ Ad quin
tum dicitur, ꝙ licet ſignificatio ſit forma accidentalis nominis, nõ eſt tamen for
ma eſſentialis. ideo unius nominis poſſunt eſſe plures ſignificationes, ſicut eiuſ
dem rei plures formæ accidentales. ſed ſua forma eſſentialis eſt dearticulatio, ſi
ue modus proferendi. & ipſa uox eſt materia eius.

A *De Vniuocis.*

VNiuoca dicuntur quorum nomen eſt cõmune, & ſecundnm illud nomen ratio ſubſtantiæ eſt eadẽ.ut hoc nomẽ animal,eſt cõmune homini,& boui,& ſimiliter ratio ſubſtantiæ ſecundum illud nomen,eſt eadem.dicimus enim,homo eſt animal,bos eſt animal,& homo eſt ſubſtãtia animata ſenſibilis, & bos eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. & ſic nomen eſt commune eis, & ratio eorum, ſecundum illud nomen eſt eadem.nihil enim aliud eſt homo,ſecundum, quod eſt animal,niſi ſubſtantia ani mata ſenſibilis,ſimiliter, & bos.

B Poſtq̃ Auctor poſuit definitionem, æquiuocorum hic conſequenter ponit definitionem uniuocorum dicens. Vniuoca dicuntur quorum nomen cõmune eſt, & ſecundum illud nomen, ratio ſubſtantiæ eſt eadem. In hac definitione dicuntur.i.ſunt dicibilia, ponitur loco generis definiti, quod eſt dicibile, & non ponitur ſunt,quia hic non conſyderantur uniuoca ſub ratione entis,ſed inquantum referunt ad dici, Illud quod ſequitur,ponitur ad drñam aliorum ut ſtatim declarabitur. & accipitur hic nomen commune pro uoce ſignificatiua, quæ eſt nota mentis, & non ſpecialiter ut eſt pars orationis diſtincta a uerbo, quia in uerbis reperiuntur uniuoca,ſicut & in nominibus.

Primo ſciendum,ꝙ duplicia ſunt uniuoca.ſ.uniuoca uniuocantia, & uniuoca uniuocata. Vnde uniuocum uniuocans eſt nomen ſecundum unam rationem pluribus attributum,ut hoc nomen animal ſecundũ unam rõnẽ cõem attribuit homini,& aſino. Et uniuoca uniuocata ſunt res diuerſæ ſecundum unam ratio- C nem communem per idem nomen importatæ.ut homo,& aſinus ſecundum unã rationem communem repertam in hoc nomine animal. hic aũt definiuntur uniuoca uniuocata,& non uniuocũ uniuocans, ſicut prius dictum eſt de æquiuocis. & quia uniuoca uniuocata ſunt res plures, & diuerſæ contentæ ſub eodem nomine,ideo ad notandum illam pluralitatem,hic uniuoca in plurari definiuntur. *Vniuocum duplex,uniuocans, & uniuocatũ.*

Secundo ſciendũ eſt, ꝙ uniuoca differunt a multiuocis, & diuerſiuocis: quia multiuoca ſunt diuerſæ uoces uni rei attributæ,quæ aliter uocañr ſynonima,& diuerſiuoca ſunt diuerſæ uoces diuerſis rebus attributæ,& de iſtis hic non determinatur ſicut de æquiuocis, & uniuocis. quia non ualent ad cognoſcendum reductionem prædicamentorum in aliquod unum, nec neceſſario requiruntur ad cognitionem eorum. & in iſtis non reperiẽ unum nomen cõe, ſed ſunt plura nomina. uniuoca uero habent unum nomẽ cõe ſignificans unum cõceptum cõem, in quo conueniunt. ideo in definitione uniuocorum conuenienter ponitur,quo D rum nomen eſt commune,ad differentiam multiuocorum, & diuerſiuocorum.

Tertio ſciendum, ꝙ uniuoca differunt ab æquiuocis. quia æquiuocum habet plura ſignificata formalia. ideo dicitur æquiuocum, quaſi æqualiter plura uocans. Et licet æquiuocum a conſilio, ex parte rõnis nominis non æqualiter uocet omnia ſignificata eius,ſed ſecundum prius, & poſterius, tñ ex parte uocis, & ſecluſa ratione ſe habet æqualiter. ſed uniuocum habet tñ unum ſignatum formale,& immediatum ideo dr uniuocum,quaſi unum uocans, ſicut animal immediate ſignat animalitatem,& quia uniuoca uniuocata conueniunt in ſignificato formali,quod eſt forma cõis ſignificata per nomẽ uniuocum, & illa forma communis habet unã rationem eſſentialem, ideo uniuoca habẽt eadem rõnem ſubſtantiæ, ſumptam ſecundum nomen cõe eorum. ideo hæc particula. ratio *Vniuocorum ab æquiuocis diſtinctio.*

ſubſtantiæ

ſubſtantiæ eſt eadem, ponitur conuenienter ad differentia æquiuocorum. E

Qũo uniuoca a denoïatiuis diſtinguantur. Quarto ſciendũ, ꝙ uniuoca, & denominatiua ſic differunt inter ſe, quia uniuoca uniuocata includunt eſſentialiter ſignificatũ formale nominis uniuoci in quo conueniunt. ideo ratio propria illius ſignificati cõis eſt ratio cõis, & eſſentialis uniuocatorum, ideo uniuocum nomine, & ratione dicitur de uniuocatis. ſed denominata alicuius denominatiui non includunt eſſentiale ſignificatum formale ipſius denominati, ſed accidentaliter tãtum. ideo ratio eſſentialis illius ſignificati non eſt ratio denominatiuorum, ut cum albus prædicatur de homine, & equo, homo, & equus ſunt denominata, albũ uero denominatiuũ. & homo, & equus includunt ſolum accidentaliter formale ſignificatum albi, quod eſt albedo. ideo ratio illius ſignificati non eſt ratio illorum denominatorum. ideo per hanc particulam, rõ ſubſtantiæ eſt eadem, uniuoca differunt a denominatiuis. Et per hoc patet, ꝙ iſta definitio explicat naturam uniuocorum, faciens ipſa differre ab omnibus aliis. ideo eſt ſufficiens. F

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur ſic. Nomen uniuocum habet tm̃ unum ſignificatum, ſed uniuoca uniuocata ſunt res diuerſę, & non ſunt unum ſignãtum nominis, ergo uniuoca uniuocata non importantur per idem nomẽ commune.

Secundo ſic. Homo, & equus ſunt uniuoca uniuocata, & tamen ipſorum non eſt una ratio ſubſtãtiæ, ſed habent diuerſas definitiones, cũ differãt ſpẽ, ergo ratio ſubſtantiæ uniuocorum non eſt eadem. Tertio ſic. Albedo, & nigredo ſunt uniuoca uniuocata, & tamen non habent eandem definitionem ſubſtantiæ communem, cum ſit accidentia, ergo contra definitionem. Quarto ſic. Aequiuocum dicitur, quod eſt æqualiter plura uocans, ſed animal æqualiter uocat hominẽ, & aſinum, quia tale ſub ſuo genere æqualiter continentur, ergo male datur exemplum, ꝙ animal ſit commune uniuocum homini, & aſino. Quinto ſic. Ratio animalis, ſecundum unumquamque ſpecies animalis eſt altera, & altera, ut dicitur Septimo phyſicorum. ergo hic male dicitur, quod homo, & aſinus conueniunt in una ratione animalis. G

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dr̃, ꝙ ſi uniuoca conſyderentur quãtum ad id, quod ſunt, & ad ſuas rationes proprias, ſic non ſignificantur per nomen commune uniuocum, ſed ſi conſyderentur quantum ad naturã cõem, in qua cõueniunt ex conſequenti importantur per nomen uniuocum tanꝗ ſignificata materialia eius, & illa natura communis eſt ſignificatum ſuum formale, & immediatum. Ad ſecundum dicitur, ꝙ ſi homo, & aſinus conſyderentur ſecundum proprias ipſorum formas, ſic habent diuerſas definitiones proprias. ſed ſi conſyderentur ut conueniunt in animali, bene habent unam definitionem ſubſtantialem communem ipſis, quæ ſumitur ſecundum formam communem, in qua conueniunt.

Ad tertium dicitur, ꝙ ſi capiatur ſubſtantia proprie proente per ſe, ſic albedo, & nigredo non habent rõnem ſubſtantiæ. ſed ſi capiatur generaliter pro eſſentia, ſicut accipitur in iſta definitione, ſic habent bene eandem rationem ſubſtantiæ communem. Ad quartum dicitur, ꝙ licet hoc nomen animal, ex conſequenti plura ſignificet æqualiter, ſcilicet ſpecies ſui ſignificati, non tamen primo, & immediate plura uocat æqualiter, ſed tantum unum proprium ſignificatũ eius. ideo animal non eſt æquiuocũ, ſed uniuocũ, æquiuocum enim eſt ex parte uocis immediate plura ſignificans. Ad quintum dr̃, ꝙ ſi animal conſyderetur ſecundũ eſſe quod habet in diuerſis ſpeciebus eius, cõtractum per diuerſas drĩas, ſic ratio animalis ſecundum unamquamq; ſpeciem eius bene eſt altera, & altera. ſed ſi conſyderetur ſecundũ ſimplicem eius eſſentiam, ſic ſua ratio eſt eadem, & non diuerſa. quia ſic accipitur ſua eſſentia indiſtincta, & non diuiſa per differentias eius. ideo ratio explicans ipſam ſic acceptam non eſt diuerſificata. H

De

A

De Denominatiuis.

DEnominatiua dicuntur quæcunque ab aliquo ſolo caſu ſunt differentia,& ſecundum illud nomen habent appellationem,ut a Grãmatica Grammaticus, & a fortitudiue fortis. Differunt ſolo caſu, id eſt ſola cadentia, quæ eſt ex parte rei, & ſecundum illud nomen habent appellationem. nomen enim denominatiuum debet communicare cum nomine uniuoco in principio,ſed differre in fine, ut a Grammatica Grammaticus.

Poſtquàm Auctor poſuit definitionem uniuocorum, quæ docet reductionem dicibilium in ſuum genus generaliſſimum,quod dicitur de ipſis uniuoce,hic con- *Quid denoiatiuum*
B ſequenter ponit definitionem denominatiuorum per quam cognoſcitur reductio accidentium ad ſubſtantiam,de qua prædicantur denominatiue dicens,Denominatiua dicuntur,quæcunq; ab aliquo,ſolo caſu differentia ſunt, & ſecundum illud nomen habent appellationem.In qua definitione ponitur dicuntur, loco generis definiti,ut dictum eſt in præcedentibus. Deinde alia pars ponitur ad differentiam uniuocorum,& æquiuocorum. quia uniuoca,& æquiuoca non habent appellationem, ideſt nominationem ſecundum illud nomen abſtractum, a quo differunt ſolo caſu,ſicut denominatiua. ſed primo,& per ſe important ſua ſignificata,& non per cadentiam ab aliquo.

Primo ſciendum,ꝙ in denominatione tria requiruntur.ſ.denominans, denominatum,& denominatiuum. Denominans,eſt forma accidentalis, quæ importatur per nomen abſtractum.& dicitur denominans,quaſi de ſe aliud nominans, quia de ſe dat concreto,quod prædicetur,& nominet ſubiectum.Sed denomina-
C tiuum eſt accidens concretum, quod prædicatur denominatiue de ſuo ſubiecto, ut album uel nigrum. Et dicitur denominatiuum, quaſi de alio nominatiuum, quia eſt denominatiuum ſubiecti ratione formæ accidentalis, quæ eſt alia a ſubiecto. Denominatum eſt ſubiectum, de quo prædicatur accidens concretum,ut in hac prædicatione denominatiua,Socr. eſt albus,albedo ſignificata in hoc nomine albus,& per illud abſtractum,albedo, eſt forma denominans, & illud concretum album eſt denominatiuum Socratis,& Soc. eſt ſubiectum denominatum. Et per hoc patet,ꝙ denominatiuum,& concretum idem ſunt, & denominans, & abſtractum ſimiliter important. *Denoĩatiuũ nõ differt a concreto, neq; denominãs abſtracto.*

Secundo ſciendum, ꝙ ad ueram denominationem requiruntur tres conditiones.Prima conditio eſt,ꝙ forma denominans ſit alia a ſubiecto, ſic ꝙ non ſit de eſſentia eius, ſicut genus reſpectu ſpeciei, & ꝙ non fluat ex principiis eſſentialibus eius ſicut proprium,defectu cuius prædicata eſſentialia,& propria non præ- *Ad denominationẽ tres conditiones requiruntur.*
D dicantur denominatiue.hic enim non eſt uera denominatio, homo eſt humanus, uel homo eſt riſibilis.Secunda conditio eſt, ꝙ forma denominans ſignificetur ſecundum cadentiam,& inhærentiam ad ſubiectum,ut ſit in nomine concreto, ratione cuius nulla abſtracta prædicantur denominatiue.Tertia conditio eſt,ꝙ denominatiuum,& abſtractum conueniant in principio dictionis, & differant in fine,cuius defectu,ſtudioſus non dicitur denominatiue a uirtute, quia ibi non eſt conuenientia in principio dictionis.

Tertio ſciendum,ꝙ triplicia ſunt denominatiua. quædam ſecundum rem tantum,& non ſecundum uocem,in quibus.ſ.forma concreti naturaliter prouenit a forma abſtracti,& tamen non eſt conuenientia in principio dictionis,& differentia in fine,& ſic ſtudioſus dicitur denominatiue a uirtute. Alia ſunt denominati-

ua ſecundum uocem tantum,& nõ ſecundum rem,quæ habent conuenientiã in principio,& differentiam in fine nominis abſtracti,& concreti,& tamen non important alienam naturam a denominato,ſicut homo & humanus. Alia ſunt denominatiua ſecundum rem, & uocem ſimul.& ſunt illa, quibus conueniunt tres conditiones præſuppoſitæ ſimul,ſicut album, & nigrum,quæ ſunt uera denominatiua,& ſolum de ipſis datur definitio præſens. E

In quo differãt ac cõueniant abſtractũ, & concretũ.

Quarto ſciendum,ꝙ denominatiuum,& denominans,ſiue concretum,& abſtractum conueniunt dupliciter,& differunt dupliciter. Conueniunt primo in re ſignificata,quia ſignificant eandem formam eſſentialiter,ſicut albedo, & album ſignificant formam albedinis. Dicitur enim in prædicamentis, album autem ſolam qualitatem ſignificat. Secundo conueniunt in principio dictionis, ut albedo,& album,& illa conuenientia in principio dictionis ſignificat conuenientiã in re ſignificata,ſed differunt in modo ſignificandi,& in modo eſſendi,quia concretum ſignificat formam cum cadentia, & inhærentia ad ſubiectum per reſpectum ad ſubiectum. & ideo dicitur concretum quaſi ſimul cernens formam, & ſubiectum eius, ſicut album ſignificat albedinem inhærentem ſuo ſubiecto, ſed abſtractum ſignificat formam ſecundum ſe ſine inhærentia,& cadentia ad ſubiectum,& ſignificat eam ſubſtantiue,& per modum per ſe ſtantis, & inde dicitur abſtractum,quaſi ab alio tractum,quia ſecundum modum eius ſignificandi ſignificat formam cum præciſione ſubiecti, deſignando ipſam omnino ſine ſuo ſubiecto,& inde eſt,ꝙ non poteſt uerificari de ſuo ſubiecto. ſecundo differunt in finali terminatione uocis. & iſta differentia ſignificat differentiam, quæ eſt in modo ſignificandi. ideo in definitione denominatiuorum conuenienter dicitur,ꝙ differunt ab aliquo,ſcilicet quodlibet a ſuo abſtracto in ſolo caſu. quia ſolum differunt ab ipſis in cadentia,& in modo ſignificandi,& in hoc explicantur duæ differẽtiæ denominatiui,& denominantis, & ſubiungitur,ſecundum illud nomen habent appellationem. ad explicandum conuenientiam illorum in principali ſignificato,& in principio dictionis. unde ordine naturæ,concretum habet appellationem,id eſt denominationem a ſuo abſtracto, quia ab ipſo accipit ſuum ſignificatum,& per hoc patet intellectus definitionis. F G

Argumen.

Sed contra prædicta primo arguitur ſic. In nulla bona definitione debet poni uniuerſale,uniuerſaliter ſumptum,quia ſic talis definitio non poſſet uere prædicari de definito,ſed iſta ponitur uniuerſale,uniuerſaliter ſumptum. ſcilicet quæcunque,ergo male ponitur in iſta definitione,quæcunque. Secundo ſic. Album & nigrum ſunt denominatiua, & tamen non differunt ſolo caſu, ſed etiam in principali ſignificato,ergo in hac definitione male ponitur, ab aliquo ſolo caſu differentia ſunt. Tertio ſic. Denominatiuum, & abſtractum differunt in modo ſignificandi,ut prius dictum eſt,& etiam in genere,ſicut albedo,& albus,ergo nõ differunt ſolo caſu ergo. Quarto ſic. Studioſus eſt denominatiuum uirtutis, quia prædicatur denoĩatiue de ſuo ſubiecto,& hoc non habet niſi a forma uirtutis,& tamen non habet appellationem ſecundum nomen uirtutis,ergo male dicitur,ꝙ ſecundum illud nomen habet appellationem. Quinto ſic. Abſtractum denominatur a concreto,ſicut a iuſto iuſtitia,ergo abſtractum habet appellationem a concreto,& non econtra,ergo male dicitur.ꝙ denominatiuum ſecundum illud nomen abſtracti habet appellationem. H

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dicitur,ꝙ quæcunque in hac definitione non tenetur uniuerſaliter,ſed indefinite,& tantum ualet ſicut illa,quæ. ideo non ponitur uniuerſale,uniuerſaliter ſumptum.

Ad ſecundum dicitur,quód licet album,& nigrum non differant inter ſe ſolo caſu,tamen reſpectu ſuorum abſtractorum, ſcilicet albedinis,& nigredinis ſolo caſu

A caſu differunt, & ſic intelligitur in definitione, ꝙ denominatiua ſolo caſu differunt a ſuis abſtractis. Ad tertium dicitur, ꝙ negatio conſequentia, & cauſa eſt. quia, cum dicitur ſolo caſu, non ſolum dr̃ de cadentia uocis, ſed ẽt de cadentia quæ eſt in modo ſignificandi concreti, & abſtracti. & etiam quantum ad modos eſſendi, qui per iſtos modos ſignificandi importantur. Ad quartũ dicitur, ꝙ licet ſtudioſus ſit denominatiuum ſecundum rem, non tamen ſecundum uocem & rem ſimul. & ſolum de illis denominatiuis datur iſta definitio. Ad quintum dicitur ꝙ licet ſecundũ formationem uocis, quæ a Grammatico principaliter conſyderatur, abſtractum denominetur a concreto, tñ ſecundum ordinem uerę ſignificationis, & denominationis, cõcretũ deriuatur ab abſtracto, eo ꝙ abſtractum importat formã ſecundũ ſe, & concretũ importat eã per cadentiã ad ſubiectum. mõ ipſa ſecundũ ſe naturaliter præcedit inhærentiam eius ab ſubiectum. ideo in tali ordine, concretum capit denominationem, & appellationem ab abſtracto. B & talis ordo denominationis a Logico conſyderatur. ideo dicitur concretum ab abſtracto deriuari.

Abſtractũ formã ſecũdũ ſe ſignificat, cõcretũ in alio.

Eorum quæ dicuntur, diuiſio.

EOrum, quæ dicuntur, quædam dicuntur cùm complexione, ut homo currit. quædam ſine complexione, ut homo, uel currit.

Poſtquàm Auctor poſuit in ſpeciali tria anteprædicamenta. ſ. definitiones, quę ualent ad reductionem dicibilium & conuenientiam eorum in aliquod unũ commune, hic conſequenter ponit duas diuiſiones ualentes ad cognoſcendum diſtinctionem, & differentiam eorum, quæ ponuntur in prædicamento adinuicem, & ab his, quæ non ponuntur. &, quia prius oportet diſtinguere illa, quæ non ponuntur in prædicamento ab his, quæ ponitur in prædicamento, q̃ diſtin C guere ea, quæ ponuntur in prædicamento adinuicem, ideo Auctor ponit primo hanc diuiſionem, quæ ualet ad cognoſcendum, quæ ponuntur in prædicamẽto, & quæ non dicens. Eorum quæ dicuntur quædam dicuntur cum complexione, ſicut oratio, quædam uero ſine complexione, ut termini incomplexi. Cuius rõ eſt. quia oẽ, quod dicitur exprimitur, uel ſignificatur per uocem cõplexam ex pluribus uocibus ſignificatiuis, & ſic dicitur cum complexione, uel exprimitur per unam ſolam uocem ſignificatiuam, & ſic dicitur ſine complexione.

Primo ſciendũ, ꝙ dici tripliciter accipitur. uno modo ut tantum ualet, ſicut deriuari ab alio, ut cum dicitur doctus dicitur a doctrina. i. deriuatur. ſecundo modo prout tantum ualet, ſicut prædicari, ut in definitione prædicabilis cũ dicitur, prædicabile eſt, quod aptũ natũ eſt de pluribus dici. i. prædicari. tertio mõ dici, accipitur, prout tantũ ualet, ſicut exprimi, uel ſignificari per uocem ſignificatiuam, & iſto modo ſumitur in propoſito. & per hoc patet quid ſit diuiſum D in hac diuiſione. Eſt enim dicibile, quod eſt ſignificabile, & dici poteſt per dictionem, quæ eſt uox ſignificatiua ideo tantũ ualet dicere, Eorũ quæ dicuntur, ſicut, Dicibilium quæ per uocem ſignificatiuam exprimuntur.

Dici tria ſignificat.

Secundo ſciẽdũ, ꝙ complexio dupliciter accipitur. uno modo generaliter ꝓ quacunque compoſitione duorum adinuicem, ſiue ſit duarum rerum uel dictionum, literarũ, uniuerſali ſyllabarum. & iſto modo non accipitur hic. Alio modo accipitur ſolum ſpãliter, pro cõpoſitione pluriũ uocũ ſignificatiuarũ & iſto modo ſumitur, in propoſito. & ideo complexio, ut hic ſumitur, eſt compoſitio ex pluribus uocibus ſignificatiuis. Et dici cũ complexione, eſt ſignificari, uel exprimi per uocem compoſitam ex pluribus uocibus ſignificatiuis, & dici ſine complexione, eſt exprimi per unam ſolam dictionem.

Cóplexio diſtans, & nó diſtans.

Tertio ſciendum, ꝙ duplex eſt complexio. Quędam eſt complexio diſtans, in qua extrema copulantur per copulam uerbalem, ſicut in qualibet oratione perfecta. Et dicitur complexio diſtans, quia extrema illius compoſitionis accipiuntur ab anima diſtincte, & tanquam entia diſtincta concipiuntur, & poſtea uniuntur adinuicem, & hoc ſignificatur per copulam uerbalem, quæ eſt nota compoſitionis factæ in intellectu. Vel etiam dicitur diſtans. ideo ꝙ inter extrema eius mediat copula uerbalis. Alia eſt complexio indiſtans, cuius extrema non copulantur per copulam uerbalem, & ſe habent ſicut determinatio, & ſuum determinabile, ſicut fit in oratione imperfecta, ut dicendo, homo albus. Et dicitur indiſtans, quia extrema talis compoſitionis deſignantur confuſæ, & apprehenduntur ab anima ut unum ab alio. & ideo inter ipſa non mediat copula uerbalis. B

Complexa quot, & q̄ reponãtur in prædicamento.

Quarto ſciendum, ꝙ illa, quæ dicuntur cum complexione dupliciter poſſunt conſyderari. uno modo inquantum habent complexionem ex pluribus uocibus, & important conceptum complexum. & iſto modo complexa non ponuntur in prædicamento niſi per ſuas partes. &, ſi illæ partes ſint de diuerſis prędicamentis, ut hic, homo eſt albus, tale dicibile ſecundum ſuas partes reponitur in diuerſis prædicamentis. &, ſi illæ partes ſint de eodem prædicamento, ut animal rationale, tale dicibile ponitur in eodem prædicamento tantum ſecundum ſuas partes. quia tamen non per ſe eſt unum. dicibile, ſed plura, ideo ſimpliciter loquendo dicitur, ꝙ tale dicibile complexum non eſt reponibile in prędicamento. Alio modo poteſt conſyderari illud, quod dicitur cum complexione. ſ. dicibile complexum, inquantum ſumitur ad circumloquendum unum incomplexum, & illo modo bene ponitur in prædicamento loco illius incomplexi, quod circumloquitur, ut quando definitio ponitur loco definiti ad circumloquendi ipſam definitum. ſed, ſi capiatur definitio inquantum includit genus, & differentiam. hóc modo non poneretur in prædicamento per modum unius, ſed per modum plurium ſecundum ſuas partes. ſ. per modum generis, & differentiæ. & ſic dicibilia complexa, ut complexa ſunt, non ponuntur in prædicamento, incomplexa uero ponuntur. & per hanc diuiſionem cognoſcimus quomodo differunt dicibilia complexa, & incomplexa. ideo hæc diuiſio ualet ad cognoſcendum differentiam eorum, quæ ponuntur in prædicamento ab his, quæ non ponuntur. F G

De hoc vide Bur. & alios in anteprædi.

Argumen.

Sed contra prędicta arguitur primo ſic. Omne dicibile eſt prædicabile, cũ idem ſit dici, & prædicari, ſed omne prædicabile eſt incomplexum, ergo & omne dicibile. ergo nulla dicuntur cum complexione. Secundo ſic Vnumquodq; habet dici, & ſignificari eo modo quo habent eſſe ſed omne ens habet eſſe incomplexum, & eſſe unum, ergo omne dicibile eſt incóplexum. Tertio ſic. Canis eſt unũ dicibile, & tñ non eſt incomplexum, cum includat plura ſignificata; nec complexum, cum non habeat plures uoces, ergo male dicitur, ꝙ dicibilium, quædam dñr cum complexione, & quædam ſine. Quarto ſic. Huius diuiſionis membra nó ſunt oppoſita, quia complexum, & incóplexum in eodem incidunt. ergo diuiſio eſt mala. Quinto ſic. Omne compoſitum ex uoce, & modo proferendi eſt complexum, ſed omne dicibile habet uocem, & modum proferendi, ergo nullum habet ſine cóplexione. H

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ, ſi capiatur dicibile, ut eſt aptum natum prædicari, ſic omne dicibile eſt prædicabile, ſed, ſi capiatur ut eſt aptum natũ exprimi, & ſignificari per dictionem, ut in propoſito ſumitur, ſic non omne dicibile eſt prędicabile. Ad ſecundum dr, ꝙ licet omne ens ſecundũ ſe ſit unum incóplexum, tñ in ordine ad aliud, cum quo eſt complexum, uel cum quo eſt cóponibile aliquod ens, poteſt dici cóplexum. licet hoc ſibi conueniat formaliter per reſpectum ad intellectũ componenté & diuidentem, qui facit actualiter tantum complexionem, quę prius eſt in rebus ſecundũ aptitudinem. Ad tertium dicitur, ꝙ li-

A cet canis ex parte uocis, & materialiter ſit unum dicibile, tamen formaliter ex parte ſignificatorũ non eſt unum dicibile, ſed plura. non tamen debet dici dicibile complexum, quia illa ſignificata non habent inter ſe aliquam unionem, uel compoſitionẽ, nec ſe habent ut determinatio, & determinabile. ideo illo modo non poteſt dici cõplexum, uel incomplexum, quia hic diuiditur dicibile, quòd aliquo modo habet rationem unius dicibilis. Ad quartũ dicitur, quod licet cõplexum, & incomplexum materialiter coincidant in eodem, eo quòd incomplexũ materialiter eſt pars complexi, tamen formaliter opponuntur quantum ad formas complexi, & incomplexi, ſicut dictum eſt circa diuiſionem uocis, per complexam, & incomplexam, in qua multa ponuntur, quæ ad intellectũ huius diuiſionis præſupponuntur. Ad quintum dicitur, quòd licet compoſitum ex uoce, & modo præferendi habeat complexionem generaliter acceptam, non tamen habet complexionem proprie dictam, quæ eſt ex pluribus uocibus ſignificatiuis de
B qua eſt hic ſolum ad propoſitum.

Eorum quæ ſunt, diuiſio, iuxta octo modos eſſendi in.

SED, antequam alterum membrum huius diuiſionis ſubdiuidatur, diſtinguendi ſunt modi eſſendi, quia neceſſarii ſunt ad ſequentem diuiſionem cognoſcendam, & ad ea, quæ poſtea dicentur. Primus igitur modus eſſendi in, eſt, quando dicitur aliquid in alio eſſe, ſicut pars integralis in ſuo toto, ut digitus in manu, paries in domo, & ſimilia. Secundus modus eſſendi in, eſt, ſicut totum integrale in ſuis partibus ſimul ſumptis, ut domus in pariete, tecto, & fundamento. Tertius modus eſſendi in, eſt, ſicut ſpecies in genere, ut homo, uel bos
C in animali, & unũquodq; inferius in ſuo ſuperiori. Quartus modus eſſendi in, eſt, ſicut genus in ſpecie, ut animal in homine uel boue, & ſimiliter quodlibet ſuperius in ſuo inferiori. Quintus modus eſſendi in, eſt, ſicut forma in materia. & iſte quintus modus ſubdiuiditur, quia eſt quædam forma ſubſtantialis, ut animal eſt forma ſubſtantialis hominis, quædam eſt forma accidentalis, ut albedo hominis, & prima harum dicitur proprie eſſe in, ſicut forma in materia, ut anima in corpore, alia autem dicitur eſſe in, ſicut accidens in ſubiecto, ut albedo in pariete. Sextus modus eſſendi in, eſt, ſicut aliquid in ſua cauſa efficiente, ut regnum in Regente. Septimus modus eſſendi in, eſt ſicut
D aliquid eſt in ſuo fine, ut uirtus in beatitudine. Octauus modus eſſendi in, eſt ſicut aliquid in ſuo continente, ut uinum in uaſe, locatum in loco. Hos autem octo modos eſſendi in, diſtinguit Ariſtoteles in quarto Phyſi. Boethus autem aſsignat nouem, quia ſubdiuidit quintum, quemadmodum dictum eſt. Vnde uerſus.

Carmina modorum eſſendi in.

In, ſunt pars, totum, ſpecies, genus, & calor igni.
Rex in regno, res in fine, locoque locatum.

Poſtquàm Auctor poſuit primam diuiſionem anteprædicamentalẽ, hic cõſequenter uult ponere ſecundã ſed, quia illa diuiſio non poteſt perfecte cognoſci, niſi cognoſcantur modi eſſendi in, ideo, priuſquã Auctor ponat illã diuiſionẽ di

uidit eſſe in alio per octo modos, quæ in his uerſibus continentur. E

In ſunt pars, totum, ſpecies, genus, & calor igni.

Rex in regno, res in fine, locoque locatum.

Sufficiétia modorū eſſend. in. Quorum ſic hr̄ ſufficientia. quia oē, quod in aliquo, uel conuenit realiter cum eo in quo eſt, uel ab eo differt realiter, ſi conuenit cū eo realiter in quo eſt dupliciter. uel eſt in eo per modum partis, uel per modum totius. ſi per modū partis, hoc eſt ét dupliciter, uel per modum partis integralis, & ſic eſt primus modus, uel per modum partis ſubiectiue, & ſic eſt tertius modus. Si per modū totius, hoc eſt dupliciter. uel p modum totius integralis, & ſic eſt ſecundus modus, uel per modū totius uniuerſalis, & ſic eſt quartus modus, Si differt ab eo in quo eſt realiter, hoc eſt dupliciter. uel eſt in eo actualiter, uel uirtualiter tantum. ſi actualiter, hoc eſt dupliciter, uel id, quod eſt in alio, dat eſſe cui ineſt, & facit unum eſſe cū eo, & ſic eſt quintus modus, quo, ſcilicet forma eſt in materia, uel ab eo, in quo eſt, ſuſcipit eſſe, & diſtinguitur in eſſe ab ipſo, & ſic eſt octauus modus, quo locatū eſt in loco. Si ſit in alio uirtualiter tantum hoc eſt dupliciter. uel eſt in alio quantum ad uirtutem productiuam, quo producitur in eſſe, & ſic eſt ſextus modus, quo effectus eſt in cauſa efficiente, uel eſt in eo ſolum uirtualiter quantum ad bonitatem, & ſic eſt ſeptimus modus quo effectus habet eſſe in ſuo fine, & non eſt hæc diuiſio antepredicamentum, quia non immediate ordinatur ad cognitionem antepraedicamentorum, ſed ad cognitionem unius diuiſionis antepraedicamentalis, licet ex cōſequenti ualeat ad cognitionē prædicamētorū. F

De diſtinctione totius a ſuis partibus. Primo ſciendum eſt, ꝙ partes diuerſimode ſunt in toto integrali, & totum integrale in ſuis partibus, quia partes ſunt in toto per modū materiæ, & cōponunt ipſum totū materialiter, & actualiter uniuntur, & continentur ad inuicē per formam totius ſub qua uniuntur. Sed totū integrale eſt in ſuis partibus, per modū formæ, cum ſit uniens actualiter, & continens ſuas partes adinuicem. unde, cum totum habeat rationem actus, reſpectu ſuarum partium, & ex ipſis componatur, & actus eſt in eo cuius actus eſt ideo totum conuenienter dicitur eſſe in ſuis partibus. & non differt realiter ab ipſis coniunctim acceptis, ſed ratione tantum, licet diſtinguatur realiter a ſuis partibus diuiſim acceptis, ſicut Socra. differt a manu eius, eo quòd includit alias partes, quæ realiter a manu diſtinguuntur, & ſimiliter a quacunque alia parte diuiſim accepta. G

Secūdo ſciendū, ꝙ diuerſimode ſpecies eſt in genere, & genus in ſpecie. quia ſpecies eſt in genere poteſtate tantum, & non actu, & continetur ſub eo ſecundū totam entitatem eius. & ſimiliter intelligēdū eſt de qualibet alia parte ſubiectiua reſpectu ſui totius. Sed genus eſt in ſpecie actu, & intellectu. quia ſpecies non poteſt intelligi non intelligendo genus. & etiā eſt in ſpecie ſecundum eſſentiam, & ſecundum partem ſuæ poteſtatis, & non ſecundum totam communitatem eius, & per hoc habetur differentia tertii modi, & quarti. & licet genus, & ſpecies ſint idem realiter, quantum ad eſſentiam, non tamen propter hoc ſequitur, quòd idem eodem modo ſit in ſeipſo eo quòd genus, & ſpecies diſtinguuntur ſecundū diuerſos modos eſſendi. quare non eſt inconueniens, quòd ſub illis diuerſis modis unum inſit alteri, & econtra. H

Diſtinctio ſubſtantialis formæ ab accidentali. Tertio ſciendū circa quintum modū, ꝙ forma ſubſtantialis, & forma accidentalis multipliciter inter ſe differunt, & differenter ſunt in aliquo. Primo modo, quia forma ſubſtantialis dat eſſe ſimpliciter materiæ in qua ſuſcipitur, quia dat ſibi eſſe ſubſtantiale, quod eſt eſſe ſimpliciter, ſed forma accidentalis dat eſſe ſecundum quid ſubiecto ſuo, quia ſolum dat ſibi eſſe accidētale in genere cauſæ formalis, & ſuſcipit eſſe a ſuo ſubiecto in triplici genere cauſæ, ſcilicet cauſæ efficientis, materialis, & finalis. Secundo differunt, quia forma ſubſtantialis

nunquam

A nunquam præſupponit eſſe in actu, & completum ſui ſubiecti, ſed in potentia tantum. Sed forma accidentalis præſupponit eſſe completum in actu ſui ſubiecti. Tertiò differunt, quia deſtructa forma ſubſtantiali deſtruitur illud in quo eſt non autem deſtructa forma accidentali. & propter has cauſas quintus modus ſubdiuiditur a Boetho in duos modos.

Quarto ſciendum, quod aliquid eſt differenter in ſua cauſa efficiẽte,& in ſua cauſa finali,quia res eſt in ſuo efficiente per hoc, quod ipſum efficiens habet uirtutem productiuã,qua poteſt producere effectũ.ſicut domificator habet uirtutem productiuam,qua poteſt producere domũ,& in efficiente per naturam non eſt cognitio effectus. Sed in agente ſecundum propoſitum, effectus eſt in ſua cã quantum ad ſimilitudinem eius,per quam cognoſcitur, ſicut domus eſt in mente Artificis ſecundum ſuam ſimilitudinem, qua cognoſcitur domus, & ad cuius imaginem ipſa producitur. Sed res eſt in ſuo fine accidentaliter tantum,ſcilicet quantum ad B bonitatem eius, quia tota bonitas rei ordinatæ ad finem prouenit ex bonitate finis, & ſic ſua bonitas continetur in ſuo fine, ſicut bonitas ſecuris continetur in ſecatione, & bonitas equi in equitatione. & per hoc aliqualiter habetur intellectus octo modorum eſſendi in.

Sed contra prædicta arguitur, primo ſic. Omne contentũ exceditur ab eo, in quo continetur,ſed totũ integrale non exceditur a ſuis partibus,ſed ipſas oẽs continet,ergo non continetur in ſuis partibus,& per conſequens non eſt in ipſis. Secundo ſic. Vnũ oppoſitorũ non poteſt eſſe in alio,ſed materia, & forma ſunt oppoſita,cũ mã enim ſit potẽtia, forma uero actus, ergo forma non eſt in materia, cõtra quintum modum. Tertio ſic. Effectus eſſentialiter,& realiter diſtinguitur a ſuo efficiente,& fine,cum illæ duæ ſint cauſæ extrinſecæ effectus. ergo res nõ eſt in efficiente,nec in ſuo fine. Quarto ſic. Locus & locatum diſtinguũtur eſſentialiter,& realiter,quia locus eſt in locante, & non in locato. ergo locatum non C habet eſſe in loco,ſed eſt extra ipſum. Quinto ſic. Sicut aliquid eſt in loco, ſimiliter aliquid eſt in tempore,& tamen modus eſſendi in tempore inter iſtos modos non enumeratur, ergo non ſufficienter ponuntur modi eſſendi in. Argumen.

Ad argumenta. Ad primũ dicitur, quod licet totum integrale ſecundum ſuppoſita, & eſſe actuale non excedatur a ſuis partibus, tamen exceditur quantum ad eſſe potentiale, & ſecundum rationem, eo quod eſſe potentiale ſibi conuenit a ſuis partibus, in quibus primo reperitur. Ad ſecundum dicitur, quod licet forma, & materia, quantum ad ſuos modos opponantur.ſ. quantum ad modum actus, & modum potentiæ,non tamen ſecundum eſſe ſuum, per quod quidem eſſe conſiſtunt materia, & forma in compoſitio. ideo forma bene eſt in materia, cui dat eſſe. Ad tertium dicitur, quod licet effectus non ſit actualiter, & eſſentialiter in ſua cauſa efficiente uel finali, tamen bene eſt in aptitudine in ipſis,& uirtualiter,ut prius uiſum eſt. Ad quartum dicitur, quòd licet locatum non ſit in loco D per inhæreñtiam,ſic quòd loco inhæreat, tamen eſt in eo per continentiam, quia a loco continetur,& circundatur. Ad quintum dicitur, quòd licet eſſe in tẽpore non numeretur hic diſtincte,& formaliter, tamen æquiualenter enumeratur,quia continetur ſub octauo modo, ſcilicet ſub eſſe in loco,quia eſſe in loco,& in tempore eſt eſſe in alio,ut in menſura extrinſeca rei. Solutio.


Diuiſio entium penes dici,& eſſe in ſubiecto.

Eorum autem,quæ ſunt.quædam dicuntur de ſubiecto,in ſubiecto uero nullo ſunt,ut genera, & ſpecies ſubſtantiæ,& differentiæ earum,

quæ omnia dicuntur ſubſtantiæ uniuerſales extenſo nomine ſubſtantiæ, ut homo eſt animal rationale. Dici de ſubiecto, ut hic ſumitur, eſt ſuperius dici de inferiori, ut animal dicitur de homine, & homo de Socrate, & color de albedine. Eſſe autem in ſubieſto eſt ut hic ſumitur ſecundum, quòd accidens eſt in ſubiecto. Alia uero neque dicuntur de ſubiecto, neque ſunt in ſubiecto, ut indiuidua ſubſtantiæ, alia uero dicuntur de ſubiecto, & ſunt in ſubiecto, ut genera, & ſpecies aliorum nouem prædicamentorum, quæ dicuntur de ſuis inferiobus, & ſunt in ſubiecto, ut accidens in ſubiecto, ut color dicitur de albed ne ut de inferiori, & eſt in corpore, ut in ſubiecto. Alia uero in ſubiecto ſunt, de ſubiecto autem nullo dicuntur, ut hæc ſcientia eſt in anima, ſicut accidens in ſubiecto, & non dicitur de aliquo inferiori, ut iſte color eſt in ſubiecto, ut in corpore, & non dicitur de ſubiecto, omnis enim color in corpore eſt.

Poſtquam Auctor præmiſit diuiſionem modorum eſſendi in quæ, ualet ad cognoſcendum ſecundam diuiſionem anteprædicamentalem, hic conſequenter ponit ſecundam diuiſionem anteprædicamentalem dicens, quòd Entium dicibilium, aliqua non ſunt in ſubiecto, & dicuntur de ſubiecto, & alia nec ſunt in ſubiecto, nec de ſubiecto dicuntur, alia in ſubiecto ſunt & de ſubiecto dicuntur, & alia in ſubiecto ſunt, & de nullo ſubiecto dicuntur. Cuius diuiſionis ſic poteſt haberi ſufficientia. quia omne ens dicibile eſt ſubſtantia uel accidens. ſi ſubſtantia, hoc eſt dupliciter, uel ſubſtantia uniuerſalis, & ſic eſt primum membrum, uel ſubſtantia particularis, & ſic eſt ſecundum. Si accidens, hoc eſt dupliciter. uel accidens uniuerſale, & ſic eſt tertium membrum, uel accidẽs particulare, & ſic eſt quartum membrum. Et in hac diuiſione ſubdiuiditur ſecundum membrum primæ diuiſionis anteprædicamentalis. ſ. dicibile incomplexum, non tamen diuiditur hic dicibile incomplexum in tota communitate eius, ſed ſolum dicibile quod eſt ens reale. ideo ponit Ariſto. in textu prædicamentorum in hac diuiſione, eorum quæ ſunt, & non eorum quæ dicuntur.

A *Hanc Figuram, quæ ex Boetho ſumpta eſt, conſpicientibus, præſens incomplexorum diuiſio manifeſta fiet.*



B Primo ſciendem, ꝙ dici de ſubiecto, & eſſe in ſubiecto ſic differunt inter ſe, ꝙ dici de ſubiecto. ut hic ſumitur, eſt ſuperius dici de inferiori. unde ſuperius, eo ꝙ dicit totum eſſe ſui inferioris, prædicatur de ſuo inferiori, & ſic capitur hic ſubiectū, non pro ſubiecto accidentis, ſed pro inferiori ſubiicibili alicuius ſuperioris. Sed eſſe in ſubiecto eſt eſſe in alio, ut accidens in ſubiecto, tanquam forma ſibi inhærens, & adueniens ei poſt eſſe completum. Ad hoc enim ꝙ ſit accidens requiritur ipſum habere ens completum ante ſe, ad quod cadit, aut inhæret. & ſic capitur hic ſubiectum pro ſubiecto accidentis quod eſt indiuiduum de genere ſubſtantiæ. & per hoc patet quomodo diuerſimode capitur ſubiectum dicendo, ꝙ aliqua dicuntur de ſubiecto, & dicendo, ꝙ aliqua ſunt in ſubiecto, quia ſcilicet in primo modo capitur pro inferiori, in ſecundo uero pro ente completo, & perfecto, quod eſt ſubiectum accidentis.

C Secundo ſciendum, ꝙ in primo membro huius diuiſionis dicitur, ꝙ aliqua dicuntur de ſubiecto, & non ſunt in ſubiecto. per quod intelliguntur ſubſtantiæ uniuerſales. illæ enim habent ꝙ ſint ſubſtantiæ, & ꝙ ſint uniuerſales, inquantū ſunt ſubſtantiæ, non ſunt in ſubiecto, quia proprium eſt ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe, eo quòd eſt ens per ſe, & non in alio. ſed inquantum ſunt uniuerſales, dicuntur de ſubiecto, quia habent inferiora ſub ipſis. Sed in ſecundo membro dicitur quòd quædam non dicuntur de ſubiecto, nec ſunt in ſubiecto, & per hoc intelliguntur ſubſtantiæ particulares. Illæ. n. inquantum ſubſtantiæ, non ſunt in ſubiecto, inquantum uero particulares ſunt, non dicuntur de ſubiecto, quia non habent aliqua inferiora ſub ipſis. & per iſtos duos modos habetur differentia inter ſubſtantias uniuerſales, & particulares. Subſtantię particularis, & uniuerſalis dña.

D Tertio ſciendum, quòd in tertio membro dicitur. Alia ſunt in ſubiecto, & dicuntur de ſubiecto per quod intelliguntur accidentia uniuerſalia. Illa enim inquantum accidentia ſunt, in ſubiecto ſunt, quia omne accidens habet eſſe in ſubiecto. unde proprium eſſe accidentis eſt inhærentia ad ſubiectum. ſed inquantū uniuerſalia ſunt, dicuntur de ſubiecto. ſ. de ſuis inferioribus. & cum dicitur in quarto membro, alia ſunt in ſubiecto, & de ſubiecto nullo dicuntur, per hoc intelliguntur accidentia particularia, quæ inquantum ſunt accidentia, ſunt in ſubiecto, inquantum uero particularia ne. n. dicuntur de ſubiecto. quia non habent inferiora. & iſtorum modorum ſiue membrorum exempla ſatis patent in textu.

Subſtantia & accidẽs per qd indiuiduant. Quarto ſciendum, ꝙ ſubſtantiæ particulares, & accidentia particularia diuerſimode particularizantur, & indiuiduantur. quia paticulares ſubſtãtiæ particularizantur, & indiuiduantur per materiam ſignatam, quæ eſt principium indiuiduationis. & ſic illæ ſubſtantiæ indiuiduantur per aliquid de ſuo genere. &, quia a ſuis ſpeciebus per principium indiuiduationis, ideo talia indiuidua de genere ſubſtantiæ per aliquid de ſuo genere a ſuis uniuerſalibus differunt. ſed accidentia particularia particularizantur per indiuiduationem ſui ſubiecti, quia capiunt unitatem, & pluralitatem numeralem ab unitate, & pluralitate ſui ſubiecti. &, quia ſuum ſubiectum non eſt de ſuo genere, ideo non indiuiduantur per aliquid ſui generis, nec per aliquid ſui generis differũt a ſuis uniuerſalibus ſicut ſubſtantiæ indiuiduæ. Vnde ex prædictis patet, ꝙ per hanc diuiſionem cognoſcitur differentia eorum, quæ ponuntur in prædicamento ſubſtantiæ ab his, quæ ponuntur in prædicamentis accidentium. etiam cognoſcitur differentia eorum, quæ ponuntur in prædicamento eodem ſcilicet penes uniuerſale, & particulare. F
& ideo habetur ad quid hæc diuiſio eſt utilis.

Argumen. Sed contra prędicta arguitur, primo. Quicquid dicitur de ſubiecto eſt in ſubiecto, cum dici de, præſupponat eſſe in, ergo nulla dicuntur de ſubiecto, quæ non ſunt in ſubiecto, ut dr in primo membro. Secundo ſic. Omne ſubiectũ prius eſt illo, cuius eſt ſubiectum, ſed inferius nõ eſt prius ſuo ſuperiori, ergo non eſt ſubiectum ſui ſuperioris. per conſequens dici de ſubiecto non eſt dici de inferiori. Tertio ſic. Aliquis homo eſt ſubſtantia particularis, & tamen dicitur de ſubiecto. i. de ſuo inferiori, ut dicendo Socrates eſt aliquis homo. ubi aliquis homo, eſt ſuperius ad Socratem. ergo male dicitur ꝙ ſubſtantia particularis non dicitur de ſubiecto, nec eſt in ſubiecto.

Quarto ſic. Omne, quod eſt in ſubiecto, eſt in eſſentia, uel eſſe ſubiecti, ſed accidens uniuerſale non eſt intra eſſentiam ſubiecti cum non ſit de eſſentia eius, nec de eſſe, cum eſſe rei aliæ naturæ non permiſceatur. igitur accidentia uniuerſalia nullo modo ſunt in ſubiecto. Quinto ſic. Omnis forma cõicabilis dicitur de ſubiecto, hoc eſt de inferiori, ſed accidentia particularia ſunt formæ cõicabiles, cum omnis forma ſit cõicabilis, ergo illa accidentia dicuntur de ſubiecto, quod eſt contra quartum membrum. G

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ ſi capiatur ſemper eodem modo ſubiectum, tunc uerum eſt, ꝙ quicquid dicitur de ſubiecto, hoc eſt de inferiori, eſt in ſubiecto. i. in inferiori ſed capiẽdo ſubiectũ diuerſimode ut accipitur in iſtis mẽbris, tunc nõ omne quod dicitur de ſubiecto, hoc eſt de inferiori, eſt in ſubiecto accidentis, quod eſt ens completum, & perfectum exiſtens actu, quod eſt cauſa, & occaſio alteri exiſtenti in eo, ſicut homo eſt cauſa albedinis exiſtentis in eo.

Ad ſecũdum dicitur, ꝙ licet ſubiectum accidẽtis ſit naturaliter prius eo, cuius eſt ſubiectum, non tñ ſubiectum alicuius ſuperioris. & iſto modo capitur hic ſubiectum in diffinitione dici de ſubiecto. Ad tertium dr, quòd licet aliquis homo prædicatione ſpeciei, & conſyderando ipſum ex parte naturæ contractæ, dicatur de Socrate, & ut de inferiori, non tñ prædicatione indiuidui, & conſyderãdo ipſum ex parte ſigni contrahentis naturam. ſed hoc modo dicendo, Socra. eſt aliquis homo, prædicatur idem realiter de ſeipſo, & non ſuperius de inferiori. Ad quartum dicitur, ꝙ licet accidens non ſit in eſſentia ſubiecti, tanquã principium eius eſſentiæ, tamen per inhærentiam dicitur eſſe in eſſentia ſubiecti ex conſequenti, ut eſt in toto compoſito, & ſub eſſe ipſius, ſed tamen per ſe, & primo non inhæret eſſentiæ, uel eſſe, ſed toti compoſito, licet quandoque ratione materiæ, & quandoque ratione formæ. Ad quintum dicitur, ꝙ licet omnis forma ſecundum ſe accepta ſit communicabilis, non tamen forma accepta, & indiuiduata H

A uiduata per ſubiectum eius, ſed eſt incommunicabilis ideo accidens particulare, eoq; particulare, & non eſt communicabile, nec dicitur de ſubiecto.

Regulæ duæ quarum una coniungere, altera diſtinguere docet.

QVANDO alterum de altero prædicatur, ut de ſubiecto, quæcunque de eo quod prædicatur dicuntur, omnia de ſubiecto dicuntur. ut Socrates eſt homo, homo eſt animal. ergo Socrates eſt animal. Diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpecies, & differentiæ, ut animalis, & ſcientiæ, quæ ſunt diuerſa genera. differentiæ. n. animalis ſunt rationale, & irrationa-
B le. diuiditur. n. per has differentias. ut animalium, aliud rationale, aliud irrationale. Differentiæ autem ſcientiæ ſunt naturale, morale, & ſermocionale. diuidimus. n. ſcientiam per has differeatias, ut ſcientiarum, alia Naturalis, alia Moralis, alia Sermocinalis.

Poſtq̃ Auctor ſuperius poſuit duas diuiſiones ualentes ad cognoſcendum differentias dicibilium inter ſe, tam ponibilium in prædicamento, quàm non ponibilium, hic conſequenter ponit duas regulas anteprædicamentales ualentes ad cognoſcendum ordinem illorum, quæ in prædicamento ponuntur. Et quia prius eſt cognoſcere ordinem dicibilium reſpectu unius prædicamenti, quod docetur per primam regulam, quàm cognoſcere ordinem ipſorum reſpectu diuerſorum prædicamentorum, quòd fit per ſecundam regulam, ideo conuenienter prǫponit
C primam iſtarum regulàrum quæ talis eſt. Quando alterum de altero prædicatur ut de ſubiecto, quæcunque de eo quod prædicatur dicuntur, omnia de ſubiecto dicuntur, ut ſi Socrates eſt homo, & animal prædicetur de homine, etiam prædicabitur de Socrate.

Primo ſciendum, quòd in iſta regula per illud quod prædicatur, ſiue per prædicatum, intelligitur ſuperius, habens modum prædicandi alicuius prædicabilis, & per ſubiectũ intelligitur inferius alicuius ſuperioris, ideo ſenſus regulę eſt, qñ aliquod ſuperius prædicatur de ſuo inferiori, quæcunque prædicãtur eſſentialiter de illo ſuperiori, ét prædicantur de inferiori eius. cuius ratio eſt, quia ſuperius actualiter includitur in ſuo inferiori, ideo quæcunq; inſunt tali ſuperiori, & de ipſo prædicantur eſſentialiter, ſunt etiam actualiter in ſuo inferiori, & de illo actualiter prædicantur. & ſi primum ſuperius eſſentialiter prædicetur de ſuo inferiori, ét ſua ſuperiora prædicabuntur eſſentialiter, & ſi accidentaliter etiam
D ſua ſuperiora prædicabuntur accidentaliter de ſuo ſubiecto, & per hoc patet, ꝙ iſta regula ualet ad cognoſcendum ordinem dicibilium in una linea prędicamentali, & quomodo de ſe omnia ſuperiora alicuius generis ſunt ſuperiora ſuarum ſpecierum, & etiam quæ prædicabilia poſſunt de ſe inuicem prædicari.

Primæ regulę intellectus acratio.

Secundo ſciendum, ꝙ ſecundũ iſtam regulam debent obſeruari duæ conditiones. Prima eſt, ꝙ prima propõ ſit directa, & ordinata, ſiue ſit ibi eſſentialis ꝑdicatio, ſiue accidentali. oportet. n. ibi aliquod ſuperius prædicari ſecundum ordinẽ alicuius quinque prædicabilium. Secunda conditio eſt ꝙ in ſecunda propoſitione ſit prædicatio eſſentialis, & directa. defectu cuius hic non arguitur per regulam, homo eſt aĩal, animal eſt aſinus, ergo hõ eſt aſinus. quia in ſecunda propoſitione non eſt eſſentialis ꝑdicatio, cũ inferius non ꝑdicetur eſſentialiter de ſuo ſuperiori.

Conditiones duæ requiruntur ad huius regulę necritatem.

periori. quod tamen hic requiritur propter hoc, ꝙ reducendo talem ordinem ad ſyllogiſmum, ſecunda propoſitio ſit maior in prima figura, & illa debet eſſe uniuerſalis ſemper actualiter, uel uirtualiter. & non eſſet uirtualiter uniuerſalis niſi eſſet ibi pdicatio eſſentialis, & tenet ẽt iſta regula in negatiuis, ſuppoſito tñ ꝙ prima propoſitio ſit affirmatiua, quam oportet fieri minorẽ in prima figura, & in ſecunda propoſitione prædicatum negatur eſſentialiter de prædicato primæ, unde ſequitur Socrates eſt homo, homo non eſt aſinus, ergo Soc. non eſt aſinus. E

Tertio ſciendũ, ꝙ ſecũda regula anteprædicamentalis talis eſt. Diuerſorum generũ, & non ſubalternatim poſitorũ diuerſæ ſunt ſpẽs, & drĩæ. Cuius rõ eſt, quia ſpẽs, & drĩæ alicuius gñis eſſentialiter deſcendunt a ſuo gñe, & dicunt eandem eſſentiã cum ipſo, ſed diuerſa gña eſſentialiter differunt. ergo ſpẽs, & differentiæ includũt eſſentias oppoſitas illorum generum, & per conſequens diuerſorum generum, & & nõ ſubalternatim poſitorum diuerſę ſunt ſpecies, & drĩæ, & per hoc patet ꝙ iſta regula ualet ad ſciendum quomodo ſub diuerſis prædicamentis debent ordinari diuerſę ſpecies, & quomodo eſſentiæ prædicamentorum ſunt impermixtæ. F

Quæ gña ſubalterna tim poſita dicantur.

Quarto ſciendum, ꝙ genera ſubalternatim poſita dicuntur, quorum unum eſſentialiter eſt ſub alio ſicut corpus, & animal, & per oppoſitum illa dicuntur non ſubalternatim poſita, quorum unum non continetur ſub alio eſſentialiter, ut ſunt ſubſtantia, & qualitas, & hæc regula dicitur non ſubalternatim poſita, ad differentiam generum ſubalternatim poſitorum, quia ipſorum poſſunt eſſe eædem ſpecies, & differentiæ, ſicut ſpecies animalis ſunt ſpecies corporis, & etiam ſubſtantiæ, licet non ſint immediatæ reſpectu illorum generum & ſimiliter differentiæ animalis ex conſequenti ſunt differentiæ coordinationis ſubſtantiæ; ſed genera poſita non ſubalternatim non poſſunt ex conſequenti habere eaſdem differentias, nec ſpecies, propter cauſam prius dictam.

Argumen.

Contra prędicta primo arguitur ſic. Non ſequitur, Soc. eſt homo, homo eſt ſpecies, igitur Socrates eſt ſpecies & tamen ibi arguitur per primam regulam, ergo illa non eſt bene aſsignata. Secundo ſic. Non ſequitur per illam regulam, homo eſt albus, album eſt accidens, ergo homo eſt accidens. & tamen arguitur ſecundum conditiones regulæ primæ ergo, non eſt ſufficiens. Tertio ſic. Subſtantia, & quantitas ſunt diuerſa genera, & tamen corpus eſt ſpecies utriuſque, ergo male dicitur in ſecunda regula, diuerſorum generum diuerſæ ſunt ſpecies. G

Quarto ſic. Animal, & ſcientia ſunt diuerſa genera non ſubalternatim poſita, & tñ ipſorum eſt eadem differẽtia. ſ. rationale, quod eſt differẽtia hominis, quia diuidit animal, & etiam ſcientiam quia ſcientia diuiditur per ſcientiam rationalem, & realem, ergo diuerſorum generum non ſunt diuerſæ differentiæ. Quinto ſic Intellectiuum eſt differentia hominis, & ẽt angeli, & tñ homo, & angelus non cõtinentur ſub eodẽ genere, ſed ſub diuerſis, quia hõ continetur ſub corpore, & angelus eſt ſubſtantia incorporea. ergo diuerſorũ generum eſt eadem differentia.

Solutio.

Ad argumenta, Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ ibi non arguitur per regulam, quia in hac propoſitione, homo eſt ſpecies, non eſt prędicatio eſſentialis, quia intentiones ſecundę non prædicantur de primis eſſentialiter, ſed accidentaliter ſolum, eo ꝙ dicunt reſpectus accidentales, qui accidunt rebus primæ intentionis, & eodem modo diceretur de illa, hõ eſt ſubſtantia, ſubſtantia eſt genus, ergo homo eſt genus, & ſic de aliis. Ad ſecundum dr̃, ꝙ album in prædicato primæ propoſitionis, & in ſubiecto ſecundæ differenter tenet, quia in prima, album tenetur contractum ad ſubiectũ, ſecundum ꝙ dicit totum eſſe eius. In ſecunda uero tenetur ſub propria ratione eius, & non inquantum dicit eſſe per reſpectũ ad ſuum ſubiectum, ideo in illa ſecunda propoſitione non prædicatur aliquid de prædicato primę formaliter accepto, ſicut tenebatur in prima, ideo non arguiẽ H

per

A per primam regulam, ſed committitur fallacia accidentis. Ad tertium dicitur, quod corpus non eſt ſpecies ſubſtantiæ, & quantitatis capiendo corpus uniuoce: ſed capiendo æquiuoce tantum, quia prout corpus eſt ſubſtantia, quæ poteſt ſuſcipere tres dimenſiones eſt ſpecies ſubſtantiæ, & ſecundum ꝙ importat actū illam dimenſionem. ſ. longitudinem, latitudinem, & profunditatem, eſt ſpecies quantitatis, & ſi tenetur æquiuoce, non eſt una ſpecies, ſed diuerſæ. Ad quartū dicitur, ꝙ rationale non eſt eadem differentia, ut eſt differentia animalis, & ſcientiæ, quia non tenetur uniuoce, ſed æquiuoce, quia ſecundum ꝙ dicit formam, qua poſſumus uti ratione eſt differentia animalis, & ſecundum ꝙ dicit ſcientiam, quæ eſt de Ente rationis eſt differentia ſcientiæ. Ad quintum dicitur, ꝙ intellectiuum non reperitur æqualiter in homine, & in angelo, nec ſunt intellectus hominis, & angeli in æquali gradu perfectionis, cum intellectus angeli ſit perfectior eſſentialiter intellectu hominis, & ideo intellectiuum dicitur B de ipſis analogice, & non uniuoce, ideo non eſt differentia eadem.

Pars Secunda, quæ primo continet diuiſionem decem prædicamentorum.

EOrum, quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur, ſingulum, aut ſignificat Subſtantiam, aut Quantitatem, aut Qualitatem, aut Ad aliquid, aut Agere, aut Pati, aut Vbi, aut Quando, aut Situ͂ eſſe, aut Habere. Eſt enim Subſtantia, ut exēplariter dicatur, ut homo, equus, Quantitas, ut bicubitum, tricubitum, Qualitas, ut albedo nigredo. Ad aliquid, ut duplum triplum, Vbi, ut in loco eſſe. Quan- C do, ut heri fuiſſe, cras fore. Situs, ut iacere, ſedere, Habere, ut calciatum eſſe, armatum eſſe. Agere, ut ſecare, urere. Pati, ut ſecare uri.

Poſtq̄ Auctor determinauit de Anteprædicamentis, quæ neceſſario requiruntur ad cognitionem prædicamentorum, hic conſequenter incipit determinare de prædicamentis, & quia cognitio generalis, & confuſa præcedit in nobis cognitionem ſpecialem, & diſtinctam, ideo determinat de ipſis in generali priuſq̄ in ſpeciali, præmittens talem diuiſionem. Eorum, quæ dicuntur ſecundum nullam complexionem. i. unumquodque dicibilium incomplexorum, ſingulū, aut ſignificat Subſtantiam, aut Quantitatem, aut Qualitatem, aut Ad aliquid, & ſic de aliis. de quolibet iſtorum ſatis patent exempla in textu. unde patet quód iſta diuiſio non eſt unum anteprædicamentum. quia non præcedit determinationem prædicamentorum, ſed determinat de prædicamentis in generali diſtinguē do ipſa, & exemplificando de quolibet ipſorum.

D Primo ſciendum, quód dicibile incomplexum accipitur dupliciter. Vno modo pro omni illo, quod ſignificatur per unam uocem incomplexam, ut capitur in prima diuiſione antepræ dicamentali, & iſto modo non capitur hic, quia multa dicibilia hoc modo incomplexa ſunt, quæ non ponuntur in aliquo prædicamento, ut chymera, & multa alia entia rationis. Alio modo capitur ſpecialiter ſolum pro dicibili incomplexa ordinabili in genere. & hoc modo ſumitur dicibile in iſta diuiſione, ſecundum ꝙ ſignificat Subſtantiam, Quantitatē, &c. & per hoc, quod dicit ſignificat, dat intelligere quod hic non conſyderantur res ſub ratione entis, nec homo ordinatur in prædicamentis. Sed conſiderantur illæ uoces, & per quas res ſignificantur, & ſub tali conſyderatione ordinantur res in prædicamento.

Secundo

Quatuor cōditionibus quodlibet in prędicamento reponitur.

Secundo ſciendum eſt, ꝙ ad hoc ꝙ aliquid ſit ordinabile in genere quatuor conditiones requiruntur. Prima eſt, ꝙ tale dicibile ſit unum formaliter, & uirtualiter. quia, ſi eſſet æquiuocum, eſſent plura dicibilia, & poſſet ordinari in diuerſis ordinibus, ſiue in diuerſis prædicamētis, & propter hoc æquiuoca, ut æquiuoca ſunt non ordinantur in prædicamento. Secunda conditio eſt, ꝙ tale dicibile ſit incomplexum, quia, ſi eſſet complexum, ſecundum diuerſas partes eius eſſet in diuerſis prædicamentis, uel in diuerſis locis eiuſdem ordinis, ſicut patet de definitione. genus.n. ponit in recta linea, differentia uero in linea laterali. & propter hanc rationem complexa non ponuntur in genere ſecundum ſe ut complexa ſunt, ſed ſecundum ſuas partes ſolum, uel inquantum ſumuntur pro uno incomplexo. Tertia conditio eſt, ꝙ tale dicibile ſit ens reale, & ꝙ habeat ordinem certum in rebus, & propter hoc entia rationis, ut chimera, & hircocernus, & ſimilia non ponuntur in prædicamentis. Quarto conditio eſt, ꝙ tale dicibile ſit uniuerſale uel particulare, quia ordinatio ſecundum ſub, & ſupra ſit ſecundum rationes uniuerſalis, uel particularis, ſic ꝙ particulare ponitur ſub, & uniuerſale ſupra. & propter hoc Deus non ponitur in prædicamento. non enim eſt uniuerſalis, quia non poſſunt eſſe plures Dij, nec particularis, cum non habeat aliquid ſuperius uniuocum. & per hoc patet ꝙ id, quod diuiditur in prę enti diuiſione eſt dicibile incomplexum ordinabile in genere. F

Tertio ſciendum, ꝙ huius diuiſionis ſic habetur ſufficientia. quia omne dicibile orbinabile in genere, uel dicit ens per ſe, uel in alio. ſi primum, ſic eſt Subſtantia. ſi ſecundum hoc eſt dupliciter. uel eſt ens abſolutum, uel reſpectum. ſi abſolutum hoc eſt dupliciter, uel conſequitur ſubſtantiam gratia materiæ, & ſic eſt Quantitas, uel gratia formæ, & ſic eſt Qualitas. ſi reſpectiuum, hoc eſt dupliciter. uel ſumitur a reſpectu ſubſtantiæ ad aliquid extrinſecum, uel a reſpectu alicuius extrinſeci ad ſubſtantiam. ſi primum, hoc eſt dupliciter. uel dicit reſpectum partium ſubſtantiæ ad ſuum totum, & ad locum, & ſic eſt Situs, uel dicit reſpectum ſimplicem ſubſtantiæ ad aliquid extrinſecum, & hoc eſt tripliciter. quia uel oritur a forma, & ſic eſt Actio, uel oritur a materia, & ſic eſt Paſſio, uel a toto compoſitio, & ſic eſt ad aliquid. Si uero dicat reſpectum extrinſeci ad ſubſtantiam, hoc eſt dupliciter, uel tale extrinſecum eſt adiacens, & applicatum ſimul, & ſic eſt Habitus, uel adiacens tantum, & hoc eſt dupliciter. uel adiacet rei in motu, & ſic eſt, Quando, uel in quiete, & ſic eſt Vbi. & per hoc habetur quòd tantum decem ſunt prædicamenta. G

Quid, & a quo prædicamentum dicatur, & quot ſint.

Quarto ſciendum, ꝙ prædicamentum eſt genus generaliſſimum reſpectu alicuius coordinationis, uel eſt ipſa tota coordinatio. Et dicitur prædicamentum de prædicari, & metior metiris, quia eſt menſura omnium aliorum, quæ ſunt in tali genere, uel etiam quia in ſe, uel ſub ſe colligit omnia prædicata eiuſdem generis. &, ſicut patet in definitione prædicamenti, prædicamentum poteſt accipi dupliciter. & utroque modo tantum decem ſunt prędicamenta. quia, ſi ſumatur primo modo pro genere generaliſsimo. tantum decem ſunt genera generaliſsima. &, quia coordinationes prædicamentales diſtinguuntur per generaliſſima, quæ ſunt prima principia formalia illarum coordinationum. igitur, ſi ſecundo modo ſumatur pro tota coordinatione, erunt decem prædicamenta ſolū. H

Argumēta

Sed contra prædicta arguitur, primo ſic. Ens eſt dicibile, & incomplexum, & ſimiliter Res, Aliquid, Vnum, Verum, Bonum, quæ ſunt tranſcendentia & tamē non ponuntur in aliquo prædicamento, cū ens ſit cōius quolibet prædicamento. ergo iſta diuiſio non, ualet. Secundo ſic. Deus eſt in prædicamento, & tū non eſt in ali uo iſtorum, ergo diuiſio mala. Antecedens patet, quia omne particulare dicibile incomplexum ponitur in prædicamento, ſed Deus eſt quoddā particulare,

A culare, cum ſit unum ens in numero, ſed unum in numero, & particulare, idem ſunt ergo. Tertio ſic Genus, & ſpecies ſunt dicibilia incomplexa, & tamen non ponuntur in aliquo iſtorum prædicamentorum, igitur. Quarto ſic. Iſti termini incomplexi, propoſitio, & oratio ſunt dicibilia incomplexa. & ordinabilia in genere, quia propoſitio eſt ſpecies reſpectu orationis, & tamen non ſunt in aliquo iſtorum prædicamentorum. Quinto ſic. Materia eſt dicibile incomplexum, & ens reale, & ſibi conueniunt conditiones ordinabilium, & tamen non ponitur in aliquo iſtorum ergo non ſufficienter enumerantur hic prædicamenta.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, quod licet ens ex parte uocis ſit unum dicibile quodammodo, tamen ex parte ſignificatorum eius non eſt unum dicibile, ſed multa dicibilia, quia ipſum acceptum in cōi non eſt uniuocum, igitur non ponitur in aliquo uno prædicamento, ſed ſecundum diuerſa ſignificata eius ponitur in diuerſis prædicamentis. ſimiliter dicendum eſt de alijs tranſcendentibus. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet Deus ſit unus in numero, quia eſt indiuiſibilis, non eſt tamen quoddam particulare, quia particulare dicit partem alicuius totius. Deus autem ſub nullo continetur, & licet unum in numero, & particulare in aliquo ſint, idem realiter, tamen non ſunt, idem formaliter, ſed differunt ratione, ut dictum eſt. Ad tertium dr ꝙ licet genus, & ſpecies de materiali ſignificato eorum dicant ens reale aliquod, tamen quantum ad ſua formalia ſignificata importat entia rationis, a quibus ſumuntur intentiones ſecundæ, & illi reſpectus non ſunt entia realia, ideo genus, & ſpecies non ponuntur per ſe in prædicamento. Ad quartum dicitur, ꝙ licet iſti termini, propoſitio, & oratio ex parte uocis ſint dicibilia incomplexa, tamen ex parte ſignificatorum ſunt dicibilia complexa, & quia hic non conſyderantur uoces tantum, ſed capiuntur uoces pro rebus ſignificatis, ideo propoſitio, & oratio, & alia, quæ important dicibilia complexa non ſunt in prædicamento, ideo male ponit Buridanus undecimum prædicamentum. ſ. Signi ad reponendum omnia iſta ſigna, uel entia rationis. Ad quintum dicitur, ꝙ licet materia ſit ens reale reductiue, & per modum principij, non tamen eſt ens completum, ideo per ſe non ponitur in prædicamento, ſed bene ponitur reductiue in prædicamento, ſubſtantiæ, & per modum principii ſubſtantiæ corporeæ, eo modo quo ipſa eſt ens. Solutio.

B

C

De ſubſtantia, & eius diuiſione in primam, & ſecundam.

HIs habitis dicendum eſt de unoquoque ipſorum prædicamentorum, & primo de ſubſtantia, cum ſit prior alijs prædicamentis. Subſtantia diuiditur in primam ſubſtantiam, & ſecundam. Prima ſubſtantia eſt, quæ proprie, & principaliter, & maxime ſubſtare dicitur, uel prima ſubſtantia eſt, quæ neque de ſubiecto dicitur, neque in ſubiecto eſt. ut aliquis homo, & aliquis equus.

D

Poſtq̃ Auctor determinauit de decem prædicamentis in generali, hic conſequenter determinat de ipſis in ſpeciali. & quia ſubſtantia eſt prior accidentibus natura, definitione, & tempore, & eſt cauſa oīum accidentium in triplici gñe cauſę. ſ. efficientis, materialis, & finalis & cauſa naturaliter præcedit ſuum effectum, ideo prius Auctor determinat de ſubſtantia quam de accidentibus, ipſam primo diuidens per primā. & ſecundam ſubſtantiam cuius diuiſionis ſic habetur ſufficientia quia aut ſubſtantia, uel per ſe primo ſubſtat accidentibus, ut ſubſtantia particularis, & ſic eſt ſubſtantia prima, uel ſecundario ſubſtat accidentibus, ut ſubſtantia uniuerſalis, & ſic eſt ſecunda ſubſtantia, & per hoc patet, quod non ſunt ponendæ Accidēs a ſubſtantia tripliciter dependet.

nendæ tres, aut quatuor ſubſtantiæ, ſed ſolum duæ. ſ. prima, & ſecunda, eo ꝙ om E
nis ſubſtantia uel eſt particularis, uel uniuerſalis, ſed omnes uniuerſales ſubſtan-
tiæ ſecundo ſubſtant accidentibus per hoc, ꝙ ſunt in primis. particulares uero pri
mo, & per ſe ſubſtant.

Primo ſciendū, ꝙ ſubſtantia tripliciter accipitur. uno mō ut eſt prima, & per-
fectior pars entis, & ſic eſt de conſyderatione Methaphyſici. ſecundo modo, ut eſt
genus, & principium primum omnium ſubſtantiarum, ad quod omnes aliæ redu
cuntur. tertio modo accipitur, ut eſt primum ſubiectum omnium accidentium, &
iſtis duobus modis conſyderatur a Logico. principalius tamen ut eſt ſubiectum ac
cidentium, quæ diſtinguuntur inter ſe ſecundum diuerſos modos prædicandi de
prima ſubſtantia, ideo hic conuenientius diuiditur per primam, & ſecundam in-
quantum eſt ſubiectum accidētium. & diuerſimode ſubſtat ipſis, quàm diuidere-
tur ſub ratione generis in ſuas ſpecies.

Secundo ſciendum, ꝙ nomen ſubſtantiæ a duobus ſumitur Primo modo, a per F
ſe eſſendo, & ſic ſumitur a proprio eſſe ſubſtantiæ, quod eſt eſſe per ſe, & abſolu-
tum, & hoc modo ſubſtantia uniuoce dicitur de omnibus ſubſtantiis, & eſt genus
ipſarum. Alio modo ſumitur a ſubſtando, & ſic ſumitur ab eſſe reſpectiuo ſubſtan
tiæ, quo eſt in potentia ad ſubſtandum accidētibus, & iſto modo ſubſtantia prius
dicitur de ſubſtantiis particularibus, quæ principaliter ſubſtant accidentibus,
quam de ſubſtantiis uniuerſalibus, quæ ſecundario ſubſtant. &c., quia hic diuidi-
tur ſubſtantia inquantum habet ſubſtare accidentibus & ut ſic per prius dicitur
de primis ſubſtantiis quam de ſecundis, ideo iſta diuiſio eſt diuiſio analogi in ſua
analogata. & hinc eſt, ꝙ per prius ſubſtantia diuiditur quàm definiatur quia
æquiuocum prius eſt diuidendum, quàm definiendum.

Quid prima ſubſtantia, & q̄uo ſubſtare accidentibus ſibi conuenit.

Tertio ſciendum, quòd ſubſtantia prima, uno modo ſic definitur, Prima ſub-
ſtantia eſt, quæ proprie, & principaliter. & maxime ſubſtare dicitur. in qua
definitione per illud relatiuum, quæ ſubintelligitur ſubſtantia loco generis defi- G
niti, & ponitur proprie, ad differentiam accidentium, in quibus, licet unum ali-
quo modo ſubſiſtet alteri, ſicut ſuperficies albedini, tamen hoc non eſt proprie,
& tanquam ſubiectum principale, & per ſe ſubſiſtens, ſicut prima ſubſtantia
deinde ponitur principaliter, ad differentiam ſecundarum ſubſtantiarum, quæ
minus principaliter, & ſecundario ſubſtant accidentibus, Tertio ponitur maxi-
me, ad differentiam ſpecierum de genere ſubſtantiæ, quæ magis principaliter ui-
dentur ſubſtare quam genera. ſed adhuc prima ſubſtantia pluribus ſubſtat, quàm
illa ſpecies quia quibuſcunque ſubſtat ſpecies ſubſtat indiuiduum, & ultra hoc
ipſi ſpeciei. & ponitur ſubſtare, ad explanandum eſſe ſubſtantiæ, quæ eſt ſuſcepti
ua accidentium.

Quarto ſciendum ꝙ aliter definitur prima ſubſtantia, quæ eſt quæ nec in ſu-
biecto eſt, nec de ſubiecto dicitur, ut aliquis homo, aliquis equus. in qua defini-
tione ſubintelligitur genus definiti. ſ. ſubſtantia. Deinde dicitur, quæ nec eſt in H
ſubiecto, ad differentia accidentium, quæ ſunt in ſubiecto. deinde ponitur. nec
de ſubiecto dicitur, ad differentiam ſecundarum ſubſtantiarum, quæ licet non
ſint in ſubiecto dicuntur. Prima ſ. ſubſtantia habet, ꝙ ſit ſubſtantia, & ꝙ ſit pri
ma inquantum ſubſtantia, conuenit cum ſecundis ſubſtantiis. & ſibi conuenit
non eſſe in ſubiecto, quia hoc eſt cōe omni ſubſtantiæ, ſed inquantum prima eſt,
non habet inferiora ſub ſe, nec dicitur de ſubiecto, & per hoc differt a ſecundis
ſubſtantiis. & iſta definitio exemplificatur per indiuiduum uagum, ut aliquis ho-
mo, aliquis equus, magis quam per indiuiduum determinatum, eo ꝙ indiuidua
determinata, ut determinata ſunt per cōditiones indiuiduātes, ſunt ab arte relin
quenda. & per hoc patet diuiſio ſubſtantiæ, & definitiones primi membri eius.

Sed

A Sed contra prædicta arguitur, primo ſic. Vbi eſt æqualitas, ibi non eſt primum, & ſecundum, ſed ſubſtantia æqualiter dicitur de ambabus ſubſtantiis, cum ſit genus ipſarum, ergo male hic diuiditur per primam, & ſecundam. Secundo ſic. Vnum membrum huius diuiſionis prædicatur de alio, quia ſecunda prædicatur de prima, ergo prima, & ſecunda non opponuntur. ergo iſta diuiſio non datur per oppoſita. Tertio ſic. Materia prima principaliter ſubſtat, quia ſubſtat formę ſubſtantiali, & prima ſubſtantia ſolum ſubſtat accidentibus, & tamen non eſt prima ſubſtantia, ergo illa definitio conuenit aliis a definito. Quarto ſic. Omnis paſſio, quæ realiter conuenit pluribus indiuiduis conuenit ipſis realiter ratione alicuius communis, in quo conueniunt, ſed ſubſtare eſt paſſio communis, omnibus ſubſtantiis primis, ergo conuenit ipſis ratione alicuius ſuperioris ipſarum. ſed tale ſuperius non eſt niſi ſecunda ſubſtantia, ergo ſubſtare per prius conuenit ſecundæ ſubſtantiæ, & principalius, quàm primæ. Argumen.

B Quinto ſic. Definitio primæ ſubſtantiæ ſolum datur per negationem, ergo nō ſufficienter naturam definiti explicat. ergo non eſt ſufficiens.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet ſubſtantia ut dicitur a per ſe eſſendo, dicatur æqualiter de omnibus ſubſtantiis, & uniuoce, tamen non ut dicitur a ſubſtando, & iſto modo diuiditur hic. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet ſecunda ſubſtantia, & prima, ſecundum id quod ſunt, non opponantur, & ſecunda prædicetur de prima, tamen ſecundum rationem primi, & ſecundi, opponuntur & ſic ſunt membra diuiſionis. Solutio.

Ad tertium dicitur, ꝙ licet materia prima proprie, & principaliter ſubſtet reſpectu formæ ſubſtantialis, non tamen reſpectu accidentium, ſed totum compoſitum principaliter ſubſtat accidentibus, & materia, & forma non ſubſtant ipſis niſi ex conſequenti inquantum ſunt in toto compoſito. & de tali ſubſtare accidentibus, ſolum intelligitur in iſta definitione.

C Ad quartum dicitur, ꝙ licet ſubſtare per prius conueniat ſecundæ ſubſtantiæ. ſ. ſubſtantiæ in communi ſicut cauſæ, & formæ a qua prouenit talis paſſio, non tamen ſibi primo conuenit tanquàm ſubiecto. ſed illud per prius conuenit primæ ſubſtantiæ, quę eſt ens ſeu ſubiectum completum ſeu ſubſiſtens per hoc, ꝙ non eſt in alio, & ꝙ eſt ultima. Ad quintum dicitur, ꝙ in ſecunda definitione primæ ſubſtantiæ, licet ponantur duæ negationes, tamen ponuntur ad explicandum aliquam affirmationem. ibi enim explicatur, ꝙ prima ſubſtantia eſt prima in ſubſtando per hoc ꝙ non eſt in alio, & ꝙ eſt ultima in prædicando per hoc, quod non dicitur de ſubiecto, ideſt de inferiori, & etiam prima pars definitionis eſt affirmatiua. Duæ negationes qd operētur.

De Secundis Subſtantijs.

Secundæ Subſtantiæ ſunt ſpecies, in quibus ſunt primæ ſubſtantiæ,
D & harum ſpecierum genera, ut homo, & animal. eſt enim aliquis homo in homine, qui eſt ſpecies, & homo in animali, quod eſt genus. Indiuidua ſubſtantiæ dicuntur primæ ſubſtantiæ, quia primo ſubſtant aliis, genera uero, & ſpecies eorum dicuntur ſecundæ ſubſtantiæ, quia ſecundo ſubſtant aliis. Aliquis enim homo dicitur Grammaticus, & currens, & animal, & ſubſtantia, & ita homo dicitur Grammaticus, currens, animal, & ſubſtantia. Item ea quæ dicuntur de ſubiecto, omnia prædicantur nomine, & ratione, ut homo prædicatur de Socrate, & Platone. Eorum uero, quæ ſunt in ſubiecto, in pluribus neque

que ratio prædicatur, ut hæc albedo. In aliquibus autem nomen nihil prohibet prædicari aliquando de ſubiecto, rationem uero prædicari de ſubiecto eſt impoſsibile, ut album de ſubiecto prædicatur, ratio uero albi nunquam de ſubiecto prædicatur. E

Poſtquam Auctor ſuperius determinauit de primo membro diuiſionis ſubſtātiæ.ſ.de primis ſubſtantiis, hic conſequenter determinat de ſecundo membro.ſ. de ſecundis ſubſtantijs dicens, q̄ ſecundæ ſubſtantiæ ſunt uniuerſalia, ut genera, & ſpecies, in quibus ſunt primæ ſubſtantiæ, & dicuntur ſubſtantiæ uniuerſales ſecundæ, eo q̄ tales ſubſtantiæ ſecundario ſubſtantia accidentibus non primo, & per ſe, ſicut ſubſtantiæ particulares. cuius ratio eſt, quia accidens fluit immediate a principijs indiuidui, & ſubſtantiæ uniuerſales non includunt principia indiuidui, ideo non primo ſubſtant accidentibus, ſed ſolum ex conſequenti, inquantum habent eſſe in primis ſubſtantiis. F

De iſta diſtinctione eſt maxima controuerſia īter Sco. & Th. primo Sentē. & ī aliis.

Primo ſciendum, q̄ ſubſtantię uniuerſales dupliciter conſiderantur. Vno modo quantum ad eſſe eſſentiæ ipſarū, & quantum ad hoc, quod eſt per ſe eſſe, & hoc modo ſunt priores ſubſtantiis particularibus, eo q̄ ſunt cauſæ formales ipſarum, ipſis dantes eſſe, nomen, & rationem. alio modo conſyderātur ſecundum eſſe exiſtentiæ, & quantum ad hoc, quod eſt ſubſtare accidentibus, & hoc modo ſubſtātiæ particulares præcedunt uniuerſales. Cuius ratio eſt quia ſubſtātiæ uniuerſales non habent eſſe exiſtentiæ, nec ſubſtare accidentibus, niſi ex conſequenti, & ſecundum eſſe, quod habent in primis ſubſtantiis. & ideo ſubſtantiæ uniuerſales quantū ad exiſtere, & ſubſtare accidētibus dicuntur ſecundæ ſubſtātiæ.

Secundo ſciendū, quòd ſecundæ ſubſtantiæ diuerſimode ſunt in primis, & primæ in ſecundis. primæ enim ſunt in uirtualiter, & potētialiter tantū, ſicut pars totius uniuerſalis eſt in toto uniuerſali, & inferius in ſuo ſuperiori, ſed ſecundæ ſubſtātiæ ſunt in primis actu, & intellectu, quia ſunt de intellectu, & eſſentia primarum ſubſtantiarum, & ſolum habent eſſe exiſtentię in primis ſubſtantijs, non tamen capiunt illud eſſe exiſtentiæ a primis ſubſtantijs, ſed in genere cauſæ efficiētis, & finalis cauſantur a cauſis extrinſecis, ſicut a prima cauſa, & a natura. ſed in genere cauſæ formalis habent a ſeipſis, ſicut ſunt formæ quædam, & non habent ipſum ab alia cauſa formali, & in genere cauſę materialis quodammodò, & ſecundum quid accipiunt eſſe a primis, quæ ſunt materia in qua, reſpectu ipſarum ſecundarum ſubſtantiarum. G

Diuerſus modus prędicādi ſubſtātiarum & accidentium.

Tertio ſciendum, quòd ea, quæ dicuntur de ſubiecto.ſ. ſuperiora aliquorum inferiorum, & ea, quæ ſunt in ſubiecto.ſ. accidentia, diuerſimode prædicantur de ſuis ſubiicibilibus. quia ſuperiora pṙdicantur de ſuis inferioribus nomine, & ratione. & cauſa eſt. quia illud dicitur pṙdicari ſecundum nomen cuius nomen de aliquo prædicatur, ſeu uerificatur, & illud dicitur prædicari ratione, cuius definitio, uel eſſentia includitur eſſentialiter in inferiori ſed omne ſuperius ſecundum nomen eius uerificatur de inferiori, & includitur eſſentialiter in definitione ſui inferioris, & etiam definitio eius conuenit ſuo inferiori, ideo omne ſuperius eſſentiale prædicatur nomine, & ratione de ſuis inferioribus, & ſic prædicatur uniuoce. Sed accidentia aliqua, nec nomine, nec ratione de ſubiecto prædicātur, ut albedo, & nigredo, alia uero nomine prædicantur, ſed non ratione, ſicut album, uel nigrum, & ſic ſolum prædicantur denominatiue de ſuis ſubiectis. H

Modus p̄dicandi accidentis ab-

Quarto ſciendum, quòd duplex eſt accidens, quia quoddam eſt accidens abſtractum, quod importat formam accidentalem ſecundum ſe, & non ſecundum inhærentiam eius ad ſubiectum, ut albedo, & tale accidens nullo modo de ſubiecto

A bieƈto prædicatur, quia omne illud, quod de alio prædicatur, debet dicere totum eſſe eius, ſed accidens abſtractum non dicit totum eſſe ſui ſubiecti, ſed importatur cum præciſione ſubiecti, & ſine inhærentia ad ipſum, ideo non prædicatur de ſubiecto, nec nomine, nec ratione. Aliud eſt accidens concretum, quod importat formam cum inhærentia ad ſubiectum, & tale de ſubiecto prædicatur nomine, ſed non ratione, cuius cauſa eſt. quia prædicari ratione eſt eſſentialiter includit in ratione alterius modo accidens concretum non prædicatur eſſentialiter de ſuo ſubiecto, nec includitur eſſentialiter in ratione ſui ſubiecti, ideo non prædicatur de ſeipſo ſecundum rationem, & per hoc cognoſcitur differentia ſecundarum ſubſtantiarum, & accidentium reſpectu primę ſubſtantiæ. ſecundæ. n. ſubſtantiæ prædicantur de ipſis uniuoce, accidentia uero denominatiue tantum. per hoc etiam cognoſci poteſt quid eſt eſſe in ſubiecto, & quid dici de ſubiecto, quæ in definitione primæ ſubſtantiæ ponuntur. ſtracti, & concreti.

B Contra prędicta arguitur primo ſic, Subſtantię ſecundę ſubſtant ſecundario accidentibus, ſed ſubſtantię uniuerſales non ſubſtant accidentibus, cùm accidens ſolum indiuiduis inſit, & ſolam fluat a principiis indiuidui, ergo ſubſtantiæ uniuerſales non ſunt ſecundę ſubſtantiæ. Secundo ſic. Subſtantię uniuerſales ſunt priores particularibus, & per conueniet eis ratio ſubſtantiæ. ſ. per ſe eſſe, q̃ indiuiduis, ergo ſubſtantia uniuerſales debẽt dici primæ, & non particulares. Tertio ſic. Genus generaliſsimum dicitur de ſubiecto. ſ. de ſuis inferioribus, & tamen non prædicatur ratione, quia non habet definitionem, ergo non omne ſuperius prædicat nomine, & ratione de inferiori. Quarto ſic Omnis forma, dans eſſe alteri dat etiã nomen ſibi, & prędicatur nomine de ipſo, ſed accidens abſtractum eſt forma dans eſſe ſuo ſubiecto, ergo ſecundum nomen de ſubiecto prædicatur. Quinto ſic. De quocunque prædicatur definitum, prædicatur, & definitio, ergo, ſi accidens concretum prædicatur de ſubiecto, ergo, & definitio eius, & per conſequens prædicatur nomine, & ratione ſimul. Argumen.

C Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ licet Subſtantiæ uniuerſales nõ primo, & per ſe ſubſtent accidentibus, tamen ſubſtant ſecundario, ut ſunt in primis ſubſtantiis, & accidens conueniens primis ſubſtantiis etiam conuenit ex conſequenti ſecundis ſubſtantiis, quę ſunt in primis, ut quia Socrates eſt albus ex cõſequenti homo dicitur albus, & animal ſubſtantia. Solutio.

Ad ſecundũ dr̃, ꝙ licet ſubſtãtiæ uniuerſales ſunt priores primis quantũ ad eſſe eſſentiæ, & quantũ ad eſſe per ſe, tamen ſunt poſteriores quantũ ad actum ſubſtandi accidentibus. Ad tertium dicitur, ꝙ licet genus generaliſsimum non habeat propriam definitionem quiditatiuam, qua prædicetur de ſuis inferioribus, tñ includitur eſſentialiter in ratione ſuorum inferiorum, & etiam definitio notificans eſſentiam eius, conuenit ipſis ideo prædicatur nomine, & ratione de ſuis inferioribus. Ad quartum dicitur, ꝙ licet omnis forma deſignata per modum totius

D det nomen ſuo ſubiecto, & prædicetur nomine de ipſo, non tamen forma deſignata per modum partis cum illa non dicat totum eſſe ſubiecti. modo accidens abſtractum deſignatur per modum partis. Ad quintum dicitur, ꝙ licet definitio accidentis concreti prædicetur de ſuo ſubiecto denominatiue, ſicut ipſum accidens, non tamen prædicatur eſſentialiter. ideo non prędicatur nomine, & ratione, definitio enim debet conuertibiliter, & eſſentialiter ineſſe.

Secundarum Subſtantiarum adinuicem Comparatio.

Item ſecundarum ſubſtantiarum, ſpecies eſt magis ſubſtantia, quàm genus, quia ſpecies eſt propinquior primæ ſubſtantiæ, quàm genus.

L & etiam

& etiam quia pluribus ſubſtat. quibuſcunque enim ſubſtat genus, eiſdem ſubſtat ſpecies, & cum hoc ſpecies ſubſtat ipſi generi. Sed ſpecies ſpecialiſsimæ æqualiter ſubſtant, & æqualiter ſunt ſubſtantiæ, ut homo, equus, & ſimilia. E

Poſtquàm Auctor determinauit de primis ſubſtantiis, & ſecundis ſecundum ſeipſa diffiniendo, & comparando eas adinuicem, hic conſequenter comparat ſecundas inter ſe dicens, quòd ſecundarum ſubſtantiarum magis ſpecies eſt ſubſtantia quàm genus, cuius auctor duas aſsignat rationes. Prima eſt, quia. Secundarum ſubſtantiarum, illa eſt magis ſubſtantia, quæ eſt propinquior primæ ſubſtantiæ, cum in omni analogia illud, quod eſt propinquius primo, magis participet rationem analogi, ſed ſpecies eſt propinquior primæ ſubſtantiæ quàm genus, quia ordinatur inter primam ſubſtantiam, & ſuum genus. ergo ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus. Secunda ratio eſt, quia. Secundarum ſubſtantiarum illa eſt magis ſubſtantia, quæ pluribus ſubſtat ſecundum diuerſos modos ſubſtandi, & ſpecies pluribus ſubſtat quàm genus, quia ſubſtat accidentibus generis, & cum hoc ſubſtat ipſi generi. & ſic ſubſtat ut ſubiectum accidentibus, & generi, ut inferius ſuperiori, ideo ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus. F

Quo una ſubſtantia, alia ſubſtātia, magis eſſe intelligatur.

Primo ſciendum, quod ſubſtantia, ut uiſum eſt dupliciter conſideratur. Vno modo quantum ad ſuum proprium eſſe quod eſt per ſe eſſe, & ſic ſumitur a per ſe eſſendo, & ſic una ſubſtantia nunquàm dicitur magis uel minus ſubſtantia quàm alia. Secundo modo quantum ad eſſe accidentale, quo eſt in potentia ad ſubſtandum alteri, & hoc modo una ſubſtantia poteſt eſſe magis ſubſtantia quàm altera. ſed quia tale eſſe. ſ. in potentia ad ſubſtandum alteri, non eſt proprium ſubſtantiæ ſed ſubſequitur ſuum proprium eſſe, ideo ipſa in proprio ſuo eſſe non intenditur, nec remittitur. Ideo propter hoc non debet dici ſuſcipere magis, & minus, ſicut etiam dicitur in una proprietate eius. G

Secundo ſciendum, quod ſpeciem eſſe propinquiorem primæ ſubſtantiæ dupliciter intelligi poteſt. Vno modo, quod ſit propinquior primæ ſubſtantiæ quantum ad eius eſſe, & hoc modo ipſa non eſt propinquior quàm genus. quia in eſſe primæ ſubſtantiæ, & genus, & ſpecies idem ſunt eſſentialiter, & ſub actu ſimul. Ideo quātum ad tale eſſe non dicitur ſpecies primæ ſubſtantiæ propinquior quàm genus. Secundo modo poteſt intelligi, quod ſit propinquior primæ ſubſtantiæ quantum ad modos ſubſtandi aliis, & hoc modo ſpecies eſt propinquior primæ ſubſtantiæ, quàm genus, quia genus habet eſſe indeterminatum, & confuſum, ſpecies uero habet eſſe determinatum per differentiam, non ſecundum numerum, ſed ſecundum ſpeciem. prima uero ſubſtantia habet eſſe determinatum ſecundum numerum, & ſic ſecundum iſtum modum eſſendi ſpecies eſt genere propinquior primæ ſubſtantiæ, & eſt, quia ſpecies ſubſtat accidentibus, & etiam ſuis ſuperioribus, genus autem inquantum genus, non ſed ſolum ſubſtat accidentibus, & non ſuperioribus. ideo quantum ad illud, quod eſt ſubſtare aliis magis conuenit ſpecies cum prima ſubſtantia quàm genus. H

Spēs ſpāliſſimæ ęqualiter ſubſtā tię ſunt.

Tertio ſciendum, quod omnes ſpecies ſpecialiſsimæ de genere ſubſtantiæ dicuntur æqualiter ſubſtantiæ cuius ratio eſt, quia illæ ſubſtantiæ, quæ æqualiter appropinquant primis ſubſtantiis, & æqualiter habent ſubiici ſuis accidentibus, ſunt æqualiter ſubſtantiæ, ſed omnes tales ſpecies ſpecialiſsimæ æqualiter appropinquant primis ſubſtantiis, quia omnes immediate diuiſione materiali deſcendunt ad indiuidua, & ſic ſpecies ſpecialiſsimæ ſunt æqualiter ſubſtantiæ. & licet in anologia, membra ſubordinata, inquantum ſunt ſubordinata, inæqualiter

A ſuſcipiant rationem analogi, tamen membra non ſubordinata inter ſe, quæ ſolum ſunt ſubordinata uni tertio, poſſunt æqualiter ſuſcipere rationem ſui ſuperioris, modo ſpecies ſpecialiſsimæ non ſunt ſubordinatæ inter ſe. ideo licet ſubſtantia ſit quoddam analogum, tamen non eſt inconueniens q́ ſpecies ſpecialiſsimæ æqualiter dicantur ſubſtantiæ.

Quarto ſciendum, q́ omnes primæ ſubſtantiæ dicuntur æqualiter ſubſtantiæ. unde Socrates non eſt magis ſubſtantia, q̃ Plato, uel econtra. cuius ratio eſt, quia illæ æqualiter dicuntur ſubſtantiæ, quæ æque primo ſubſtant accidentibus, ſed omnes primæ ſubſtantiæ æque primo ſubſtant accidentibus, ergo æqualiter debét dici ſubſtantiæ. Et licet quandoq; unum indiuiduum ſubſtet pluribus accidentibus quàm aliud, tamen æque primo ſubſtat, modo ſubſtantia non dicitur magis ſubſtantia propter numerum illorum, quibus ſubſtat, ſe ſecundum q́ habet plures modo ſubſtandi, & perfectiores quàm alia ſubſtantia. Priç ſubſtã tiæ, æquali ter ſubſtan tiæ ſunt.

B Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Omnis ſubſtantia eſt ens per ſe, ſed genus, & ſpecies non ſunt entia per ſe, ſed ſolum habent eſſe in alio. ſ. in prima ſubſtantia, ergo ſpecies, & genus non ſunt ſubſtantiæ. & ſic unum non eſt magis ſubſtantiam, quàm aliud. Secundo ſic. Genus ſubſtat pluribus accidẽtibus, quam ſpecies, quia ſubſtat omnibus accidentibus plurium ſpecierum eius; ſpecies autem ſubſtat accidentibus unius ſpeciei, ſicut animal ſubſtat accidentibus omnium animalium, homo autem ſolum ſubſtat accidentibus hominis, ergo genus eſt magis ſubſtantia, quàm ſpecies, & per conſequens male dicitur, q́ ſpecies eſt magis ſubſtantia, quàm genus. Tertio ſic. Genus per prius conuenit primæ ſubſtantiæ, quàm ſpecies, quia Socrates ſecundum naturam eſt prius animal, quàm ſit homo. ergo genus eſt propinquius primę ſubſtantiæ quàm ſpecies, & per conſequẽs male dicitur, q́ ſpecies eſt ſibi propinquior. Quarto ſic. Genus, & indiuiduum in hoc conueniunt, quia utrunq; eſt indeterminatum, & quodammodo infinitum. Argumẽ.

C quia indiuidua uariantur in infinitum ſecundum potentiam, & etiam genus habet de ſe eſſe confuſum. ergo genus magis conuenit cum prima ſubſtantia quàm ſpecies. ergo eſt ſibi propinquus. Quinto ſic. Vna ſpecies ſpecialiſsima eſt perfectior ſubſtantia quam alia ſpecies, ſicut homo eſt perfectior, & prior cæteris ſpeciebus animalis. ergo una ſpecies ſpecialiſsima eſt prior aliis, & per conſequens non ſunt æqualiter ſubſtantiæ, ſicut dictum eſt.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, q́ licet ſpecies, & genus ſint in aliquo, ſicut ſuperius in ſuo inferiori, non tamen ſunt in alio ſicut accidens in ſubiecto ſuo, modo, illud, quod eſt in alio ſicut ſuperius in inferiori, poteſt eſſe ens per ſe, quãdo ſuum inferius eſt ſubſtantia, quia per unum, & idem eſſe ſunt inferius, & ſuperius in ipſo inferiori. unde, cum ſubſtantia dicitur ens per ſe, ibi per ſe, non dicit negationem cuiuſlibet cauſæ a qua ſubſtantia habeat eſſe, ſed ſolum dicit negationem alicuius entis completi, quod ſit cauſa materialis in qua, per cuius exi- Solutio.

D ſtentiam ſubſtantia habeat eſſe.

Ad ſecundum dicitur, quòd licet genus quantum ad numerum accidentium pluribus ſubſtet quàm ſpecies. non tamen pluribus ſubſtat, quantum ad plures modos ſubſtandi aliis quam ſpecies, quia ſpecies ſubſtat alteri ut ſubiectum accidentibus, & alteri ut inferius ſuperiori.

Ad tertium dicitur, q́ licet, genus, quantum ad uiam generationis, prius concurrat ad eſſe primæ ſubſtantiæ quam ſpecies, non tamen eſt propinquius primæ ſubſtantiæ quantum ad modum eſſendi eius, nec etiam quantum ad modum ſubſtandi aliis, ſed illo modo ſpecies eſt propinquior primæ ſubſtantiæ, ut dictum eſt.

Ad quartum dicitur, quòd licet indiuiduum ſit indeterminatum quantum

Imo ſpẽs ſe habẽt ſi cut nume- ri. vij. Me- taph.

ad conditiones accidentales eius, quæ uariantur in infinitum, tamen quantum ad eſſe ſubſtantiale eſt determinatum, cum illud eſſe ſit tm̃ unum in numero. genus autem non eſt hoc modo determinatum. Ad quintum dicitur, ꝙ licet una ſpecies ſit perfectior aliis quantum ad gradum perfectionis ſuæ naturæ, & ſecundum hoc dicatur prior, & perfectior aliis ſpeciebus, tamen quantum ad modum ſubſtandi ſuis accidentibus, una non eſt perfectior aliis, ſed hoc modo omnes ſpecies ſpecialiſsimæ de genere ſubſtantiæ dicuntur æqualiter ſubſtantiæ. E

De proprietatibus ſubſtantiæ.

His autem uiſis dicendum eſt de communitatibus, & proprietatibus ſubſtantiæ. Commune eſt autem omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe, quia eſſe in ſubiecto ſolum conuenit accidenti. & hoc patet de primis ſubſtantiis per definitionem primæ ſubſtantiæ. de ſecundis autem patet inductione, & ſyllogiſmo inductione ſic, homo non eſt in ſubiecto, equus non eſt in ſubiecto, leo non eſt in ſubiecto neque animal, & ſic de ſingulis, ergo nulla ſubſtantia ſecunda eſt in ſubiecto, ſyllogyſmo ſic. Nihil eorum, quæ ſunt in ſubiecto, prædicatur nomine, & ratione de ſubiecto, ſed omnis ſecunda ſubſtantia prædicatur nomine, & rõne de ſubiecto, ergo nulla ſecunda ſubſtãtia eſt in ſubiecto. Hoc autem non eſt proprium ſubſtantiæ, ſed etiam differentiæ competit. & hoc intelligitur de differentiis ſubſtantiæ. Neque eſt inſtantia de partibus ſubſtantiæ, quæ ſunt in ſuo toto. & ideo uidentur eſſe in ſuo ſubiecto, quia alius eſt modus eſſendi in, ut accidens in ſubiecto, & alius ſicut pars in ſuo toto, ut prius patuit. F G

Cõe eſt oĩ ſubſtantiæ ĩ ſubiecto non eſſe.

Poſtquàm Auctor determinauit de ſubſtantia ſecundum ſe. & quantum ad eſſe ſubſtantiale eius, hic conſequenter determinat de proprietatibus eius, quia eſſe ſubſtantiale rei debet præcedere proprietatem eius cũ tale eſſe ſit cauſa illarum proprietatum. & primo ponit iſtam proprietatem, ꝙ commune eſt omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe. Et iſtius proprietatis ratio eſt. quia nullum ens per ſe eſt in ſubiecto, per cuius eſſe ſubſtet, quia tunc non eſſet ens per ſe, ſed ens in alio. unde eſſe in alio ſolum conuenit accidentibus, ſed omnis ſubſtantia eſt ens per ſe, cum hæc ſit definitio eius, ideo conuenit omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe.

Primo ſciendum, ꝙ per id quod dicitur, commune eſt omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe non intelligitur pura negatio, ſed iſta negatio fundatur in affirmatione, & dat intelligere unam affirmatiuam. ſ. ꝙ proprium eſt ſubſtantiæ eſſe per ſe, & non eſſe in ſubiecto. unde in tali eſſe duo ſunt ſecundum rationem. ſ. eſſe per ſe, qui eſt modus eſſendi ſubſtantiæ. & negatio modi accidentis, qui modus eſt eſſe in alio. & licet eſſe per ſe non ſit proprietas ſubſtantiæ, quia non conſequitur ſuum eſſe completum, ſed eſt ipſum eſſe, tamen negatio modi eſſendi accidentis bene ponitur proprietas ſubſtantiæ, quia conſequitur rationem ſubſtantiæ, licet non diſtinguatur realiter a tali eſſe, & per hoc patet, ꝙ iſta proprietas non conuenit chymeræ, nec entibus rationis. quia licet non ſint in ſubiecto, tamen non habent eſſe, quod præſupponitur in iſta proprietate. H

Secundo ſciendum, ꝙ iſta proprietas conuenit tam primis ſubſtantiis, quam

A ſecundis.de primis patet per ſuam definitionem,& de ſecundis,per induc- , & ſyllogiſmum in textu,quę probatio ſatis clara eſt. Aliter etiam probatur. 2 eſſe in ſubiecto ut accidens eſt eſſe in alio tanquam forma adueniens ſibi poſt eius eſſe completum ſed ſecundæ ſubſtantiæ non adueniunt primis poſt eſſe earum completum,cum ſint cauſæ formales dantes eſſe primis ſubſtantiis, ideo ſecundæ ſubſtantiæ non ſunt in ſubiecto,

Tertio ſciendum,ꝙ ſubſtantia dupliciter accipitur uno modo generaliter,pro omni illo,quod importat naturam,uel eſſentiam de genere ſubſtantiæ,& hoc modo ſubſtantia comprehendit omnes ſubſtantias completas,& differentias ſubſtātiales.& ſic hoc modo ſumatur ſubſtantia, ſic iſta proprietas eſt ſubſtantiæ propria,quarto mō.Alio modo capitur ſubſtātia ſpecialiter,pro ſubſtantia completa ſolum,quæ eſt ſubſtantia ſecundum rem.& modum ſimul. per hoc quod importat ſubſtantiæ eſſentiam,& proprium modum eſſendi eius,& ſic ſubſtantia conti-

B net ſubſtantias perfectas,quæ ponuntur in recta linea prædicamentali,& hoc modo hæc proprietas eſt propria ſecundo modo ſubſtantiæ,quia conuenit omni, & non ſoli,quia conuenit differentiis ſubſtantiæ, quæ non ſunt ſubſtantiæ hoc mō.

Quarto ſciendum,ꝙ licet partes ſubſtantiæ, quæ ſunt in toto ſuo aliquo modo uideatur eſſe in ſubiecto,quæ tñ ſunt ſubſtantiæ,& per hoc aliqua ſubſtantia uideatur eſſe in ſubiecto,tñ illæ partes nō ſunt in ſuo toto, ſicut accidēs in ſubiecto,quia eſt alius modus eſſendi in quo partes ſunt in ſuo toto, ab illo quo accidens eſt in ſubiecto.vnde differunt tripliciter. Vno modo, quia pars integralis eſt de compoſitione,& perfectione totius,& requiritur ad eſſe eius completum,accidens uero,non, ſed conſequitur eſſe completum ſui ſubiecti.Secundo modo differunt,quia per ſeparationem partium a ſuo toto,aliquo modo deſtruitur totū, accidens uero poteſt a ſubiecto ſeparari præter ſubiecti corruptionem. Differunt tertio,quia pars integralis, poteſt remanere ſeparata a ſuo toto. accidens uero

C non,niſi hoc ſit ſupernaturaliter,quia ſecundum naturam accidēs ſemper eſt in ſubiecto ſubſiſtens,& per hoc patet prima proprietas ſubſtantiæ.

Quō partes,ſubſtātiarum in ſubiecto ſint.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Proprium eſt ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe ergo male dicitur,ꝙ cōe eſt,omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe. Secundo ſic.Iſta proprietas non conuenit, omni nec ſoli,ergo nullo modo eſt proprietas. Antecedens patet pro prima parte,quia forma ſubſtantialis eſt ſubſtantia, quæ eſt in ſubiecto,cum ſit in materia,& ſecunda pars probatur,quia accidens quandoque non eſt in ſubiecto,ut in Sacramento altaris, ubi accidentia exiſtunt ſine in ſubiecto,ergo non eſſe in ſubiecto non conuenit ſoli ſubſtantiæ. Tertio ſic.Illud,quod eſt in ente completo in actu,habet eſſe in ſubiecto,ſed ſubſtantiæ ſecundæ ſunt in primis, & prima ſubſtantia eſt ens completum in actu, ergo ſecunda ſubſtantia eſt in ſubiecto.Quarto ſic. Omne qualificans aliquid eſt in ſubiecto, quod qualificat,ſed differentia ſubſtantialis qualificat aliquid.ſ.eſſentiam gene-

D ris,ergo eſt in ipſa,ut in ſubiecto.ergo male dicitur, ꝙ iſta proprietas differentiis conuenit.Quinto ſic.Differentia ſubſtantialis dicitur ſubſtantia,ergo iſta proprietas non conuenit aliis a ſubſtantia per hoc,ꝙ ipſa conuenit ipſi differentiæ,& ſic male dicitur in textu,quód conuenit aliis.ſ.differentiis.

Argumē.

Ad argumenta. Ad primum dicitur,quód licet nō eſſe in ſubiecto ſit propriū ſubſtantiæ in oīi.ſ.ſecundum ſe conſyderatæ,tñ hoc eſt cōe ſubſtantiæ diuiſæ,& multiplicatæ per ſua inferiora. Ad ſecundū dicitur,ꝙ licet forma ſubſtantialis adueniat materię tanq̄ illo,quod recipit ipſam,tñ non aduenit materiæ poſt eius eſſe completum,ſed dat eſſe materiæ, ideo non eſt in ea ſicut accidens in ſubiecto.Et ad ſecundam probationem dicitur, quod licet accidens ſupernaturaliter ſit ſine ſubiecto actu,hoc eſt ſecundū actū,tñ eſt ſemper in ſubiecto ſecundum

Solutio.

ap itudinem, ſed ſubſtantia, nec actu, nec aptitudine unquam eſt in ſubiecto. E
Ad tertium dicitur, ꝙ licet ſecunda ſubſtantia ſit in prima, ut principium eius, non tamen aduenit ei poſt eſſe eius completum. ideo non eſt in ipſa, ut accidens in ſubiecto. Ad quartum dicitur, quòd differentia non aduenit generis poſt eius eſſe completum, ſed implet, & perficit ſuum determinando ipſum ad certam ſpeciem.

Ad quintum dicitur, ꝙ licet differentia ſubſtantię ſit ſubſtantia ſecundum rem quia importat eſſentiam ſubſtantiæ, non tamen ſecundnm rem, & modum ſimul, quia non importat eam per modum entis per ſe, ſed ſub modo eſſendi accidentis ſ. qualificantis, ideo non eſt ſubſtantia completa, cum non habeat ſimul eſſentiam. & proprium modum eſſendi.

Secunda ſubſtantia prædicatur uniuoce, prima ſignificat hoc aliquid. F

Item, omnibus ſecundis ſubſtantiis, & differentiis earum conuenit uniuoce prædicari de primis. Hæc enim omnia prædicantur de primis ſubſtantiis nomine, & ratione, quare uniuoce prædicantur. Item omnis prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid. i. indiuiduum. & unum numero. ſed ſubſtantia ſecunda uidetur ſignificare hoc aliquid ſub appellationis figura, eo quòd eſt in prima ſubſtantia, & de eſſentia eius, non tamen ſignificat hoc aliquid, ſed potius ſignificat quale, quid ſeu aliquid commune. non enim illud quod ſignificatur per ſubſtantiam ſecundam, eſt unum numero, ſicut eſt illud, quod ſignificatur per primam ſubſtantiam. G

Poſtq̃ Auctor poſuit primam proprietatem ſubſtantiæ, hic conſequenter ponit ſecundam dicens. ꝙ omnibus ſecundis ſubſtantiis, & differentiis earum conuenit uniuoce prædicari de primis. cuius ratio eſt, quia uniuoce prædicari eſt prædicari uno nomine, & una ratione, ſed omnes ſecundæ ſubſtantiæ, & differentiæ earum uno nomine, ꝙ una ratione prædicantur de primis ſubſtantiis, & includuntur eſſentialiter in rationibus primarum, ideo omnibus ſecundis ſubſtantiis, & differentiis earum conuenit uniuoce prædicari de primis. & dicitur notanter de primis ſubſtantiis, ad differentia accidentium uniuerſalium, quæ licet prędicentur uniuoce de ſuis inferioribus. tamen de primis ſubſtantiis prædicantur denominatiue ſolum, & non uniuoce.

Vniuoce p̃dicari tripliciter ſumitur.

Primo ſciendum, ꝙ prædicari uniuoce tripliciter accipitur. Vno modo cõiter pro omni illo, quod ſecundũ unum ſignificatum prædicatur de pluribus, & ſic H continet ſub ſe denominatiue prædicari, & hoc modo accidens uniuoce prædicatur de multis primis ſubſtantiis, ut album de Soc. & Platone prædicatur ſecundum unum ſignatur. alio mõ capitur minus cõiter, pro illo ſolo, quod prędicatur uno nomine, & una ratione de multis, ſiue ſit ratio quiditatiua ſiue deſcriptiua, & ſic proprium tantummodo prædicatur uniuoce de primis ſubſtantiis, ut dictum eſt in Prædicabilibus, quod proprium uniuoce prædicatur de indiuiduis ſpeciei. Tertio modo ſumitur proprie, ut ſolum conuenit illi, quod ſecundum unum ſignificatum prædicatur, quod ineſt eſſentialiter ſubiecto. & cuius eſt ratio eſſentialis ſubiecti, & hoc modo proprium, & accidens non prædicantur uniuoce de primis ſubſtantiis. cum nullum eorum inſit eis eſſentialiter, ſed hoc ſolum

A ſolum conuenit ſecundis ſubſtantiis, & differentiis earum, & ſic capitur in propoſito. & per hoc patet, ꝙ ſi capiatur ſubſtantia ſecunda generaliter pro omni ſubſtantia uniuerſali completa uel incompleta, hæc proprietas eſt ſibi propria quarto modo. ſed, ſi capiatur ſolum pro ſubſtantia completa, quæ importat ſubſtantiam ſub modo ſubſtantiæ, ſic eſt propria ſecundo modo, quia conuenit omni, ſed non ſoli.

Secundo ſciendum, ꝙ tertia proprietas ſubſtantiæ ponitur, quòd omnis ſubſtantia prima ſignificat hoc aliquid.i.indiuiduum,& Vnum numero. cuius ratio eſt, quia hoc aliquid eſt indiuiduum ſubſiſtens in ſpecie completum, ſed omnis ſubſtantia prima ſignificat indiuiduum ſubſiſtens, cum omnis ſubſtantia particularis ſit per ſe ſubſiſtens,& etiam importat aliquid completum in ſpecie, aliter non eſſet prima ſubſtantia, quæ directe ponitur ſub ſpecie, ideo omnis prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid. Et rationem huius ꝙ eſt hoc aliquid, tria requiruntur. Primo, requiritur, ꝙ ſit indiuiduum, quare nullum uniuerſale ſignificat hoc aliquid. Secundo requiritur, ꝙ ſubſtet per ſe, ratione cuius nulla accidentia ſignificant hoc aliquid, nec etiam ſecundæ ſubſtantiæ, quia non per ſe ſubſtant, ſed in primis, ſubſiſtere enim eſt ſub ſuo proprio eſſe ſtare. Tertio requiritur, ꝙ tale indiuiduum ſit in ſpecie completum. & propter hoc anima rationalis a corpore ſeparata non ſignificat hoc aliquid, quia licet ſit indiuiduum ſubſiſtens, non tamen eſt in ſpecie eius completum, cum ſit pars ſpeciei humanæ. Et hæc tria ſimiliter requiruntur ad ſuppoſitum, quod idem dicit, ſicut hoc aliquid. & primum iſtorum trium importatur cum dicitur hoc. hoc enim eſt pronomen demonſtratiuum, tantum rei ſingularis. tertio importatur cum dicitur aliquid. aliquid enim dicit proprie aliquid ſub genere ſubſtantiæ, in ſpecie diſtinctum. ſecundum prouenit. ſ. ꝙ ſit ſubſiſtens ex coniunctione illorum duorum, & per hoc patet, ꝙ prima ſubſtantia habet ꝙ ſignificet hoc, a principio indiuiduationis, & ꝙ ſignificet C aliquid. habet a forma ſpeciei, quam includit. (Ad hoc aliquid tria exiguntur.) [B]

Tertio ſciendum, ꝙ licet ſecunda ſubſtantia non ſignificet hoc aliquid, eo ꝙ non eſt indiuidua, ſed uniuerſalis, uidetur tamen ſignificare hoc aliquid, primo propter hoc ꝙ ineſt eſſentialiter primæ ſubſtantiæ, & eadem eſt realiter cum ipſa ſecundo propter figuram appellationis, quia eadem res quandoq; uocatur nomine primæ ſubſtantiæ,& quandoq; nomine ſecundæ, ſicut Socrates quandoque uocatur ſub nomine Socratis,& quandoq; ſub nomine hominis, ſicut per hoc nomen homo, quandoq; uocatur homo in communi, quandoq; uero in particulari ſub ea forma uocis, quæ eſt figura appellationis.

Quarto ſciendum, ꝙ omnis ſecunda ſubſtantia ſignificat quale quid, ſicut omnis prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid. cuius ratio eſt, quia quale quid dicitur forma ſubſtantialis, communicabilis multis, quæ inquantum forma eſt, dicitur qualis ſecundum modum, quia qualificat aliquo modo illud, cuius eſt forma,& inquantum ſubſtantialis eſt, dicitur quid, quiditas enim proprie ſubſtantiam importat. ſed omnis ſecunda ſubſtantia importat formam ſubſtantialem communem multis, ideo quælibet ſignificat quale quid.& per hoc patet de genere, quod importat eſſentiam qualificabilem, per differentias eius,& ratione eſſentiæ dicit quid,& ratione eius, ꝙ qualificabile eſt, dicit quale, & ſimiliter differentia dicit eſſentiam qualificãtem, ſpecies uero qualificatam.& per hoc patet ſecunda & tertia proprietas ſubſtantiæ. (Sc͞da ſubſtãtia quale quid ſignificat.) [D]

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Prima ſubſtantia prædicatur uniuoce de ſeipſa, quia non prædicatur æquiuoce, nec denominatiue. ergo non eſt proprium omnibus ſecundis ſubſtantiis uniuoce prædicari de primis. Secundo ſic. Differentia ſubſtantiæ non habet genus,& differentiam, quia differentiæ (Argumen.)

non eſt differentia, ergo non habet rationem: ergo non prædicatur nomine, & ratione de primis ſubſtantiis. Tertio ſic. Idem non ſignificat ſeipſum, ſed ſubſtātia prima eſt hoc aliquid ergo non ſignificat hoc aliquid. Quarto ſic. Hoc album ſignāt hoc aliquid, & tñ non eſt prima ſubſtantia, ergo ſignificare hoc aliquid nomen eſt proprium primæ ſubſtantię. Antecedēs patet. primo, ꝙ ſignificet hoc, probatur quia eſt indiuiduū, & ꝙ ſignificet aliquid, probatur. quia nihil eſt, qđ nō ſignēt aliquid uel nihil, ſed album nō ſignāt nihil, ergo ſignāt aliquid. Quinto ſic. Idem ſignātur per primam ſubſtantiam, & ſecundam, ſed prima ſubſtātia ſignificat hoc aliquid, igitur, etiam ſecunda, & ſic non ſolum ſignificat quale. **B**

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dr̄, ꝙ licet prædicatione impropria, ſubſtantia prima prædicetur de ſeipſa, non tamen prædicatione propria. Quia in prædicatione propria denotatur prædicatum eſſe in ſubiecto, ſed idem totaliter non eſt proprie in ſeipſo, ideo idem non prædicatur prædicatione proprie dicta de ſeipſo. ideo ut hic dicitur ab Ariſt. a prima ſubſtantia nulla eſt prædicatio. Ad ſecundum dr̄, ꝙ licet differentia non habeat proprie definitionem, tñ bene eſt eſſentialiter in definitione primæ ſubſtantiæ. & hoc ſufficit ad prædicandum uniuoce de ipſa. Ad tertium dr̄, ꝙ licet prima ſubſtantia, capta pro re ſubiecta intentioni, ſit hoc aliquid & non ſignificet hoc aliquid, tñ ipſa accepta pro intentione concreta rei bene ſignāt hoc aliquid, & ſic conſyderatur a Logico, qui conſyderat res, ut per uoces importantur. Ad quartum dr̄, ꝙ ſi capiatur aliquid, ut conuertitur cum ente, hoc album ſignāt hoc aliquid, ſed, ſi capiatur proprie, ut dicit quiditatē ſpēi ſubſtantialis, ut capiatur in propoſito, hoc albū non ſignāt hoc aliqđ, ſed bene ſignāt hoc quale. album. n. ſolam qualitatem ſignāt. Ad quintum dr̄, ꝙ licet prima ſubſtantia & ſecunda dicant idem ſecundum eſſentiam, hoc tamē eſt ſub diuerſis modis eſſendi, quia ſecunda, dicit illud ſub eſſe cōi, prima uero ſub eſſe particulari. ideo non oportet quòd, ſi prima ſignificet hoc aliquid, quod etiam ſecunda, cum iſti modi ſignificandi ſumantur a diuerſis modis eſſendi. **F** **G**

Subſtantia non habet contrarium, nec ſuſcipit magis, & minus.

Item, ſubſtantiæ nihil eſt contrarium, ſed hoc non eſt proprium ſubſtantiæ, quia non conuenit ſoli ſubſtantiæ, ſed etiam quantitati, & quibuſdam aliis. Item, ſubſtantia non ſuſcipit magis, nec minus, non autem dico quòd una ſubſtantia non ſubſtet magis quam alia, ſed dico, ꝙ unaqueque ſubſtantia ſecundum eſſe ſuum non intenditur, nec remittitur, ut album, quod quandoq; eſt magis album, quandoq; minus album. Socrates uero non eſt magis homo in uno tempore, quam in alio, nec magis homo, quám Plato.

Cur ſubſtæ nihil ſit cōtrarium. Poſtq̃ Auctor poſuit tertiam proprietatem ſubſtantiæ, hic conſequenter ponit quartam, quæ talis eſt, quòd ſubſtantiæ nihil eſt contrarium cuius ratio eſt, quia contraria ſunt formæ actiuæ, & paſſiuæ ſub eodem genere maxime diſtantes, quæ ab eodem ſubiecto mutuo ſe expellunt actu, uel aptitudine, nulla autē ſubſtantia eſt in ſubiecto, ut dictum eſt prius, ergo nullæ ſubſtantiæ adinuicem contrariantur. & hæc proprietas non eſt propria quarto modo ipſi ſubſtantiæ, quia conuenit a iis ſcilicet quantitati, & quibuſdam aliis, ut poſtea dicetur. **H**

Primo ſciendum, quòd contrarietas dupliciter accipitur. uno modo generaliter, prout ſe extendit ad contrarietatem perfectam, & imperfectam, & iſto modo contrarietas continet oppoſitionem inter priuationem & habitum, & etiā continet ſub ſe repugnantiam differentiarum, quæ econtrario diuidunt aliquod,

genus,

A genus, & aliquo modo tales dr̄iæ dicuntur contrariæ, ſecundum ꝙ dicitur ꝙ in
unoquoq; gn̄e eſt una prima contrarietas.ſ.repugnantia dr̄iarum, quæ immedia
te diuidunt ipſum genus. alio mō capitur cōtrarietas ſolum ꝓ contrarietate per
fecta, quæ eſt repugnatia formarum actiuarum, & paſsiuarum eiuſdem generis,
quæ mutuo ſe expellunt ab eodem ſubiecto. & talis contrarietas ſolum reperi
tur inter qualitates de tertia ſpecie qualitatis.

Secundo ſciendū, ꝙ, ſi ſubſtantia capiatur gn̄aliter pro omni illo, quod poni
tur per ſe uel reductiue in genere ſubſtantiæ(ſiue ponatur ut ſubſtantia comple
ta in recta linea prædicamentali, ut genus, ſpecies, uel indiuiduum, ſiue ponatur
reductione tanq̄ principium diuiſiuum generis, & cōſtitutiuum ſpeciei, ut ſunt
differentiæ, ſiue ponatur ut principia ſpecierum de tali genere, ut materia, & for
ma, ſiue ponat̄ ut uia ad terminū, ut generatio, & corruptio, ſiue ut negatio uel
priuatio aliquorum de tali genere) tunc hoc mō in ſubſtātia bene reperitur con
B trarietas imperfecta, quia ibi reperitur repugnantia oppoſitarum dr̄iarum, quæ
imperfecte contrariantur. Etiam ibi reperitur oppoſitio formæ, & priuationis,
& contrarietas formarum naturalium, quæ aliquo modo ſe expellunt ab eodē
ſubiecto. & ēt generatio, & corruptio aliquo mō contrarian̄t imperfecte. Sed, ſi
capiatur ſpecialiter ſubſtantia, pro ſubſtantia cōpleta ſolum, q̄ eſt ſubſtantia ſe
cundū eſſentiā, & modū eſſendi, & ponitur in recta linea pdicamētali, ſic in ſub
ſtantia non reperiſ contrarietas, nec perfecta, nec imperfecta &, quia hoc modo
hic accipitur, ideo bene dr̄ ſimpliciter, ꝙ ſubſtantiæ nihil eſt contrariū, eo ꝙ nul
la talis ſubſtantia eſt in ſubiecto. & per hoc patet intellectus huius proprietas,
& quomodo eſt propria ſubſtantiæ.

Quo nam mō intelli gatur, ſubſtantiæ nihil ē contrarium.

Tertio ſciendū, ꝙ quinta proprietas ſubſtantiæ ponitur. ſ. ꝙ ſubſtantia non
ſuſcipit magis, & minus. cuius ratio eſt, quia Suſcipere magis, & minus, eſt ali
quid intendi, & remitti ſecundum ſuum eſſe eſſentiale proprium, ſed ſubſtantia
C non intenditur, nec remittitur ſecundum ſuum propriū eſſe eſſentiale, quia eſſe
eſſentiale ſubſtantię ſolum ſimul acquiritur. & conſiſtit in indiuiſibili. ideo ſub
ſtantia non ſuſcipit magis, & minus. Et licet una ſubſtantia, qantum ad eſſe ac
cidētale eius. ſ. quantū ad actū ſubſtandi alijs, dicatur magis ſubſtantia q̄ alia, ut
prima eſt magis ſubſtātia q̄ ſecunda, tn̄ quantū ad ſuum proprium eſſe, qđ eſt eſ
ſe p ſe, una non dicitur magis ſubſtantia q̄ alia, ideo non intenditur, nec remitti
tur ſecundum ſuum proprium eſſe, neque ſuſcipit magis neque minus.

Propriū ē ſubſtantiæ nō ſuſcipe magis, & minus.

Quarto ſciendum, ꝙ intendi eſt aliquid ſucceſsiue perfici in ſuo proprio eſſe,
ut cū aliquid eſt albū, & efficitur albius, illa albedo perficit in ſuo proprio eſſe.
& talis augumentatio perfectionis uocatur intenſio, quia ibi forma tendit ab eſ
ſe imperfecto in ſuū eſſe cōpletū. & ecōtra, remitti eſt aliquid imperfici in ſuo
eſſe. & dicitur illa impfectio remiſsio, qua ſi formæ amiſsio ſui eſſe perfecti, uel
iterata miſsio ad ſuū eſſe incompletū, & imperfectū. Et dupliciter aliquid poteſt
D ſuſcipere intenſionē, & remiſsionē. uno modo ſecundū maiorē, & minorē pmix
tionē cum ſuo contrario, ut aliquid dr̄ eſſe albius, quod eſt nigro impermixtius,
uel dr̄ minus albū ſecundū ꝙ eſt nigro plus permixtū, alio mō fit intēſio, & remiſ
ſio ſecundū maiorē, & minorē radicationē formæ in ſubiecto, q̄ quidē radicatio
ſequitur actionē contrariū, q̄ magis & minus diſpōnūt ſubiectū ad ſuſceptionem
talis formæ. &, quia ſubſtantia non eſt in ſubiecto, neq; habet cōtrariū, ut prius
dictū eſt, ideo nullo iſtorū modorū poteſt ſuſcipere intenſionem, & remiſsionem,
ſiue magis, & minus, capiendo ſubſtantiam pro ſubſtantia cōpleta, ut in ꝓprie
tate pcedenti. & hæc eſt proprietas eodem mō propria ſubſtantię ſicut pcedēs.

Quid ſit intendi ac remitti.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Ignis & aqua contrariantur. & tamē
ſunt ſubſtantiæ, ergo ſubſtantiæ aliquid eſt contrarium. Secundo ſic. Omne
quod

Argumen.

quod corrumpitur, a ſuo contrario corrumpitur, ſed multæ ſubſtantiæ corrumpuntur, ergo ſubſtantia habet contrarium. Tertio ſic. Elementa, ut ignis, & aqua, ſunt ſubſtantiæ, & tamen in mixto intenduntur & remittuntur, ergo ſubſtantia ſuſcipit magis, & minus. E

Quarto ſic. Rationale eſt ſubſtantia, & tamen ſuſcipit magis, & minus, quia aliqui homines dicuntur magis rationales aliis. Quinto ſic. Ignis lux eſt magis ſubſtantia q̃ ignis flamma, & ignis flamma q̃ ignis carbo, ergo cum ignis ſit ſubſtantia completa, ſequitur, ꝙ ſubſtantia ſuſcipit magis, & minus.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd ignis, & aqua ſecundum accidens contrariantur, ſcilicet ſecundum ſuas qualitates, quæ ſunt calidum & frigidum, humidum & ſiccum, tamen non contrariantur per ſe ſecundum ſuas formas ſubſtantiales. & de contrarietate per ſe ſolum eſt hic ad propoſitum. Ad ſecundum dicitur, quòd omne, quod corrumpitur, corrumpitur a ſuo contrario, uel per ſe, uel per accidens, ſed non oportet omne, quod corrumpitur, habere contrarium. F nam ſubſtantia, quæ corrumpitur, corrumpitur ab aliqua qualitate. Ad tertium dicitur, quòd licet elementa in mixto ſecundum ſuas qualitates intendantur, & remittantur, non tamen ſecundum ſuum proprium eſſe ſubſtantiale, ideo non ſuſcipiunt magis & minus. Ad quartum dicitur, quòd rationale capitur dupliciter uno modo quantum ad formam quam importat ſecundum ſe, & ſic non ſuſcipit magis & minus. alio modo capitur, ut eſt principium operationis rationis. & adhuc dupliciter. uno modo ex parte ipſius formæ, & ſic iterum non ſuſcipit magis & minus, & alio modo ex parte materiæ, quæ ſecundum magis & minus poteſt eſſe diſpoſita ad talem operationem rationis, & ſic ex parte materiæ, rationale quantum ad operationes eius ſuſcipit magis & minus, ſed hoc eſt ſecundum ſua accidentia. ſed ſecundum proprium eſſe non ſuſcipit intenſionem, nec remiſsionem. Ad quintum dicitur, quòd ignis lux quantum ad eſſe ſubſtantiale, non eſt magis ignis quàm ignis flamma, ſed ſolum quantum ad eſſe accidentale, ut ſunt claritas, puritas, luciditas, & ſic de aliis. ideo ſecundum ſuum proprium eſſe non ſuſcipit magis & minus. G

De hoc eſt magna qõ inter Auerroim, & alios, vt patet in primo de Generatione.

Proprium Subſtantiæ eſt, eſſe Suſceptiuum Contrariorum.

Item proprie proprium eſt ſubſtantiæ, cum ſit una, & eadem numero, ſecundum ſui mutationem eſſe ſuſceptibilem contrariorum, ut idem homo aliquando eſt albus, aliquando niger. aliquando calidus, aliquando frigidus, & aliquando prauus, aliquando ſtudioſus. neque eſt de oratione inſtantia, quia licet hæc eadem oratio, Socrates ſedet, aliquando ſit uera, aliquando falſa, non tamen eſt hoc ſecundum ſui mutationem, ſed rei, ut quia Socrates ſurgit, aut currit. H & ideo nota, quòd uerum, & falſum ſunt in rebus ut in ſubiecto, & ſunt in oratione ut in ſigno, unde æquiuocatur modus eſſendi in, cum dicitur uerum uel falſum eſt in rebus, & in oratione, ſimiliter æquiuocatur ſuſceptibile, cum dicitur, res eſt ſuſceptibilis ueri, & falſi, & oratio eſt ſuſceptibilis ueri & falſi. ſicut æquiuocatur ſuſceptibile, cum dicitur, urina hominis uel animalis eſt ſuſceptibilis ſanitatis, & animal eſt ſuſceptibile ſanitatis, hæc enim ſuſcipit ſanitatem,

quia

A quia ſignificat eam, illud uero, quia ſubiectum eſt eius. & ita huius proprium non conuenit orationi, ſed ſubſtantiæ.

Poſtq̃ Autor poſuit quintam proprietatẽ ſubſtantiæ, hic conſequenter ponit ſextam, & ultimã, dicens q maxime propriũ eſt ſubẽ, cum ſit una, & eadem numero, ſecundũ ſui mutationẽ eſſe ſuſceptibilẽ contrariorum cuius ratio eſt. quia oĩa contraria ſunt formæ accidentales, cum ſubſtantia non habeat contrarium, ut dictum eſt, ſed omnia accidentia ſunt in ſubſtantia ſicut in ſubiecto, & etiam contraria ſiunt circa idem ſubiectum in numero a quo mutuo ſe expellunt; ut patet per ipſorum definitionem. ergo ſubſtantia, una manens, & eadem numero, eſt ſuſceptibilis contrariorum, ſicut idem homo eſt quandoque albus, quandoque niger, quandoque calidus, quandoque frigidus, & ſic de aliis. Quare ſuſceptiuum eſſe contrariorũ ſubſtantię maximũ proprium eſt.

Primo ſciendum, quòd contraria non poſſunt recipi in eodem ſubiecto nume-B ro, ſine aliqua ſui mutatione, ideo ſubſtantia non poteſt ſine aliqua ſui mutatione ſuſcipere contraria, talis autem mutatio non eſt ipſorum contrariorum tanquam ſubiecti, quod mutatur, cum illa cõtraria ſint termini mutationis. ideo talis mutatio eſt ſubſtantiæ tanquam ſubiecti, quæ quidem ſubſtantia manet eadẽ ſub utroq; contrariorum. ideo in hac proprietate bene dicitur, quòd ſubſtantia ſecundum ſui mutationem eſt ſuſceptiua contrariorum. & licet ſubſtantia ſecundum ſuum eſſe ſubſtantiale non mutetur, ſed maneat ſub utroq; contrariorum, tamen mutatur ſecundum ſuum eſſe accidentale, quod capit ab ipſis contrariis.

Secundo ſciendum, quòd iſta proprietas conuenit omnibus ſubſtantiis tam primis quã ſecundis, licet diuerſimode. quia primæ ſubſtantiæ ſunt per ſe ſuſceptiuæ contrariorum, & ſecunda ſubſtantia ex conſequenti ſuſcipit contraria per hoc quòd habet eſſe in primis, per hoc enim quòd Socra. eſt albus, uel niger, homo ex conſequenti eſt albus uel niger, & ſimiliter corpus, uel ſubſtantia & ſic ſe-C cunda ſubſtantia manens eadem numero, cum prima ſubſtantia, eſt ſuſceptibilis contrariorum, licet ex conſequenti, & ſic iſta proprietas conuenit omni ſubſtantię & etiam conuenit ſoli, quia nulla quantitas manens eadem numero, eſt proprium ſuſceptibile contrariorum, ſicut eadem linea in numero non ſit curua, & recta. ſimiliter etiam, nec eadem qualitas ſuſcipit contraria, nec eadem actio. eadem enim actio in numero non poteſt eſſe bona, & mala, & ſic de aliis accidentibus. & ſic iſta proprietas conuenit omni ſubſtantiæ, & ſoli, & etiam ſemper ſecundum aptitudinem, & ſic eſt ſibi propria quarto modo.

Tertio ſciendum, quòd licet eadem oratio ſit, quandoq; uera, quandoq; falſa, & per hoc uideatur manens eadem numero eſſe ſuſceptiua contrariorum, tamen ſibi non conuenit hæc proprietas propter duas rationes. Prima eſt. quia ipſa non ſuſcipit contraria, ſcilicet uerum, & falſum ſecundum ſui mutationem, ſed ſecundum mutationem rei ſignificatæ, unde ueritas orationis eſt adæquatio D eius ad rem ſignificatam, & falſitas eſt inadæquatio. ſed talis adæquatio, uel inadæquatio mutatur per mutationem ſignificati propoſitionis, & non per mutationem orationis, ſicut hæc oratio, Iacobus ſedet, Iacobo ſedente. eſt uera, ipſo uero non ſedente, eſt falſa per mutationem rei. Secunda ratio eſt, quia oratio non eſt ſuſceptiua ueri uel falſi per modum ſubiecti, ſed tantum per modum ſigni. & in illa proprietate intelligitur, quòd ſubſtantia ſit ſuſceptibilis contrariorum, tanquam ſubiectum ipſorum. ideo oratio non eſt ſuſceptibilis contrariorum, ut hic capitur ſuſceptibile.

Quarto ſciendum, quòd uerum & falſum ſolum ſunt in oratione ut in ſigno ſecundum quòd oratio eſt ſignum adæquatum uel inadæquatum compoſitionis, extremorũ, quæ eſt ex parte rei, & in intellectu tanquam in cognoſcente, & ſunt in rebus Verũ & falſum in oratione, in i-

telleƈtu,& in rebus di uerſimode ſunt. in rebus tanquàm in ſubieƈto. Cuius cauſa eſt, quia ueritas eſt uera rei entitas,& eſt paſsio entis, ſed paſsiones entis ſunt in rebus, ut in ſubieƈto, cuius etiam ſignũ eſt, quia, ſi nullus intelligat ſignificatum huius orationis, Socr. ſedet, & non intelligens proferat, illa propoſitio erit uera Socra. ſedent. & talis ueritas nõ eſt in propoſitione ut in ſubieƈto, ergo relinquitur quòd ſit in rebus.& hoc patet, ꝙ uerum & falſum diuerſimode ſunt in rebus,& in oratione. ideo æquiuocatur modus eſſendi in cùm dicitur eſſe in utroq; illorum,& etiam ſuſceptibile, cùm dicitur, quod res eſt ſuſceptibilis ueri, & falſi, & etiam oratio, quia oratio ſuſceptiua eſt ſolum tanquàm ſignum,& res ſicut ſubieƈtum.& per hoc patet intelleƈtus huius proprietatis.

Argumen. Sed contra prædiƈta primo arguitur ſic. Deus eſt ſubſtantia, cum ſit ens per ſe, tamen non eſt ſuſceptibilis contrariorum, cum in illo nullum ſit accidens. ergo non omnis ſubſtantia ſuſceptibilis eſt contrariorum. Secundo ſic. Angeli non ſunt ſuſceptibiles contrariorum, cum ſint formę ſimplices, ſimiliter neq; cœlũ, quod eſt ſeparatum ab omnibus contrariis. ergo illa proprietas non cõuenit omni ſubſtantiæ. **F**

Tertio ſic. Eadem ſuperficies numero ſuſcipit album,& nigrum, quæ ſunt cõtraria, ergo non ſolum ſubſtantia eſt ſuſceptiua contrariorum. Quarto ſic. Duo contradiƈtoria non poſſunt uerificari de eodem ſine ſui mutatione, ſed uerum, & falſum ſe habent ut contradiƈtoria reſpeƈtu propoſitionis, ergo eadem propoſitio non poteſt eſſe uera,& falſa ſine ſui mutatione. Quinto ſic. Illud, quod ſemper ſignificat idem non quandoq; ſignificat uerũ, quandoq; falſum, ſed una oratio ſemper idem ſignificat, ut hæc oratio Petrus ſedet, ſemper ſignificat Petrum ſedentem, ſiue ſedeat ſiue non. ergo eadem oratio non ſit quandoq; uera, quandoq; falſa per mutationem rei.

Solutiões. Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd licet capiendo ſubſtantiam communiter, pro omni ente per ſe, Deus ſit ſubſtantia, tamen ſi capiatur ad ſubſtantiam ſpecialiter ſolum pro ſubſtãtia uniuerſali,& particulari, ut capitur in propoſitio, ſic Deus non eſt ſubſtantia. Ad ſecundum dicitur, quòd licet Angeli nõ ſuſcipiant contraria realia, quæ ſunt qualitates actiuæ,& paſsiuæ, nec etiam cœlum, tamen bene ſuſcipiunt contraria in genere moris, quia ſecundum eorũ naturam uariabiles ſunt de bono in malum, ſunt etiam ſuſceptibiles ſcientiæ, & ignorantiæ, cœlum etiam ſuſcipit contraria de genere ſitus, & de genere ubi, ut deorſum, ſurſum, ante,& retro, & ſic de aliis,& etiam ſuſcipit aliquas contrarietas, ut denſum,& rarum. Ad tertium dicitur, quòd licet eadem ſuperficies ſuſcipiat contraria tanquàm ſubieƈtum quo; non tamen ſuſcipit contraria tanquàm ſubieƈtum quod ſuſcipit ipſa,& dat ipſis exiſtentiam, & hoc modo ſubſtantia eſt ſuſceptiua contrariorum. Ad quartum dicitur, quòd ſi capiatur generaliter mutatio pro quacunq; uariatione in aliqua forma abſoluta uel reſpeƈtiua, contradiƈtoria non poſſunt uerificari de eodem ſine ſui mutatione, ſed, ſi capiatur mutatio ſolum pro uariatione in aliqua forma abſoluta, ſic contradiƈtoria bene uerificantur de eodem ſine ſui mutatione. modo, uerum & falſum ſunt formæ reſpeƈtiuę,& non abſolutæ, ideo bene uerificantur de propoſitione per mutationem rei ſine mutatione orationis. Ad quintum dicitur, quòd licet oratio ſignificet ſemper idem ſignificatum, non tamen ſemper ſignificat ipſum adæquate. ideo non ſemper eſt uera. **G** **H**

De Quantitate, quæ diuiditur primo in continuum ac diſcretum.

QVantitatis, aliud continuum, aliud diſcretum. Quantitas continua eſt cuius partes copulantur ad unum terminum commu-

nem,

A nem, Diſcretum uero eſt cuius partes non copulantur ad aliquem terminum communem.

Poſtq̃ Auctor determinauit de primo prædicamento, quod eſt ſubſtantia, hic conſequenter determinat de prædicamentis accidentium, & primo de Quantitate. cuius ratio eſt. quia prædicamenta ordinantur ſecundum q propinquius ſe habent ad ſubſtantiam, ſed inter omnia accidentia quantitas immediatius ineſt ſubſtantiæ materiali, & etiam accidentia inſunt ſubſtantiæ mediante quantitate, eo q alia accidentia a quantitate in ſubſtantia materiali acquiruntur per motũ, uel ex primo uel ex conſequenti. ſed ſubſtantia materialis non ſubijcitur motui niſi per quantitatem, ideo accidentia alia mediante quantitate in ſubſtantia acquiruntur, ideo conuenienter præponitur alijs accidentibus.

Primo ſciendum, quòd licet quantitas uniuoce dicatur de oĩbus quantitatiB bus, quia prędicatur de ipſis ſecundum unum nomen, & unam rõnem, quæ eſt, q quantitas eſt menſura ſubſtantiæ, tamen, quia quantitas non põt definiri quiditatiue, & a priori ẽt non poſſet dari definitio de ipſa, qua diſtincte notificaretur quantum ad diuerſos modos, quibus menſurat ſubſtantiam, & illi modi poſſunt diſtincte notificari per diuiſionem, ideo quantitas conuenienter diuiditur antequàm definiatur. unde, ſi definiretur in communi, talis definitio parum notificaret quantitatem, & ipſa magis notificatur a poſteriori per diuiſionem, ſicut etiã alia generaliſſima quandoque magis notificantur, & facilius per diuiſionem, q̃ per definitionem, quia magis diſtincte cognoſcuntur ſecundum ſuas ſpecies.

Cur a diuiſiõe potius quàm defi nitione incipiat.

Secundo ſciendum, q quantitas in textu diuiditur ſic. Quantitatis, aliud continuum. aliud diſcretum. cuius diuiſionis rõ eſt. quia oĩs quantitas eſt menſura ſubſtantiæ. uel ergo menſurat ipſam ſecundum q habeat partes ſeparatas, & diſcretas adinuicem, & ſic eſt diſcreta, uel ſecundum q habet partes continuas, &
C coniunctas inter ſe, & ſic eſt quantitas continua. Vnde in quantitate diſcreta, partes non copulantur ad aliquem terminum communem, ſed ſunt adinuicẽ diſcretæ, & ſeparatæ, & in quantitate continua partes copulantur ad aliquem terminum cõem, qui eſt principiũ unius partis, & finis alterius. Et in hac diuiſione dr̃ quantitatis in ſingulari numero, & non quantitatum, ad denotandũ ſeu oſtendendum unitatem generis quantitatis, & ponitur aliud, & non alia, ad oſtendendum q iſta diuiſio non eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies ſpecialiſſimas, ſed in genera ſubalterna. unde ſenſus eſt, generis quantitatis, aliud continuum, aliud diſcretum. & magis dicitur aliquid quàm alterum, ad oſtendendum diuerſitatem eſſentialem quantitatis continuæ, & diſcretæ.

Tertio ſciendum, q iſtæ duæ ſpecies. ſ. continuũ, & diſcretum poſſunt dupliciter conſyderari. uno modo cõparando eas ad quantitatem in cõi, & hoc modo una non eſt prior altera, ſed quantitas æque primo & uniuoce dicitur de ipſis,
D alio mõ comparando eas inter ſe, & hoc dupliciter. quia uno modo inter ſe comparari ſic poſſunt ſecundũ uiam noſtræ cognitionis, & quo ad nos, & ſic quantitas continua præcedit diſcretã, quia per diuiſionẽ cõtinui cauſatur quodãmõ numerus, & cognoſcitur a nobis, qui eſt quantitas diſcreta alio mõ comparanẽ ſecundũ ordinẽ naturæ, & ſimplicitatis, & hoc mõ diſcreta præcedit continuã. q a unitas, quæ eſt principium diſcretæ, prior eſt ſimpliciter puncto, qui eſt principium quantitatis continuæ, eo q unitas non habet poſitionem in continuo ſicut habet punctus. & per hoc patet ordo illarum ſpecierum.

Diſcretum & cõtinuũ quẽ ordinem inter ſe ſortiantur.

Quarto ſciendum, q in diuiſione quantitatis, Auctor enumerat continuũ ante diſcretum, & determinando de ipſis p̃ponit quantitatem diſcretã cõtinuæ, & hoc facit ad oſtendendũ duplicẽ ordinẽ illarum ſpẽrum inter ſe. per hoc. n. q in

diuiſione,

diuiſione, continuum præponitur diſcreto, oſtenditur harum ſpecierum ordinatio ſecundum ordinem noſtræ cognitionis, & quo ad nos, ſed determinando de ipſis, diſcretum præponitur continuo, ad oſtendendum ordinem illarum ſpecierum ſecundum ordinem naturæ. & per hoc ſatis patet ordo quantitatis inter alia prędicamenta, & quare prius diuiditur q̃ definiatur, & declaratio ſuæ diuiſionis, & ordinis ſuarum ſpecierum. E

Argumen. Contra prædicta arguitur primo ſic. Vnum prædicamentū habet unum modū denoīandi primam ſubſtantiam, cum prædicamenta diſtinguantur ſecundum diuerſos modos prædicandi de prima ſubſtantia. unde illa quæ non poſſunt habere eundem modum prędicandi cōem de ipſa, ſemper ſunt in diuerſis prędicamētis, ſed quantitas non habet unum modum prædicandi de prima ſubſtantia, quia quantitas continua denoīat ſubſtantiam quantam. & diſcreta quotā. ergo quantitas non eſt unum prędicamentum. Secundo ſic. Omne genus ęqualiter dr̃ de ſuis ſpēbus, ſed quantitas non dr̃ æqualiter de ſuis ſpeciebus. ſ. de continua & diſcreta, F
ſed diſcreta prior eſt continua, ergo quantitas non eſt unū genus prędicamentale.

Tertio ſic. In omni genere eſt unum minimum, quod eſt metrum, & menſura omnium illorum, quæ ſunt in tali genere, ſed in quantitate ſunt duo minima. ſ. unitas, & punctus, ergo non eſt unum prædicamentum quantitatis. Quarto ſic. Omne uniuocum habet prius definiri quàm diuidi, quantitas eſt uniuocum, ergo male diuiditur prius, quàm definiatur. Quinto ſic. Omne continuum eſt diſcretum, cum omne continuum ſit unum in ſe diuiſum ab aliis, ergo continuum, & diſcretum coincidunt. ergo membra huius diuiſionis non ſunt oppoſita.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ licet ſecundum uſum noſtrum non habeamus unum modum denoīandi primam ſubſtantiam per quantitatem, tñ ſecundum eſſe quantitatis habemus unum modum cōem denoīandi ipſam. quia cum omnis quantitatis det eſſe quantum, pōt denoiare ſubſtantiam quantam, licet illud denoīatiuum quo ad nos ſit appropriatum quantitati continuæ, G
eo ꝙ habemus aliud denoīatiuum proprium quantitatis diſcretæ. ſ. quot. etiam omnis quantitas denoīat ſubſtantiam menſurabilem, uel menſuratam. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet comparando illas duas ſpecies inter ſe, diſcreta ſit uno modo prior continua, tñ per reſpectum ad ſuum genus æqualiter ſe habent, & quantitas dr̃ uniuoce de ipſis. Ad tertium dicitur, ꝙ licet punctus, & unitas ſint minima reſpectu aliquarum ſpecierum quantitatis, tñ nullum illorum eſt ſimpliciter minimum reſpectu totius gñis quantitatis. quia nullum illorum eſt cōe principiū oīum ſpecierum eius, ſed eſſe quantitatis in cōi eſt minimum ſimpliciter in iſto prædicamento. Ad quartum dr̃, ꝙ licet omne uniuocum, quod pōt diſtincte magis notificari per definitionem q̃ per diuiſionem, prius debeat definiri q̃ diuidi, non tamen oportet de eo ꝙ facilius, & magis diſtincte notificetur per diuiſionem q̃ per definitionem. modo ſic eſt de quantitate, ut dictum eſt prius. Ad quintum dr̃, ꝙ licet continuum, & diſcretum in uno materialiter coincidant, & ſecundum H
diuerſas rationes, non tñ formaliter, & ſecundum unam rationem, unde aliquid ſubiectum, inquantum eius partes inter ſe copulantur ad unum terminum cōem, dicitur continuum, ſed inquantum eſt diſcretum & ſeparatum ab aliis indiuiduis dicitur diſcretum, & ſic habent menſurari quantitate continua, & diſcreta,

De Diſcreta quantitate, ac eius ſpeciebus.

Quantitas autem diſcreta eſt numerus, & oratio. unde duę ſunt ſpecies eius, non enim eſt in numero aliquis communis terminus, ad quem partes numeri copulentur, ut in decem, quinque & quinque,

A quę, aut tria & ſeptem, ad nullum enim terminum communem copulantur, ſed ſemper diſcretæ ſunt & ſeparatæ. Eſt autem numerus multitudo ex unitatibus aggregata. ſimiliter & in oratione, ſyllabæ non copulantur ad aliquem terminum communem, ſed unaqueque ſeparata eſt ab alia.

Poſtquam Auctor præmiſit diuiſionem quantitatis, hic conſequenter determinat de membris eius ſ.de continua, & diſcreta. & quia ordine naturæ quantitas diſcreta prior eſt quantitate continua, cum ſit ſimplicior, ideo prius determinat de diſcreta quam de continua, quia tum continua eſt nobis notior quā diſcreta, ideo notificat diſcretam per negationem illius, quod conuenit continuæ.ſ.ꝙ habeat partes, quæ per unum terminum communem adinuicem copu-
B lentur. unde ſic definitur, quantitas diſcreta eſt cuius partes non copulantur ad aliquem terminum communem, ſed ſemper inter ſe diſcretę, & ſeparatæ ſunt. & diuiditur in duas ſpecies.ſ.numerum, & orationem. cuius ratio eſt, quia omnis quantitas diſcreta habet partes permanentes uel ſucceſsiuas. ſi primum, ſic eſt numerus, ſi ſecundum, ſic eſt oratio.

Primo ſciendum, ꝙ numerus eſt multitudo ex unitatibus aggregata. & ibi ponitur multitudo, loco generis, & dicitur ex unitatibus aggregata ſ ex unitatibus formalibus de genere quantitatis, ad denotandum ꝙ numerus eſt multitudo formalis, quæ ex talibus unitatibus conſurgit, ad differentiam multitudinis materialis, ſicut eſt multitudo ſubiectorum habentium tales unitates, & eſt talis numerus quantitas diſcreta. & quòd ſit quantitas, patet, quia omnis menſura ſubſtantiæ eſt quantitas. ſed per numerum ſubſtantiam menſuramus, ſicut per decem menſuramus decem canes uel lapides, ergo numerus eſt quantitas. & quòd
C ſit diſcreta, patet, quia partes eius non copulantur ad aliquem terminum communem, qui ſit terminus unius partis, & principium alterius, ſed omnes unitates in numero remanent diuiſæ, & diſcretæ inter ſe, cum quælibet poſſit ab alia indifferenter ſeparari. — Quid numerus.

Secundo ſciendum, quòd cauſa formalis numeri eſt unio ſuarum unitatū ſub forma diſcretionis, quæ prouenit ab ultima unitate numeri, quæ dat ſibi nomen & rationem, ſicut denarius capit formam, & ſpeciem numeri denarij, a decima unitate. & licet ſic uniantur unitates ſub forma diſcreti, tamen non copulantur ſiue uniuntur per copulationem ad aliquem terminū communē. ſed cauſa materialis in qua ſunt numeri, ſunt res numeratæ, in quibus eſt numerus, ut in ſubiecto, ſicut denarius eſt ſubiectiue in decem canibus. Et cauſa finalis eius, eſt certificatio uel menſuratio ſubſtantiæ acceptæ ſecundum ſuas partes ſeparatas, & diſcretas, & eius cā efficiēs, eſt tā efficiēs ſui ſubiecti quantū ad ſuum formale, &
D quantū ad actū numerandi eſt anima numerās. & capit numerus nō pro numero numerato, qui eſt res numeratæ, ſicut decem canes, uel decem equi, neque pro numero numerante effectiue, qui dicitur anima numerans, ſed pro numero numerante formaliter, quæ eſt quantitas formalis exiſtens in rebus numeratis. — Cā formalis materialis finalis, & efficiens numeri.

Tertio ſciendum, quòd oratio tripliciter accipitur. uno modo pro uoce prolata, & ſic eſt de ſecunda ſpecie qualitatis. alio modo pro uoce complexa, ut ſignificatiua eſt, & ſic eſt ens rationis quantum ad ſuum formale, quod eſt ordinatio ad ſignificandum, & ſic non ponitur in prædicamento. tertio modo accipitur pro menſura ſonorum literarum, & ſyllabarum exiſtentium in uoce prolata, ſecūdum quam una ſyllaba dicitur breuis uel longa, & dicitur mēſurari per prolationes ſuarum ſyllabarum, & ſyllaba per ſonum literarum. & illo modo accipitur — Oratio triplex.

pitur hic oratio formaliter pro illa menſura ſonorum uocis prolatæ, & per hoc patet quòd hic non ſumitur oratio ut eſt in uoce complexa, ſed generaliter prout eſt in qualibet uoce prolata, prout oratio dicitur oris prolatio. E

Mēſura uocis prolatæ quæ.

Quarto ſciendum, ꝙ talis menſura uocis prolatæ eſt quantitas diſcreta. & primo probatur, quod ſit quantitas, quia omne accidens menſuratiuum ſubſtātiæ ſiue ſui ſubiecti eſt quantitas, ſed oratio eſt menſuratiua ſui ſubiecti, ſiue ſui materialis, quod eſt uox prolata, ergo eſt quantitas, & ꝙ ſit diſcreta patet, quia partes eius nō copulantur ad aliquem terminum communem, qui ſit finis unius partis eius, & principium alterius aut econtra, unde in uoce prolata una ſyllaba non eſt principium unius partis, & finis alterius, ſed omnes ſyllabæ orationis ſunt diſcretæ, & ſeparatæ abinuicem. & licet ſint diſtinctæ, tamen capiunt formam unius diſcreti per aggregationem, & ordinem inter ſe, & per hoc aliquo modo uniuntur. & differt oratio a numero, quia licet uterq; incipiat ab uno indiuiſibili, tamen in numero illud idem indiuiſibile, quod eſt principium, reſumitur cum ſequentibus ad certificandum ſuum ſubiectum, ſed in oratione primum indiuiſibile non reſumitur cum ſequentibus, quia ſuæ partes non ſunt permanētes. & per hoc ſatis patent ſpecies quantitatis diſcretæ. F

Numeri ab oratione diſtinctio.

Argumen.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Multitudo non eſt quantitas, ſed relatio, cum multum ſit de genere relationis ſicut, & paucum. ſed numerus eſt multitudo, ergo non eſt quantitas. Secundo ſic. Omnis ſpecies habet aliquod indiuiduum unum numero, ſed numerus non habet aliquod indiuiduum unum numero, cum nullus numerus particularis habeat unum ſolum ſubiectum in numero, ſed ſit in diuerſis, ſicut decem unitates ex quibus eſt denarius ſunt in decem canibus. ergo numerus non eſt ſpecies quantitatis diſcretæ. Tertio ſic Omne compoſitum ex indiuiſibilibus eſt indiuiſibile, ſed numerus non eſt indiuiſibilis, ergo non eſt multitudo aggregata ex unitatibus, quia unitates ſunt indiuiſibiles. Quarto ſic. Omnis quantitas eſt menſura ſubſtantiæ, oratio non eſt menſura ſubſtantiæ, ſed uocis, ergo non eſt quantitas. Quinto ſic. Vox prolata eſt continua, quia paſſiones uocis ſunt continuitas, melodia, & dearticulatio ſonorum, ergo oratio, quæ eſt menſura talis uocis eſt continua, & per conſequens non eſt quantitas diſcreta. G

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd ſi capiatur multum reſpectiue ut opponitur pauco, eſt in genere relationis, ſed, ſi capiatur abſolute ut opponitur uni, ſicut etiam unitas, & multitudo opponuntur, ſic multum eſt in genere quantitatis, & etiā multitudo. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet numerus nō habeat unū ſubiectum ſimpliciter, tamen habet ſubiectum unum unitate aggregationis, & hoc ſufficit ad unitatem indiuiſibilem alicuius numeri. quia numerus non eſt unus niſi vnitate aggregationis, ſed eſt realiter multitudo. Ad tertium dicitur, quòd licet compoſitum ex indiuiſibilibus ſub forma continuationis, uel copulationis ſit indiuiſibile, tamen compoſitum ex indiuiſibilibus ſub forma diſcretionis, & aggregationis ſimul non dicitur indiuiſibile, ideo licet numerus ſit diuiſibilis, tamen hoc modo poteſt componi ex unitatibus indiuiſibilibus, quæ remanent abinuicem diſtinctæ. H

Ad quartum dicitur, quòd licet oratio non menſuret ueram ſubſtantiam per ſe primo, tamen menſurat aliquid, quod habet modo ſubſtantiæ reſpectu ipſius ſcil. ad ipſam uocem prolatam, quæ eſt ſubiectum eius. Ad quintum dicitur, ꝙ licet in uoce ſit continuitas quantum ad ſonum eius, tamen ibi eſt diſcontinuitas quantum ad figurationem, & formationem ſonorum literarum, & ſyllabarū. & menſura huius prolationis dr̄ formaliter oratio. ideo eſt formaliter diſcreta.

Quæ

A *Quæ & quot ſunt ſpecies quantitatis continuæ.*

Quantitatis autem continuæ, alia linea, alia ſuperficies, alia corpus, alia tempus, alia locus. unde quinque ſunt ſpecies eius. Quòd autem linea ſit quantitas continua, patet, quia partes eius copulãtur ad aliquem communem terminum, puta ad punctum, & partes ſuperficiei ad lineam, & partes corporis ad ſuperficiem.

Poſtq̃ Auctor determinauit de quantitate diſcreta, hic conſequenter determinat de continua, quæ eſt cuius partes copulantur ad aliquem terminum cõem, ipſam diuidens per quinque ſpẽs, quæ ſunt, linea, ſuperficies, corpus, tẽpus, & locus, quorum ſic hr̃ ſufficientia. quia omnis quantitas continua menſurat ſubſtantiam ſecundum aliquam extenſionem. uel ergo ſecundum extenſionem duratio- B nis, & ſic eſt tp̃s, uel ſecundum extenſionem magnitudinis, & hoc dupliciter. uel menſurat extrinſece, & ſic eſt locus, uel intrinſece, & hoc dupliciter, uel ſ'm unam dimenſionem tantum, & ſic eſt linea, uel ſecundum plures, & hoc dupliciter, uel ſecundum duas, & ſic eſt ſuperficies, quæ menſurat ſecundum longum, & latum; uel ſecundum tres dimenſiones, & ſic eſt corpus, quod menſurat ſ'm longum, latum, & profundum, & quia iſtæ tres ſpẽs ſ. linea, ſuperficies, & corpus intrinſece menſurant, aliæ uero extrinſece, ideo primo de ipſis uidendum eſt quàm de aliis. Quinque tm̃ ſunt cõtinuæ quãtitatis ſpecies.

Primo ſciendum, q̃ linea eſt longitudo ſine latitudine, & profunditate, cuius extremitates ſunt duo puncta. cuius ratio eſt. quia linea intelligitur cauſari ex fluxu puncti in longum, ideo linea ex fluxu puncti habet longitudinem, &, quia punctus non põt intelligi fluere in latũ, nec in profundum, ideo linea eſt ſine latitudine, & profunditate, quod debet intelligi ſine latitudine, & profunditate ipſius lineæ, & non ſuperficiei uel corporis. quia non põt eſſe linea quin ſit in corpore, C ideo non poteſt eſſe ſine latitudine, & profunditate corporis. &, quia fluxus puncti a puncto ſemper incipit, & terminatur in punctum. ideo extremitates lineæ ſunt duo puncta. & per hoc patet, q̃, in linea punctus eſt materiale eius. habet.n. modum materiæ in hoc q̃ ſubſtat ſuo fluxui, & fluxus eius eſt formale lineę, quia ipſam formaliter conſtituit. per hoc etiam patet q̃ linea uno modo ſolum eſt diuiſibilis, ſcilicet ſecundum longitudinem, quia ipſa non habet diuiſibilitatem a puncto cum illæ ſit indiuiſibilis, ſed ſolum habet a fluxu illius puncti, qui ſolum fit ſecundum unam dimenſionem. Quid ſit linea.

Secundo ſciendum, q̃ ſuperficies eſt longitudo cum latitudine ſine profunditate, cuius extremitates ſunt duæ lineę, cuius rõ eſt, quia ſuperficies imaginatur cauſari ex fluxu lineæ in latum, & ideo a linea habet longitudinem, & a fluxu lineæ in latũ habet latitudinẽ, & quia non põt intelligi fluere in profundum, ideo ſuperficies eſt ſine profunditate. &, quia fluxus lineæ incipit a linea & in lineam termi- D natur, ideo ſuperficiei, quæ ex tali fluxu cauſatur, extremitates ſunt duæ lineæ. Quid ſit ſup̃ficies.

Tertio ſciendum, q̃ corpus eſt longitudo cum latitudine, & profunditate, cuius extremitates ſunt duæ ſuperficies, cuius ratio eſt. quia corpus imaginatur cauſari ex fluxu ſuperficiei in profundũ, ideo a ſuperficie habet lõgitudinẽ, & latitudinem. & a fluxu ſuperficiei habet profunditatem. &, quia illæ fluxus ab una ſuperficie incipit, & in aliam terminatur, ideo extremitates corporis ſunt duæ ſuperficies. & per hoc patet, quòd ſuperficies diuiſibilis eſt ſecundum duas dimenſiones, & corpus eſt diuiſibile ſecundum tres, ſcilicet longitudinem, latitudinem, & profunditatem. ideo corpus habet omnes tres dimenſiones, & undique eſt diuiſibile. Quid corpus.

Quarto ſciendum, q̃ ſicut in linea punctum eſt principium materiale lineæ,

Linea ſup_ ficies, cor_ pus, quãti tatis conti nuæ ſpẽs ſunt.

& fluxus puncti eſt principium formale, ſic etiam in ſuperficie linea ſe habet ut materiale, & fluxus lineæ eſt principium formale. & ſimiliter in corpore, ſuperficies ſe habet ut principium materiale, & fluxus ſuperficiei tanq̃ formale, & de qualibet harum ſpẽrum probatur. primo, ꝙ ſit quantitas, quia quælibet eſt menſura ſubſtantiæ. Secundo, ꝙ ſit continua quantitas. quia quantitas continua eſt illa, in qua partes copulantur ad aliquem terminum communem, qui eſt principium unius partis, & finis alterius. ſed cuiuſlibet harum ſpẽrum partes copulantur ad aliquem terminum communem, ſicut partes lineæ copulantur ad punctũ, qui eſt principium unius partis, & finis alterius, quia ubicunque cadit diuiſio lineæ cadit ſupra punctum. & partes ſuperficiei copulantur ad lineam, quia ubicunque diuidatur ſuperficies hoc erit per lineam, quæ terminat ambas eius partes. & partes corporis terminantur ad ſuperficiem, quia corpus per ſuperficiem ſemper habet diuidi. Et hic capitur terminus communis in terminando non in prædicando, & ſic patet declaratio trium ſpecierum quantitatis continuæ. F

Argumen. Sed contra prædicta primo arguitur ſic. Vna ſpecies oppoſita alteri, non eſt de conſtitutione alterius, nec includitur in alia, ſed linea includitur in ſuperficie & in corpore, quare uidetur, quòd non ſit ſpecies diſtincta ab aliis. Secundo ſic. Perfectum. & imperfectum non uariant ſpeciem, ſed linea, & ſuperficies ſe habent ad corpus ſicut imperfectum ad perfectum ergo non diſtinguuntur ſpecie a corpore, & ſic non ſunt quinque ſpecies quantitatis continuæ. Tertio ſic. Corpus eſt ſpecies ſubſtantiæ, ergo hic male ponitur ſpecies quantitatis continuæ. Quarto ſic. Illud quod copulat partes lineæ adinuicem, habet rationem formæ reſpectu lineæ, quia copulare & unire, eſt actus ipſius formæ, ſed punctus non eſt principium formale lineæ, ſed materiale, ergo partes eius non copulantur ad punctum. Quinto ſic. Terminus eſt indiuiſibilis, quia, ſi eſſet diuiſibilis, poſſet diuidi, & ſic una pars terminaret aliam & ſic non terminaret niſi gratia partis. ſed ſuperficies non eſt indiuiſibilis, ergo non eſt terminus communis, ad quem partes corporis copulantur. G

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet linea includatur materialiter in ſuperficie & in corpore, non tamen includitur formaliter tanq̃ pertinens, uel ſe tenens ex parte formæ corporis, uel ſuperficiei. unde non eſt inconueniens ꝙ ſpecierum diſtinctarum formaliter una concurrat materialiter, & uirtualiter ad conſtitutionem alterius, ſicut binarius eſt materialiter de compoſitione ternarii. Ad ſecũdum dr̃, ꝙ licet perfectum, & imperfectum ſm̃ eſſe tantum nõ uarient ſpẽm, tamen perfectum & imperfectum ſecundum eſſentiam bene uariant ſpẽm. modo ſuperficies, & linea ſm̃ perfectionem eſſentiæ a corpore diſtinguuntur, ideo ab ipſa ſpecie differunt. Ad tertium dr̃, ꝙ licet, corpus, acceptum pro ſubiecto trinæ dimenſionis, ſit ſpẽs ſubſtantiæ, tñ corpus, captum pro actuali trina dimenſione, ut capitur hic, non eſt ſubſtantia, ſed quantitas. Ad quartum dr̃, ꝙ ſi conſideretur punctus, ut eſt continuans, & copulans partes lineæ inter ſe, ſic habet modum formæ in ſe reſpectu lineæ, & hoc modo ſolum eſt pũctus in potentia & non in actu, ſed ſi conſideretur ut ſuo fluxu cauſat lineam, ſic eſt principium materiale lineę. Ad quintum dicitur, ꝙ licet ſuperficies ſit diuiſibilis ſecundum longitudinem, eſt tamen indiuiſibilis ſecundum profunditatem, & reſpectu profunditatis eſt terminus corporis. ideo eo modo, quo eſt terminus, eſt indiuiſibilis. H

De Tempore ac Loco.

Partes autem temporis ad nunc, ut præteritum & futurum ad præſens, partes autem loci ad eundem terminum copulantur, ad quem corporis particulæ.

Poſtquam

A Poſtquàm Auctor determinauit de linea, ſuperficie, & corpore, quæ menſurāt intrinſece, hic conſequenter determinat de quantitabus continuis, quæ menſurant extrinſece. ſ. de loco, & tempore, & inde ſumitur ratio huius ordinis. Poteſt etiam ſumi alia ratio. quia licet capiendo quantitatem ſub ratione menſuræ, ut conſideratur a Logico & Mathematico, tempus & locus ſint ſpecies quantitatis ab aliis diſtinctæ, tamen, ſi conſideretur quantitas quantum ad ſuam diuiſibilitatem & ſub ratione entis ut in Methaphyſica conſideratur, tunc tempus, & locus non ſunt ſpecies quantitatis diſtinctæ per ſe ab aliis. hoc enim modo locus non diſtinguitur a ſuperficie.

Primo ſciendum, ꝙ tempus poteſt tripliciter conſiderari uno modo generaliter pro quacunque menſura durationis, ſiue diſtinguatur realiter a menſurato ſiue non, & hoc modo tempus continet ſub ſe æternitatem, quæ eſt menſura rei carentis principio & fine. ſ. primæ cauſæ. & æuiternitatem, quæ eſt menſura rei habentis principium, & carentis fine, ſicut ſunt Angeli, & tempus proprie dictum, quod eſt menſura rei habentis principiũ & finem, ut ſunt omnia corruptibilia. Secundo modo accipitur tempus minus generaliter pro menſura durationis, quæ eſt realiter diſtincta a menſurato, & ſic ſolum continet æuiternitatem, & tempus proprie dictum, & non æternitatem, cum ipſa non diſtinguatur realiter ab æterno. Tertio modo, capitur proprie ſolum pro menſura durationis rei corruptibilis, & ſpecialiter motus, & hoc modo definitur. Tempus eſt numerus motus ſecundum prius, & poſterius. & in præſenti propoſito ſumitur tempus prout accipitur ſecundo modo. ſ. pro menſura durationis, quæ eſt quantitas diſtincta a menſurato. De hoc 4. & 8. Phiſi. & 1. Cæli. Mun. B Vide. 4. Phyſi. t. c. 100. & 101.

Secundo ſciendum, ꝙ motus, & duratio rerum productarum habent menſurari per aliquam quantitatē, & certificari quo ad nos, eo ꝙ aliquæ res dicunē æqualis durationis, & aliquæ inæqualis. æquale. n. & inæquale accipiũtur ſecundũ quantitatem, ſed motus & talis duratio non menſuratur per aliã ſpēm quantitatis ꝗ per tempus, ut probaretur inductiue in omnibus aliis ſpeciebus, ergo habent mẽſurari per tempus. & ſic tempus, eſt quantitas. & quia mẽſura rei continuæ debet eſſe continua, quia debet eſſe proportio menſuræ ad menſuratum, ſed motus eſt continuus, & etiam duratio eſſe rei, ergo tempus eſt quantitas continua. Adhuc aliter probatur in textu, quia partes temporis ad unum terminum communem copulantur, ut præteritum, & futurum copulantur ad nunc præſens, quod eſt finis præteriti, & principium futuri. ergo tempus eſt quantitas continua. unde ſicut in linea punctus eſt tota ſubſtantia rei, & ex fluxu ſuo cauſat lineam, & copulat partes eius, ita in tempore. nunc eſt tota ſubſtantia temporis, vel eſſentia, & fluxu ſuo de priori in poſterius cauſat tempus, & copulat partes eius adinuicem. C

Tertio ſciendum, ꝙ locus capitur dupliciter. vno modo pro ſuperficie corporis continentis, ſecundum, ꝙ in eo eſt uirtus generatiua, & conſeruatiua locati, ibi diffuſa a corporibus cœleſtibus, & hoc modo ſic definitur. eſt ſuperficies corporis continentis immobile primum. Alio mõ capitur Mathematice uel Logice pro ſuperficie corporis ſine illa uirtute conſeruatiua locati, quæ eſt quędã qualitas de prædicamento qualitatis, & hoc modo capitur, & definitur ſic, ꝙ eſt ſuperficies corporis continentis menſuratiua locati, ſicut ſuperficies aeris circundans lapidem dicitur locus lapidis. quæ poteſt dupliciter conſyderari. vno modo reſpectu corporis continentis in quo eſt ſubiectiue, & ꝙ menſurat intrinſece ſecundum duas dimenſiones tantum, & ſic dr̄ ſuperficies. alio modo reſpectu corporis contenti, quod menſurat extrinſece ſecundum tres dimenſiones, & ſic dicitur locus. Quarto Phyſi. t. c. 43. & 46. D

Quarto ſciendum, ꝙ ſicut locatum menſuratur intrinſece per longitudinem, latitudinē, & profunditatē eius, ſic & menſuratur extrinſece ſecundũ tres dimenſiones loci, in quo ſuſcipitur; ſicut uinum menſuratur ſecundũ longitudinē, latitudinem, Locus eſt quantitas continua.

dinem,& profunditatem a ſuperficie concaua uaſis,in quo ſuſcipitur.& per hoc B
habetur ꝙ locus eſt quantitas,quia eſt menſura ſubſtantiæ.& ꝙ ſit continua patet,quia partes eius copulantur ad eundem terminũ cõem, ad quẽ partes corporis copulantur. quia ſicut partes corporis locati oẽs copulantur ad centrũ eius, ſic ẽt oẽs particulæ loci, quia eſt idem centrum ſecundũ rem quod eſt centrum locati intrinſecum,& extrinſecum loci, & ſunt æquales diametri protenſæ a ſuperficie,quæ eſt locus, & a ſuperficie locati uſq; ad centrum eius,& ſic diametri loci & locati ad idem centrum copulantur. & iſti diametri dicuntur partes loci, non eſſentiæ eius:quia iſtæ partes ſunt ſuperficies.ſed dicuntur continuatiuæ loci. & etiam licet partes corporis inquantum corpus copulentur ad ſuperficiem,tamen partes eius ut eſt locatum,copulantur ad centrum,& etiam partes locati.

Argumen. Contra prædicta primo arguitur ſic. Motus localis primi mobilis, in quo eſt tempus ſubiectiue prius eſt continuus quam ſit tẽpus,quia dat tẽpori continuitatem, & tñ ille motus non eſt ſpecies quantitatis, ergo a maiori tempus non eſt F quantitas. Secundo ſic.Omne illud, eius partes ad eundẽ terminũ copulantur, habet ſimul plures partes, ſed tẽporis non poſſunt eſſe plures partes ſimul, ergo partes eius non copulantur ad aliquẽ eundem terminũ, & ſic non eſt quantitas continua.Tertio ſic.Numerus non eſt quantitas continua ſed diſcreta, ſed tempus eſt numerus motus, ergo tempus non eſt quantitas continua. Quarto ſic. Superficies,& locus dicunt idem realiter ſeu eſſentialiter,ergo non ſunt ſpecies diſtinctæ,ergo locus male ponitur alia ſpecies quantitatis a ſuperficie. Quinto ſic.Omne illud, quod menſurat ſecundum tres dimenſiones includens ipſas eſt corpus,ſed locus habet longitudinem,latitudinem,& profunditatem, & menſurat ſecundum ipſas,ergo locus non eſt ſpecies a corpore diſtincta.

Solutio. Ad argumenta. Ad primũ dicitur,ꝙ licet motus localis ſecundũ eſſe ſit continuus,non tñ ſecundum eſſentiam eius,quæ ubi fluens.& quia reponitur in genere ſecundũ ſuã eſſentiã,ideo motus nõ eſt quantitas,ſed tẽpus eſt cõtinuum ſecundum rẽ & eſſentiam ſimul,licet effectiue capiat continuitatem a motu,ideo G magis ponitur in prędicamento quantitatis quam motus.Ad ſecundum dicitur, quòd licet plures partes temporis non poſſint eſſe ſimul permanentes, tamen poſſunt eſſe ſimul plures ſucceſſiue & in fieri, quod ſufficiat ad hoc quòd copulentur ad eundem terminum communem. Ad tertium dicitur,quòd licet tempus ſit materialis numerus, & numerus numeratus non tamen eſt numerus formalis,ſed ſolum formalis eſt quãtitas diſcreta.Ad quartum dr̃, quòd ſi locus & ſuperficies conſyderentur materialiter quantum ad id quod ſunt, dicunt idem eſſentialiter, ſed ſi conſyderentur formaliter quantũ ad ſuos modos menſurandi,hęc ſpẽ differunt,& formaliter diſtinguunt̃,qa ſuperficies menſurat intrinſece ſecundũ duas dimenſiones tm̃, locus uero extrinſece ſecundũ tres dimẽſiones.

Ad quintum dicitur,ꝙ licet locus habeat tres dimenſiones ſecundũ continentiam eius,ſecundum tñ eſſentiam habet duas tantum.ſ.longitudinẽ,& latitudinem.& ſolum illud eſt corpus,quod ſecundũ eſſentiam habet tres dimenſiones. H

Communitates,ſeu proprietates quantitatis,tam continuæ quam diſcretæ.

His uiſis dicendum eſt de communitatibus quantitatis. Prima cõmunitas, eſt quòd quantitati nihil eſt contrarium, ut bicubito,tricubito, uel ſuperficiei nihil eſt contrariũ, quia contrarietas primo ineſt qualitatibus, & non omnibus, ſed quibuſdam, quantitas autem non eſt qualitas, quare ſequitur, quòd contrarietas non eſt in quantita-

te

A te. Item, quantitas non ſuſcipit magis neque minus, non enim una linea magis eſt linea, quam aliam linea, & ternarius non eſt magis numerus, quàm binarius, & ſic de alijs. Item proprium eſt quantitati ſecundum eam æquale, uel inæquale dici, ut unus numerus eſt, æqualis uel inæqualis alteri numero, & unum corpus alteri corpori, & linea alteri lineæ, & ita de ſingulis.

Poſtquam Auctor ſuperius determinauit de quantitate ſecundũ ſe & quantũ ad ſuas ſpẽs, hic cõſequẽter determinat de ipſa, quantũ a. ſuas proprietates, quæ fluunt ab ipſa cõſyderata ꝑ inclinationẽ ad materiã & ad ſua inferiora, enumerãs tres ꝓprietates ipſius. Quarũ prima eſt quantitati nihil eſt contrarium. cuius ratio eſt. quia illud non habet contrarium, quod in materia præcedit omnem
B contrarietatem, ſed quantitas in materia ſiue in ſubſtantia materiali præcedit oĩa contraria, ergo quantitas non habet contrariũ. Minor patet, qa contraria recipiunt in materia per motũ & mutationẽ, quia ab eodẽ ſubiecto mutuo ſe expellunt. ſed ſubſtãtia non ſubijcit motui niſi per quantitatẽ, quia omne qđ mouetur oportet eſſe diuiſibile, & protenſum, ſed ſubſtantia non eſt diuiſibilis niſi per quãtitatem, iõ per eam ſubiicit motui, hanc etiam proprietatem probat inductiue Auctor in textu, declarando eam exemplariter in diuerſis ſpeciebus quantitatis.

Propriũ & quantitati non habere cõtrar.

Primo ſciendũ, quòd quantitas dupliciter conſyderatur. uno modo ſecundum ſimplicẽ eius eſſentiã, uel ſub ratione menſuræ, ut conſyderatur a Mathematico uel a Logico, & ſic in quantitate nõ eſt motus, nec cõtrarietas, niſi capiatur contrarietas ꝓ repugnantia duarũ differentiarũ unũ genus condiuidentiũ. alio modo conſyderatur, ut eſt terminus rei naturalis, prout dicitur in Secundo de Anima, q in omnibus uiuentibus poſitus eſt certus terminus augmẽti, & decrementi
C ab anima, & ſic in illa ratio perfecti & imperfecti, & ſic in ea reperitur contrarietas accepta generaliter pro quacunq; repugnantia perfecti & imperfecti. & iſto modo conſyderatur in Naturalibus, & non in Logica. & hoc modo in illa eſt motus, ad quem ſufficit talis contrarietas ſecũdum perfectum, & imperfectum. quia non oportet ſemper motum eſſe inter illa, quæ contrariantur ſecundum ſuas formas, ut patet de motu qui eſt de minus albedo ad magis album, & hoc eſt, non habere contrarium, ut capitur hic contrarium, pro contrario perfecto, cõuenit quantitati omni, ſed non ſoli, quia conuenit ſubſtantiæ, & ſic eſt proprium ſecundo modo ipſi quantitati.

Quãtitas, cũ cõtrariũ habeat ad cãmotus ẽ.

Secundo ſciendũ, q ſecunda ꝓprietas quantitatis eſt, q quantitas nõ ſuſcipit magis & minus. cuius ratio eſt quia ſuſcipere magis & minus eſt aliquid perfici in ſuo proprio eſſe ſpecifico, ſed quantitas non poteſt magis, nec minus perfici in ſuo proprio eſſe, quia eſſe eius conſiſtit indiuiſibili, ut patet in numero, quia
D ipſi addita, uel ablata quacũq; unitate uariatur ſpecies numeri, ideo in ipſa proprium eſſe ſpeciei non poteſt uariari ſecundum magis perfectum, & minus perfectum. ſimiliter patet de quantitate continua, quia in ipſa remota uel addita aliqua parte quantitatis quantuncunq; parua uariatur ſpecies quantitatis conſyderatæ ſub ratione menſuræ, quia ſi ibi ſit æqualitas, & fiat additio, uel remotio, fit inæqualitas, quæ ſemper eſt inter diuerſas ſpecies, & ſic patet quòd quantitas continua non poteſt magis, uel minus perfici ſpecie remanente eadem.

Quantitas non ſuſcipit magis, & minus.

Tertio ſciendum, q magis & minus, & maius & minus adinuicem differunt quia maius & minus attenduntur ſecundum maiorem, uel minorem additionem partium quantitatis, & acquiruntur per augmentationem, uel diminutionem. ſed magis, & minus dicunt maiorem, uel minorem perfectionẽ proprij eſſe

formæ, ſecundum ꝙ in ſubiecto eſt. & fiunt ſecundum additionem, uel remotionem perfectioris formæ in ſubiecto. & ideo licet quãtitas bene ſuſcipiat maius, & minus extenſiue per augmentationem uel diminutionem, non tamen oportet ipſam ſuſcipere maius & minus intenſiue, quia ſic illa differunt inter ſe, & hæc eſt proprietas propria ſecundo modo quantitati, ſicut & præcedens. E

Proprium eſt quantitatis inæquale, uel æquale dici. Quarto ſciendum, quòd tertia proprietas quantitatis eſt. ſecundum eã æquale, uel inæquale dici, ut ſecundum duas longitudines duo corpora dñr æqualia uel inæqualia, & ſecundum duos numeros eiuſdem ſpeciei, aliquæ res numeratæ dicuntur æquales. & ratio huius eſt, quia æqualia ſunt, quę ſibi ſuppoſita ſeinuicem non excedunt, & inæqualia ſunt, quorum unum excedit aliud. ſed exceſſus ex parte menſuræ ſumitur, & menſura ſumitur ſecundum quantitatem, & ſolum ſecundum ipſam, ergo omni quantitati, & ſoli conuenit ſecundum eam æquale, uel inæquale dici. Item, æqualitas eſt rerum differentium eadem quantitas in ſpecie, inæqualitas autem eſt rerum differentium diuerſa quantitas, & ideo æqualia ſunt res diuerſæ eiuſdem quantitatis inter ſe, ideo ſolum ſecundum quantitatem aliquid dicitur æquale, uel inæquale. & ſic iſta proprietas eſt ipſi quantitati quarto modo propria. F

Argumẽ. Sed contra prædicta primo arguitur ſic. Omnis motus eſt de contrario in contrarium, ſed in quantitate eſt motus. ſ. augmentationis & diminutionis, ergo in quantitate eſt contrarietas, & ſic habet contrarium. Secundo ſic. Locus ſurſum, & locus deorſum contrariantur, & tamen ſunt quantitates, ergo quantitati eſt aliquid contrarium. Tertio ſic. Quantitas magis & minus perficitur ſecundũ eſſe quantitatis, quia numerus habet perfectius eſſe in quaternario quam in binario. ergo ſuſcipit magis & minus. Quarto ſic. Secundum inæqualitatem aliqd dicitur eſſe inæquale, uel æquale per æqualitatem, & tamen æqualitas, uel inæqualitas ſunt relationes, ergo non conuenit ſoli quantitati ſecundum eam æquale uel inæquale dici. Quinto ſic. Secundum uirtutem duo homines dicuntur æquales uirtute, & tamen uirtus non eſt quantitas, ergo non eſt proprium quantitati ſecundum eam æquale, uel inæquale dici. G

Solutiões. Ad argumenta. Ad primum dr̃, ꝙ licet in quantitate conſyderata ſecundum ſuũ eſſe Phyſicum, ſit motus & contrarietas imperfecta, tñ in quantitate conſyderata ſub ratione menſuræ non eſt motus, nec ẽt contrarietas, & ſolum illo modo in Logica conſyderatur. Ad ſecundum dr̃, ꝙ ſi locus ſurſum, & locus deorſum conſyderentur ſecundum ſuas eſſentias, uel ratione menſuræ non contrariãtur, ſed ſi conſyderentur quantum ad qualitatem & influentiam, quæ ſunt in illis diuerſis locis, bene contrariantur. ſed illo modo non ſunt in genere quantitatis, quia non dicunt ſimplicem formam de genere quantitatis, ſed important quantitatem cum qualitatibus. Ad tertium dicitur, ꝙ licet quantitas poſſit magis & minus perfici in eſſe diuerſarum ſpẽrum, ſecundum ꝙ una ſpecies perfectior eſt altera, non tñ poteſt magis & minus perfici in proprio eſſe unius ſpeciei, quod tamen ad ſuſceptionem magis & minus requiritur. Ad quartum dicitur, ꝙ licet ſecundum æqualitatem aliquid dicatur formaliter æquale, nõ tamen effectiue, ſed hoc ſolum conuenit quantitati. & in iſta proprietate hæc propoſitio ſecundum dicit ſolum circunſtantiam cauſæ efficientis propinquæ, & non cauſæ formalis. Ad quintum dicitur, quòd licet aliqui dicantur æquales, uel inæquales ſecundũ uirtutem, hoc tamen non eſt proprie, ſed ſolum ſimilitudinarie, ſed proprie dicuntur ſimiles uel diſſimiles ſecundum ſuam uirtutem ſcilicet ſecundum quòd iſta uirtus menſurata per reſpectum ad obiectum, habet modum quantitatis, & menſuræ, ideo ſimilitudinarie aliqui dicuntur æquales ſecundum uirtutem, eodem modo, quo ipſa eſt quantitas ſecundum quandam ſimilitudinem. H

De

A

De Ad aliquid, ſeu Relatione.

AD aliquid uero talia dicuntur, quæcunque, hoc ipſum quod ſunt aliorum eſſe dicuntur, uel quomodolibet aliter ad aliud, ut duplum dimidii duplum. & dimidium, dupli dimidium, & pater filii, pater, & filius, patris filius, & maius minore maius, & minus, maiore minus. uel ſub habitudine alterius caſus, ut ſimilis, ſimili ſimilis, uicinus, uicino, uicinus. Relatiuorum tres ſunt ſpecies. Quædam dicuntur ſecundum æquiparantiam, ut quæcunque eodem nomine dicuntur, ut ſimilis, ſimili, ſimilis, & æqualis, æquali æqualis & uicinus, uicino uicinus. Alia uero ſecundum ſuperpoſitionem, ut
B dominus, duplum, triplum, quia iſta ſupraponuntur aliis, ſicut dominus ſeruo ſuperponitur. Alia uero ſecundum ſuppoſitionem, ut ſeruus ſupponitur domino, & filius patri, & ſubduplum ſiue dimidium quod idem eſt, duplo, & ſic de aliis.

Poſtq̃ Auctor determinauit de ſecundo prædicamento, quod eſt quantitas, hic conſequenter determinat de tertio. ſ. de Ad aliquid, ſeu de Relatione. Et ratio ordinis eſt. quia omne accidens reſpectiuum habet cognoſci per abſolutum, in quo fundatur, & per quod ineſt ſubſtantię, ſed relatio eſt accidens reſpectiuum, & fundatur in quantitate, quia plures relationes fundantur in quantitate, quàm in aliquo aliorum pdicamētorum, quia in ea fundantur generaliter omnes proportiones numerorum, ut duplum, dimidium, triplum, quadruplum, & ſic de aliis, & omnes proportiones continuarum quantitatum. & ideo relatio maxime
C habet cognoſci per quantitatem. ideo licet ordine naturæ qualitas, quod eſt accidens abſolutum præcedere debeat relationē, tñ ordine doctrinæ, relatio conuenienter ponit̃ ante qualitatem, & poſt quantitatē propter cauſam prius dictam. — *Accidens reſpectiuū quomodo cognoſcatur.*

Primo ſciendū, q̃ prædicamenta accidentium diſtinguuntur ſm̃ diuerſos modos denominatiue prædicandi de prima ſubſtantia. &, quia ad aliquid habet unū modum ſpālem denominandi primam ſubſtantiā, quia denominat in hoc, quod eſt ad aliquid ſe hr̃e ſm̃ mutuam dependentiam, iō ad aliquid cōuenienter ponitur unū pdicamentū ab aliis diſtinctū, & cōuenientius denominatur per ad aliquid, q̃ per relatiuum ſiue relationē. Cuius rō eſt, quia relatio dicit eſſentiam relationis ſm̃ ſe ſine reſpectu ad terminum eius, uel ad ſuum ſubiectū, cum ſit nomen abſtractum, iō ſignificat eam, ut conceptam tm̃, & non ſm̃ ſuum eſſe & relatiuum importat eſſentiam relationis p reſpectum ad ſuū ſubiectū, & cū dependentia referibilitatis, & non importat terminum eius dependentiæ, ſed ad Aliquid
D importat iſtam eſſentiam quantum ad eius dependētiam per hoc, q̃ dr̃. Ad hęc .n. præpoſitio, ad, dicit dependentiam ad aliquem terminum, & cū hoc importat terminū illius dependentiæ per hoc, q̃ dr̃ Aliquid. &, quia iſta duo conueniunt formaliter naturæ huius pdicamenti. ſ. dependentia, & terminus dependentiæ, iō natura huius prædicamenti melius notificatur quantum ad ſuum eſſe formale in nomine ad Aliquid quàm per relatiuum, quod dicit eſſentiam illam per reſpectum ad ſuum materiale ſubiectum uel per relationem, quæ dicit illam eſſentiā, ut conceptam tantum. vnde res debet denominari eo modo, quo perfectius, & facilius notificatur. ideo hoc prædicamentum conuenientius primo a Platone nominatum eſt ad Aliquid, & ſic definitur in textu. Ad aliquid uero talia dicūtur, quæcunq; hoc ipſum, q̃ ſunt, aliorū dicuntur, uel quomodolibet aliter ad aliud.

Quæ nam relatiua ſecundũ eſſe quæ ſecundũ dici dicantur.

Secundo ſciendum, ꝙ duplicia ſunt relatiua, quædam relatiua ſm eſſe, quæ ſolum habent eſſe relatiuũ huius generis, & non habent eſſe alterius generis, ut pater, & filius. Alia ſunt relatiua ſm dici, quæ habent eſſe alterius generis, q̃ relationis, & ultra hoc habent, reſpectum accidentalẽ ad aliud, quo dñr relatiua ſm dici, ut ſcientia, quæ habet eſſe abſolutũ de genere qualitatis, & ultra hoc impor tat reſpectum ad ipſum ſcibile. Et ideo propter relatiua ſm eſſe ponitur prima pars huius definitionis. ſ. quæcunq; hoc ipſum ꝙ ſunt aliorum dñr. i. quorum totum eſſe eſt reſpectiuum. Et propter relatiua ſm dici ponitur ſecunda pars. ſ. uel quomodolibet aliter ad aliud. i. aliquo mõ ad aliud referuntur, & in hac definitione ponitur dñr, & non ſunt. quia hic conſyderantur relatiua nõ inquantũ ſunt entia. ſed inquantum ſunt dicibilia. Et ponitur talia ad denotandum, ꝙ relatiua, ſemper fundantur in aliquo accidẽte abſoluto, per quod ſubſtãtiæ inſunt, tale. n. eſt denominatiuũ accidentis abſoluti, per hoc patet, ꝙ ſi capiatur ad aliquid generaliter, ut cõpræhendat tam relatiua ſm eſſe, q̃ ſecundum dici, hæc definitio eſt conuertibilis cum ipſo, ſed, ſi capiatur ſpãliter. ſolum ꝓ relatiuis ſecundum eſſe quæ tm̃ ponuntur in prædicamento iſto, ſic non eſt conuertibilis cum ipſo ad aliquid. ideo primo mõ debet hic capi ad aliquid analogicæ ad oĩa relatiua, & non ut eſt unum genus generaliſsimum eorum, quæ ſunt in genere relationis. F

Tres relatiuorũ ſpẽs.

Tertio ſciendum, ꝙ relatiuum diuiditur in tres ſpecies, quia quædam ſunt relatiua æquiparantiæ, quædam ſuperpoſitionis, & quædam ſuppoſitionis. quorum ſic habetur ſufficientia. quia omne relatiuum dicit reſpectum unius ad alterum. uel ergo dicit reſpectum æqualium, & ſic ſunt relatiua æquiparantiæ, uel dicit reſpectum inæqualium, & hoc eſt dupliciter, uel dicit reſpectum exceſsiue minoris ad maius, & ſic ſunt relatiua ſuppoſitionis, uel excedentis, uel maioris ad minus, & ſic ſunt relatiua ſuperpoſitionis.

Quarto ſciendum, ꝙ relatiua æquiparantiæ ſunt, quæ eodẽ nomine nuncupãtur & hoc prouenit eo, ꝙ utrunq; eorum importat relationẽ eiuſdẽ ſpeciei, quæ fundatur ſupra eandem formam in ſpẽ, ut ſunt uicinus cum uicino, & ſimilis, cũ ſimili. Sed relatiua ſuperpoſitionis ſunt, quæ ſecundũ ſua fundamenta ponuntur ſuper ſua correlatiua, ut pater, qui quantum ad ſuum fundamentum, quod eſt generatio, actiua, ponitur ſupra filium, & dñs quantum ad obligationem actiuam, ſupra ſeruum, & eſt cauſa eius. Sed relatiua ſuppoſitionem ſunt, quæ ſecundum ſua fundamenta ponuntur ſub ſuo correlatiuo, ut filius quantum ad ſuum fundamentum, quod eſt generatio paſsiua, ponitur ſub patre, & ſeruus ſub domino. G

Argumen.

Sed contra prædicta primo arguitur ſic. Partes ſubſtantiæ, & ſimiliter ſciẽtia, & habitus non ſunt relatiua, & tamen aliquo modo dicuntur ad aliud, ergo iſta definitio conuenit aliis a definito, ergo non eſt bona. Secundo ſic. Paternitas eſt ad aliquid, & tamen non refertur ad aliud, quia non dicitur paternitas, filii paternitas, ergo iſta definitio non conuenit omnibus relatiuis.

Tertio ſic. Paternitas, & pater eodem nuncupantur nomine, & tamen nõ ſunt relatiua æquiparantiæ, ſed ſuperpoſitionis, ergo male dicitur, ꝙ relatiua æquiparantiæ ſunt, quæ eodem nomine nuncupantur Quarto ſic. Omnes ſpecies eiuſdem generis æqualiter ſub eodem genere continentur, & una non ponitur ſupra aliam, ergo ſpecierum relationis nulla eſt ſuperpoſitio, neque ſuppoſitio. Quinto ſic. Eorum, quæ ſupra ſe ponuntur, unum prædicatur de alio, ſed una ſpecies relationis non prædicatur de alia, ergo una non ponitur ſupra aliam. ergo male ponuntur relatiua ſuperpoſitionis & ſuppoſitionis. H

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dr̃, ꝙ licet partes ſubſtantiæ ſimiliter ſcientia, & habitus, &, multa alia talia non ſint relatiua ſcd̃m eſſe, tamen ſunt relatiua ſcd̃m dici, ꝓut conſequenter habẽt reſpectũ, quendã ad aliud, ut partes ad totũ, ſcientia

A tia ad ſcibile,& habitus ad habentem,modo hic definitur ad aliquid generaliter pro relatiuis ſecundum eſſe , & ſecundum dici . ideo hæc definitio non conuenit aliis a definito. Ad ſecundum dr̄, ꝙ licet paternitas non referatur in abſtracto actualiter ad aliquid,tamen refertur aptitudinaliter , & actualiter incõcreto.Ad tertium dr̄,ꝙ licet paternitas,& pater reſpectu ſuorum correlatiuorum ſint relatiua,non tamen adinuicē.ideo non ſunt relatiua æquiparantiæ,quia non referũtur inter ſe ſub eodem nomine.Ad quartum dr̄,ꝙ ſi iſtæ ſpēs conſyderentur ſecundum ſuas eſſentias,& formaliter,ſic una non ponitur ſupra aliam, ſed ſi conſyderentur materialiter,& quantum ad ſua fundamenta una bene eſt ſupra aliam.Ad quintum dicitur,ꝙ illorum,quæ ponuntur ſecundum ſub,& ſupra ſecundum ordinem ſubiicibilis,& prædicabilis,unum prædicatur de alio, non tamen de aliis, quæ ponuntur ſub,& ſupra ſecundum ordinem cauſę,& effectus, ſiue principii,&
B principiati,& hoc modo iſta relatiua ponuntur ſupra ſeinuicem.

Communitates relationis quæ ſint.

Poſt hæc autem ſequuntur communitates relationis. Prima eſt,ꝙ contrarietas eſt in relationes,ut uirtus contraria eſt uitio, cũ utrumq; eorum ſit ad aliquid.hoc autem non conuenit omni relationi , duplo enim nihil eſt contrarium neq; triplo.Item , relatiua ſuſcipiunt magis, & minus,ut ſimile dicitur magis,& minus ſimile,& ſimiliter inęquale. ſed hoc non conuenit omnibus relatiuis duplum.n.non dicitur magis, & minus duplum,neque triplum,neque pater.

Poſtꝗ Auctor ſuperius determinauit de relatione ſecundum ſe, ponendo definitionem,& diuiſionem eius per ſuas ſpecies,hic conſequenter determinat de ip
C ſa ſecundum ſuas proprietates,& inter ipſas primo ponit duas communitates relatiuorum.Quarum prima eſt,ꝙ contrarietas eſt in relatione ſicut uirtus , & uitium contrariantur,& tamen ſunt relatiua ſecundum dici,licet ſimpliciter ſint de prima ſpecie qualitatis.uirtus.n.dicitur relatiue ad uirtuoſum , & uitium ad uitioſum,ideo in relatiuis reperitur contrarietas.

Primo ſciendum,ꝙ duplicia ſunt relatiua, ut dictum eſt ſcilicet relatiua ſecundum eſſe,& ſecundum dici.unde in relatiuis ſecundum eſſe non reperitur contrarietas, cuius ratio eſt , quia contraria ſunt formæ actiuæ, & paſsiuæ,quæ mutuo ſe expellunt ab eodem ſubiecto,ut patet ex definitione eorum.ſed relatiua ſecundum eſſe non ſunt formæ actiuæ,aut paſsiuæ,nec ſua actione ſe ab eodem ſubiecto expellunt,quia formæ actiuæ,& paſsiuæ ſunt abſolute . ideo relatiua ſecundum eſſe non poſſunt habere contrarium, ſed aliqnibus relatiuis ſecundum dici conuenit habere contrarium. Contrarietas eſt tantum in relatiuis ſecundum dici.

Secundo ſciendum , quòd relatiua ſecundum dici dupliciter conſyderantur .
D uno mō formaliter,inquantum relatiua ſunt,& ſecundum reſpectum,quē addũt formis alterius generis,& iſto mō in relatiuis ſecundum dici non eſt cõtrarietas. cuius rō eſt . quia relatiua ſecundum dici non contrariantur reſpectu illorum ad quæ referuntur.ſed reſpectu aliorum , ſicut uirtus non contrariatur uirtuoſo ad quem referatur,nec uitium uitioſo ſed uirtus & uitium contrariantur inter ſe, ergo relatiua ſecundum dici , inquantum relatiua ſunt, non contrariantur.Alio modo conſyderantur materialiter ex parte ſuorum fundamentorum,& hoc modo aliqua relatiua ſecundum dici contrariantur. Rō eſt quia aliqua relatiua fundãtur in qualitatibus cõtrariis quas important,iō rõne illarum qualitatum cõtrariant.Ex qbus patet,ꝙ hīc contrarium non conuenit oībus relatiuis,nec ēt conuenit ſolis relatiuis . ideo non eſt aliquo modo proprium ipſis relatiuis, cum

omne

omne proprium conueniat omni uel ſoli,ſed eſt cõitas quędam conueniens pluribus relatiuis ſecundum dici.&,quia prius poſita eſt definitio ad aliquid a Platone,conueniens tam relatiuis ſecundum eſſe quàm ſecundum dici, ideo ponuntur hic communitates utrique illorum relatiuorum conuenientes. E

Tertio ſciendum,ꝙ ſecunda proprietas relatiuorum eſt, ꝙ relatiua ſuſcipiunt magis,& minus. Cuius ratio eſt, quia ſuſcipere magis, & minus eſt aliquid manens idem in ſpecie in ſuo eſſentiali eſſe intendi & remitti, ſed hoc conuenit aliquibus relatiuis, ut ſimile manens idem in ſpecie, dicitur magis & minus ſimile, & etiam diſsimile,& inæquale, ergo aliqua relatiua ſuſcipiunt magis & minus. hoc tamen non conuenit relatiuis inquantum relatiua ſunt.ſ. ſecundum reſpectũ quem habent ad ſua correlatiua,ſed hoc conuenit ſibi ratione ſuorum fundamentorum,& ut ſunt in ſubiecto, quia intendi, & remitti conuenit formæ ſecundum eſſe quod habet in ſubiecto,ſecundum quod magis & minus perficitur.

Quibus relatiuis conueniat ſu- ueniat ſuſcipere magis ac minus.

Quarto ſciendum,ꝙ hæc communitas aliter conuenit relatiuis,quàm præcedens ſolum conuenit relatiuis ſecundum dici,hæc autem conuenit relatiuis, ſecundum dici,& aliquibus ſecundũ eſſe.quia ſimile,& diſsimile,& inæquale bene ſuſcipiunt magis & minus, quæ tamen ſunt relatiua ſecundum eſſe, quia tamen hæc cõitas non conuenit omnibus relatiuis ſecundum eſſe,neq; ẽt ſolis,quia conuenit qualitati, ideo non eſt aliquo modo propria ipſi relationi, ſed eſt quædam communitas ſolum conueniens aliquibus ſpeciebus relatiuorum.ſ. illis,quorum fundamenta intenduntur uel remittuntur, & augentur & diminuuntur manente eadem ſpecie relationis.& per hoc patent duæ primæ communitates relatiuorũ. F

Argumen.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Nulla relatione oppoſita contrariantur, cum contrarietas, & oppoſitio relatiua ſint oppoſitiones diſtinctæ, ſed relatiua relatiue inter ſe opponuntur, ergo nulla relatiua contrariantur. Secundo ſic. Vbi eſt contrarietas ibi eſt motus, ſed in relatione non eſt motus, ut dicitur in Phyſi ergo in relatione non eſt contrarietas. Tertio ſic. Nulla forma indiuiſibilis ſuſcepit magis,& minus,ſed omnis relatio eſt indiuiſibilis, cum ſit ſimplex reſpectus relatiui ad correlatiuum,ergo nulla relatiua ſuſcipiunt magis, & minus. Quarto ſic. Sicut æquale fundatur in una quantitate in ſpecie, ſic etiam ſimile in eadem qualitate,ſed æquale non ſuſcipit magis,& minus, ergo ſimile non ſuſcipit magis & minus. cuius oppoſitum dicitur in textu. G

Primo Ph. tex.c.x.

Quinto ſic.Relatiua non ſuſcipiunt magis,& minus, niſi ratione ſuorum fundamentorum. ſed quantitas,in qua fundatur inæquale,non ſuſcipit magis & minus,ergo male dicitur in textu,ꝙ inæquale ſuſcipit magis & minus.

Solutiões.

Ad argumenta.Ad primum dicitur,ꝙ licet nulla relatiua contrarientur reſpectu ſuorum correlatiuorum,quibus relatiue opponuntur, tñ bene contrariantur reſpectu aliorum,ſicut uirtus relatiue non opponitur uirtuoſo, & tñ contrariatur uitio.Ad ſecundum dr̃,ꝙ ibi eſt contrarietas per ſe ibi eſt motus, ſed in relatione non eſt contrarietas per ſe,ſed tantum per accidens. & eo modo,quo eſt contrarietas,eſt etiam motus.Ad tertium dicitur,ꝙ licet omnis relatio ſecundum ſe,& quantum ad reſpectum quem habet ad correlatiuum ſit indiuiſibilis, tamen ſecundum ſuum eſſe in ſubiecto,quod poteſt uariari ſecundum magis perfectum,& minus perfectum aliqua bene eſt diuiſibilis, & per hoc bene poteſt ſuſcipere magis & minus. Ad quartum dicitur, ꝙ licet ſimile fundetur in una qualitate in ſpecie,tamen illa qualitas poteſt intendi, & remitti manens eadem in ſpecie. ideo ſimile ſuſcipit magis & minus, & æquale fundatur in eadem quantitate in ſpecie,quæ non poteſt augeri uel diminui, intendi, uel remitti manens eadem in ſpecie. ideo æquale non põt ſuſcipere magis & minus,nec eſt ſimile de æquali & ſimili.Ad quintum dicitur, ꝙ licet quantitas non ſuſcipiat magis & minus, H

tamen

A támen poteſt augeri & diminui. & per talem maioritatem uel minoritatem, per quam fit maior uel minor receſſus ab æquali & inæquali, poteſt ſuſcipere magis & minus. uñ inæquale fundatur inter diuerſas quantitates in ſpecie. &, quia illæ ſpecies poſſunt continue uariari ſecundum receſſum ab unitate ſpeciei, ideo uariatur inæquale, quamuis æquale non ſuſcipiat magis neq; minus. Aequale nõ ſuſcipit magis & minus.

Due relatiuorum proprietates.

Item omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam, ut pater filiis pater, filius patris filius. Itẽ relatiua ſunt ſimul natura, ſimul enim ſunt duplum & dimidium, pater & filius. Item. relatiua poſita ſe ponunt, & perempta ſe permiunt, ut, ſi duplum eſt, dimidium eſt, &, ſi pater non eſt, filius non eſt, & econtra.

B Poſtq̃ Auctor poſuit duas cõitates relatiuorum, quæ non ſunt ipſis aliquo modo propriæ, hic conſequenter ponit alias communitates, quæ ſunt ipſis aliquo modo proprie. quarum prima eſt. Relatiua dicuntur ad conuertentiam. Cuius ratio eſt quia quæ ad ſeinuicem ſecundum mutuam dependentiam eorum referuntur dicuntur ad conuertentiam, ſed omnia relatiua ad ſua correlatiua referuntur ſecundum mutuam dependentiam, ut dicendo, pater filij pater, & ecõtra filius, pr̃is filius, ib' pater refertur ad dependentiam eius ad filium, & filius ad patrem, & ſic ſimiliter eſt in omnibus alijs. ergo omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam.

Primo ſciendum, ꝙ conuertentiam dupliciter accipit. uno modo pro conuerſione aliquorum ſecundum exiſtendi conſequentiã, & illo modo in relatiuis bene eſt conuertentia, ut dicendo, pater eſt, ergo filius eſt, & econuerſo, filius eſt, ergo pater eſt. & iſto modo non ſumitur in hac proprietate. quia conuertentia hoc modo non ſolum conuenit relatiuis, ſed etiam multis alijs, ſicut ſubiecto & propriæ paſsioni. Alio modo ſumitur conuertentia, ut eſt mutua dependentia relatiui, & correlatiui inter ſe, & hoc modo ſumitur in hac proprietate. ideo dici ad conuertentiam eſt aliqua referri inter ſe ſecundũ dependentiam. Et differt conuertentia a conuerſione, & conuertibilitate, quia conuertentia eſt paſsio relatiuorum, conuerſione uero, quæ eſt debita tranſpoſitio ſubiecti in prædicatum, & econtra eſt paſsio propoſitionũ. ſed conuertibilitas eſt paſsio terminorum conuertibilium. & illi termini dicuntur conuertibiles, qui de ſeinuicẽ mutuo uniuerſaliter & affirmatiue uerificantur, eo ꝙ habent æqualia ſuppoſita, ut homo & riſibile. Quę cõuertentia relatiuis ꝓpria ſit.

C

Secundo ſciendum, ꝙ conuertentia relatiuorum nunquam fit in recto caſu. ratio eſt, quia inter relatiuum, & correlatiuum ſemper eſt tranſitio uel diuerſitas,
D ſed talis diuerſitas non ſignificaretur in recto caſu, ſed ſignificaretur identitas eorũ, ut dicẽdo pater eſt filius. & talis locutio eſſet falſa. ſed illa cõuertentia ſemper fit in obliquis, quia ſolum obliqui ſignificant per modũ termini, rectus uero per modum principij, & poteſt fieri in omnibus obliquis ut faciliter daretur exẽplum in omnibus. hoc fit tamen differenter in relatiuis ſecundum eſſe, & in relatiuis ſecundum dici, quia in relatiuis ſecundum eſſe fit conuertentia referẽdo utrunque ad aliud ſub habitudine eiſdem caſus, ut maius minore maius, & econtra, minus maiore minus. Sed in relatiuis ſecundum dici fit quandoque ſub habitudine eiuſdem caſus, ut inter formam, & materiam, quandoque uero habitudine diuerſorum caſuum, ut ſcibile ſcientia ſcibile, & econtra, ſcientia ſcibilis ſcientia. & per hoc patet, quòd dici ad conuertentiam conuenit omnibus relatiuis,

relatiuis, ſed differenter, & conuenit ſolis & ſemper. ideo hæc proprietas eſt ipſis proprie propria, & hoc capiendo generaliter ad aliquid tam pro relatiuis ſecundum eſſe quàm ſecundum dici. quia, ſi caperetur ſpecialiter ſolum pro relatiuis ſecundum eſſe, hæc proprietas eſſet ſibi proprie ſecundo modo. E

Relatiua ſunt ſimul natura. Tertio ſciendum, ꝙ relatiuorum alia proprietas eſt, ꝙ relatiua ſunt ſimul natura & ratio eſt. quia illa, quæ poſita ſe ponunt ſecundum rem, & intellectum ſimul, & perempta ſe perimunt ſecundũ eſſe, ſunt ſimul natura. illa enim dicuntur ſimul natura, quæ ſunt ſimul in naturali intelligentia, ita ꝙ unum eorum nõ poteſt intelligi ſine alio. nec eſt ibi prioritas ſecundum intellectum, ſed relatiua poſita ſe ponunt ſecundum eſſe, quia eſſe relatiuorum eſt eſſe ad ſuum correlatiuũ. ideo ſecundum rem poſito uno in eſſe oportet ſuum correlatiuum eſſe, quod requiritur ad eſſe relatiui. & ſimiliter poſita ſe ponunt ſecundum intellectum, quia non poteſt intelligi eſſe relatiui, quod eſt dependens ad correlatiuum, niſi intelligatur illud correlatiuum ad, quod dependet. ergo poſita ſe ponunt ſecũdum intellectum, & ſimiliter perempta ſe perimunt, ideo ſunt ſimul natura. ſ. natura relationis, & etiam ſunt ſimul natura. i. naturali intelligentia. F

Quarto ſciendum, ꝙ relatiua tripliciter conſyderantur. uno modo quantum ad ſua ſubiecta & fundamenta, & ſic unum illorum bene præcedit aliud, ut pater præcedit filium. ſecũdo modo, inquantum habent dependentiã inter ſe, & unũ terminat dependentiam alterius, & econtra, & ſic adhuc unum eſt prius alio, & quodammodo notius, ponitur in definitione alterius. ſ. illud, quod terminat dependentiam alterius, tertio conſyderantur quantum ad hoc, quòd habent eſſe ſub forma relationis, ſub qua ſimul ponuntur, ut quàm cito ponitur pater ſub paternitate, ponitur filius ſub filiatione, & hoc modo ſunt ſimul natura ſecundũ rem & intellectum ſimul. ut dicitur in iſta proprietate, & hæc proprietas eodem modo propria relationis, ſicut & præcedens.

Argumen. Contra prædicta primo arguitur ſic. Conuertentia eſt mutua dependentia relatiuorũ inter ſe, ſed ſcientia & ſcibile, quæ ſunt relatiua, non habent mutuam dependentiam inter ſe, quia ſcientia licet depẽdat a ſcibili, tamen ſcibile non habet dependentiam ad ſcientiam. ergo non omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam. Secundo ſic. Bene ſequitur, ſi homo eſt, riſibile eſt, & econtra. ergo homo, & riſibile dicuntur ad conuertentiam, quæ tamen non ſunt correlatiua. ergo dici ad conuertentiam non ſolum conuenit relatiuis. Tertio ſic. Cauſa, & effectus ſunt relatiua, & tamen cauſam ſecundum naturam præcedit effectum, ergo relatiua non ſunt ſimul natura. Quarto ſic. Vnum relatiuorum ponitur in definitione alterius, ergo eſt prius alio. ergo relatiua non ſunt ſimul natura. Quinto ſic. Illa, quæ opponuntur inter ſe, non poſita ſe ponunt. ſed unum oppoſitum deſtruit aliud, ſed relatiua opponuntur adinuicem, ergo male dicitur, ꝙ poſita ſe ponant, & perempta ſe perimant. G

Solutiões. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ ſi ſcibile conſideretur materialiter quãtum ad id, quod eſt, ſic non habet dependentiam ad ſcientiam, ſed ſecundum naturam, præcedit eam. ſed, ſi conſideretur formaliter quantum ad rationem ſcibilis, ſic habet reſpectum, & dependẽtiam ad ſcientiã. & dicitur cum ea ad conuertentiã. & ſimiliter eſt de ſenſu, & ſenſibili. Ad ſecũdum dicitur, quòd ſi capiatur conuertẽtia, ut eſt conuerſio aliquorum ſecundum exiſtendi conſequentiam, ſic homo, & riſibile dicuntur ad conuertentiam, ſed non capiendo conuertẽtiam, ut eſt mutua dependentia relatiui, & correlatiui, ut in propoſito capitur. Ad tertium dicitur, quòd ſi conſyderentur cauſa, & effectus materialiter quantum ad id, quod ſunt, non ſunt ſimul natura. ſed, ſi conſyderentur formaliter quantum ad relationem cauſæ ad effectum, uel effectus ad cauſam, ut ſunt relatiua, H

A relatiua, ſic ſunt ſimul natura, & ſimiliter diceretur de patre & filio, & domino & ſeruo. Ad quartum dicitur, quòd licet unum relatiuorum, ut terminet dependentiam alterius ſit aliquo modo prius alio & ponatur in definitione alterius, tamen quantum ad eſſe ſub forma relationis, unum non præcedit aliud. Ad quintum dicitur, quòd licet relatiua reſpectu eiuſdem ſubiecti opponantur, & non poſita ſe ponant, tamen reſpectu diuerſorum ſubiectorum non opponuntur.

Relatiuorum alia Definitio, ac Proprietas.

Itē, alia definitio relatiuorum eſt talis. Ad aliquid ſunt, quibus hoc ipſum eſſe eſt ad aliud quodammodo ſe habere. & hæc eſt propria definitio relatiuorum. Item, proprium eſt relatiuorum, quod, ſi quis definite unum nouerit relatiuorum definite noſcet, & reliquum. ut ſi B quis nouerit definite duplum, & definite noſcet cuius eſt duplum. neceſſe eſt enim in utrorumque rationibus utriuſque uti.

Poſtq̃ Auctor poſuit definitionē, & proprietas ad aliquid cōiter accepti, ut ſe extendit ad relatiua ſecundū eſſe, & ſecundū dici, hic conſequenter ponit aliā definitionē ipſius ad Aliquid ſpecialiter accepti, ut ſolū continet relatiua ſecundū eſſe, quæ eſt propria definitio ad aliquid, ut eſt unum prædicamentū ab alijs diſtinctū, & data ab Ariſto. corrigendo primam definitionem relatiuorum a Platone poſitā, quæ non eſt ꝓpria definitio. & hæc eſt definitio. Ad aliquid ſunt, q̃bus hoc ipſum eſſe, quod ſunt, eſt ad aliud quodammodo ſe habere. In cuius definitionis prima parte intelligitur genus definiti ſcilicet dicibile. & ponitur quibus hoc ipſum eſſe eſt ad aliud ſe habere, ad differentiam ſubſtantiæ, & accidentium abſolutorum, & relatiuorum ſecundum dici, quorum proprium eſſe non eſt ad C aliud ſe habere. Deinde ponitur quodammodo. i. quodam ſpeciali modo, quia eſſe relatiui eſt ad aliud tanquam ad terminum, cum quo dr̃ ad conuertentiam.

Sed an ſic Plato dixerit ſoluat apollo, qc quid dicāt fere oēs doctō.

Primo ſciendum, ꝙ accidens abſolutum, & reſpectiuum ſic inter ſe differunt, quia accidens abſolutum habet dependentiam ſolum ad ſuum ſubiectum, & nō ad terminum extrinſecum. ideo ad ſuum eſſe ſufficit ſuum ſubiectum, & etiam definitur per tale ſubiectum. ſed accidens reſpectiuum habet dependentiam ad ſuum ſubiectum, inquantum eſt accidens, & ad ſuum correlatiuum, inquantū eſt reſpectiuum. & ideo ad eſſe accidentis reſpectiui ſequitur eſſe ſui ſubiecti, & eſſe ſui correlatiui. & habet definiri per iſta duo. ideo bene dicitur in hac definitione, ꝙ eſſe relatiui eſt ad aliud quodammodo ſe habere. & licet relatio ſemper ſit inter duo extrema, tamen non eſt in utroque ut in ſubiecto, ſed eſt in uno ſubiectiue, & in alio ut in termino, ut paternitas eſt in patre, ut in ſubiecto, & in filio, ut in termino, & filiatio eſt in filio ſubiectiue, & in patre terminatiue.

D Secundo ſciendū, ꝙ duplex eſt relatio. quædam eſt realis, quæ eſt inter duo extrema realia, & diſtīa realiter a quibus ipſa eſt realiter diſtincta, & ad hanc relationem tres conditiones requiruntur. Prima eſt, ꝙ habeat extrema realia, defectu cuius relatio inter entia rōnis, ut relatio generis ad ſpeciem, non poteſt eſſe relatio realis. Secunda eſt, ꝙ extrema relationis realiter differant, ratione cuius identitas non eſt relatio realis. Tertia eſt, quòd talis ſit realiter diſtincta ab utroque extremorū, quia ſi eſſet eadem realiter, cum ſuo fundamento, haberet eſſe abſolutum ſui fundamenti, & nō diceretur eſſe realis quantum ad ſuū eſſe reſpectiuum, ſed quantum ad ſuum eſſe abſolutum, quia a perfectiori res capit denominationem, ideo non eſſet relatio realis, nec totum eius eſſe eſſet ad aliud, & defectu illius, relatio Creatoris ad creaturam nō eſt realis, quia in Deo nullū eſt accidens

Relationis realis ac rōnis doctrina.

accidens ab eo realiter diſtinctum. Alio eſt relatio rationis,quæ poteſt fieri tribus modis ſecundum q ſibi deeſt una illarum conditionum, & illa relatiua,quæ dicunt relationem realem,ſunt relatiua ſecundum eſſe, alia uero ſecundum dici,& ſolum de his,quæ dicunt relationem realem,quæ ponitur in prædicaméto iſto data eſt præſens definitio. & per hoc differt ab alia definitione ad aliquid. E

relatiua ſimul cognoſcuntur.

Tertio ſciendum, q ex iſta definitione Auctor infert unam proprietatem relatiuorum,quæ talis eſt. ſi quis definite nouerit unum relatiuorum definite noſcit & reliquum.cuius ratio eſt, quia quodlibet unũ definite, & diſtincte cognoſcitur eo modo quo habet eſſe, & etiam eo modo quo habet definiri, cum definitio ſit oratio indicans quid ſit eſſe rei. ſed eſſe unius relatiuorum eſt ad aliud ut dictũ eſt, ergo non poteſt diſtincte cognoſci,nec definiri, niſi per ſuum correlatiuum, ergo ſi quis diſtincte cognoſcit unum oportet diſtincte cognoſcere reliquum. cum nullum eorum poſsit ſine alio cognoſci, ideo neceſſe eſt definire utrunque relatiuorum per ſua correlatiua. F

Vnũ correlatiuũ q̃ſo in alterius definitiõe ponatur.

Quarto ſciendum, q in definitione relatiui non ponitur correlatiuum, tanquàm pars eſſentialis eius, cum relatiuum, & correlatiuum ſint realiter & eſſentialiter diſtincta,& oppoſita,ſicut pater & filius,ſed ponitur eius definitione tanquàm terminus dependentiæ ipſius relatiui, quia talis dependentia non perfecte cognoſceretur, niſi cognoſceretur terminus eius. & ponitur talis terminus loco differentiæ,quæ in relatiuis ſumitur reſpectu talis termini, quia de ſe eſt nobis ignota,ſed circumloquimur illam per ipſum terminum,unde definiendo relationem ponitur dependentia pro genere, & ſubiectum & correlatiuum eius pro differentia, ut dicendo paternitas eſt dependentia uel relatio patris ad filium uel pater eſt res habens filium. & per hoc patet intellectus huius ultimæ definitionis,& ultimæ proprietatis relatiuorum.

Argumẽ.

Sed contra prędicta arguitur primo ſic.Quia partes ſubſtantiæ non ſunt uera relatiua,& tamen conuenit eis iſta definitio, cum ipſorum eſſe ſit ad aliud quodammodo ſe habere. ergo ipſa non eſt bona. Secundo ſic. Omne accidens habet dependentia ad ſuum ſubiectum,ergo eſſe eius eſt ad aliud quodammodo ſe habere,ergo iſta definitio conuenit omnibus accidentibus alus, & non ſoli definito. Tertio ſic. Vnumquodcunque definitur cognoſcitur eo modo,quo habet eſſe,ſed unum relatiuum habet eſſe ſeparatum & diſtinctum a ſuo correlatiuo, ergo unum poteſt definire cognoſci non cognoſcendo aliud. Quarto ſic. Loco definiti licet ponere ſuam definitionem. ergo, ſi in definitione relatiui ponatur ſuum correlatiuum, loco illius correlatiui poterit poni definitio eius, in qua poneretur ſuum correlatiuum. ergo idem poterit poni in definitione ſuipſius, quod eſt inconueniens, & ſic male dicitur, quòd relatiuum habet definiri per ſuum correlatiuum. Quinto ſic Vnumquodque habens genus & differentiam definiri poteſt per genus,& differentiam eius, ſed relatiua habent genus,& differentiam intrinſecam,ergo etiam poſſunt definiri per ſuum genus, & ſuam differentiam ſine correlatiuo. G H

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, q totum eſſe partium ſubſtantiæ nõ eſt ad aliud, ut intelligitur in hac definitione,licet ultra ſuum eſſe ſubſtantiale important quendam reſpectum ad operationes totius,a quo reſpectu capiunt nomina propria partium, & ideo ipſis non conuenit hæc definitio. Ad ſecundum dicitur,q licet totum eſſe cuiuslibet accidentis ſit dependentia ad ſubiectum,tamen illud eſſe non ſe habet ad aliud tanquam ad tertium cum quo dicitur ad conuertentiam,niſi in ueris relatiuis,quod tamen intelligitur in hac definitione per illam particulam quodãmodo. Ad tertium dicitur, q licet relatiuum habeat eſſe ſeparatum a ſuo correlatiuo,tamen illud eſſe nõ eſt abſolutum, ſed reſpectiuum

A num in ordine ad ſuum correlatiuum, ideo habet cognoſci & definiri per ipſum. Ad quartum dicitur, ꝙ licet in abſolutis loco nominis liceat ponere definitionem, non tamen in reſpectiuis, ideo in definitione relatiui loco correlatiui non poteſt poni ſua definitio. cuius ratio eſt, quia defitio correlatiui explicat ipſum ut eſt dependens ad relatiuum, & ipſum ponitur in definitione relatiui tañ quàm terminus dependentiæ ſui relatiui. ideo definitio non explicat ipſum eo modo, quæ ponitur in definitione alterius. Ad quintum dicitur, ꝙ licet relatiuũ habeat differentiam, tamen illa differentia non eſt abſoluta, ſed reſpectiua, & dependens ad terminum extrinſecum, ideo per ipſum non poſſet perfecte cognoſci, neque notificari relatiuum niſi apponeretur terminus dependentiæ.

In abſolutis, loco nominis definitio ponitur rô.

De Qualitate quid ſit, & eius ſpeciebus.

B QValitas eſt, ſecundum quam quales eſſe dicimur, ut ſecundum albedinem dicimur albi, & ſecundum colorem colorati, & ſecundum iuſtitiam iuſti, Qualitatis autem quatuor ſunt ſpecies.

Poſtꝙ ſuperius Auctor determinauit de tertio prædicamento quod eſt ad aliquid, hic conſequenter determinat de quarto.ſ. de Qualitate, ipſam primo ſic definiens. Qualitas eſt, ſecundum quam quales eſſe dicimur, ut ſecundum albedinem dicimur albi. In qua definitione ſubintelligitur forma accidentalis, quæ ſe habet ut genus definiti, quæ aliquo modo datur intelligi per illud relatiuum quam. deinde ponitur, ſecundum, quam quales eſſe dicimur, ad differentiam, omnium aliorum prædicamentorum. quia nullum eorum prædicatur in quale ſimpliciter, ut faciliter probaretur inductiue, ſubſtantia enim prædicatur in quid quantitas in quantum, uel in quotum. & cætera. prædicamenta prædicantur in C hoc quod eſt habere ad aliud, cũ ſint reſpectiua. ideo ſola qualitas denominat primam ſubſtantiam ſimpliciter qualem, & in hac definitione hæc propoſitio, ſecundum dicit circunſtantiam cauſæ formalis.

Qualitas quid nam ſit.

Primo ſciendum, ꝙ in hac definitione ponitur dicimur, & non dicuntur ſecundum Albertum, non ad denotandum, ꝙ ſoli homini conueniat qualitas, ſed ad denotandũ, ꝙ hõ eſt ſuſceptiuus plurium qualitatũ q̃ quæcunq; alia ſubſtantia. hõ. n. eſt compoſitus tam ex ſubſtantia materia.i q̃ ſpirituali ſimul. ideo ſibi conueniunt qualitates rerum corporalium, & etiam ſpiritualium. Sed ſubſtantiæ ſpirituales ſolum recipiunt qualitates ſpirituales. Subſtantiæ uero corporales aliæ ab homine ſolum ſuſcipiunt qualitates corporales, & non ſpirituales. ideo homo cæteris ſubſtantijs eſt plurium qualitatum magis ſuſceptiuus. Sed tamen poſſet dici facilius, ꝙ, cũ in hac definitione ponitur dicimur, non intelligitur ſolum nos homines dicimur, ſed intelligitur, nos ſubſtantiæ dicimur, & non D refertur ad hominem tantum, ſed ad ſubſtantiam in communi, & per hoc ſoluũtur plura argumenta.

Secundo ſciendum, ꝙ omnis forma accidentali habet determinare primam ſubſtantiã ſecundum eſſe, quod ipſa dat primæ ſubſtantiæ. &, quia qualitas dat ſubſtantiæ eſſe quale, iõ habet denominare primam ſubſtantiam qualem, & per illũ modum denominandi, per quem diuiditur ab omnibus alijs accidentibus, hic definitur. & licet quale conſequatur qualitatem, ut effectus eius formalis, & ſit poſterius ſecundum naturam ipſa qualitate, tamen ſecundum ordinem noſtræ cognitionis, & quo ad nos quale eſt prius quàm qualitas, quia per ipſum cognoſcimus qualitatem ideo nobis conuenienter notificatur qualitas per quale. & licet inferius quale per qualitatem definiatur, tamen hoc eſt a priori ſimpliciter

ter & a poſteriori quo ad nos.non enim eſt inconueniens idem ſecundum diuer E
ſas conſyderationes eſſe notius,& ignotius, prius & poſterius alio.

Quatuor ſunt ſpēs qualitatis,

Tertio ſciendum,ꝙ qualitatis ponuntur quatuor ſpecies, quarum prima, eſt
habitus & diſpoſitio,ſecunda, naturalis potentia, uel impotentia, tertia, paſsio
& paſsibili qualitas, quarta, forma,& circa hoc aliquid cōſtans figura. quarū ſic
habetur ſufficientia. quia omnis qualitas qualificat ſubſtantiam. uel ergo ſe te
net ex parte materiæ, & ſic eſt forma, & circa hoc aliquid conſtans figura, quæ
qualificat ſubſtantiam ſecundū quantitatem, & materia eius licet effectiue oria
tur a forma ſubſtantiali. ſe tenet ex parte formæ, & hoc eſt dupliciter. uel
qualificat ſubſtantiā immediate, uel mediantibus naturalibus potentijs. ſi ſecū
dum,ſic eſt habitus & diſpoſitio, quæ primo determinat & diſponit potentiam,
& ex conſequenti ſubiectū eius, ſi immediate qualificat ſubſtantiam, hoc eſt du
pliciter. uel eſt principium operandi determinatum uel indeterminatum. ſi pri
mū,ſic eſt paſsio, & paſsibilis qualitas, ſi ſecundum, ſic eſt naturalis potentia F
uel impotentia.potentia.n.de ſe indeterminata eſt quantum ad modum operan
di,ſed determinatur per ſuos habitus.

Quarto ſciendum,ꝙ diuiſio qualitatis eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies. quia
qualitas eſſentialiter, & uniuoce de ipſis prædicatur. Et dupliciter poteſt fieri
diuiſio generis in ſuas ſpecies uno mō per ſpēs immediatas, & tūc ſolū per duas
ſpēs, eo ꝙ fit per duas dr̄ias formaliter oppoſitas, quæ ſolum ſunt duæ ſub uno
genere, & ſolū duas ſpēs propinquas ſub eo cōſtituunt. Alio modo poteſt fieri
diuiſio generis per ſpecies remotas eius.& hoc qn̄ ſpecies propinquæ ſunt nobis
ignotæ,& tunc non oportet diuiſionem generis fieri per duas ſpecies tantum,ſed
poteſt fieri per quatuor uel plures ſecundum exigentiam multitudinis caſū. &
hoc modo fit hæc diuiſio qualitatis. ideo i ea bene ponuntur quatuor ſpecies.
& per hoc patet diuiſio & definitio qualitatis.

Argumēta

Contra prædicta arguitur primo ſic. Differentia ſubſtantialis, ut puta ratio G
nalis,non eſt qualitas,& tñ ſecundū ipſam dicimur quales,ergo iſta definitio non
conuenit ſoli qualitati. Secundo ſic. Oē accidens prædicatur in quale,cū nō præ
dicetur in quid,ergo ſecundū quodlibet accidens dicimur quales.ergo iſta defini
tio conuenit alijs a qualitatibus. Tertio ſic. Hinnibilitas eſt qualitas,& tñ ſcdm
ipſam non dicimur eſſe quales, ut ſecūdum albedinē, ergo iſta definitio nō cōue
nit omni qualitati.Quarto ſic. Hæc diuiſio qualitatis in quatuor ſpecies fit ſecū
dum diuerſos modo eſſendi qualitatis in ſubſtantia,ſed iſti modi eſſendi ſunt ac
cidentales,& accidūt qualitati, ergo diuiſio iſta eſt diuiſio ſubiecti in accidētia,
& non diuiſio generis in ſuas ſpecies.Quinto ſic.Habitus eſt unum prædicamen
tum a qualitate diſtinctum, ergo male ponitur prima ſpecies qualitatis.

Solutiōēs.

Ad argumenta.Ad primum dicitur,ꝙ licet dr̄ia ſubſtātialis prædicetur in qua
le eſſentiale,quod eſt quale quid,nō tñ prædicatur in quale ſimpliciter,quod ſo
lum dicit qualitatem ſubſtātiæ accidentalē,ut capit in hac definitione nec eſt ēt H
talis dr̄ia forma accidentalis,quod tñ in illa definitione ſubintelligitur. Ad ſecū
dum dr̄,ꝙ ſi capiatur quale generaliter pro quocunque eſſe accidentali,ſic omne
accidēs prædicatur in quale.ſed,ſi capiatur ſpecialiter pro eſſe accidentali,quod
conſequitur ſubſtantiam gratia formæ, & non habet aliū modum ſpālem deno
minandi ſubſtantiā q̄ in quale,ſicut habent cætera accidētia,ſic prædicari in qua
le ſoli qualitati conuenit, & hoc modo ſumitur in præſenti definitione. Ad ter
tiū dicitur,quod licet per hinnibilitatem equi,nos in ſpeciei nō dicamur quales,
tamen nos in genere ſ.nos ſubſtantiæ denominamur quales. Ad quartum dici
tur,quod licet iſti diuerſi modi eſſendi ſpecierū qualitatis in ſubiecto ſint accidē
tales qualitatis ſecundum modū,tamen nō ſunt ſibi accidētia ſecundū rē,ſed ma

A giſſunt modi eſſentiales illarum ſpécierum. ideo iſta non eſt diuiſio ſubiecti in accidentia. Ad quintum dicitur, quòd ſi capiatur habitus, ut eſt corporum, & eorum, quæ circa corpus ſunt adiacentia, eſt prædicamentum a qualitate diſtinctum, ſed ſi capiatur pro qualitate, quæ diſponit potentiam ad operationem, ut in præſenti ſumitur, ſic non eſt unum prædicamentum, ſed eſt prima ſpecies qualitatis.

Prima qualitatis ſpecies Habitus, & Diſpoſitio, & eorum ab inuicem differentia.

Prima eſt habitus, & diſpoſitio, Differt autem habitus a diſpoſitione, quia habitus eſt permanentior & diuturnior, ut ſunt uirtutes, & ſcientiæ, Scientia enim difficile eſt mobilis, niſi forte grandis fiat per B mutatio, uel ab ægritudine uel ab aliquo huiuſmodi circa ſcientem, uel habentem uirtutes. iuſtitia enim uel caſtitas non cito uel de facili permutantur. Diſpoſitiones autem dicimus, quæ de facili permutantur, ut calor, frigiditas, ægritudo, ſanitas & conſimilia, tamen habitus poſſunt dici diſpoſitiones, ſed non econuerſo. Illi enim, qui habitum habent quodammodo diſpoſiti ſunt, uel melius uel peius ad ea, quæ habent, Diſpoſitiones autem non ſunt habitus. unde habitus ſic poteſt definiri. Habitus eſt qualitas difficile mobilis, diſpoſitio uero eſt qualitas facile mobilis.

Poſtq̃ Auctor præmiſit definitionem, & diuiſionem qualitatis, hic conſequenter C determinat de ſpeciebus eius, quarum prima eſt habitus, & diſpoſitio. Cuius ratio eſt, quia habitus, & diſpoſitio conueniunt iam ſubſtantiis ſpiritualibus, quam corporalibus, & paſsio & paſſibilis qualitas, quæ eſt tertia ſpecies qualitatis, & forma & figura, quæ ponuntur quarta ſpecies qualitatis ſolum conueniũt ſubſtantiis corporalibus, ideo habitus, & diſpoſitio conuenienter præcedũnt illas duas ſpecies. Item, habitus qualificat & determinat naturales potentias ad operationem. & ideo perfectius habet rationem qualitatis quam naturalis potentia uel impotentia. ideo conuenienter præcedit naturalem potentiam, uel impotentiam, quæ ponitur ſecunda ſpecies qualitatis. Cur habitus ac diſpõ ptimæ.

Primo ſciendum, q̀ habitus tripliciter accipitur. uno modo ut opponitur priuationi, ſicut uiſus opponitur cæcitati, & ſic q̃libet forma habens priuationẽ ſibi oppoſitã, ſiue ſit eſſentialis, ſiue accidentalis, dicitur habitus. alio modo accipitur ut eſt corporũ, & eorum, quæ circa corpus ſunt adiacentia, & ſic eſt unum D p̃dicamentum ab aliis diſtinctum. & iſtis duobus modis nõ capitur hic habitus. tertio modo prout eſt qualitas perfecte diſpoſitiua ſui ſubiecti ad operationem, ſicut ſcientia diſponit intellectum hõis, & ex conſequenti ipſum hominem ad cognoſcendum ea, de quibus eſt ſcientia. & quia perfecte diſponit ſuum ſubiectũ ad operationem. ideo dicit Auer. quòd habitus eſt quo quis operatur quando uult. & iſto tertio modo ſumitur hic habitus, & eſt prima ſpecies qualitatis. Qui nã habitus dicãtur qualitatis ſpẽs.

Secundo ſciendũ, quòd diſpoſitio dupliciter accipitur. uno modo generaliter pro quacunq; qualitate, q̃ diſponit potentiã ſui ſubiecti ad operationem, ſiue perfecte ſiue imperfecte, & hoc modo diſpoſitio ſub ſe tenet habitum & diſpoſitionem proprie ſumptam, & hoc modo accipitur in textu cum dicitur, quòd omnis habitus eſt diſpoſitio & nõ econtra, & ſic capit̃ a Tullio cũ dr̃, q̀ habitus Vide primo & x. Ethico, & in pleriſq; aliis locis.

eſt diſpoſitio pfcti ad optimum, & ab Ariſt.cũ dicit, quod uirtus eſt diſpõ ad felicitatem Secũdo mõ capit̃ propr ie ſolũ pro qualitate, quæ imperfecte diſpo nit potentiam ad operandũ, ꝙ illo mõ diſtinguitur contra habitum ſicut imperfectum contra perfectum, & ſic capit̃ cũ dicit̃, quod habitus & diſpõ ſunt prima ſpecies qualitatis, & cum dicitur, quòd habitus differt a diſpoſitione. unde nomen diſpoſitionis de ſe eſt commune nomen ad habitum, & diſpoſitionem proprie captam, ſed quia alteri eorum eſt proprium nomen impoſitum ſcilicet habitui, ideo alteri quodammodo appropriatur nomen diſpoſitionis. E

Tertio ſciendum, quòd habitus, & diſpoſitio proprie capta inter ſe conueniunt, & differunt. unde conueniunt in hoc quod dicunt eandem formam ſecundum eſſentiam, & utrũq; diſponit naturalem potẽtiam ſui ſubiecti ad operationem. ſed differunt in hoc, quòd habitus dicit illam formam ſecundũ eſſe perfectum, & radicatum in ſubiecto, & perfecte diſponit ſubiectum ad operandum. ideo habitus dicitur eſſe diuturnior & permanentior diſpoſitione & d cit̃ qualitas de difficili mobilis, eo ꝙ tale eſſe perfectum & radicatum eſt in ſubiecto, & difficile eſt mobile a ſubiecto. ſed diſpoſitio dicit eandem formam ſub eſſe imperfecto, & imperfecte diſponit ſubiectum ad operandum, ideo definitur ꝙ eſt qualitas de facili mobilis a ſubiecto. Ex quo patet, ꝙ habitus & diſpoſitio dicũt unam & eandem formam differentem ſecundum eſſe perfectum & imperfectũ, & quia perfectum & imperfectum ſecundum eſſe non uariant ſpeciẽ, ideo conuenienter ponuntur una ſpecies, & copulantur coniunctione copulatiua quia perfectum, & imperfectum ſunt diuerſi modi eſſendi, quos dicunt habitus & diſpoſitio ideo conuenienter denominatur duobus nominibus, & melius quã uno ſolo nomine, ſicut Antiqui, qui hanc ſpeciem nominauerunt applicationem. F

Quarto ſciendum, ꝙ ſub hac ſpecie qualitatis generaliter ponuntur qualitates diſponentes ſubiectum ad operandum mediante potentia. ut ſunt omnes habitus, unde ipſorum habituum quidã ſunt corporales, ut ſanitas, robur, elegantia, agilitas, & ſic de aliis. Alii uero ſunt ſpirituales, & illorum, aliqui ſunt morales, qui diſponunt appetitum ſenſitiuum, uel intellectiuum ut ſunt iuſtitia, tẽperantia, & fortitudo, & ſic de aliis uirtutibus moralibus, & ſimiliter de uitiis oppoſitis. alii ſunt intellectuales, qui diſponunt intellectum ad prompte, & faciliter cognoſcendum intelligibilia, ut ſunt ſapientia, ſcientia, intellectus, prudentia, & ars. & iſtorum habituum, aliqui ſunt naturaliter acquiſiti, ut ſcientia ab homine acquiritur per ſtudium, alii ſunt infuſi, ut fides, ſpes, charitas, alii autem concreati, ut ſpecies uel rationes rerum in mentibus Angelorum. & ſic patet quæ ſit prima ſpecies qualitatis, & quæ qualitates ſub ipſa ponuntur. G

Argumen. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Diuerſa nomina important diuerſas formas, cum nomen imponatur a forma, ſed habitus, & diſpoſitio ſunt diuerſa nomina, ergo dicunt diuerſas formas, & non ſunt una ſpecies qualitatis. Secundo ſic. Quæcunque dicunt eandẽ ſpẽm, important eundẽ modum eſſendi, cum unius ſpeciei ſit unus modus eẽndi, ſed habitus, & diſpoſitio non dicunt eundem modum eſſendi, ſed diuerſos, ergo male ponitur una ſpecies qualitatis. Tertio ſic. Nullum ens in anima reponitur in prædicamento, ſed ſolum ens extra animã, ſed ſciẽtia eſt ens in aĩa tñ, ergo male ponit̃ hic ſub prima ſpecie qualitatis. Quarto ſic. Riſibile eſt qualitas de difficili mobilis, & tamen non eſt habitus, ergo definitio habitus conuenit aliis a definito. Quinto ſic. Naturalis inclinatio intellectus ad ſcientiam eſt diſpoſitio, & tñ non eſt de facili mobilis a ſuo ſubiecto, ergo male dicit̃, quòd diſpõ eſt qualitas de facili mobilis a ſuo ſubiecto. H

Solutio. Ad argumenta. Ad primũ dicitur, quòd diuerſa nomina nõ ſemper dicunt diuerſas formas, ſed quandoque dicunt diuerſos modos eiuſdem formæ. & ſic eſt in pro-

A in propoſito.& licet capiendo formam generaliter pro omni illo, quod habet modum formæ, & determinantis aliud, omne nomen imponatur a forma non tamen capiendo formam ſpecialiter ſolum pro forma reali.

Ad ſecundum dicitur, quòd licet habitus & diſpõ dicant diuerſos modos eſſendi accidentales unius formæ tñ bene dicunt unum modum eſſendi eſſentiale, qui eſt diſponere potentiam ſui ſubiecti ad operationem. Ad tertium dr̃, quòd licet ſcientia ſit ens in anima ut in ſubiecto, non tamen eſt ens ſolum in anima ut in cognoſcente, ſic quòd ſolum habeat eſſe in apprehenſione animæ, & iſto modo capit ens in anima, cum diſtinguitur contra ens reale. unde ſcientia, quia non eſt ſolum in apprehenſione, quantum ad tale eſſe poteſt dici ens extra animã, quia habet aliud eſſe q̃ in tali apprehenſione animę. Ad quartum dicitur, quòd in definitione habitus præſupponitur quòd ſit qualitas acquiſita diſponẽs potentiam ad operationem, & hoc non conuenit riſibili. ideo ſibi non conuenit illa defini-

B tio. Ad quintum dicitur, ꝙ licet naturalis inclinatio intellectus ad ſcientiam ſit quædam diſpoſitio paſſiua quodammodo ſubiectiua, non tamen eſt diſpoſitio formalis, de qua diſpoſitione eſt hic ſolum ad propoſitum.

De naturali Potentia uel impotentia ſecunda qualitatis ſpecie.

Secunda ſpecies qualitatis eſt, naturalis potentia, uel impotentia aliquid facile faciendi, uel patiendi, ut ſanatiuus dicitur, eo ꝙ habeat naturalem potentiam ut nihil a quibuslibet accidentibus, ægritudinem inferentibus, patiatur. Aegrotatiuus uero, eò ꝙ habet naturalem impotentiam aliquid faciendi. durum enim dicitur habere naturalem potentiam reſiſtendi ſectioni, & molle naturalem impotentiam,

C quia cito ſecatur. Curſores uero, & pugillatores dicuntur ſimiliter, de hac ſpecie, non ꝙ exerceant actus ſuos, ſed quia habent naturalem, potentiam hoc faciendi.

Poſtq̃ Auctor determinauit de prima ſpecie qualitatis, hic conſequenter determinat de ſecunda. ſ. de naturali potentia, uel impotentia, quæ conuenienter ordinatur poſt primam ſpeciem, quia licet uia gñationis naturalis potentia precedat habitum & diſpoſitionem, eo ꝙ habitus qualificat, & perficit naturalem potentiam, & ineſt ſubſtantiæ mediante naturali potentia, ſicut ſcientia qualificat intellectum, & ineſt homini mediante intellectu. tamen uia perfectionis habitus præcedit naturalem potentiam, quia habitus eſt perfectior naturali potentia, & perfectius diſponit, & qualificat ſubſtantiam ad operationem. unde habitus eſt prior naturali potentia, ideo hæc ſpecies bene ſequitur primam, & etiam

D pręcedit duas ultimas, quia illæ ſolum conueniunt ſubſtantiis corporeis, hæc autem conuenit tam corporalibus quàm ſpiritualibus, ideo conuenienter ordinatur ſecundo.

Primo ſciendum, ꝙ naturalis potentia eſt ſubſtantiæ proprietas, qua eſt naturaliter potens ad aliquid faciliter operandum, & reſiſtendum contrariis, ſicut ſanatiuum eſt proprietas ſubſtantiæ, qua ſanus eſt naturaliter potens ad faciliter ſuas operationes exercendum, & ẽt per hoc põt reſiſtere contrariis, & nociuis. & & dicitur talis qualitas naturalis, eo quòd conſequitur principia naturalia. ſ. materiam & formam, & dicitur potentia, eo quòd eſt uigor, & ualor formę ſupra materiam ad exercendum ſuas operationes naturales. Sed econtra naturalis impotentia eſt proprietas ſubſtantiæ, qua ipſa eſt impotens ad faciliter operandum,

Quid ſi naturaliſt potentia, uel impotentia.

& contrariis reſiſtendum.ſicut ęgrotatiuum dicit qualitatem,qua homo eſt impotens ad operandum,& per ipſam etiam faciliter læditur a contrariis,& dicitur talis qualitas naturalis,non ꝙ cauſetur a natura rei,ſed quia ſe tenet circa principia naturalia ipſius rei,& dicitur impotentia,eo ꝙ eſt uigor,& ualor materiæ ſupra formam inordine ad operationes naturales eius. B

Naturalis potentiæ, uel impotentię origo.

Secundo ſciendũ, ꝙ naturalis potentia in ſubſtantia cauſatur ex uictoria formę ſupra materiam.& eſt talis uictoria uel dñium , quando materia eſt totaliter diſpoſita ſecundũ exigentiam formę,ſic,ꝙ nõ habet diſpõnes contrarias impediẽtes proprias operationes ipſius formæ,ſed forma poteſt faciliter,& libere exercere in tali materia ſuas operationes.Sed contra naturalis impotentia prouenit ex uictoria,uel dominio materiæ ſupra formam,quæ eſt, quando materia habet diſpoſitiones contrarias diſpoſitionibus requiſitis ad ipſam formam, per quas ipſa forma impeditur ad faciliter operandum,uel reſiſtendum contrariis.

Tertio ſciendum,ꝙ naturalis potentia,& impotentia cõſyderantur dupliciter . F vno modo inquantum conueniunt in uno genere ſuperiori , & ipſum circumloquuntur,eo ꝙ tale genus eſt nobis ignotum,& iſto modo faciunt unam ſpeciem qualitatis non ſpecialiſsimam,ſed ſubalternam.alio modo conſyderantur ſecundum proprias eſſentias comparando ipſas inter ſe, & hoc modo ſunt diuerſæ ſpecies abinuicem diſtinctæ . quia ſpecifice differunt,& propter hoc coniunguntur coniunctione diſiunctiua,quæ diſiungit ſignificata terminorum propter hoc etiã conuenientius nominantur diuerſis nominibus ad explicandum hanc diuerſitatem quàm nominarentur uno ſolo nomine,ſicut fecerunt Antiqui,qui hanc ſpeciem appellauerunt aptitudinem . hic tamen ponuntur iſta duo nomina loco ſui generis proximi,quod circumloquuntur,& cum hoc per iſta diuerſa nomina explicatur diuerſitas iſtarum ſpecierum.

De oĩbus his uide ſecũdo de Ant. & ibi Doct.

Quarto ſciendum,ꝙ ſub hac ſpecie qualitatis generaliter reponuntur omnes aptitudines,uel inclinationes, quibus ſubſtantia producta naturaliter inclinatur G ad aliquid operandum,uel etiam ad reſiſtendum contrariis ſuis,& omnes qualitates,quibns naturaliter impeditur a ſuis operationibus , & ideo ſub hac ſpecie reponuntur omnes potentiæ animę uegetatiuę,quæ ſunt nutritiuum,augmentatiuum,& generatiuum,& potentia animæ ſenſitiuæ , ut ſunt quinq; ſenſus exteriores,& quinq; ſenſus interiores.ſ.ſenſus communis,imaginatiua , extimatiua, fantaſia,& memoria,& potentia motiua,& appetitiua eius,& etiam potentiæ animæ intellectiuæ,ut ratio,intellectus , & uoluntas.Hic etiam reponuntur aliquæ inclinationes naturales,quę nominantur nominibus uirtutnm,uel habitunm,eo quòd inclinat ad ſimiles operationes,ſicut ipſi habitus,ut aliqui dicũtur naturaliter iuſti,& naturaliter liberaler,quia habent naturalem inclinationem ad opera iuſtitiæ uel liberalitatis,& ſic iuſtitia,& liberalitas,& ſimiliter de aliis nominibus habituum poſſunt poni æquiuoce in prima ſpecie qualitatis , & etiam in ſecunda,& ſic patet quæ ſit ſecunda ſpecies qualitatis , & quæ qualitates ſub ipſa ponantur. H

Argumen.

Contra prædicta arguitur primo ſic.Potentia materiæ ad formam eſt naturalis potentia,tamen non eſt qualitas.ergo male dicitur,quòd naturales potentia eſt ſpecies qualitatis.

Secundo ſic.Nullum ens reſpectiuum eſt qnalitas,cum qualitas ſit ens abſolutum,ſed naturalis potentia eſt ens reſpectiuum , quia potentia ſemper reſpicit actum ergo non eſt ſpecies qualitatis.Tertio ſic.Nulla priuatio eſt ſpecies qualitatis,ſed naturalis impotentia dicit priuationem naturalis potentiæ , ergo naturalis impotentia non eſt ſpecies qualitatis.

Quarto ſic.Omnis potentia eſt præter naturam,uel contra naturã . ergo nulla

A impotentia eſt naturalis,ergo naturalis impotentia non eſt una ſpecies qualitatis. Quinto ſic. Naturalis potentia & naturalis impotentia eſſentialiter differũt, ergo ſunt diuerſæ ſpecies.ergo male ponuntur una ſpecies qualitatis.

Ad arguméta. Ad primũ iſtorum dr̃, ꝙ licet potentia materiæ ad formam ſit quædam naturalis potentia ad eſſe,tñ nõ eſt potentia ad operandũ,q̃ conſequitur totum cõpoſitũ ſubſtantiale.& de tali potentia ad operandũ ſolũ hic intelligitur. Ad ſecundum dr̃,ꝙ licet naturalis potentia, quantum ad proprietatem nominis potentiæ,dicat reſpectum ad actum,& ratione eius dicatur relatiuũ ſecundũ dicit tamen quantum ad id,qđ eſt,eſt ens abſolutũ, & eſt quædã qualitas diſponens ſubiectũ ad operandum. Ad tertiũ dicitur,ꝙ licet naturalis impedẽtia quantũ ad rõnem impoſitio nominis dicat priuationẽ naturalis potẽtiæ. tñ quãtũ ad rẽ ſignatam & quantũ ad id,quod eſt,dicit unã qualitatem poſitiuam,quę contrariatur naturali potentiæ. Ad quartũ dr̃,ꝙ licet impotentia ſit aliquo modo innaturalis uel contra naturã,eo ꝙ impedit operationis proprias ipſius naturæ,tamẽ bñ dr̃ naturalis,eo ſe ꝙ ſe tenet circa principia naturalia rei,& reſpicit, operationes naturæ.& hoc modo hic naturalis impotentia ſumitur.quia non dicitur naturalis, eo ꝙ cauſetur a natura rei,uel ẽt confortat ad naturam rei.ſed propter cauſam dictam. Ad quintũ dr̃,ꝙ licet naturalis impotentia, & potentia ſint inter ſe diuerſæ ſpecies, ſecundũ ꝙ ad ſe inuicẽ cõparantur, tñ,ut circũloquuntur ſuum ſuperius bene ponuntur una ſpecies qualitatis,ut prius dictũ eſt. Solutio.

B

De Paßione,ac Paßibili qualitate,tertia qualitatis ſpecie.

Tertia ſpẽs qualitatis, eſt paſsio & paſsibilis qualitas, ut illæ qualitates,quæ in ſenſibus efficiunt paſsiones, ut in guſtu dulcedo,& amaritudo,& conſimilia.& etiam illæ qualitates ſunt in hac ſpecie,quæ ab
C aliquibus paſsionibus generãtur facile,uel difficile mobilibus, & permanentibus.ſiue enim nigredo ab aliqua paſsione naturali generetur, ſiue ab ægritudine, ſiue ab æſtu,qualitas paſsibilis dicitur.

Poſtquàm Auctor determinauit de ſecũda ſpẽ qualitatis, hic cõſequenter determinat de tertia,quæ eſt paſsio, & poſsibilis qualitas.quæ ſpẽs conuenienter ponitur tertia,qa ſequitur primã,& ſecundã pp cauſas dictas. E ponitur immediate poſt ſecundã,& ante quartam,eo ꝙ in ſecũda ponuntur naturales uirtutes animæ,in hac aũt ſpecie reponuntur illæ qualitates, q̃ ſunt obiecta potentiarũ animæ.& quia obiecta cognoſcunť per potentias a poſteriori,& potentia p obiecta a priori,ideo cõuenienter poſt naturalẽ potẽtiam, & impotentiã immediate determinatur de paſsione,& paſsibili qualitate,antequàm ponať quarta ſpecies qualitatis. & licet obiecta quantũ ad actum potentiarum quodammodo præcedant potentias ſicut actiuum præcedit paſsiuum,tamen quantum ad hoc, quod eſt denominare ſubſtantiam qualem,naturales potentiæ,quæ fluunt a naturalibus principijs ſubſtantiæ,& denominant eam intrinſece, priores ſunt ſuis obiectis, quæ denominant eam extrinſece,eo quòd cauſatur in ſubiecto per aliquod extrinſecum,ideo non oportuit ponere iſtam ſpeciem ante ſecundam. Vide. 2. de Ani. t. c. 55 & inde.

D

Primo ſciendũ,ꝙ paſsio,& paſsibilis qualitas inter ſe conueniunt, & differũt. unde cõueniunt in hoc,ꝙ utrũque dicit eandem qualitatẽ,q̃ infertur a paſsione, uel infert paſsionem. Sed differũt primo,qa paſsio dicit illam qualitatẽ ſub eſſe imperfecto,& nõ pmanente in ſubiecto,ſicut rubedo ex uerecũdia proueniens,ſed paſsibilis qualitas dicit illã qualitatem ſecundum eſſe perfectũ, & fortiter radicatũ,& permanens in ſubiecto,ſicut eſt rubedo,quæ prouenit a natura. Differũt

ſecundo, quia paſsio non denominat ſubſtantiam ſimpliciter qualem, ſed magis denominat ſubiectum eſſe paſſum. ratione cuius dicitur paſsio, ſicut rubedo cauſata ex uerecundia non denominant ſubiectum rubeum ſimpliciter, ſed denominat ipſum paſſum eſſe. ſed paſsibilis qualitas denominat ſuum ſubiectum quale ſimpliciter, eo quòd habet in ſubiecto eſſe perfectum, & hæc differentia prouenit ex præcedenti. E

Paſsionis & paſsibilis qualitatis ratio. Secundo ſciendum, ꝙ paſsio, ut hic ſumitur, eſt qualitas cito trãſiens inferens paſsionem, uel illata a paſsione, ſicut rubedo infertur ex paſsione uerecundiæ, uel palliditas ex paſsione timoris. & dicitur paſsio, quia cauſatur a paſsione, uel quia cauſat paſsionem in ſuo ſubiecto, & etiam quia denominat ſuum ſubiectũ fuiſſe paſſum per modum paſsionis, & habet ſimilem modum eſſendi cum paſsio ne. ſ. eſſe cito tranſiens, & non radicatũ in ſubiecto, ſed paſsibilis qualitas eſt qualitas inferens paſsionem, uel illata a paſsione permanens in ſuo ſubiecto, ſicut eſt albedo, & rubedo naturalis, & aliæ qualitates, quę ſenſibus inferũt paſsiones, & nõ dr̃ paſsibilis qualitas, eo ꝙ aliquid patiatur tanq̃ ſubiectum paſsionis, ſed quia infertur aliqua paſsione, uel quia infert paſsionem ſenſibus, ideo coniungitur paſsioni, uel ut cauſa, uel ut effectus eius. ratione cuius dicitur paſsibilis qualitas. F

Paſsio, & paſsibilis qualitas unam ſpẽm dicunt. Tertio ſciendum, ꝙ paſsio & paſsibili qualitas ſemper dicunt eandem ſpeciem qualitatis, cum importent eandem qualitatem ſecundum eſſentiam ſpeciei, ſicut eſt eadem eſſentia rubedinis, quę primo habet eſſe imperfectum in ſubiecto, & eſt paſsio, & poſtea habet eſſe perfectum, & dicitur paſsibilis qualitas, & propter hoc iſta copulantur per coniunctionem copulatiuam. ſed, quia importãt illã formam ſub diuerſis modis eſſendi, qui modi per idem nomen ſufficienter explicari non poſſunt, ideo noĩantur diuerſis nominibus, & melius q̃ uno ſolo noĩe, ſicut Antiqui noĩauerunt hanc ſpeciem noĩe caſus, eo ꝙ qualitas huius ſpeciei cauſatur in ſubiecto ab aliquo extrinſeco per modum illius, quod a caſu producitur.

Quæ qualitates ſub hac collocẽt ſpecie. Quarto ſciendum, ꝙ ſub hac ſpecie reponuntur omnes qualitates ſenſibiles generaliter, quarum aliquæ pertinent ad corpus, quædam uero ad animam. Ad corpus pertinent omnes, quæ ſunt obiecta quinq; ſenſuum exteriorum, ut color, ſonus, odor, ſapor, calidum, frigidum, humidum, ſiccum, graue, leue, & aliæ qualitates tangibiles. quia omnes iſtæ qualitates inferunt ſenſibus paſsiones. Et pertinentes ad animam ſunt, ira, gaudium, timor, & ſic de aliis, quæ cauſantur in appetitu ex aliqua paſsione. In hac etiam ſpecie reponuntur aliquę qualitates occultę, quæ inferunt paſsiones corpori, & omnes influentiæ cœleſtes, & etiam occultæ uirtutes herbarum, uel aliquorum lapidum, ſicut eſt uirtus magnetis, quæ attrahit ferrum, uel qualitas ueneni, quæ inficit homines, & per hoc patet de tertia ſpecie qualitatis, & quæ ſint qualitates ſub eo contentæ. G

Argumen. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Paſsio eſt unum prædicamentum diſtinctum a qualitate, ergo non eſt una ſpecies qualitatis. Secũdo ſic. Omnis qualitas de prima ſubſtantia prædicatur in quale, ſed paſsio non denominat ſubſtantiam qualem, ut prius dictum eſt, ergo paſsio male ponitur una ſpecies qualitatis. Tertio ſic. Omne paſsibile eſt aptum natum aliquid pati, ſed nulla qualitas eſt apta nata aliquid pati, cum nulla qualitas poſsit eſſe ſubiectum paſsionis. ergo nulla qualitas eſt paſsibilis. & ſic paſsibilis qualitas non ponitur ſub hac ſpecie qualitatis. Quarto ſic. Quæcunq; dicunt eãdem eſſentiam ſunt in æquali gradu perfectionis, ſed paſsio & paſsibilis qualitas non ſunt æqualis perfectionis, ergo non dicunt unam ſpeciem qualitatis. Quinto ſic. Albedo, & nigredo ſunt qualitates paſsibiles, & tamen non inferunt paſsionem ſenſibus, utpura uiſui, quia non tangunt ipſum uiſum. ergo non agunt in ipſum, nec poſſunt in eo cauſare paſsionem. ergo male dicitur, ꝙ paſsibile qualitates inferunt ſenſibus paſsiones. H

Ad

A Ad argumenta. Ad primum dr̃, ꝗ paſsio ut eſt effectu illatioq; actionis bene Solutio.
eſt prædicamentum diſtinctum a qualitate, & ſic non eſt ſpecies qualitatis. ſed tamen paſsio, quæ eſt ſenſibilis qualitas, habens eſſe imperfectum, & cito tranſiens non eſt prædicamentũ, ſed una ſpẽs qualitatis. Ad ſecundum dicitur, ꝗ licet qualitas ſecundũ eſſentiam, & eſſe perfectum ſimul, quæ dr̃ qualitas, denominet ſubſtantiã, qualem, nõ tamen qualitas q̃ ſolum habet eſſentiã qualitatis, & eſſe imperfectum, ſed ſolum denominat ſecundum quid eo modo quo habet eſſe in ſubſtantia, & ſic eſt de paſsione, ut dictum eſt. Ad tertium dicitur, ꝗ uno mõ aliquid dicitur paſſibile tanq̃ ſubiectum paſſionis, & tale eſt aptũ natũ aliqd pati ſed alio mõ aliquid dicitur paſsibile a cauſa, uel effectu eius, qa cauſat paſſionem, uel cauſatur a paſsione, & paſſibile hoc mõ non eſt aptũ natũ aliquid pati, & ſolum hoc mõ dicit̃ aliqua qualitas paſſibilis. Ad quartum dicitur, ꝗ licet paſſio & paſsibilis qualitas non ſint æqualis perfectionis quantũ ad modũ eſſen
B di, tamen quantũ ad eſſentiã ſunt in æquali gradu perfectionis. ĩo unã ſolã ſpeciẽ important, non ſpãliſsimã, ſed ſubalternã, & in ſuis inferioribus conueniũt in eandẽ ſpẽ ſpãliſsima, & q̃nq; in eodẽ indiuiduo. ſ. q̃n una qualitas primo habet eſſe paſsionis, & per radicationẽ in ſubiecto efficitur paſsibilis qualitas. Ad quintum dr̃, ꝗ licet albedo & alii colores non agant corporaliter, nec inferant paſsionem corporalem uiſui, tamen ſibi inferunt paſsionem ſpiritualem, & perfectiuam, & agunt in ipſum intentionaliter, & in hoc differunt ab alijs obiectis ſenſuum quæ agunt corporaliter in ſenſum, ut qualitates tangibiles in tactum.

De quarta qualitatis ſpecie, Forma, & Figura.

Quarta ſpecies qualitatis, eſt forma, & circa hoc aliquid conſtans figura, ut diſpoſitio corporis, ut triangulatio, & quadrangulatio, rectitudo, & curuitas.

C

Poſtq̃ Auctor determinauit de tertia ſpecie qualitatis, hic conſequenter determinat de quarta, q̃ eſt forma, & circa hoc aliquid conſtans figura. & ratio eſt, quia poſt naturalẽ potentiam oportuit ponere tertiam ſpẽm qualitatis, ſub qua continentur obiecta naturalium potentiarũ, q̃ eſt paſsio, & paſsibilis qualitas. ideo oportuit hãc ſpẽm poni ultimã, & ẽt ꝑ hoc, quia qualitates triũ ſpẽrum præcedentium ſe tenent ex parte formæ, hæc autem ex parte materiæ. & qa qualitas a toto genere inſequitur, ſubãm gratia formæ, ideo aliæ qualitates, quæ ſe tenent ex parte formæ, perfectius habent rationem formæ qualitatis, quam forma & figura. ideo hæc ſpecies conuenienter in loco ultimo ordinatur.

Primo ſciẽdum, ꝗ forma, & figura inter ſe conueniunt & differunt. in hoc. n. conueniunt, ꝗ dicunt eandẽ ſpẽm qualitatis ſ. qualitatẽ, q̃ eſt terminatio quantitatis in ſubiecto. primo. n. terminant quantitatem & per quantitatem ſubiectũ
D eius. ſed differunt in hoc, quia talis terminatio quãtitatis põt comparari ad formã ſubſtantiæ in qua eſt, & ad quantitatẽ quam immediate terminat. & ſecundũ comparationẽ eius ad formã, quã terminat, dicit̃ forma; quia cauſat̃ ipſa circa quantitatẽ ſecundum exigentiã illius formæ, & per comparationẽ ad quãtitatem quã terminat, dicitur figura. Vnde actus formæ eſt continere illa, q̃ ſunt ad intra, & actus figuræ eſt depingi ad extra, ſecundum exigentiam terminationis quantitatis. Ex quo patet, quòd forma, & figura, cũ dicant eandem eſſentiã, cõuenienter ponunt̃ una ſpẽs qualitatis, & bene coniungunt̃ per coniunctionẽ copulatiuã, & qa differunt rõne, ideo ad oſtendendũ illã diuerſitatem conuenienter duobus nominibus nominantur melius, q̃ nominarentur uno nomine tantum.

Conueniẽtia & diſcõuenientia inter figurã, & formam

Secundo ſciendum, ꝗ forma põt capi dupliciter. Vno modo pro quacunque

eſſentia dante aliquod eſſe formale, & ſic eſt quoddã ſuperius ad oẽs formas eſſentiales,& accidentales.& hoc mõ non capitur hic. Alio mõ capitur ſpãliter ꝓ figura terminatiua quantitatis,& ſic capitur in propoſito.& talis qualitas terminans quãtitatẽ magis dicitur forma quam quæcunq; alia ſpẽs qualitatis ꝑ hoc, ꝙ in ſpẽbus naturæ illa figura conſequitur formã eſſentialẽ ſpẽi, & eſt figuratiua,& notificatiua illius formę ſubſtãtialis,ſicut cogoſcimus formã hoĩs uel aſini ꝑ figuram eius,& diſtinguimus ſpẽs corporũ abinuicẽ ꝑ talẽ figurã. Vnde quæcunq; differũt ſpẽ,differũt ẽt figura,& forma, & quæ in ſpẽ cõueniũt eodẽ mõ figurantur,ut homo in omnibus ſuis indiuiduis habet formam erectam ſurſum,& quodammodo ſimilem figuram in capite,manibus,& pedibus,& aliis membris. E

Figurę tõ. Tertio ſciendum,ꝙ figura põt accipi dupliciter. Vno mõ,ꝓ quãtitate figurata uel terminata,& ſic eſt quantitas,& hoc mõ non capitur hic. Alio mõ capitur formaliter ꝓ formatione,uel figuratione quãtitatis,ut ſunt triangulus,quadrangulus,& ſic figura eſt qualitas circa quãtitatẽ poſita,& ſic capitur hic. & quia eſt qualitas circa hoc aliquid.i.circa indiuiduũ cõpletum de genere ſubſtantiæ, ideo talis forma uel figura quantitatem terminans eſt conſtans circa hoc aliquid. F

Quæ nam qualitates in hac reponantur ſpecie. Quarto ſciendũ,ꝙ ſub hac ſpẽ generaliter ponuntur oẽs figuræ corporales,& ſuperficiales.quarũ aliquæ ſunt figuræ naturales,quæ cauſantur a natura & a formis naturalibus corporũ, in quibus ſunt,ut bipedalis in hoĩe & quadrupedalis in equo, & ſic de aliis,alię uero ſunt artificiales,quæ cauſantur ab arte,ut eſt figura domus,cathedræ,uel ſcãni.unde omnia artificialia ſub hac ſpecie ponuntur etiam ſub ipſa continentur paſsiones linee,ut ſunt rectum, curuum, longum,& breue.& aliquæ paſsiones numeri, quæ ſibi conueniunt per ſimilitudinem ad figuras corporales,ut quadratum,& bicubitum, & ſic de multis aliis. & per hoc patet,quæ ſit quarta ſpecies qualitatis,& quæ qualitates ſub ipſa ponuntur.

Argumẽta Contra prædicta arguitur primo ſic. Nullum ſuperius ad qualitatem eſt ſpẽs qualitatis,ſed forma eſt quoddam ſuperius ad qualitatẽ,quia conuenit omnibus accidentibus.ergo non ſpecies eius.Secundo ſic. Figura eſt quædam quantitas, quæ termino,uel terminis clauditur. ergo non eſt ſpecies qualitatis. Tertio ſic. Omnis terminus eſt eiuſdem prædicamenti cum ſuo terminato, ſicut differentia terminans genus eſt eiuſdem prædicamenti cum ipſo ſed figura eſt terminus quantitatis,,ergo eſt de prædicamento quantitatis,& non qualitatis.Quarto ſic. Illud quod continetur, & includitur infra hoc aliquid nõ eſt circa hoc aliquid, ſed figura continetur infra hoc aliquid,cũ ſit in eo,ut in ſubiecto, ergo nõ eſt conſtans circa hoc aliquid.Quinto ſic.Forma domus,& figura eſt de iſta ſpẽ,& tñ nõ eſt circa unũ indiuiduũ,ſed conſtat in quadam multitudine lignorum, & lapidũ ergo male dicitur,quòd hæc qualitas eſt figura conſtans circa hoc aliquid. G

Solutiões. Ad argumenta.Ad primũ dicitur,ꝙ ſi capiatur forma ꝓ omni illo qđ dat eſſe rei,eſt quoddã ſuperius ad qualitatẽ.ſed,ſi capiatur pro qualitate,q̃ dicit terminationẽ quantitati ſecũdũ exigẽtiã formæ ſubſtantialis,nõ eſt ſuꝑius ad qualitatẽ,& hoc mõ ſolũ hic accipitur. Ad ſecũdũ dr̃,ꝙ licet figura accepta materialiter ſit quãtitas,non tñ figura formaliter accepta,ut dictũ eſt. Ad tertiũ dicitur, ꝙ licet terminus intrinſecus,& eſsẽtialis ſit eiuſdẽ ꝑdicamẽti cũ ſuo terminato, nõ tñ terminus extrinſecus.mõ,forma, uel figura eſt terminus extrinſecus quãtitatis.iõ nõ ponit in eodẽ ꝑdicamẽto cũ ipſa.Ad quartũ dr̃, ꝙ licet figura contineatur infra hoc aliquid, tñ hoc nõ ſit ſecundũ ꝓfunditatẽ ſed ſecundũ ſuã ſuperficiẽ,q̃ aliquo mõ intrinſece circũdat ipſum hoc aliqd. iõ bene dr̃ cõſtãs circa ipsũ. Ad q̃ntũ dr̃,ꝙ licet forma domus ſit multitudo indiuiduorũ ſ.lignorũ, & lapidũ,tñ oĩa indiuidua per aggregationem,& ordinem illorũ inter ſe,ſe habent ꝑ modũ unius indiuidui ſuſcipientes talem figurã,ideo illa figura eſt circa hoc aliquid. H

De

A

De Quali & eius multiplicibus Modis.

QValia uero dicuntur, quæ ſecundum hæc denominatiue dicuntur, uel quodammodo aliter ab his, ut a Grammatica Grammaticus, & a iuſtitia iuſtus, uel quæ dicuntur ab aliqua qualitate non denominatiue, & hoc dupliciter, quia quædam dicuntur non denominatiue ab aliqua qualitate, eo quòd nomen nõ eſt impoſitum ipſi qualitati, ut curſor, & pugillator non dicuntur denominatiue, qui a qualitate, a qua dicitur male, non eſt nomen impoſitum, ut curſor aut pugillator. Et nota, quòd curſor, & pugillator dicuntur dupliciter. Vno modo dicitur curſor ab arte currendi, & pugillator ab arte pugillandi, & ſic ſunt in prima ſpecie qualitatis, quia iſtæ artes ſunt habitus. Alio modo dicitur curſor non quia habeat artem currendi, ſed naturalem potentiam ad actum currendi. & pugillator, non quia habeat artem pugillandi, ſed quia habeat naturalem potentiam ad actum pugillandi, & hoc modo dicuntur qualia ab iſtis naturalibus potentiis, ſed non denominatiue. eo quòd nomina non ſunt impoſita iſtis naturalibus potentiis, a quibus dicuntur qualia, & ſic curſor & pugillator ſunt in ſecunda ſpecie qualitatis. Alia uero dicuntur qualia non denominatiue, non quoniam nomen non eſt impoſitum qualitati, ſed, quoniam quale non participat illud nomen, ut ſtudioſus a uirtute, & ſic ſunt tres modi ſumendi quale a qualitate. Aduerte ad diſtinctionem.

B C

Poſtq̃ Auctor determinauit de qualitate in cõi, & quantum ad ſuas ſpecies, hic conſequenter determinat de quali, quod eſt denominatiuum eius. Et ratio ordinis eſt, quia qualitas dat formaliter eſſe quale, & eſt cauſa ipſius qualis. Ideo prius definita eſt a poſteriori per quale tanq̃ per ſuũ effectum. Sed quia quale eſt proprius effectus, & formalis ipſius qualitatis, & cã naturaliter præcedit ſuũ effectum, ideo prius determinatũ fuit de qualitate, anteq̃ determinaretur de quali.

Primo ſciendum, ꝙ qualitas & quale in hoc conueniunt, ꝙ dicunt eandem eſſentiam qualitatis, & ſic conueniunt in ſignificato, ſed differunt in hoc, ꝙ qualitas dicit illam eſſentiam ſecundum ſe, & non ſecundum inhærentiã ad ſubiectũ. Quale uero importat illam eſſentiam cum inhærentia ad ſubiectũ, & ideo differunt quale & qualitas, ſicut concretum, & abſtractum, ſic, ꝙ qualitas eſt abſtractum, quale uerò eius concretum, & dicunt eandem eſſentiam. ideo reponuntur in eodem prædicamento, & ſicut qualitas eſt unum genus generaliſſimum, quod prædicatur de ſuis inferioribus acceptis in abſtracto, ita etiam, & quale eſt unum genus generaliſſimum non diſtinctum a qualitate quod prædicatur de ſuis inferioribus in concreto acceptis, u[illegible]ndo, album eſt quale, nigrum eſt quale. In quo quale ipſum a qualitate differat.

D

Secundo ſciendum, ꝙ concretum dupliciter conſyderatur uno modo ſecundum reſpectum, quem habet ad ſuum ſubiectũ, & ſecundum talem reſpectũ non ordinatur in prædicamento, & hoc modo non eſt genus, nec ſpecies, ſed accidens. Alio mõ conſyderatur ſecundum reſpectum, quem habet ad ſua ſuperiora, quorum eſt ſpecies, ad ſua inferiora, quorũ eſt genus, & ſecundum talem reſpectũ eſt ordinabile ſecundum ſub & ſupra, & per ſe reponitur in prædicamento. unde licet

cet

cet reſpiciat ſuum ſubiectum, tamen ille reſpectus ab eo non tollit reſpectum eſſentialem ad ſua ſuperiora, & inferiora. ideo non impedit ipſum per ſe reponi in prædicamento. & licet connotet ſuum ſubiectum eo ꝙ ſignificat formam cum inhærentia ad ſuum ſubiectum, tamen non ſignificat ipſum de ſuo principali ſignificato. quia ut dicitur in prædicamentis Philoſophi. album ſolam qualitatem ſignificat. Et quia unumquodque reponitur in prædicamento ſecundum ſuam eſſentiam, quam importat, & concretum dicit ſolum eſſentiam ſui abſtracti, ideo ponitur in eodem prædicamento cum ſuo abſtracto. E

vide in ca. d qualita. & ibi per Doct. Tertio ſciendum, ꝙ quale ſic definitur. Qualia dñr, quæ ſecundum hæc ab aliqua qualitate denominatiue dñr, uel quæ dicuntur ab aliqua qualitate non denominatiue. In qua definitione loco generis definiti ſubintelligitur dicibilis. dicibilem. habet modum generis reſpectu omnium prædicamentorum. Deinde ponitur, quæ ſecundum hæc denominatiue dicuntur, ad denotandũ qualia, quæ ſecundum ueram denominationem ab aliqua qualitate dicuntur, ſicut à Grammatica Grammaticus, a iuſtitia iuſtus, quæ dicuntur denominatiue ſecundm hæc. i. ſecundum iſtas ſpecies qualitatis ſuperius poſitas. Deinde ponitur, uel ab aliqua qualitate non ſecundum ueram denominationem, ſicut ſtudioſus a uirtute non denominatiue, ad denominandum qualia, quæ dicuntur a qualitate. F

Quando denoïatio non ſumat a qualitate. Quarto ſciendum, ꝙ pluribus modis nõ dicitur quale denominatiue a qualitate. vno mõ, quãdo qualitas habet imperfectum eſſe in ſuo ſubiecto. ut quando habet eſſe remiſſum in ſuo ſubiecto, quod non ſufficit denominare ſubiectũ ſicut eſt caliditas in aqua tepida, uel quãdo eſt ſolum in tranſitu, & nõ permanet in ſubiecto, ut pallor ex timore, uel quando ineſt ſubiecto ſolum ſm partẽ, quæ non ſufficit denominare totũ, ſicut eſt albedo in dentibus æthiopis, quę nõ ſufficit denominare ipſum albũ. His tribus modis, qui ſumuntur ea parte rei non ſumitur quale a qualitate. Sed alio modo quale ſumitur a qualitate non denominatiue ex parte uocis, cum. ſ. ipſum quale non habet denominationem ſecundum nominationem abſtracti, ſic, ꝙ conueniat cum ipſo in principio, & differat in fine. quod tamen requiritur ad denominationem, & hoc cõtingit adhuc dupliciter. vno modo, quando qualitati, a qua ſumitur quale nõ eſt nomen impoſitũ, ut curſor, & pugillator, quando dñr a naturali potentia currendi uel pugillandi, dicuntur non denominatiue, quia illi naturali potẽtiæ nõ eſt nomẽ impoſitũ, ſed ut dicitur ab arte currẽdi uel pugillãdi, ut ſunt in prima ſpẽ qualitatis bene dicuntur denominatiue. Alio mõ, qñ qualitati, a qua ſumitur quale, eſt nomẽ impoſitum, & nomẽ qualis non ſumitur ſecundũ nomen ſui abſtracti, ut ſtudioſus dicitur a uirtute. Et propter iſtos ultimos modos qualis, ponitur ultima pars defintionis qualium. G

Argumen. Contra præd. cta arguitur primo ſic. In prædicamento quantitatis non ponitur definitio concreti quantitatis, uel denominatiui eius, ergo ſimiliter hic non debet poni ſeu definiri denominatiuum qualitatis. Secundo ſic Omne, quod definitur debet capi per modum unius, ſed quale hic non capitur per modum unius, ſed plurimum, cum ponatur in plurali numero, ergo male hic definitur, qualia in plurali numero. Tertio ſic. Simile dicitur ab aliqua qualitate non denominatiue. ergo ſibi conuenit hęc definitio, & tamen non eſt quale, ſed ad aliquid, ergo iſta definitio non conuenit ſoli definito. Quarto ſic. Nulla bona definitio debet dari per diſiunctionem, quia diſiunctio non ſignificat aliquid determinare, ſed ſignificat unum per diſiunctionem ad aliud. modo definitio debet dicere determinate eſſe definiti, ſed iſta definitio datur per diſiunctionem, ergo non eſt bona. Quinto ſic. Omne quale ſumitur ab aliqua qualitate, & illa qualitas eſt natura denominans, & quale eſt denominatiuum eius, ergo nullum quale ſumitur ab aliqua qualitate non denominatiue. H

A Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet in quantitate ſint duo denomina- Solutio.
tiua. ſ. quantum & quotum, tamen utrunq; illorum ſemper dicitur eodem modo
denominatiue a quãtitate ſed quale non ſemper dicitur eodem modo a quali-ta-
te, & quandoque non dicitur. ideo ad oſtendendum hanc diuerſitatem qualium,
magis hic oportet determinare de quali, q̃ de concreto quantitatis. Ad ſecundũ
dicitur, ꝙ licet quale non ſumatur hic per modum unius in numero, ſed plurium,
tamen ſumitur per modum in genere, & hoc ſufficit ad hoc ꝙ definiatur, tamen
hic ponitur in plurali numero ad denotandum pluralitatem qualium, quorum
aliqua dicuntur a qualitate denominatiue, & aliqua non. Ad tertium dicitur, Definitio
ꝙ licet ſimile dicatur effectiue ab aliqua qualitate, non tamen dicitur formaliter per diſiun
ab aliqua, & hoc modo intelligitur, ꝙ quale dicitur, a qualitate. Ad quartum di- ctioné qñ
citur, ꝙ licet nulla definitio ſecundum ſe totam debeat dari per diſiunctionem, dari dét.
quia nihil determinate ſignificaret, tamen poteſt dari per diſiunctionem quan-
B tum ad aliquas partes eius propter diuerſitatem aliquam inferiorum definiti, &
ſic eſt in iſta, in qua ponitur determinare illa pars, qualia dicuntur, quæ dicuntur
ab aliqua qualitate denominatiue. & ponitur diſiunctio inter iſtas partes, deno
minatiue, uel non denominatiue, propter diuerſos modos qualium. Ad quintum
dicitur, quòd licet omne quale ſumatur, a qualitate ſecundum rem, non tamen ſe
cundum rem, & uocem ſimul in aliquibus, ut dictum eſt, ideo aliqua dicuntur
non denominatiue.

Tres hic qualitatis Proprietates enarrantur.

Ineſt contrarietas in qualitate, ut albedo contrariatur nigredini, & ſi
militer iuſtitia iniuſtitiæ. Hoc autem non eſt proprium qualitati, quia
C non conuenit omni qualitati. figura enim nõ habet aliquod contrariũ,
neque medii colores, ut rubedo, glaucedo. Et ſciendum, quòd ſi unum
contrariorum fuerit quale, reliquum erit quale, ut iuſtitia eſt qualitas,
ergo & iniuſtitia. & iuſtum eſt quale, ergo & iniuſtum. Item, qualitas
ſuſcipit magis & minus, dicitur enim iuſtus magis & minus iuſtus, &
albus & Grammaticus. ſed hoc non eſt proprium qualitati, quia quadra
tum non ſuſcipit magis neque minus, neque circulus, neque quadrangu
lus, neque aliæ figuræ. Item, proprium eſt qualitati ſecundum eam ſi-
mile uel diſsimile dici, ut albus albo ſimilis dicitur, & iuſtus iuſto, albus
autem diſsimilis nigro dicitur, & ſic de conſimilibus.

Poſtquàm Auctor determinauit de qualitate, & quali quantum ad ſuum eſſe
D eſſentiale, hic conſequenter aſsignat tres propiietas eius. In quarum prima dici-
tur, ꝙ in qualitatibus reperitur contrarietas. cuius ratio eſt, quia omnes formę re
pugnantes, quæ ſe mutuo expellunt ab eodem ſubiecto inter ſe contrariantur, ſed
aliquæ qualitates inter ſe repugnãt reſpectu ſubiecti unius, a quo unius, a quo mu
tuo ſe expellunt, ſicut uirtus & uitium repugnant adinuicem reſpectu eiuſdem
ſubiecti, & iuſtitia, & iniuſtitia, & multæ aliæ de prima ſpecies qualitatis, & mul-
tę qualitatis, ut calidum, & frigidum, humidum, & ſiccum, & qualitates ſecundæ,
quæ cauſantur ab iſtis qualitatibus primis, ut graue, & leue, album, & nigrum, &
ſic de multis aliis qualitatibus, ergo contrarietas ineſt qualitati.

Primo ſciendum, quòd contrarietas qualitatum dupliciter ſumitur. Vno mo- Vt patet
do communiter, pro repugnantia quacunque qualitatum, qua ſe expellunt ab primo, &
eodem

ſecũdo de gener. & ibi per ſcribentes.

eodem ſubiecto propter repugnantiam, quam habent adinuicem. & ſic reperi-tur contrarietas in qualitatibus primæ ſpeciei, & etiam tertiæ. Alio modo ſumitur proprie pro repugnantia qualitatum paſsiuarum, & actiuarum, quæ per actionem phyſicam & proprium ſe expellunt ab eodem ſubiecto, ſicut calidum & frigidum ab eodem corpore, & hoc modo ſolum reperitur contrarietas inter qualitates tertiæ ſpeciei, illæ.n.ſolæ proprie ſunt actiuæ & paſsiuæ. ſed hic primo modo ſumitur contrarietas, & nõ conuenit qualitatibus ſecundæ ſpeciei, quia cõtraria ſucceſsiue ſunt in eodem ſubiecto, quod non conuenit naturali potentiæ uel impotentiæ, quia, ſi ſubiectum ſit naturaliter potens ad unam operationem, non poteſt eſſe naturaliter impotens ad ipſam. Similiter etiam multæ qualitates quartæ ſpeciei non contrariantur. ſicut triangulus, & quadrangulus, & ſic de multis alijs. & per hoc patet, ꝙ habere contrarium non conuenit omni qualitati, nec etiam ſoli, cum conueniat actioni & paſsioni & ſic non eſt ſibi proprium aliquo modo proprij, ſed eſt quędam communitas, in qua conueniunt plures ſpecies qualitatis. F E

Si unũ contrariorum, quale fuerit, & reliquum.

Secundo ſciẽdum, ꝙ ſi unum contrariorum fuerit quale reliquum erit quale. cuius ratio eſt. quia contraria ſub eodem genere poſita ſunt, ergo ſi unum cõtrariorum fuerit quale, & de genere qualitatis, reliquum erit quale, & in genere qualitatis, ut ſi iuſtum ſit quale, iniuſtum erit quale. & licet contraria ſecundum ſuas formas ſpecificas habeant repugnantiam, & non conueniant in una forma ſpecifica, tamen non habent repugnantiã ſecundum formam ſui generis, ſed ſem per illa in genere conueniunt, ratione cuius ſemper requirunt idem ſubiectum, quod eſt proportionatum formæ ſui generis. Ideo, ſi unum contrariorum fuerit quale, reliquum erit quale, & ſi unum fuerit qualitas, reliquum erit qualitas. & ſic ut duæ ſpecies ſub eodem genere.

Tertio ſciendum, quòd ſecunda proprietas qualitatis eſt, quòd qualitas ſuſcipit magis & minus, & ratio eſt, quia aliquæ qualitates ſecundum ſuum eſſe proprium intenduntur, remittuntur, & magis & minus perficiuntur ſecundũ ſuum proprium eſſe, quod habẽt in ſubiecto, ut qualitates primæ ſpeciei intenduntur & remittuntur ſecũdum maiorem & minorem radicationem in ſubiecto, ut uirtus & ſcientia, & multæ aliæ, & qualitates de tertia ſpecie intenduntur & remittuntur ſecundum permixtione contrarij cum contrario, ut calidum dicitur magis uel minus calidum, ſecundum, quòd magis & minus miſcetur cum frigido, & aliquæ qualitates quartæ ſpeciei intenduntur, & remittuntur, licet paucæ intendantur, & remittantur, ſicut rectum non poteſt eſſe magis, aut minus rectum, ſed curuum poteſt ſuſcipere magis & minus, & ſic ſuſcipere magis & minus non cõuenit omni qualitati, nec etiam ſoli, ut dictum eſt de pręcedenti communitate. & non eſt hic intelligendum, quòd qualitas ſecundum ſuam eſſentiam, & in abſtracto ſuſcipiat magis & minus, ſed ſecundum eſſe, quod habet in ſubiecto & in concreto. G H

Proprium eſt qualitati, ſecundũ illã ſimile uel diſsimile dici.

Quarto ſciendum, quòd tertia proprietas qualitatis eſt, ſecundum eam ſimile uel diſsimile dici. cuius ratio eſt. quia ſimilitudo eſt rerum differentium eadẽ qualitas, ſed non in numero. quia idem accidens in numero non poteſt eſſe in diuerſis ſubiectis. nec ſufficit, quòd ſit eadem qualitas in genere, quia ſi ſic, album & nigrum, eſſent ſimilia. ſed requiritur, quòd ſit eadem qualitas in ſpecie ſpecialiſsima. Et diſsimilitudo eſt rerum differentium diuerſa qualitas in ſpecie, ſicut album, & nigrum dicitur diſsimilia, ergo ſimile & diſsimile dicuntur ſecundũ qualitatem, capiendo, ſecundum, ut dicit circunſtantiam cauſæ efficientis, & non formalis, & hoc conuenit omni qualitati, & ſoli, ſemper, ut patet inductiue, & ꝑ exẽpla ẽt probari poſſet. ergo iſta proprietas eſt ſibi propria quarto mõ.

Sed

A Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Omnia contraria ſub eodem genere ponitur, ſed qualitas non ponitur ſub aliquo genere, cum ſit genus generaliſſimum ergo qualitas non habet contrarium. Secundo ſic. Medium contrariorum utrique contrariatur, cum poſſit fieri motus ab illo ad utrunque extremorum, ut de rubeo ad album, & ad nigrum, ergo male dicitur in textu, ꝙ nullus medius color habet contrarium. Tertio ſic. Contraria inter ſe maxime abinuicem diſtant, ergo non conueniunt in genere, ergo, ſi unum contrariorum fuerit quale, aliud non poteſt eſſe quale. Quarto ſic. Vna albedo non eſt magis albedo quàm alia, nec nigredo eſt magis qualitas quàm albedo, & ſic de omnibus aliis qualitatibus, ergo nulla qualitas ſuſcipit magis, & minus. Argumẽ.

Quinto ſic. Species eſt tenuis ſimilitudo omnium ſuorum indiuiduorum, ergo indiuidua eiſdem ſpeciei ſubſtantiæ dicuntur ſimilia per formam ſuæ ſpeciei, ergo non conuenit ſoli qualitati ſecundum eam ſimile uel diſsimile dici. Solutio.

B Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet qualitas accepte in cõi & in genere non ponatur ſub aliquo genere, neque illo modo habeat contrarium, tñ ut eſt in ſuis ſpeciebus, quarum aliquæ inter ſe contrariantur, bene habet contrarium, & ponitur ſub genere. Ad ſecundum dicitur, ꝙ ſi medium contrariorum conſyderetur ut medium, ſic non habet contrarium. quia non maxime diſtat ab extremis. ſed, ſi conſyderetur inquantum eſt part cipatiuum utriuſque extremorum, ſic contrariatur utriuſque extremorum, licet contrarietate imperfecta, ut rubeum, inquantũ importat aliquid de nigro contrariatur albo. & inquantũ habet aliquid de albo cõtrariatur nigro. Sed primo mõ intelligitur hic, ꝙ media nõ contrariãtur extremis. Ad tertium dicitur, ꝙ licet contraria maxime diſtent ſub eodem genere, non tñ maxime diſtant ſimpliciter. Ideo, ſi unum eſt quale, aliud poteſt bene eſſe quale. Ad quartum dicitur, ꝙ licet albedo, & aliæ qualitates in abſtracto non ſuſcipiant magis, & minus, tamen bene ſuſcipiunt in concreto, ut album dicitur

C magis, & minus album. Ad quintum dicitur, ꝙ licet ſpecies ſit ſimilitudo eſſentialis ſuorum indiuiduorum, quę proprie non eſt ſimilitudo, ſed magis proprie dicitur identitas, tamen non eſt ſimilitudo accidentalis, quæ proprie eſt ſimilitudo, de qua hic intelligitur. ideo indiuidua ſubſtantię non dicuntur per ſuam ſpeciem ſimilia ſimilitudine accidentali, ſed hoc ſolum conuenit qualitatibus. vidẽ boeth. cap. de ſpẽ.

De Prædicamento actionis, & eius Proprietatibus.

ACtio eſt ſecundum quam in id, quod ſubiicitur, agere dicimur, ut ſecans aliquis dicitur agere, in eo, quod aliquid ſecat, unde ſectio eſt actio, & ſecundum ſectionem agit ſecans in eo quòd ſecat, & percuſſio eſt Actio. Proprium autem actioni eſt ex ſe inferre paſsionem. Reci

D piunt autem agere & pati contrarietatem. calefacere enim eſt contrarium ei, quod eſt frigidum facere, & calidum fieri, contrarium frigidum fieri, & delectari contrarium triſtari. Item, recipit magis, & minus. calefacere enim magis & minus, quod eſt agere, & calefieri ſimiliter, quod eſt pati, dicitur, & ſimiliter delectari, & triſtari.

Poſtꝗ Auctor determinauit de quatuor prædicamenti principalibus, in quibus reperiuntur quatuor ſimplices modi prædicãdi. ſ. de ſubſtãtia, quãtitate, ad aliquid, & qualitate, hic conſequenter determinat de aliis prædicamentis minus principalibus quorum modi prædicandi fundantur in modis pędicandi præcedentium. & quia actio immediate cauſatur a qualitate. quia procedit a ſubſtãtia mediante

mediante naturali potentia, & paſsio immediate cauſatur ab actione, ideo conuenienter Auctor poſt qualitatem, & ante paſsionem determinat de actione ipſam primo ſic diffiniens. Actio eſt ſecundum quam in id, quod ſubiicitur agere dicimur, ut ſecundum ſectione dicimur ſecare. E

Primo ſciendum, q in hac definitione loco generis definiti ſubintelligitur forma accidentalis, & aliquo modo datur intelligi per hoc relatiuum, quam, & totũ reſiduũ ponitur ad differentiam aliorum prædicamentorum. & dr ſecundũ quam agere dicimus, ita q ſecundum, dicit circunſtantiam cauſæ formalis, & non cauſæ efficientis, quia ſecundum qualitatem uel formam ſubſtantialẽ bene dicimur agere effectiue. & debet intelligi dicimur .ſ. nos ſubſtantię, & non ſolum nos hoies in ſpecie dicimur agere. & licet actio & agere realiter idem ſint, ſicut qualitas & quale tñ differunt ſicut abſtractum, & concretum. ideo actio definitur per agere tanq̃ per ſuum eff'ctum nobis notiorem ipſa actione. ultimo ponitur in id, quod ſubiicitur. i. in ipſum patiens, actio enĩ agentis ſemper fit in patiens diſpoſitum. F

Hic actio cõiter accepta definitur & nõ proprie ut actione diſtincta.

Secundo ſciendum, q actio dupliciter accipitur. Vno modo ſpecialiter ut diſtinguitur contra factionem, a qua differt hoc modo, quia actio importat actionem, quæ non tranſit in rem operatam, ſicut eſt equitare, nauigare, intelligere, ſed factio nominat operationem, quæ tranſit in rem operatam, ubi .ſ. præter operationem eſt res operata, ut ſunt domificatio, frenefactio, &c. Alio modo accipitur actio generaliter, ut ſe extendit ad dictionem & factione proprie captam, & iſto modo ſumitur in hac definitione.

Proprie ꝓpriũ actiones eſt ex ſe paſsionẽ inferre.

Tertio ſciendum, q propric proprium eſt actioni ex ſe inferre paſsionem. & ratio eſt. quia actio eſt proceſſus uirtutis agentis per effectum ab agente in patiens, ut calefactio, quæ fit ab agente, eſt proceſſus caloris ignis per ſuum effectum in id quod calefit, paſsio uero eſt receptio formæ procedentis ab agente in patiens, ut receptio caloris in id, quod calefit uocatur paſsio. Sed talis receptio cauſatur a fluxu formæ ab agente, ergo conuenit actio ex ſe inferre paſsionem. & quia hoc conuenit omni actioni, & ſoli, & ſemper, ideo dicitur ſibi proprie proprium, licet qualitas aliqua inferat paſsionem, hoc tamen non eſt ex ſe ipſa immediate, ſed mediante actione. G

Quarto ſciendum, q ipſius actionis, & etiam paſsionis ſunt duæ communitates, quarum prima eſt q actio, & paſsio recipiunt contrarietatem. ratio eſt, quia aliquæ actiones immediate cauſantur a qualitatibus contrariis, & etiam immediate cauſant qualitates contrarietas, ut calefacere, & frigefacere immediate cauſantur a calore, & frigore, & immediate cauſam caliditatem, & frigiditatem, ergo aliquæ actiones inter ſe contrariantur. & eadem ratione aliquæ paſsiones, ut calefieri & frigefieri. Alia communitas eſt, quòd actio, & paſsio ſuſcipiunt magis, & minus. ratio eſt, quia aliquæ actiones, & paſsiones cauſantur a qualitatibus, quæ in agendo quãdoq; intenduntur, & remittuntur. ideo actiones, quę fiunt ex ipſis, & etiam paſsiones intenduntur, & remittuntur, ut calefacere intenditur per intenſionem caloris calefacientis. Et dicuntur bene iſtæ duæ communitates, quia nulla illarum conuenit omni actioni uel paſsioni, nec etiam ſoli, cum conueniant primo aliquibus qualitatibus, ſed in iſtis communitatibus conueniunt multæ ſpecies actionis, & paſsionis. H

Argumen.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Secundum ſecurim dicimur agere in id, quod ſecatur, & tamen ſecuris non eſt actio, ergo iſta definitio conuenit aliis a definito. Secundo ſic. Creatio eſt actio, & tamen non fit in id, quod ſubiicitur, quia in creatione nihil præſupponitur tanquàm ſubiectum, ſed res ſecundum ſe tota ſimul producitur, ergo male dicitur, quòd actio fit in id, quod ſubiicitur. Tertio ſic. Omne principium præcedit principiatum, ſed actio non præcedit paſſionem,

A ſionem, cum ſimul ſiant actio, & paſsio, ut calefacere, & calefieri, ergo non conuenit actioni ex ſe inferre paſsionem. Quarto ſic. Contraria ſunt formæ actiuæ & paſsiuæ inter ſe, ſed duę actiones nunquam ſunt actiuæ, quia ſi ſic, mediante actione agerent. & ſic actioni conueniret alia actio, & eſſet proceſſus in infinitū, quod eſt inconueniens, ergo actio non habet contrarium. Quinto ſic. Nulla forma ſimplex ſuſcipit magis, & minus, cum forma ſit compoſitioni contingens ſimplici, & inuariabili eſſentia conſiſtens illud.n. quod eſt inuariabile non intenditur, nec remittitur, ſed omnis actio, & etiā paſsio eſt forma ſimplex, ergo actio, & paſsio non ſuſcipiunt magis, & minus.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd licet ſecundum ſecurim dicamur agere effectiue, & inſtrumentaliter, non tamen formaliter, ſicut de actione intelligitur. Ad ſecundum dicitur, quòd licet creatio ſit actio ſecundum modum, nō tamen eſt actio ſecundum rem, quæ ſit de prædicamento actionis, eo quòd ipſa Solutio.
B non eſt accidens a creatura diſtinctum, nec eſt ens limitatum ad aliquod certū genus, ſicut neq; prima cauſa. hoc intelligendo de creatione actiua, quia creatio paſsiua eſt accidens creaturæ, & in genere relationis. Ad tertium dicitur, quòd licet actio ſit ſimul tempore cum paſsione, tamen ſecūdum naturam actio præcedit paſsionem, quia cauſa ſecundum naturam præcedit effectum. Ad quartum dicitur, quòd licet contraria, quæ primo, & per ſe contrariantur ſint formę actiuæ, & paſsiuæ, ut ſunt qualitates contrariæ, tamen non oportet de his, quæ ſolum ex conſequenti contrariantur, & per aliud. & hoc modo ſolum actiones contrariantur. ſ. per qualitates quas inferunt, uel a quibus inferuntur. Ad quintum dicitur, quòd licet omnis forma ſit inuariabilis ſecundum ſuam eſſentiam, & in abſtracto, & ſic non ſuſcipit magis, & minus, tamen aliqua eſt uariabilis ſecundum eſſe in ſubiecto, ut diſtinguatur in concreto, & hoc modo actio, & paſſio ſuſcipiunt magis, & minus.

C

De paſſione, & ipſius proprijs.

PAſsio eſt effectus illatioq; actionis, ut calefieri efficitur, & infertur ex calefacere. Proprium autem paſsionis eſt primo inferri ex actione.

Item, paſsio non eſt in agente, ſed in patiēte. De reliquis uero, quæ prius dicta ſunt, modo ſufficiāt. Quæ ſequūtur de alijs quatuor prædicamentis non ſunt dicta a Petro Hiſpano.

Poſtquàm Auctor determinauit de actione, quæ eſt cauſa paſsionis, hic conſequēter determinat de paſsione, quæ eſt effectus propinquus actionis, ipſam primo ſic definiens, Paſsio eſt effectus illatioque actionis, uel calefieri efficitur &
D infertur, a calefacere. In qua definitione ponitur effectus loco generis. effectus .n. conuenit generaliter omnibus entibus creatis, quæ ponuntur in prædicamento. Deinde ponitur illatio, ad differentiam effectus permanentis, qui non ſolū habet eſſe in fieri, ſicut ipſa paſsio, ſed etiam in facto eſſe. Deinde ponitur actionis, ad differentiam ipſius actionis, quæ licet ſit effectus & illatio reſpectu qualitatis a qua cauſatur, non tamen reſpectu actionis.

Primo ſciendum, quòd in communi duplex eſt effectus, quidam eſt effectus permanens, qui non ſolum habet eſſe in fieri, ſed etiam in facto eſſe, ut ſunt domus, & ſcamnum. Alius eſt effectus ſucceſsiuus, qui ſolum habet eſſe in fieri, & nunquàm in facto eſſe, ut æquitatio uel nauigatio. Effectus autem generaliter dicitur tam de effectu permanente quàm ſucceſsiuo, illatio uero ſolum dicitur

de effectu ſucceſsiuo,qui ſolum habet eſſe in fieri, & in quadam illatione, ſecun dum,ꝙ infertur ab alio,& ideo effectus eſt quoddam ſuperius ad illationem,ra tione cuius in hac definitione effectus bene præponitur illationi tanq̃ ſuperius eius,& ſubiungitur illatio tanq̃ inferius eius contrahens ipſum. E

Paſsio ſumitur ſex modis. Secundo ſciendum,ꝙ paſsio pluribus modis accipitur. Vno modo accipitur pro accidente proprio alicuius ſubiecti, ut riſibile dicitur propria paſsio hominis,& hinnibile equi. Secundo modo accipitur, pro cõceptu animæ uel affectu, ut dicitur, ꝙ uoces ſunt notæ uel ſigna paſsionum, quæ ſunt in anima.i. conceptuum uel affectuũ animę. Tertio mõ accipitur,pro motu appetitus ſenſitiui,ut ſunt paſsiones iræ,uel timoris,uel gaudij,ut dicitur tertio Ethicorum,ꝙ fortitudo moderatur paſsiones timoris,& audaciæ. Quarto modo accipitur pro dolo- Cap.ix. re uel pęna,quæ alicui uiolenter infertur,ut fuit paſsio Chriſti. Quinto modo ſumitur,pro qualitate ſenſibili,quæ habet eſſe imperfectum,& eſt inferẽs paſsio nem ſenſibus, uel illata ab aliqua naturali paſsione, & ſic eſt una ſpẽs qualitatis. Sexto modo ſumitur prout eſt immediatus effectus actionis, ut eſt ſuſcepto formæ ab agente in patiens,& hoc ultimo modo definitur hic paſsio, & eſt unũ prædicamentum ab aliis diſtinctum. F

Tertio ſciendum,ꝙ ipſius paſsionis hic aſsignantur duæ proprietates. Quarũ prima eſt,ꝙ proprium eſt paſsioni inferri ex actione. ratio.eſt quia paſsio eſt ſuſceptio formæ ab agente in patiens, & talis ſuſceptio immediate infertur per actionem agentis, & hoc eſt proprie proprium ipſi paſsioni. Secunda proprietas eſt,quòd paſsio non eſt in agente ſubiectiue,ſed in patiente. Cuius ratio eſt, quia ſuſceptio formæ, quæ fit per actionem agentis cauſatur in patiente,quod ſubicitur actioni,ergo paſsio,quæ nominat talem ſuſceptionem eſt in patiente ſubiectiue.&,quia accidens habet prædicari denominatiue de ſubiecto in quo eſt, ideo paſsio prædicatur de patiente in hoc, quod eſt aliquo modo ſe habere ad ipſum agens, quia denominat ipſum pati, & non denominat ipſum agens pati, quare non eſt in eo ſubiectiue. G

Actio & paſsio materialiter, ac formaliter ſumpta quid & in quo ſint ſubiectiue. Quarto ſciendum,ꝙ paſsio de qua eſt ſermo ad propoſitum dupliciter accipitur. Vno modo materialiter, pro forma fluente ab agente in patiens. Alio modo formaliter, pro receptione illius formæ, ut cum peregrinus calefit, ibi eſt calor fluens ab igne in peregrinũ,& ibi eſt receptio caloris in peregrino,quę eſt paſſio formaliter accepta, & utroque modo paſsio eſt in patiente ut in ſubiecto. Et ſimiliter actio uno modo accipitur materialiter pro illa forma,quæ fluit ab agẽte in patiens.& etiam eſt in patiente ſubiectiue. Alio modo capitur formaliter, pro tali fluxu formæ ab agente, & ſic eſt ſubiectiue in agente & non in patiente. Et ratio eſt. quia omne illud, in quo eſt actio formaliter accepta dicitur agere, ſed patiens non dicitur agere,ergo in ipſo non eſt actio formaliter accepta. ſi.n. eſſet in patiente patiens diceretur agere,quod falſum eſt.& ſic patet quid ſit paſſio, & de proprietatibus eius.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Nullum primum principium eſt effectus alterius, ſed decem prædicamenta ſunt decem principia prima rerum, ergo paſsio, cum ſit unum prædicamentum, eſt unum primum principium, ergo non eſt effectus. Secundo ſic. Effectus & illatio idem ſunt,ergo ſuperflue ponitur unum illorum in iſta definitione. Tertio ſic. Eorum quæ ſunt idem realiter unum non eſt cauſa alterius, ſed actio & paſsio realiter idem ſunt, cum utrunque ſit forma fluens ab agente in patiens, quæ eſt eadem realiter, ergo paſsio non eſt effectus actioni. Quarto ſic. Omne proprium conſequitur eſſe complementum ſui ſubiecti, ſed inferri exactione non conſequitur eſſe completum paſsionis,cum ſit productio eius, ergo inferri exactione non eſt proprium paſsionis. H

Quinto

A Quinto ſic: In omni illo, quod patitur eſt paſsio ſubiectiue, ſed omne agens Phyſicum in agendo repatitur, ergo in tali agente eſt paſsio ſubiectiue, & non ſolum in patiente.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝗ licet paſsio ſit primum principium in genere cauſæ formalis ſuorum dicibilium ſuæ coordinationis, & in tali genere cauſæ non poſsit eſſe effectus alicuius principij prioris, tamen in genere cauſę efficientis bene põt eſſe effectus actionis, & ſubſtantiæ. cum enĩ prædicamenta dicantur prima principia rerum, quæ non habent aliquid ante ſe ſolum intelligitur de principiis formalibus. Ad ſecundum dicitur, ꝗ licet effectus & illatio dicant idem ſecundũ eſſentiã, tñ differant ſm modos eſſendi, ſicut ſuperius, & inferius, & unum illorum contrahit aliud. quare nullum illorum ſuperfluit. Ad tertium dr, ꝗ licet actio, & paſsio materialiter acceptæ pro forma fluente ab agente in paſſum realiter idem ſint, tamen, ſi ſumatur formaliter. ſ. actio pro fluxu formæ ab agente, & paſsio pro receptione eius in patiente, ſic realiter diſtinguuntur, quia in diuerſis ſubiectis ſunt, & ſic unum bene poteſt effectus alterius. Ad quartum dicitur, ꝗ licet inferri actione non ſequatur ſm rem eſſe completum paſsionis, ſequitur tñ ipſum ſecundum rationem, & noſtrum modum intelligendi, eo modo quo eſt paſsio eius. quia non eſt paſsio realiter diſtincta a ſuo ſubiecto, ſed ratione tantum. Ad quintum dr, ꝗ licet in agente Phyſico ea parte, qua patitur ſit paſsio, ut in ſubiecto, non tñ ea parte, qua agit. ideo paſsio non eſt in eo ut agens, ſed ut ipſum ſecundum aliud eſt patiens. unde tale agens ratione ſuę formæ agit, & ratione materiæ ſuæ in qua cõicat, cum patiente, patitur, & ſic ſecundum diuerſa agit, & patitur. De reliquis aũt ſufficiat, quæ dicta ſunt prius. — Solutio.

B (margin letter beside "formæ ab agente")

De prædicamento Quando, & eius Proprietatibus.

C QVando, eſt quod ex adiacentia temporis in re temporali derelinquitur, ut hodie eſſe, & cras fore. Item, duplex eſt quando, ſcilicet ſimplex & compoſitum, ſicut duplex eſt tempus. Item, tres ſunt proprietates quando. Prima eſt, quòd quando non ſuſcipit magis neque minus. Secunda eſt, quòd quando nihil eſt contrarium. Tertia eſt, quòd quando eſt in omni illo, quod incipit eſſe in tempore.

Poſtquàm Auctor determinauit de actione, & paſsione, hic conſequenter eſt determinandum de quatuor prædicamentis ultimis, de quibus, aut nullam, aut paruam facit Auctor mentionem. Et primo de Quando, quod ab Auctore Sex Principiorum, ſic definitur Quando, eſt, quod adiacentia temporis relinquitur in re temporali. In qua definitione datur intelligi accidens, pro genere definiti per illud relatiuum quod. Deinde ponitur, relinquitur ex adiacentia temporis ad explicandum cauſam propinquam ipſius quando, quæ eſt tempus. Quando enim D eſt eſſe in tempore, ſed eſſe in tempore relinquitur immediate per adiacentiam temporis in re temporali. Et per hoc differt quando ab omnibus aliis accidentibus, quorum nullum immediate cauſatur a tempore. Deinde ponitur in re temporali, ad explicandum proprium ſubiectum ipſius quando, & in hac definitione capitur tempus non ſolum pro menſura durationis rerum temporalium, ſed generaliter pro omni menſura durationis eſſe rei, ut ſub ſe continet æternitatem, æuiternitatem, & tempus proprie dictum. — Quid ſit ipſum quando declaratur.

Primo ſciendum, ꝗ tempus, & quando licet inter ſe multũ conueniant in hoc ꝗ utrunq; eſt ſucceſsiuum, & unum immediate eſt cauſa alterius, tñ abinuicẽ realiter diſtinguuntur. quia omnis cauſa efficiens extrinſeca realiter diſtinguitur a ſuo effectu, tẽpus autem eſt cauſa efficiens extrinſeca reſpectu quando, ergo ab — Tẽporis & qñ diſcrimen.

ipſo realiter diſtinguitur. Vnde differunt inter ſe in duobus. Primo, quia tempus E
in motu primi mobilis, ut in ſubiecto, quando uero eſt ſubiectiue in re tẽporali,
quæ per tempus menſuratur. Secundo differunt, quia tempus eſt accidens abſolutum, & menſura durationis rei, ſed quando nõ eſt menſura durationis, ſed eſt accidens reſpectiuum, quod relinquitur in re temporali per reſpectum ad menſuram ſuæ durationis, quæ eſt tempus, nõ eſt tamen reſpectiuũ ſecundũ eſſe, ſed ſecundũ dici, quia totũ eſſe eius nõ eſt ad aliud, cũ quo ꝓprie dicat ad conuertentiam.

Quãdo, in definite ſũptum pdicamentum eſt.

Secundo ſciendum, ꝙ qñ tripliciter accipitur. Vno mõ interrogatiue, ut ſi dicatur quærendo, qñ uenit Petrus? Alio modo relatiue, ut dicendo, Socr. uenit, quando fuit meridies, & his duobus modis qñ eſt ſyncategorema, quia proprie non ſignificat ens, ſed eſt modus entis. ideo iſtis duobus modis non ponitur in prædicamento, nec eſt prædicamentũ. Tertio modo capitur indefinite, ut tñ ualet, ſicut aliqñ, uel eſſe in aliquo tempore, & hoc modo dicit ens reale, & ſic capitur hic, & eſt unum prędicamentum, cuius genera ſubalterna ſunt eſſe fuiſſe, & fore in tempore, & ſpecies ſpecialiſsimæ ſunt fuiſſe in hora, uel eſſe in die, uel eſſe in nunc, & indiuidua ſunt, eſſe in iſta hora, uel in illa die, uel in illo nunc. Et eius modus prædicandi eſt prædicari de prima ſubſtantia in hoc quod eſt in tempore. F

Quando ſimplex, ac compoſitũ qd & q ipſius quãdo ſint ſpẽs.

Tertio ſciendum, ꝙ qñ diuiditur per qñ ſimplex, & qñ compoſitum. Quando ſimplex eſt quod cauſatur a tempore ſimplici, ut ab inſtanti, uel a nunc, uel a tẽpore indiuiſibili quo ad nos, ut eſſe nunc. Sed quando compoſitum, eſt quod cauſatur a tempore compoſito, ut eſt fuiſſe in præterito, fore in futuro, eſſe in præſenti. Et licet iſtæ tres ſpecies. ſ. eſſe in præſenti, fuiſſe in præterito, & fore in futuro, non cauſentur in re æterna ab æternitate, eo, ꝙ in æterno non eſt præteritum neque futurum, ſed omnia ſunt ſimul, & nihil acquiritur de nouo uel deperditur, tamen ipſi æterno per relationem ad tempus, & quo ad exiſtentiam eius cum tempore attribuitur eſſe, fuiſſe, & fore, vt dicendo. Deus eſt, fuit, & erit, tamen, ut attribuuntur æterno non ſunt accidentia realiter diſtincta ab eo, quæ reponantur in aliquo prædicamento, ſed ſolum eſt ibi modus prædicandi huius prædicamenti. G
Sed ab æuiternitate bene cauſatur, quando reponibile in illo prædicamento. Et per hoc patet quæ ſint ſpecies per quas diuiditur quando.

De hoc. 4. Phyſi. trac. de tpe, & i viij. & xlj. Metaph. & 1. cœli.

Quarto ſciendum, ꝙ ipſius quando duæ ſunt proprietates. Prima eſt, ꝙ quando non habet contrarium. Cuius ratio eſt, quia ſi haberet contrarium, maxime conueniret præterito, & futuro, & ſed hoc non poteſt dici, quia quando præſens, præteritum, & futurum ſimul uerificantur de eodem. ut dicendo, iſte eſt, fuit, & erit, contraria uero de eodem nunquam ſimul uerificantur. Secunda proprietas eſt, ꝙ quando non ſuſcipit magis, & minus. Cuius ratio eſt, quia quando immediate cauſatur a tempore, & dicit eſſe in tempore, ſed tempus non ſuſcipit magis, & minus, ergo neque quando. Et per hoc patet quid ſit quando, & quomodo eſt prędicamentum, & quæ ſint ſpecies, & proprietates eius.

Solutiões.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Iuuentus, & ſenectus ex adiacentia temporis in re temporali relinquuntur, & tamen ſenectus non eſt quando, ſed eſt qualitas de ſecunda ſpecie qualitatis, ergo iſta definitio quando, conuenit aliis a definito. Secundo ſic. Sicut ſe habent eſſe album, & albedo, ita in eſſe in tempore, & tempus, ſed album, & albedo realiter idem ſunt, ergo eſſe in tempore, ſiue quando, & tempus, idem ſunt realiter, ergo quando non eſt prædicamentum a tempore diſtinctum, ſed continetur ſub quantitate. Tertio ſic. Nullum eſt tempus ſimplex, cũm tempus diuiſibile ſit in plures partes, ergo nullum, quando cauſatur a tempore ſimplici, & ſic nullum eſt quando ſimplex. Quarto ſic. Quando præteritum, & quãdo futurum maxime diſtant, & eidem ſuſceptibili uiciſsim inſunt, & ab eodem mutuo ſe expellunt, quia idem non poteſt ſimul eſſe præteritum, & futurum, H

A turum.ergo quando,habet contrarium.Quinto ſic.Fuiſſe in tempore dicit, quã do & tamen ſuſcipit magis,& minus, quia aliquid dicitur magis,& minus fuiſſe in tempore,ergo quando ſuſcipit magis, & minus.

Ad argumenta.Ad primum dicitur, ꝙ ſi capiatur ſenectus ut dicit naturalem impotentiam,quę cauſatur per longã tranſmutationé,quę fit ſub motu,& tpe & etiã iuuentus,ut dicit naturalẽ potentiam,hoc mõ ſunt qualitates de ſecũda ſpecie qualitatis, & non relinquuntur immediate & per ſe ex adiacentia temporis, ſed per alterationẽ,quæ ſub tẽpore cauſatur.ſed,ſi capiantur,ut dicunt diu fuiſſe in tempore uel parum,ſic aliquo modo important quãdo,& hoc non eſt ſignificatum principale eorum,& eo mõ quo dicunt quãdo,relinquuntur ex adiacentia temporis in re temporali.Ad ſecundũ dicitur,ꝙ licet albedo,& eſſe album,& tẽpus,& eſſe in tẽpore habeant ſimilitudinem aliquo mõ in denominatione, quia ſicut album dicitur ab albedine,ita quando dicitur a tempore,tamẽ diſsimile eſt Solutio.

B in hoc,quia tẽpus nõ dat intrinſece & formaliter eſſe in tẽpore,ſicut albedo dat intrinſece,& formaliter eſſe album,quia non ſemper eſt in eodem ſubiecto,cum eſſe in tempore. Ad tertium dicitur, ꝙ licet tempus,quod importat eſſe, & eſſentiam temporis ſit diuiſibile,tamen,ſi capiatur generaliter tempus pro illo,quod dicit eẽntiam temporis, ſic aliquod tempus dicitur indiuiſibile ſicut ipſum nũc. Ad quartum dicitur, quòd licet in eodem non ſint ſimul in actu prẹteritum, & futurum,tamen ſecundum denominationem,quando prẹteritum & quando futurum bene poſſunt dici de eodem ſimul,ut prius dictum eſt.&,quòd ſecundum actum ſe expellant ab eodem,hoc eſt propter ſucceſsionem ipſorum,& non propter contrarietatem uel repugnantiam quam habeant. Ad quintum dicitur, ꝙ licet aliquid dicatur magis & minus fuiſſe in tẽpore ſecundũ extenſionẽ, non tamen ſecundum intenſionem.ideo quando,per hoc non ſuſcipit magis & minus.

C

Dẹ Vbi, & eius accidentibus.

VBi eſt circũſcriptio corporis locati a loci circũſcriptione ꝓcedẽs ut in Eccleſia eſſe, in foro eſſe. Et diuiditur ubi, quia quoddam eſt ubi ſimplex, & eſt illud quod a ſimplici loco procedit ut eſt locus punctorũ, & quoddã eſt ubi compoſitũ, & eſt illud quod a loco compoſito procedit. Proprietates ubi ſunt duæ. Prima eſt, quòd ubi nihil eſt contrarium, Secunda eſt, quod ubi non ſuſcipit magis neque minus, hoc eſt,quod ubi non ſuſcipit intenſionem neque remiſsionem.

Poſtquàm Auctor determinauit de quãdo, qđ conuenit tam ſubſtãtijs corporeis quàm incorporeis,hic conſequenter determinat de ubi, quod proprie conuenit ſolum ſubſtãtiis corporeis.Quod a Gilberto porretano ſic diffinitur. Vbi eſt

D circũſcriptio corporis a loci circũſcriptione procedens. In qua definitione ponitur circũſcriptio, loco generis, quia ipſa ſe habet per modum generis reſpectu ubi Dinde ponitur corporis, ad explicandum proprium ſubiectum ipſius ubi, quod eſt ſubiectiue in corpore locato. & per hoc differt a circumſcriptione actiua loci.Deinde ponitur a circũſcriptione loci procedens, ad oſtendendũ propriam cauſam & propinquam ipſius ubi, quę eſt locus circumſcribens locatum. & per hoc differt ubi ab aliis prædicamentis accidentium,quorum nullam cauſatur immediate a loci circumſcriptione,ut poſſet uideri inducendo in omnibus.

Primo ſciendum,ꝙ triplex eſt circumſcriptio Quædã eſt circũſcriptio actiua loci,quę eſt actio ipſius circumſcribentis locatũ, quæ ponitur in prædicamento actionis.Secunda eſt circumſcriptio,ſiue circundatio paſsiua,quę eſt paſsio cor- Triplex circũſcriptio.

poris circundati, quæ reponitur in prædicamento paſsionis, & quælibet iſtarum E
duarum eſt ens ſucceſſiuum, & non permanens. Tertia eſt circumſcriptio neutralis, quæ eſt eſſe circundatum a loco ipſius locati, ſeu eſſe circumſcriptum a loco & hæc circumſcriptio eſt ens permanens in locato, & cauſatur a circumſcriptione actiua, & paſſiua, & de tali circumſcriptione intelligitur in definitione ubi. & per hoc patet, quòd ſubſtantiæ incorporeæ, & etiam accidentia, quæ non proprie circumſcribuntur a loco per ſe, ſed per accidens, proprie non habeat ubi, ſed ſolum corpora, quæ in loco circumſcribuntur habent proprie ubi.

Locus, & ubi in quo cõueniant, ac differãt.

Secundo ſciendum, ꝙ licet locus & ubi magnam habeant cõuenientiam, quia locus eſt cauſa propinqua ipſius ubi. ratione cuius ponitur in ſua definitione, tamen abinuicẽ realiter diſtinguuntur, eo ꝙ locus eſt cauſa efficiens extrinſeca ipſius ubi, & talis cauſa ſemper realiter diſtinguitur a ſuo effectu. Vñ differunt primo locus & ubi ex parte ſui ſubiecti, quia locus eſt ſubiectiue in locante, ubi uero in corpore locato, ut cũ lapis eſt in aqua, ſuperficies aquæ circundãtis lapidẽ, F quæ eſt locus eius, eſt ſubiectiue in aqua circundante, & eſſe circũdatum, uel eſſe locatum, quod eſt, ubi lapis, eſt ſubiectiue in lapide, quia de ipſo affirmatiue prædicatur. Differunt ſecundo. quia locus eſt menſura extrinſeca locati. ubi uero eſt accidens reſpectiuum locati, quod dicit reſpectum ad talem menſuram, quia proprie ubi non eſt aliud quam eſſe in loco uel cõmenſurari in loco. Et per hoc habere tertia dña, ꝙ locus eſt ens abſolutum, & ubi, eſt ens reſpectiuum.

vbi duplex compoſitũ ac ſimplex & eius ſpecies.

Tertio ſciendum, ꝙ ubi diuiditur per ubi compoſitũ, & ubi ſimplex. Vbi cõpoſitum, eſt eſſe locatum, uel eſſe menſuratum loco compoſito, uel circumſcriptũ, & ſic ſolum cauſatur a loco compoſito. Sed ubi ſimplex, eſt quod cauſatur a loco ſimplici, & eſt locus ſimplex aliquod indiuiſibile loci correſpondens indiuiſibili ſui locati. Et dicitur tale ubi per ſimilitudinem ad ubi compoſitum, quia, ſicut totum locatum circumſcribitur adæquate a loco, & habet proportionem ad ipſum, ſic etiam quodlibet indiuiſibile locati habet proportionem ad indiuiſibile loci, ſicut centrũ locati ad centrũ loci, licet tamẽ unũ non circundetur proprie ab alio, nec realiter diſtinguatur ab ipſo. ratione cuius dicit textus, ꝙ idem ſunt punctus & puncti locus. ideo ubi ſimplex, non eſt proprio ubi, ſed per ſimilitudinẽ ſolum ad ubi compoſitum. & quia ubi compoſitum cauſatur a loco, qui diuiditur per locũ ſurſum, & deorſum, ante & retro, dextrum & ſiniſtrum. ideo ubi compoſitum, diuiditur per ubi ſurſum, quod eſt eſſe ſurſum, & ubi deorſum, & ſic de alijs. Et per hoc patet, quæ ſint genera ſubalterna & ſpecies ubi. G

Vbi ꝓprietates.

Quarto ſciendũ, ꝙ ipſius ubi duæ ſunt proprietates. Prima eſt, ꝙ ubi nõ habet cõtrarium. cuius ratio eſt, quia ubi cauſatur immediate a loco, quia eſt eſſe circumſcriptũ a loco, ſed locus, cum ſit quantitas nõ habens cõtrarium, ergo ea dẽ ratione, nec ubi. unde, ſi ubi ſurſum, & ubi deorſum contraria ſint, cum idem dicatur ſurſum & deorſum reſpectu diuerſorum, ſequeretur, quòd duo contraria ſimul uerificarentur de eodem, quod eſt impoſsibile. Secũda proprietas eſt, quòd H ubi non ſuſcipit magis & minus. cuius ratio eſt, quia ubi eſt eſſe in loco, ſed eſſe in loco non intenditur, nec remittitur, licet poſsit augmentari per maiorem extenſionem loci, & locati. ergo ubi non ſuſcipit magis, & minus. Et per hoc habetur definitio ubi, ſpecies, & proprietates eius.

Argumẽta

Contra prædicta arguitur primo ſic. Circumſcriptio eſt actio, cum circũſcribere ſit agere, ſed ubi non eſt actio, ergo non eſt circumſcriptio. Secundo ſic. Anima a corpore ſeparata habet ubi, quia eſt in aliquo loco. & tamen in ea non eſt circumſcriptio corporis, ergo ubi non eſt circumſcriptio corporis.

Tertio ſic. Vbi eſt ſyncategorema, & ſolum ſignificat modum entis, ergo hic definitur tanquam unum prædicamentũ, quod debet eſſe ens reale. Quarto ſic. Omne

A Omni ubi eſt circumſcriptio corporis, ſed ubi ſimplex non eſt circumſcriptio corporis, ergo non continetur ſub genere ubi. & ſic ubi male diuiditur per ubi ſimplex & compoſitum. Quinto ſic. Omnis motus fit de contrario in contrariũ, ſed de uno ubi ad aliud fit motus, ergo ubi habet contrarium.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet circumſcriptio actiua ſit quædam actio, non tamen circumſcriptio permanens, & neutralis, de qua ſolum intelligitur in definitione ubi. Solutiões.

Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet anima ſeparata ſit in loco definitiue, & ſecundũ ſimilitudinem, non tamen eſt in loco circumſcriptiue & proprie. ideo ſolum habet ubi ſecundũ ſimilitudinem eo mõ quo ponitur eſſe in loco. Ad tertium dicitur, quòd licet ubi acceptum interrogatiue, uel relatiue ſit ſyncategorema, non tamen quando ſumitur pro eſſe alicubi, & ſolum hoc modo hic accipitur.

Ad quartum dr̃, ꝙ ubi proprie dictum eſt circumſcriptio corporis, ut ponitur
B in ſua definitione, ſed non oportet de ubi ſimilitudinarie accepto. modo ubi ſimplex eſt ubi ſecundum quandam ſimilitudinem ad ubi compoſitum. Ad quintũ dicitur, quòd duo ubi conſyderata ut maxime diſtantia, ſunt cõtraria, & fit motus de uno in aliud. tamen ſi conſyderentur, ut ſolum dicunt eſſe circumſcriptũ locati, & prædicantur denominatiue de prima ſubſtantia, hoc modo nõ habent contrarietatem, nec ſub tali ratione fit motus de uno in aliud. & quia ubi ſic a Logico conſyderatur, ideo non dicitur habere contrarium.

De poſitione & eius Proprietatibus.

POſitio eſt quidam partium ſitus & generationis ordinatio, ut ſeſſio & ſtatio, & ſic de aliis. tres ſunt proprietates poſitionis. prima eſt, quòd poſitio non habet contrarium, ſecunda eſt, poſitio non ſuſcipit magis neque minus, tertia eſt, quòd proprium eſt poſitioni, ſubſtantiæ proxime aſsiſtere. Vide Gilb. in ſex prĩ. & Alber. T cõ qui ſuppleuit his q̃ ſuccicte dixit Philoſophus.

C

Poſtq̃ Auctor determinauit de prædicamento ubi, quod dicit ſimpliciter eſſe in loco, hic conſequenter determinat de prædicamento ſitus, quod dicit modum eſſendi partium in toto & in loco, quod ab Auctore prius dicto ſub nomine poſitionis hoc modo definitur. Poſitio eſt quædam partium ſitus, & generationis ordinatio, ſicut ſedere uel ſtare dicit quandam ſituationem partium in toto, & in loco, & ordinem compoſitionis illarum partium. In qua definitione ſitus ſe habet per modum generis & notioris. Et ponitur partium, ad denotandum ſubiectum immediatum poſitionis in quo eſt tota compoſitio. Deinde ponitur generationis ordinatio, quia poſitio dicit proprie ordinem partium, qui conuenit ipſis per compoſitionem, quam habent in toto, & illam compõnem habent in
D generatione totius. ſi totum generetur, ſi autem ſit ingenerabile, tunc habent talẽ ordinem per formam totius, quæ ipſas continet, & ſub qua ordinantur. & non debet hic poni &, copulatiue, ſed expoſitiue, ut tantum ualeat ſicut ideſt.

Primo ſciendum, ꝙ licet ſitus & poſitio realiter & eſſentialiter conueniant, differunt tamen abinuicem ſecundũ rõnem. primo, quia ſitus reperitur tã in naturalibus, q̃ in mathematicis, põ uero, ſi capiatũ proprie ſolum reperitũ in naturalibus, in qbus eſt naturalis ordinatio partiũ ex cõpõne rei ſi tñ utrunq; capiatur generaliter, conuertuntur, ſed adhuc differũt hoc mõ. quia ſitus dicit ꝑ prius ordinem partium ad locum quàm ad ipſum totum, & poſitio econuerſo, per prius dicit ordinem partium inter ſe, ſecundo in reſpectu ad totum, tertio ad locum. Iſta autem triplex ordinatio partium per poſitionem importatũ, & per ea, q̃

in hoc prædicamento reponuntur. ideo poſitio denominat ſubſtantiam in hoc, quod eſt ſuas partes ſic ſe habere adinuicem, & ad totū, & ad locū quare prius dictum eſt, quòd ſitus nō dicit ſimplicē cōparationē ſubſtantiæ ad aliquid extrinſecum. E

Poſitio eſt ſpāle pdicamētum. Secundo ſciendū, quòd poſitio, cū ſit unum genus generatiſsimum non habēs ſupra ſe ſuperius uniuocū, conuenienter ponitur unū prædicamentum. & quia habet unum ſpecialem modū prædicandi de prima ſubſtantia. ſ. in hoc, quod eſt ſe hr̄e ad aliud ſecundū ſuas partes, ideo cōuenienter ponitur unū pdicamētum ab aliis diſtinctū. Cuius ſpecies ſunt poſitio innata, poſitio acquiſita ex conſueto motu naturæ, & æqualiter poni ſurſum & deorſum, ante & retro, dextrum, & ſiniſtrum. Iſtæ.n. ſunt communes differentiæ, uel ſpecies poſitionis, & eius ſpecies ſpecialiſsimæ ſunt iacere, ſedere, ſtare, & induidua ſunt ſeſsio Petri, ſeſsio Socratis, ſed quæſitiuum huius prædicamenti ſub nomine proprio non habemus, ſed circumloquimur ipſum quærendo, qualiter hoc ponitur uel ſituatur?

Tres poſitionis proprietates. Tertio ſciendum, quòd poſitionis tres ſunt proprietates. Prima eſt, quòd poſitio non habet contrariū. Cuius ratio eſt, quia ſi haberet contrarium, ſequeretur, quòd uni & eidem ineſſent plura contraria, quod eſt inconueniens. conſequētia tenet, quia ſi ſedere, & ſtare eſſent contraria, eadem ratione iacere eſſe contrarium huic, quod eſt ſedere, uel etiam ſtare, quia ſicut duo prima non poſſunt eſſe ſimul in eodem, ſic iacere non poteſt ſimul eſſe cum ipſis, & ſic uni contrarientur plura. Item, contraria ſunt formæ actiuæ & paſsiuæ, ſed poſitiones nō ſunt actiuæ, uel paſsiuæ, ergo non contrariantur. Secunda proprietas eſt, quòd ſitus non ſuſcipit magis, & minus. quia nihil dicitur magis, & minus ſedere intenſiue, & ſi dicatur magis, & minus ſedere extenſiue. hoc eſt quo ad durationem, nec aliquid dicitur ſimiliter magis uel minus ſtare, & ſic de alijs poſitionibus, ergo poſitio non ſuſcipit magis uel minus. F

Tertia Pōnis pprietas. Quarto ſciēdū, quòd tertia proprietas poſitionis, quæ ineſt ſibi propria quarto mō, eſt, quòd maxime eſt propriū poſitioni proximius aſsiſtere ſubſtantię. & dicitur illud accidēs aſsiſtere ſubſtantiæ, qđ in nomine ſuo non dicit eſſe in ſubiecto, ſed dicit principalius comparationem, uel reſpectum ſubſtātiæ ad aliquod extrinſecum, ut ſunt ad aliquid, quando ubi, ſitus, & habitus, quæ magis dicunt reſpectum ad aliquid extrinſecum ſuo ſubiecto quam inhærentiam eorum in ſuo ſubiecto. & quia inter iſta poſitio non dicit ſolum reſpectum ad aliquid extrinſecum ſcilicet ad locum, ſed etiam dicit reſpectum partium inter ſe ad ſuum totum, qui reſpectus proximior eſt quam reſpectus ad extrinſecum ſolum, ideo inter omnia, quæ hoc modo aſsiſtunt, poſitio dicitur proximius aſsiſtere ſubſtantiæ. Et hoc modo ſatis patent definitio, ſpecies, & proprietates poſitionis. G

Argumen. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Poſitio & Situs idem ſunt, & inter ſe conuertuntur, ſed idem non debet definiri per ſeipſum, ergo poſitio male definitur per ſitum. Secundo ſic. Poſitio uel ſitus denominate habet totū & non partem, ut totus homo dicitur iacere uel ſedere & non partes eius, ergo poſitio nō conuenit partibus, ſed toti, ergo male dicitur, quòd eſt ſitus partium. Tertio ſic. In cœlo eſt poſitio vel ſitus, & tamen ibi non eſt generationis ordinatio, cum cœlum ſit ingenerabile, ergo male dicitur in definitione poſitionis, quod eſt generationis ordinatio. Quarto ſic. Sedere & ſtare maxime diſtant, & ſe expellunt ab eodem ſubiecto in quo ſunt ſucceſsiue, & etiam de uno aliud ſit motus, ergo contrariantur. & ſic poſitio habet contrarium. Quinto ſic. Ad aliquid oritur in ſubſtantia ex parte totius, poſitio uero oritur ex parte partium tantum, ergo poſitio non proximius aſsiſtit ſubſtantiæ, ſed ad Aliquid. H

Solutiōes Ad argumenta. Ad primum dicitur, quod ſi ſitus & poſitio capiantur ambo generaliter, ſic bene conuertuntur, quia quæcunque habent poſitionem ēt dicuntur ſitum

A ſitum habere,& econtra.ſed, ſi capiatur poſitio ſpecialiter pro ordine partium, qui prouenit ex compoſitione totius,ut hic principaliter capitur,ſitus ſe habet ut ſuperius ad poſitionem,ut dictũ eſt. Ad ſecundum dicitur,ꝙ licet ſitus cõueniat toti principaliter tanq̃ illi quod denominatur per ipſum, tamẽ primo conuenit ipſis partibus inter ſe ordinatis, & poſtea ordinatur ad totum & ad locũ, eo ꝙ dicit ordinem partium inter ſe ad totum,& ad locum, unde partes ſe habent ut ſubiectum quo, totum uero ut ſubiectum,quod & principale. Ad tertiũ dicitur, quòd, ſi capiatur generatio proprie prout eſt progreſsio de non eſſe ad eſſe ſubiecto præſuppoſito ſic in cœlo non eſt generatio;,ſed, ſi capiatur generaliter pro quacunque progreſsione, compõne rei, uel prædicatione, ſic in cœlo reperitur generatio,& ſic capitur generatio in hac definitione. Ad quartum dicitur,quòd licet ſedere & ſtare per accidens ſe expellant ab eodem ſubiecto per hoc, ꝙ per motum localem,cum unum acquiritur aliud abiicitur, non tamen ſe expellũt ꝑ

B ſe a tali ſubiecto,nec per ſe fit de uno in aliud motus. Ad quintum dicitur,quòd licet relatio ſe teneat ex parte totius, & poſitio ex parte partium, tamen poſitio importat reſpectum ad aliquid intrinſecum, relatio uero non.ideo poſitio dicitur proximius aſsiſtere ſubſtantiæ quam relatio.

De prædicamento Habitus, & eius Accidentibus proprijs.

HAbitus eſt corporum & eorum quæ circa corpus ſunt adiacientia, ut tunicatum eſſe & bracatum eſſe. Et tres ſunt proprietates eius. Prima eſt ꝙ habitus ſuſcipit magis & minus, ut eques eſt armatior pedite. Secunda eſt, ꝙ habitus non habet contrarium, Tertia eſt, quòd habitus ſemper eſt in pluribus ſcilicet in habente & habito.

C Poſtq̃ prius determinatum eſt de ſitu, quod communiter & uniuerſalite, conuenit omnibus ſubſtantiis,hic conſequenter determinandum eſt de ultimo prædicamento.ſ.de Habitu,quod ſolum conuenit homini & his,quæ inſtrumentaliter ſubſeruiunt homini, & ab Auctore prius dicto ſic definitur. Habitus eſt corporum & eorum, quæ circa corpus ſunt adiacentia. In qua definitione ponitur adiacentia loco generis. & licet ſecundum uocem & cauſa ornatus ponatur in ultimo loco definitionis,tamen ſecundum rem & intellectum ponitur in primo loco. Deinde ponitur corporum, ad explicandum ſubiectum habitus & cauſam finalem eius. Deinde ponitur,& eorum,quæ circa corpus ſunt,ad explicandum cauſam efficientem & quodammodo materialem ipſius habitus.& per hoc intelliguntur ea, quæ adiacent,& applicantur corpori ſecundum figuram eius. & per hoc differt habitus ab omnibus alis. Gilber. porre. Alber. & alios.

Primo ſciendum,ꝙ habitus,ut hic ſumitur, non eſt res habens, nec res habi-

D ta,ſed eſt quodammodo accidens reſpectiuum inter rem habitam & habentem, ſicut eſſe capuciatum non eſt res habens capucium, nec ipſum capucium,ſed dicit eſſe accidentale hominis ſibi proueniens ex adiacentia capucij. & ideo hic non capitur habitus ut eſt qualitas de difficili mobilis, neque ut opponitur priuationi,ſed pro tali accidente reſpectiuo,quod,eſt medium rei habẽtis & rei habitæ. & licet ſit ens reſpectiuum, non tamen eſt relatiuum ſecundum eſſe, quia non refertur ad aliud cum quo dicatur ad conuenientiam ſub habitudine eiuſdem caſus,ſed ſolum eſt relatiuum ſecundum dici.

Secundo ſciendum,ꝙ habitus hoc modo acceptus, eſt unum ꝑdicamentũ ab alijs diſtinctum. Cuius ratio eſt, quia eſt unũ genus generaliſsimum. & habet unum ſpecialem modũ prædicandi de prima ſubſtantia, ꝑdicatur enim de ipſa Habitus & eius ſpẽs & indiuidua.

in hoc q eſt eſſe ſic uel ſic habituatum. Cuius quęſitiuũ ſub nomine proprio non E
habemus, ſed ipſum circumloquimur dicendo, qualiter eſt hoc habituatum? & eius ſpecies ſunt, habitus totius, & habitus partis. Exemplum de primo, ut armatum eſſe, ueſtitum eſſe. Exemplum de ſecundo, ut tunicatum eſſe, uel capuciatum eſſe. & iterum, armatum eſſe plures continet ſpecies ſpecialiſsimas, ut loricatum eſſe, lanceatum eſſe, & ſic de aliis. & ueſtitum eſſe plures ſpecies ſpecialiſsimas continet etiam ſub ſe, ut tunicatum eſſe, & capuciatum eſſe. & indiuidua ſunt, ut armatio Socratis & Platonis, & ſic de aliis.

Tertio ſciendum, q habitus tres ponuntur cõitates, quarum prima eſt, q habitus ſuſcipit magis & minus. Cuius ratio eſt. quia ſuſcipere magis & minus eſt idẽ manens in ſpecie, magis uel minus accedere ad perfectum eſſe illius ſpeciei, ita q per acceſſum ad talẽ terminũ dicitur ſuſcipere magis, & minus per receſſum ab eo, ſed hoc conuenit habitui, ſicut aliquid dicitur magis armatus uel minus armatus, nam unus eſt armatior alio ſecundũ q magis uel minus accedit ad perfectũ eſſe ſuæ ſpẽi & ſic habitus ſuſcipit magis & minus. Secunda proprietas eſt, F
q habitui nihil eſt cõtrariũ. cuius ratio eſt, quia nullum accidens reſpectiuũ habet contrariũ inquantum reſpectiuum eſt, quia non per ſe cõtrariatur illi, ad qđ refertur, ſed tñ ratione ſui fundamenti, ſed fundamenta habitus non contrariantur, ut corpora inter ſe non contrariantur, nec illa quæ ſunt circa corpus ut ſunt tunica, capucium, & ſic de aliis. ergo habitus non habet contrarium.

Pluribus ĩ exiſtere habitui proprium eſt.

Quarto ſciendum, q ipſius habitus tertia proprietas eſt, q propriũ ẽ habitui ſemper in pluribus exiſtere. Cuius ratio eſt, quia habitus eſt corporum & corũ quæ circa corpus ſunt adiacentia, ſed in tali adiacentia illa quæ habentur applicantur & figurantur ſecundum figuram habentis, ratione cuius aliquid dicitur habere, & econtra, ipſum habens quodammodo applicatur, & quodammodo adiacet rei habitæ, rationi cuius dicitur haberi. & ideo utrunque illorum eſt aliquo modo adiacens & applicatum ad alterum. Ideo habitus ſemper in pluribus G
exiſtit, tamen non eſt proprie, ut in principali ſubiecto in re habita, ratione cuius non per ſe denominat rem habitam, ut capucium nõ dicitur capuciatum, ſed ut in principali ſubiecto eſt in ipſo habente & ipſum denominat, ut dicendo, Socrates eſt capuciatus. Et per hoc ſatis patent definitio, modus prædicandi, ſpecies, indiuidua, & proprietas ipſius habitus.

Arguměta

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Viſus eſt habitus, & tamen non eſt adiacentia corporum, ergo definitio mala. Secundo ſic. Tunica eſt habitus, & ſimiliter capucium, & tamen eſt adiacentia corporum, ſed eſt illud qđ eſt circa corpus, ergo contra definitionem. Tertio ſic. Vbi, eſt adiacentia corporis, & loci exiſtentis circa corpus, & tamen eſt habitus, ergo iſta definitio conuenit aliis a definitio. Quarto ſic. Suſcipere magis & minus præſuponit habere contrarium, ſed habitus non habet contrarium, ergo nõ ſuſcipit magis & minus. Quinto ſic. Nullum accidens eſt in pluribus ſubiectis, quia accidens numeratur & H
multiplicatur ſecũdum multitudinem ſuorum ſubiectorũ, ergo nulli habitui conuenit in pluribus exiſtere, & p cõſequẽs male ponit tertia proprietas ipſius habitus.

Solutiões.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, q, ſi capiatur habitus pro puro habitu ſeu forma poſitiua, quæ opponitur priuationi, quæ eſt carentia formæ in ſubiecto apto nato, ſic uiſus eſt habitus, ſed non eſt habitus capiendo habitum pro accidente medio inter rem habentem & rem habitam, ut hic ſolum accipitur. Ad ſecundum dicitur, q licet tunica & capucium dicantur materialiter habitus, non tamen formaliter. ſed adiacentia ipſorum ipſis habentibus dr formaliter habitus, tamẽ illa ſunt nobis notiora q̃ illa adiacentia. ideo ſæpe nominãtur nomine habitus, & ſic reponũtur in quarta ſpecie qualitatis. Ad tertiũ dicitur, q licet

ubi

A ubi, dicat adiacentiam locati, & loci, non tñ adiacentiam ſi habentis, & habiti, qđ applicatur & figuratur ad figurā habētis unde ad habitū requiritur adiacentia tantū & applicatio ſimul, quæ cōuenit corpori, & in ubi, eſt adiacentia tm̄, & hoc intelligiẗ in hac definitione cū dicitur, eorū quæ ſunt circa corpus adiacentię. Ad quartū dicitur, ꝙ ſuſcipere magis, & minus ex permixtione contrarii cū contrario, ſemper pręſupponit contrarietatem, non tñ ſuſcipere magis, & minus per acceſſum ad terminum, & receſſum à termino, & hoc modo habitus ſuſcipit magis, & minus, quamuis non habeat contrarium. Ad quintum dicuntur, ꝙ licet nullum accidens in numero ſit perfecte in pluribus ſubiectis, quia tunc non eſſet unum, tamen bene poteſt eſſe complete, & perfecte in uno ſubiecto, & imperfecte in alio, ut in cauſa propinqua, & ſic eſt de habitu, qui eſt in habente complete, ut in ſubiecto, & in re habita incomplete, & ut in cauſa, ut dictum eſt prius.

B

Pars Tertia. De Poſtprædicamentis.

Oppoſitionum genera quatuor enumerantur.

DIcitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter. Oppoſitorum enim, alia ſunt relatiuæ oppoſita, ut pater, & filius, duplum, & dimidium, dominus, & ſeruus. Alia ſunt priuatiue oppoſita, ut priuatio, & habitus, ut uiſus & cæcitas, auditus, & ſurditas. Alia ſunt contrarie oppoſita, ut album, & nigrum. Alia ſunt contradictorie oppoſita, ut ſedere, & non ſedere.

Poſtquàm Auctor determinauit de prædicamentis hic conſequenter determi-
C nat de poſtprædicamentis. Et ratio ordinis eſt, quia prædicamentum dicit ſolum coordinationem dicibilium quæ ſunt ſub eodem genere tantum, poſtprædicamentum uero dicit coordinationem eorum, quæ in diuerſis prædicamētis reponuntur definitur. n. Poſtprædicamentum eſt coordinatio plurium dicibilium reducibiliū ad diuerſa prædicamenta, ualens ad completam notitiam eorum habendam, ſicut motus dicit coordinationē ſuarum ſpērum, quæ ad diuerſa prædicamenta reducuntur, ut patebit inferius. &, quia prius oportet cognoſcere coordinationem dicibilium ſub uno genere, quàm coordinationem eorum, quæ ad diuerſa genera reducunt, ideo conuenienter poſtprædicamenta tractaẗ de Poſtprædicamentis. Quid Poſtp̄dicamentū ex quo ordo patet.

Primo ſciendum, ꝙ hic ponuntur quinque poſtprędicamēta. ſ. oppoſitio, prius, ſimul, motus, & habere. Quorum ſic habetur ſufficientia. quia omne poſtprædicamentum, quod ualet ad notitiam completam prædicamentorum, uel ualet ad cognoſcendum ea, quæ ſunt in prædicamento quantum ad ſuum fieri, & ſic eſt
D motus, uel quantum ad ſuum eſſe, & hoc tripliciter. quia uel ualet ad cognoſcendum repugnantiam eorum uel ordinem uel conuenientiam, ſi repugnantiā, ſic eſt oppoſitio, per quam cognoſcimus diuerſitatem, & diſtinctionem generum, & eorum quæ ponuntur ſub genere, diſtinctio enim & diuerſitas ſemper in aliqua oppoſitione fundantur, ſi ad cognoſcendum conuenientiam, hoc eſt dupliciter. uel ualet ad cognoſcendum conuenientiam inferiorum in ſuis ſuperioribus, & ſic eſt ſimul, uel accidentium in ſubſtantiam, & ſic eſt habere. Et, quia oppoſitio ualet ad cognoſcendum diuerſitatem, quæ inter generaliſsima primo reperitur, alia autem poſtprædicamenta magis ualent ad cognoſcendum ea quæ in diuerſis generibus reponuntur, ideo inter poſtprædicamenta prius determinatur de oppoſitione. Quinq; Poſtp̄dicamētorū ſufficiētia.

Secundo

Oppõnis triplex acceptio. Secundo ſciendum, quòd oppoſitio capitur dupliciter. Vno modo repugnantia eſt duarum propoſitionum in quantitate, uel qualitate, & ſic eſt paſsio propoſitionis. & de tali oppoſitione non eſt ad propoſitum hic; ſed de illa determinatur in primo tractatu. Alio modo capitur oppoſitio pro oppoſitione dicibiliũ incomplexorum, & talis oppoſitio accipitur adhuc dupliciter. uno modo, inquantum ualet ad cognoſcendum diuerſitatem dicibilium, quæ ordinantur in prædicamento, & ſic conſyderatur in iſto Tractatu, alio modo conſyderatur, inquãtum ualet ad cognoſcendum habitudines locales oppoſitorum, & ſic de ipſis determinatur in locis Dialecticis. E

Tertio ſciendum, ꝙ oppoſitio ut eſt paſsio rerum ſic ſolet definiri. Oppoſitio eſt repugnantia duorum extremorũ non permittentium ſe ſimul in eodem ſubiecto, & reſpectu eiuſdem, ſicut contrarietas calidi, & frigidi eſt repugnantia caliditatis & frigiditatis, quæ non permittunt ſe ſimul in eodem ſubiecto. In qua definitione ponitur repugnantia loco generis, repugnantia eñ eſt quoddam ſuperius ad repugnantiam materialem & formalem, quæ eſt oppoſitio. Deinde ponitur duorum extremorum, ad explicandum ſubiecta, uel terminos oppoſitionis, quæ eſt quoddam ens reſpectiuum. & dicitur non permittentium ſe ſimul in eodem ſubiectũ propter contraria priuatiua, & contradictoria, & dicitur reſpectu eiuſdem, propter relatiua, quæ ſimul ſe permittunt in eodem, ut in capitulo de relatione, reſpectu tamen diuerſorum ſicut pater & filius. F

Oppõnũ, alia relatiua, alia cõtraria, alia priuatiua, alia contradictoria. Quarto ſciẽdum, ꝙ oppoſitio diuiditur in quatuor ſpecies. ſ. in oppoſitionem relatiuam, contrariam priuatiuam, & contradictoriam. Quarum ſic habetur ſufficientia. Omnis oppoſitio eſt repugnantia duorum extremorum. uel ergo eſt inter ens, & ens, uel inter ens & non ens Si inter ens & ens, hoc eſt dupliciter. uel illa extrema ſe expellunt ab eodem ſubiecto ſecundum actum tantum, & ſe permittunt ſecundum potentiam, & ſic eſt oppoſitio contraria, uel ſe expellũt ſecundum actum & potentiam ſimul, reſpectu eiuſdem, & ſic eſt relatiua oppoſitio. Si inter ens & non ens, hoc eſt dupliciter. uel inter ens & non eſt ſimpliciter, & ſic eſt cõtradictoria oppoſitio, cuius unum extremum eſt non ens ſimpliciter, uel inter ens & non ens ſecundum quid, & ſic eſt priuatiua oppoſitio. G

Argumẽ. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Quæcunq; ponuntur in eadem coordinatione habent inter ſe conuenientiam, ſed ea quæ ponuntur in diuerſis prædicamentis non habent inter ſe conuenientiam, ergo male dicitur, ꝙ poſtprædicamentum eſt coordinatio plurium, quæ reponuntur in diuerſis prædicamentis. Secundo ſic. Homo & aſinus habent inter ſe repugnantiam; & non ſe ſimul in eodem permittunt, & tamen non opponuntur, quia non habent aliquam ſpeciem oppoſitionis, ergo definitio oppoſitionis conuenit aliis a definito. Tertio ſic. Omne quod habet ſpecies eſt genus, ſed oppoſitio non eſt genus, ergo male dictum eſt, ꝙ ipſius quatuor ſunt ſpecies. Quarto ſic. Omnia oppoſita ſemper ſunt relatiua, quia omne oppoſitum ſemper refertur ad ſuum oppoſitum, & econtra. ergo omnis oppoſitio eſt relatiua. ergo male ponitur una ſpecies diſtincta ab aliis ſpeciebus oppoſitionis. Quinto ſic. Membra huius diuiſionis coincidunt. ergo non eſt bona. Antecedens patet. quia albedo & nigredo contrariantur, & ſimiliter habent priuatiuam oppoſitionem, quia nigrum dicit carentiam albedinis, & relinquit aptitudinem ad illam, & ſimiliter nigrum includit non album quod coincidit albo. ergo ibi ſunt tres oppoſitiones. H

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ illa, quæ ponuntur in una coordinatione ſub aliquo uniuoco, habent conuenientiã ſecũdũ rem & uocem ſimul. & illa, quę ſimul ordinantur ſub aliquo ęquiuoco, habent conuenientiã ſolum ex parte uocis, & hoc modo fit coordinatio poſtprædicamentalis. modo, licet illa,

quæ

A quæ ſunt in diuerſis prædicamentis non habente conuenientiam ſecundū rem & uocem ſimul, habeat tamen bene conuenientiam ſecundum uocem. & hoc ſufficit ut ſimul contineantur ſub uno poſtprædicamento. Ad ſecundum dicitur, ꝙ homo & aſinus non habent repugnantiam formalem adinuicem, ſed materialiter, & uirtualiter, includunt repugnantiam differentiarum animalis, quæ habent contrarietatem imperfectam, ideo homo. & aſinus uirtualiter includũt contrariam oppoſitionem uel priuatiuam, & proprie dicuntur diſperata, & non oppoſita. Ad tertium dicitur, ꝙ licet oppoſitio non ſit genus ſecundum rem, eſt tamen ſecundum modum, & hoc modo dicitur habere ſpecies, ideſt modos ſpecierum, qui tamen non ſunt ſpecies ſecundum rem. Ad quartum dicitur, ꝙ ſi conſyderentur oppoſita quantum ad intentionem communem oppoſiti uel contrarii, ſic ſunt relatiua inter ſe, ſed, ſi conſiderentur oppoſita quantum ad res ſubiectas illis intentionibus, ſic non ſemper opponuntur relatiue, ſed quandoq; contrarie quan

B doque priuatiue, uel contradictorie, & quia oppoſitio accipitur inter ea quantum ad id quod ſunt, & non ex parte intentionis, ideo non omnis oppoſitio eſt relatiua. Ad quintum dicitur, ꝙ licet albedo, & nigredo uirtualiter includant oppoſitionem priuatiuam, & contradictoriam, tamen formaliter ſolum habent oppoſitionem contrariam, ideo illæ oppoſitiones formaliter non coincidunt.

De Relatiue ac Contrarie oppoſitis.

Quæ autem ſunt relatiue oppoſita dictum eſt prius. Contraria uero ſunt quæcunque ſub eodem genere poſita maxime ſe inuicem diſtant eidem ſuſceptibili uiciſſim inſunt a quo mutuo ſe expellunt, niſi alterum eorum inſit a natura, ut albedo cigno & niui, & nigredo cor

C uo & carboni. Caliditas autem non eſt in igne, ut accidens in ſubiecto, immo ut ſubſtantiale in eo cuius eſt ſubſtantiale, ſicut ſunt quædam quę cadunt in definitione alicuius, non ſecundum prædicationem, ſed potius ut principium, ut punctus cadit in definitione lineæ, & unitas in definitione numeri. Et iſte modus eſſendi, in, continetur ſub quarto modo, ſecundum quem unaquæque pars definitionis eſt in ſuo definito, & ſic Ignis non eſt ſubiectum caliditatis, ſed materia ignis eſt ſubiectum eius, hæc enim eſt ſuſceptibilis caliditatis, & frigiditatis. Vnde caliditas eſt in materia ignis ut in ſubiecto, in igne uere non ut in ſubiecto, ſed ut ſubſtantiale in eodem cuius eſt ſubſtantiale. Ignis enim eſt ſubtiliſſimum corpus calidum, agens ſuper aera ſecundum totam ſuam

D uirtutem.

Poſtquam Auctor poſuit diuiſionem oppoſitionis in generali, & de omnibus ſpeciebus ſiue modis eius, hic conſequenter explicat in ſpeciali de illis modis oppoſitionum. Et quia in oppoſitione relatiua, & contraria extrema ſunt entia, & in priuatiua, & contradictoria unum extremum eſt ens, & aliud non ens, ideo prius uidendū eſt de relatiua oppoſitione & contraria quàm de aliis. Et iterum, quia in relatiua oppoſitione unum extremorum eſt in actu ſimul cum alio, licet in diuerſis ſubiectis, in contraria uero unum extremum eſt in actu reliquum uero in potentia, quia contraria ut opponuntur nunꝗ pñt eſſe ſimul in eodem actu, ideo prius determinandum eſt de relatiua oppoſitione, de cuius determinatione ſe excuſat Auctor, eo, quòd prius ſatis determinatum eſt de ipſis relatiuis.

Primo

De Relatiuæ oppoſitionis natura, & eius a cæteris dr̃a.

Primo ſciendum, ꝙ relatiua oppoſitio eſt repugnantia relatiui & correlatiui E inter ſe, ſicut eſt repugnantia patris & filii ad ſimul eſſendum in eodem ſubiecto, & reſpectu eiuſdem licet in diuerſis ſubiectis poſita ſe ponant, & perempta ſe perimant. Quæ autem ſint relatiua oppoſita dictum eſt prius, quia ſecundum rem idem ſunt relatiua, & relatiue oppoſita. Relatiua autem ſunt, quorum totum eſſe eſt ad aliud quodammodo ſe habere. i. ꝙ referantur adinuicem ſicut prius dictum eſt. Et per hoc differt relatiua oppoſitio ab aliis oppoſitionibus, quia in relatiua oppoſitione unum extremum refertur ad aliud, ut dicendo, pater, filii pater, & econtra. & etiam ambo extrema ſunt ſimul in actu, quod non fit in aliis, ut patet inductiue. album. n. non refertur ad nigrum, dicendo, album, nigri album, neque uiſus ad cæcitatem, nec ſedere ad non ſedere, & ſic de aliis. ideo relatiua oppoſitio conuenienter diſtinguitur ab aliis.

De oppõne contrariæ, & de cõtrariæ oppoſitorum ratione.

Secundo ſciendum, ꝙ contrarietas eſt repugnantia duorum contrariorum inter ſe. & ſunt contraria quæ ſub eodem genere poſita ſunt & maxime a ſe inuicem diſtant, & eidem ſuſceptibili uiciſſim inſunt, a quo mutuo ſe expellunt, niſi alterum inſit a natura. In F qua definitione intelligitur oppoſita loco generis. Deinde dicitur, quæ ſub eodem genere poſita ſunt, ad differentiam priuatorum & contradictoriorum, quorum unum eſt ſemper non ens, quod non ponitur ſub genere. Deinde ponitur, & maxime a ſe inuicem diſtant, ad differentiam mediorum, quæ ſunt inter contraria, quæ inquantum media ſunt, proprie non contrariantur extremis, ſicut rubeum, quod eſt medium albi & nigri, non contrariatur alicui illorum. Deinde ponitur eidem ſuſceptibili uiciſſim inſunt. i. ſucceſſiue, ad differentiam relatiue oppoſitorum, quæ non ſunt ſucceſſiue circa idem ſubiectum acceptum cum proximo fundamento relationis. Deinde ponitur, mutuo ſe expellunt, propter diſperata, quibus conueniunt partes præcedentes huius definitionis, ſed illa non ſe expellunt ab eodem actione propria, nec ſunt contraria. Et ponitur, niſi alterum eorum inſit a natura, propter contraria, quæ naturaliter inſunt ſuo G ſubiecto, ut calor in igne, qui non poteſt ab eo expelli, & eſt in eo ut principium eſſentiale eius.

Hoc late diſcutitur per Marſi. & alios in 1. & 2. de Gener. & i 1. Phyſic.

Tertio ſciendum, ꝙ ignis dupliciter poteſt conſyderari. Vno modo ſecundum eſſe eſſentiale, ut eſt quoddam compoſitum ex materia forma ſubſtantiali, & ſic calor eſt ſibi accidens & non forma ſubſtantialis, neque principium eſſentiale eius, quia quod uni eſt ſubſtantia nulli eſt accidens. ideo, ſi calor eſſet principium eſſentiale ignis, ſequeretur ꝙ nulli eſſet accidens quod eſt falſum. Alio modo conſideratur ut eſt principium actiuum aliorum reſpectu corporum generabilium & corruptibilium, & hoc modo, quia ignis agit mediante calore ſuo, calor dicitur aliquo modo principium eſſentiale ignis, inquantum eſt actiuus. & hoc modo debent intelligi ea quæ dicuntur in textu, quia, niſi ſic intelligerentur, uiderentur eſſe falſa, quia calor non eſt de eſſentia ignis, nec principium eius ſi conſyderetur quantum ad ſuum eſſe ſubſtantiale.

Quarto ſciendum, quòd duplicia ſunt contraria. ſ. mediata & immediata, me- H diata ſunt, inter quæ mediat aliqua ſpecies ſui generis quodammodo participans naturam utriuſque contrariorum, ut inter album & nigrum mediat rubeum, fuſcum, & croceum, quæ quodammodo participant naturam albedinis & nigredinis. & dicuntur talia contraria mediata, quia habent medium per participationem. Sed contraria immediata ſunt, inter quæ non mediat aliqua ſpecies ſui generis, ut ſanum & ægrum, inter quæ non eſt aliqua ſpecies media, ſed ſemper neceſſe eſt unum illorum in proprio ſubiecto ipſorum eſſe, quia quodlibet animal uel eſt ſanum uel ægrum, & non eſt dandum medium, quia in quolibet animali eſt adæquatio humorum, & ſic eſt ſanum. uel inadæquatio & ſic eſt ægrum, Et illa contraria dicuntur immediata per carentiam medii per participationem,

licet

A licet habeant medium per abnegationem, de quo ambo extrema uere negãtur, ut de lapide ſimul negatur ſanum & ægrum, & de utriſque illorum contrariorũ intelligitur definitio prius poſita.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Nulla oppoſita ſeinuicem conſequuntur, cum unum deſtruat aliud, ſed relatiua ſe cõſequuntur mutuo, cum ad eſſe unius ſequatur eſſe alterius, & inter ſe conuertuntur ſecundum exiſtentiam. ergo relatiua non ſunt oppoſita. Secundo ſic. Quæcunque opponuntur habent oppoſitionem ſecundum reſpectum unius ad alterum, ſed relatiua non habent oppoſitionem ſecundum reſpectum unius ad alterum, quia unius ad alterũ eſt forma relationis, in qua ambo conueniunt. ergo nulla relatiua opponuntur. Tertio ſic. Bonum & malum contrariantur, & tamen non opponuntur ſub eodem genere, ſed ſunt prima genera, ergo contraria non ponuntur ſub eodem genere. Quarto ſic. Contradictoria plus diſtant quàm contraria, ergo contraria non maxime diſtant, contra definitionem contrariorum. Quinto ſic. Calidum & frigidum contrariantur, & tamen non ſe mutuo expellũt ab eodem ſubiecto, quia ſimul ſunt in tepido. ergo male dicitur in definitione contrariorum, quòd mutuo ſe expellunt ab eodem ſubiecto. Argumen.

B

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd licet relatiua quantum ad eſſe in diuerſis ſubiectis conſequantur ſeinuicem & conuertantur ſecundum exiſtentiã, non tamen quantum ad eſſe in eodem ſubiecto, ſed reſpectu eiuſdem ſubiecti opponuntur. ideo eo modo, quo conſequuntur ſe inuicem, non opponuntur. Ad ſecundum dicitur, ꝙ inter relatiua eſt quidam reſpectus poſitiuus, qui eſt forma relationis, in qua relatiua conueniunt, & ſecundum talem reſpectum non opponuntur. alius eſt reſpectus repugnantiæ correlatiuorum ad ſimul eſſe in eodẽ ſubiecto. & ſecundum illum reſpectum habent oppoſitionem. Ad tertium dicitur, quòd licet bonum & malum non ponantur ſub eodem genere morum, ſed ſint diuerſa in moribus, tamen bene ponuntur ſub eodem genere Logico, quia ponuntur ſub prima ſpecie qualitatis, ut dicunt habitus bonos uel malos, & ſub genere actionis, inquantum dicunt actus. & hoc capiendo bonum & malum ut capiuntur in moralibus, quia ſi caperentur ut ſunt paſſiones entis, ſic opponerentur priuatiue, & non ponuntur ſub eodem genere. Ad quartum dicitur, quòd licet contradictoria ſimpliciter maxime diſtent, non tamen ſub eodem genere, ſed ſi contraria maxime diſtant. Ad quintum dicitur, quòd licet in tepido ſit calidum & frigidum ſecundum eſſe remiſſum, non tamen ſecundum eſſe intenſum, quomodo inter ſe contrariantur. Solutiões.

C

De Priuatiua ac Contradictoria oppoſitione.

Priuatiue oppoſite ſunt, quæ circa idem habent fieri ſubiectum ordine irregreſsibili tempore determinato a natura. ordine irregreſsibili dico, quia ab habitu deuenire in priuationem poſsibile eſt, eſt non econuerſo. impoſsibile eſt. n. a priuatione regreſſum fieri in habitum, ut cæcitas & uiſus habent fieri circa oculum, a uiſu autem deuenire in cæcitatem poſsibile eſt, ſed non econuerſo. Contradictione oppoſita ſunt quæ opponuntur ſecundum affirmationem & negationem ut homo non homo & ipſa abſolute ſupra non poſſunt uerificari de aliquo copulatiue, eſt autem Contradictio, oppoſitio, cuius ſecundum ſe non eſt dare medium.

D

Poſtquàm

A quia contradictoria ſunt illa, quorum unum ſimpliciter dicit negationem alterius,& nihil ponit affirmatiue.ut ſunt ens,& non ens,ſedet,& non ſedet. &, quia inter ens,& non ens ſimpliciter non poteſt eſſe medium, ideo in contradictione non poteſt reperiri medium,& hoc ſibi conuenit per ſe primo & non rõne alicuius oppoſitionis præcedentis. ideo dicitur, ꝙ ſibi conuenit ſecundum ſe.Et per hoc habetur intellectus definitionis illarum oppoſitionum præcedentium.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic.Rationale,& irrationale priuatiue opponuntur,ſimiliter æquale,& inæquale,& tamen non habent fieri circa idem,ergo male ponitur definitio priuatiue oppoſitorum.Secundo ſic.Illud quod. eſt nõ ens non poteſt fieri, quia factio terminatur ad eſſe rei.ſed priuatio eſt non ens. ergo non habet fieri circa aliquod ſubiectum. Tertio ſic.Scientia & ignorantia opponuntur priuatiue,quia ignorantia eſt priuatio ſcientiæ, & tamen de ignorantia poteſt fieri naturaliter regreſſus in habitum.ſ. ad ſcientiam, ſicut cum Argumẽ.

B aliqui ſunt primo ignorantes poſtea efficiuntur ſcientes per ſtudium,ergo priuatiue oppoſita non ſemper ſunt ordine irregreſsibili. Quarto ſic. Omnis oppoſitio habet duo extrema, ſed contradictio non habet duo extrema, cum ſit inter ens & non ens ſimpliciter,modo non ens,non eſt unum extremum,ergo contradictio non eſt oppoſitio.

Quinto ſic.In oppoſitione contrariorum immediatorum non reperitur, medium,ergo definitio contradictionis conuenit aliis a definito.

Ad argumenta.Ad primum dicitur,ꝙ licet rationale,& irrationale ſecundum modos ſignificandi,& intelligendi quibus cognoſcuntur a nobis.ſ.unum per negationem alterius, ſint aliquo modo priuatiue oppoſita, tamen ſecundum id quod ſunt non ſunt priuatiue oppoſita,cum ſint formæ poſitiuæ, ſed magis habent rationem contrariorum,& eo modo priuatiue opponuntur,ſunt circa idem in genere,licet non in ſpecie uel in numero.Ad ſecundum dicitur,ꝙ licet priuati Solutiões.

C uo non fiat per ſe,tamen bene per accidens.ſ.per corruptionem habitus. quare etiam non eſt ens niſi per accidens & ſecundum quid.Ad tertium dicitur,ꝙ ſcientia,& ignorantia priuatiue opponuntur priuatione imperfecta,& ſolum de priuatione perfecta datur iſta definito.Ad quartum dicitur,ꝙ licet non ens ſimpliciter non ſit unum extremum ſecundum rem.ſed ſecundum intellectum,qui concipit non ens per negationem eius,non ens tamen bene eſt unum extremum oppoſitionis.quia tamen non eſt unum extremum ſecluſo opere intellectus.ideo ſine opere rationis contradictio non habet eſſe in rebus completum in actus ſed in potentia tantum,& perficitur in actu per intellectum.

Ad quintum dicitur, ꝙ licet inter contraria immediata non ſit medium per participationem,eſt tamen medium per abnegationem, de quo poteſt uere negari utrunque extremorum,& inter contradictoria nullum eſt ſimpliciter medium.

D

Quod Prius quinque modis dicitur.

Prius autem dicitur quadrupliciter. Primo modo & proprie dicitur aliquid prius altero ſecundum tempus, prout aliquis dicitur antiquior & ſenior altero,ſicut homo habens triginta annos dicitur prior homine habente uiginti annos. Secundo modo dicitur aliquid prius, a quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, ut unum prius eſt duobus. duobus enim exiſtentibus mox conſequens eſt unum eſſe, ut ſi duo ſunt, unum eſt, & non econuerſo. Tertio modo dicitur prius ſecundum ordinem quendam, ut in diſciplinis, principia priora ſunt

De hoc uide late per Philoſo. hoc eo.capi.de prio. & ibi per ſcribentes.

ra ſunt concluſionibus, & in Grammatica, literæ priores ſunt ſyllabis,& in oratione procemium prius eſt narratione per ordinem. Quarto modo, quod melius & honorabilius eſt dicitur prius cõſuetudine. Conſueuerunt enim plurimi homines honorabiliores & magis dilectos apud ſe dicere priores. Præter quatuor modos iam dictos, eſt alter modos prioris.eorum.ſ.quæ conuertuntur ſecundum eſſendi conſequentiam,& alterum eſt cauſa alterius quodammodo. Et hoc modo aliquid dicitur prius altero natura, ut res eſt cauſa ueritatis orationis factæ de ipſa re,ut hominem currere conuertitur cum hac oratione,homo currit,& ſi hominem currere eſt uerum,homo currit,eſt uerum,& econuerſo.res enim eſt cauſa ueritatis orationis de ſe factæ & non econtra.oratio enim non eſt cauſa ꝙ res ſit. Ab eo enim ꝙ res eſt uel non eſt oratio dicitur uera uel falſa, ergo hæc res,hominem currere,prior eſt hac oratione,homo currit. E F

Poſtꝙ Auctor determinauit de poſtprædicamento oppoſitionis, quod ſimpliciter ualet ad cognoſcendum diſtinctionem & diuerſitatem dicibilium incomplexorum,quę ponuntur in pręd camento,hic conſequenter determinat de poſt prædicamento prioris,quod ualet ad cognoſcendum ordinem illorum dicibilium aſſignans quinque modos eius,qui in his uerſibus continentur.

Tempore,natura,prius ordine dic,& honore.

Cauſam cauſato dicimus eſſe prius. Et licet poſterius ſit unum poſtprędicamentum,tamen,quia prius,& poſterius opponuntur relatiue, ideo tot modis dicitur unum quot modis dicitur,& reliquum,& cognitio uno oportet co gnoſcere aliud, ideo per diſtinctionem modorum prioris ſatis habetur diſtinctio modorum poſterioris,nec erit ſpecialiter determinandum de ipſo poſteriori. G

Prius tpe ac ſecundũ ſubſiſtendi conſequentiam.

Primo ſciendum,ꝙ primus modus, & ſecundus prioris ſic differunt inter ſe, quia prius primo modo,quod eſt prius tempore,dicitur illud cuius duratio præcedit durationem alterius, ſiue illa duratio pręcedat ſecundum tempus proprie dictum,ſiue ſecundum tempus captum pro æternitate,ut aliquis ſenior altero dicitur prior illo ſecundum tempus,& durationem illius. & ualet illo modo ad cognoſcendum ordinem inter uniuerſalia,quæ ſunt perpetua, & ſingularia, quę ſunt corruptibilia & temporalia.uniuerſale.n.quod eſt ſemper eſt prius duratione quolibet ſuorum indiuiduorũ,quod poſt non eſſe,accipit eſſe. Sed prius ſecundo modo,quod eſt prius natura dicitur illud quod non conuertitur ſecundũ exiſtendi conſequentiam, uel eſt illud quod requiritur ad eſſe alterius, & alterum non requiritur ad eſſe eius,ſicut unum eſt prius duobus.Et dicitur conſequentia exiſtendi in qua ad eſſe unius ſequitur eſſe alterius, ut homo eſt ergo animal eſſe. Et dicitur conuerti debite talis conſequentia,quando ſicut ad eſſe primi ſequitur exiſtentia ſecundi,ita ad exiſtentiam ſecundi ſequitur exiſtentia primi, ut hic, homo eſt.ergo riſibile eſt,& econtra, riſibile eſt,ergo homo eſt.Et ualet ille modus generaliter ad cognoſcendum ordinem ſuperioris ad inferius,quia omne ſuperius eſt hoc modo prius ſuis ſuperioribus. H

Prius ordine a priori ſcdm perfectionem, diſcrimen.

Secundo ſciendum,quod tertius modus, & quartus ſic inter ſe differunt,quia prius tertio modo dicitur, quod eſt prius alio ordine compoſitionis uel doctrinæ,ſicut illud quod eſt ſimplicius alio,ſicut principia ſunt priora cõcluſionibus, & literę ſyllabis,& ſyllabæ dictionibus.Et dicitur tale prius,prius ordine capiendo

A do ordinẽ ſpecialiter pro ordine cõpoſitionis uel doctrinæ, ubi procedit a ſimplicibus ad cõpoſita,& non capiendo ordinẽ generaliter pro quocunque ordine rei uel rõnis, per hunc modũ cognoſcimus ordinem generis & differentiarum ad ſpeciem,quæ ex ipſis componitur. Sed prius quarto modo, quod eſt prius honore dicitur illud quod eſt perfectius & honorabilius alio,quod dicitur prius ſecundum perfectionem, ut homo uirtuoſus dicitur prior homine non uirtuoſo, & hoc modo omne inferius, cum ſit perfectius ſuo ſuperiori, eſt prius.& ſic iſte modo ualet ad cognoſcendum ordinem ſpecierum ad ſua ſuperiora.

Tertio ſciendum,ꝙ prius quinto modo, quod eſt prius cauſalitate, dr̃, quod cõuertitur ſecundũ exiſtendi conſequentiã, & tñ unum eſt cauſa alterius, ut homo & riſibile conuertuntur ſecundũ exiſtendi conſequentiã,& tñ hõ eſt cauſa riſibilis & ẽt ueritas orationis & res ſignificata per eã, quæ eſt cõpoſitio pdicati cum ſubiecto, conuertuntur ſecundũ eſſe,& tñ res ſignificata p orationem ẽ cau- Prius ſecũdũ cauſalitatem.
B ſa ueritatis orationis. Ab eo enim ꝙ res eſt uel non eſt oratio dicitur uera uel falſa.quod intelligendum eſt nõ de re ſubiecti uel pdicati ſed de re formaliter ſignificata per orationem, ut eſt inhærentia uel compoſitio prædicati cum ſubiecto. Et ualet ille modus ad cognoſcendum ordinem differentiæ ad ſpeciẽ, & ſpeciei ad ſua accidentia propria. & differt ab omnibus modis præcedentibus, quia in iſto conuertitur exiſtendi,conſequentia,quod non fit in alijs præcedentibus.

Quarto ſciendũ, ꝙ illorum modorũ prioris ſic habetur ſufficientia. quia omne prius uel ſumitur ſecũdũ ordinẽ diſciplinę & cognitionis,& ſic eſt tertius modus uel ſecundum ordinem rei, & hoc dupliciter.uel ſumitur ex parte rei,uel ex parte conſequentiũ ipſum eſſe, ut ſunt perfectio,& cauſalitas ſi primum hoc eſt dupliciter. uel ſumitur ex parte eſſe rei ſimpliciter & abſolutẽ, & ſic eſt ſecũdus modus,uel ſecundũ durationẽ eſſe illius,& ſic eſt primus modus.Si ex parte cõſequentium,hoc eſt dupliciter.uel ſumit̃ ſecundũ modũ perfectionis,& ſic eſt quar- Quinque modis tm̃ dicitur alterum altero prius.
C tus modus,uel cauſalitatis,& ſic eſt quintus modus.Et ſic patet de modis prioris.

Sed contra prædicta arguit̃ primo ſic. In tpe non eſt prius nec poſterius,quia de tpe non habemus niſi nunc,in quo nõ eſt prius neq; poſterius,cũ ſit indiuiſibile. ergo nihil dicitur prius tempore. Secundo ſic. Omne ſuperius eſt ſecundo mõ prius ſuo inferiori, & tamẽ inter ſuperius & inferius conuertitur conſequentia ſubſiſtendi,quia ſicut ſequitur,inferius eſt,ergo ſuperius eſt,& econtra,ſi ſuperius eſt,inferius eſt.ergo male definitur prius natura, quod non cõuertitur ſecundũ exiſtendi conſequentiam. Tertio ſic. Omne prius eſt prius ſecundum ordinẽ, ergo prius ordine non eſt modus diſtinctus ab alijs. Argumẽta

Quarto ſic. Species eſt perfectior, & honorabilior genere, & tamen non eſt prior illo,cum principiatum non præcedat principium. ergo male dicitur,ꝙ honorabilius,& melius dicitur prius quarto modo.

Quinto ſic. Eorum quę ſunt ſimul unum non eſt prius alio,ſed ea quæ cõuertuntur ſecundũ eſſe ſimul ſunt,ergo unũ nõ eſt prius,ut in quinto modo dicitur.
D

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet de tempore non ſit niſi nunc in actu & in facto eſſe, tamẽ ſecundũ ſucceſſionem & ſecundũ potẽtiam ſunt plures partes temporis,ut pręteritum,& futurum,quæ ſunt in fieri ex fluxu ipſius nunc. Solutiões.

Ad ſecundũ dicitur,ꝙ licet inferius,& ſuperius,ſi conſyderentur quantũ ad intentiones ſuperioris, & inferioris, ſic cõuertantur ſecundũ exiſtẽdi cõſequentiã, eo ꝙ hoc mõ ſunt relatiua,non tñ cõuertuntur, ſi conſyderanẽ quantum ad naturas eorum, ſed ſuperius præcedit inferius. Ad tertiũ dr̃.ꝙ licet omne prius ſecundũ ordinẽ generaliter acceptũ ſit prius non tamen ordine doctrinæ uel compoſitionis,de quo ordine ſolum eſt hic propoſitũ. Ad quartũ dicitur, ꝙ licet ſpecies uia generationis nõ ſit prior genere,tamẽ ordine perfectionis illo prior eſt.

P Ad

Ad quintum dicitur, ꝙ licet ea, quæ conuertuntur ſecundum exiſtendi conſequẽtiam ſint ſimul tempore, non tamen ſunt ſimul natura, quia cum unum eſt cauſa alterius, eſt prius natura alio, cum omnis cauſa natura præcedat ſuum effectum. E

De ipſo Simul & eius tribus modis.

De hoc ni de Philoſ. hic eo ca. & ibi Doc. Simul autem dicitur tribus modis. Primo. n. modo dicuntur ſimul, quorum generatio eſt in eodem tempore, & neutrum illorum non eſt prius neq; poſterius, & hoc dicitur ſimul tempore, ut duo gemelli nati in eodem tempore, ſimiliter ſubiectum, ſua propria paſsio. Secũdo modo dicuntur ſimul, quæcunq; conuertuntur, & neutrum eſt cauſa alterius ut ſit, ſicut quælibet relatiua, ut duplum & dimidium, pater, & filius, & ſic de aliis. Tertio modo dicuntur ſimul, quæcunq; æqualiter cõdiuidunt aliquod genus, ut homo, equus, & leo, & ſic de aliis, quæ ęque condiuidunt hoc genus animal. & etiam differentię diuidentes aliquod genus dicuntur ſimul, ut rationale, & irrationale, & ſic de aliis. Iſti autem duo ultimi modi dicuntur ſimul natura, primus autem modus dicitur ſimul tempore. F

Ipſius ſimul, naturã, atq; tres tm̃ eius eẽ modo proponit. Poſtquàm Auctor determinauit de poſtprædicamento prioris, & poſterioris, quod ualet ad cognoſcendum ordinem ſuperioris, & inferioris inter ſe, hic conſequenter determinat de poſtprædicamento ſimul, quod ualet ad cognoſcendum conuenientiam plurium inferiorum in ſuo ſuperiori, aſsignans tres modos eius, quia in his uerſibus continentur.

Tempore dico ſimul quorum generatio non eſt.
Suntq; ſimul ſpecies, genus unum condiuidentes.
Quæ conuertuntur dicimus eſſe ſimul. G

Et horum modorum ſic habere ſufficientia. quia quæcunq; ſunt ſimul, ſunt ſimul natura, uel tempore. Si ſimul tempore, ſic eſt primus modus, ſi ſimul natura, hoc eſt dupliciter. uel talia ſunt ſimul natura diuiſionis, & ſic eſt tertius modus, uel natura relationis, & ſic eſt ſecundus modus.

Primo ſciendum, ꝙ ſimul dupliciter accipitur. Vno modo pro quacunq; conuenientia duorum in uno tertio, ut comprehendit omnia illa quæcunq; ſunt aliquo modo ſimul, & hoc modo continentur ſub ipſo, ſimul in loco, & ſimul in ſpacio, & ſimul in motu, qui hic enumerantur. Alio modo capitur ſpecialiter, ſolum ut ſe extendit ad modos ſimul, qui ualent ad cognitionem prædicamentorum habendam, & hoc modo hic conſyderatur, & non primo modo. & quia eſſe ſimul in motu, uel eſſe in loco non requiritur ad notitiam prædicamentorum, eo ꝙ proprie conueniunt ſolum indiuiduis, quæ ſunt corruptibilia, & non habent eſſe in prædicamento tanquam dicibilia, ſed ut ſubiicibilia tantum, ideo hic illi modi enumerantur. H

Quę ſimul tp̃e dñr. Secundo ſciendum, ꝙ ſimul tempore dicuntur aliqua, quorum generatio eſt in eodem tempore, & etiam tota duratio, ut ſunt illa, quæ ſimul generantur, & corrumpuntur, ut homo, & riſibile dicuntur ſimul tempore. & debet intelligi, ꝙ eorum generatio ſit in eodem tempore tam ſecundum eſſe quàm ſecundum eſſentiam, ita ꝙ ſit in eodem inſtanti temporis, & ſimiliter corruptio eorum. & nõ ſufficit ꝙ generatio eorum ſit in eodem tempore ſecundum eſſentiam. quia, cum ſit tantum unum tempus ſecundum eſſentiam omnium temporalium, ſequeretur ꝙ omnia præterita, & futura eſſent ſimul tempore.

Tertio ſciendum, ꝙ ſimul ſecundo modo, dicuntur illa, quæ conuertuntur, & neutrum

neutrum eſt cauſa alterius,ut ſunt relatiua,quę ſimul ponuntur ineſſe & non ineſſe,& inter ſe non conuertuntur ſecundum ſuppoſita,ſic q̃ de ſeinuicem uerificentur,ſed conuertuntur ſecundum exiſtendi conſequentiam,quia ſicut ad eſſe unius ſequitur eſſe alterius,ita econuerſo,& neutrum eſt cauſa alterius,eo q̃ unum non præcedit naturaliter aliud, nec poteſt habere eſſe niſi ponatur ſuum correlatiuum. Et illa,quæ ſic dicuntur ſimul,habent oppoſitionem ad duos modos Prioris.ſ.ad ſecundum & quintum.ideo hic ponitur, quæ conuertuntur.ad differentiam ſecundi modi prioris,& neutrum eſt cauſa alterius,ad differentiam quinti, primus modus ſimul opponitur primo modo prioris. Quę ſimul dicũt ſecũdo modo.

Quarto ſciendum,q̃ ſimul tertio modo dicuntur,quæ econtraria condiuidunt aliquod genus,ut ſunt duæ differentiæ, uel duæ ſpecies eiuſdem generis, & illæ ſpecies,uel differentiæ poſſunt dupliciter conſyderari. uno modo comparando illa inter ſe, & ſic una ſemper eſt prior alia uia, perfectionis,cum una ſemper
B ſit perfectior altera. alio modo conſyderantur inquantum conueniunt in ſuo genere,in quo eſſentialiter continentur & ſunt æqualis perfectionis,& ſic ſunt ſimul perfectione,nec una eſt perfectior alia,uel prior,uel poſterior. ideo iſte modus ſimul,poteſt dici perfectione,& opponitur quarto modo prioris, quo aliquid dicitur prius honore uel perfectione. Et per hoc ſatis patet declaratio diuiſionis ſimul,& modorum eius.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic, Simul & prius opponuntur, quia Simul dicit negationem Prioris & Poſterioris, relinquens aptitudinem ad illa,ergo tot modis dicitur, ſimul, quot modis dicitur prius. ergo ſicut ſunt quinque modi Prioris,ita debent eſſe quinque modi ſimul.Secundo ſic.Illa quæ conuertuntur,& neutrum eſt cauſa alterius ſunt ſimul tempore, cum generatio, & corruptio eorum ſit in eodem inſtanti temporis, ergo ſecundus modus ſimul, & primus coincidunt. ergo illi tres modi non bene diſtinguuntur. Tertio ſic. Argumen.
C Puer & ſenex nunc uiuentes ſunt ſimul tempore,cum ſint in eodem nunc, & tamen eorum generatio non fuit in eodem tempore, ergo male definitur primus modus ſimul.Quarto ſic.Cauſa eſt, ad cuius eſſe ſequitur aliud, ſed ad eſſe unius relatiui ſequitur eſſe alterius,ergo unum eſt cauſa alterius. ergo contra ſecundum modum.Quinto ſic.Quęcunque ſunt ſimul in aliquo ſimul conueniunt, ſed illa quæ diuidunt econtrario unum genus nunquam ſunt ſimul in eodem,neque conueniunt in aliquo uno, quia opponuntur inter ſe, ergo male aſſignatur tertius modus ſimul.

Ad argumenta. Ad primum dicitur,q̃ licet ſimul priuatiue opponatur Priori & Poſteriori,& ideo ſecundum rem poſſunt poni tot modi ſimul,quot ponuntur Prioris,& Poſterioris,tamen ſecundum uſum accipiendo ſimul,ut ualet ad cognitionem prædicamentorum,hic ſolum aſſignantur tres modi ſimul. Solutiões.

Ad ſecundum dicitur,q̃ licet ea quæ conuertuntur ſecundũ exiſtendi conſe-
D quentia ſint ſimul tempore,tamen alia ratione dicuntur ſimul tempore,& ſimul natura.quia inquantum ſimul producuntur in eodem inſtanti,dicuntur ſimul tẽpore,& inquantũ intelliguntur ſimul eſſe ſub aliqua natura,dicuntur ſimul naturâ.iõ illi modi nõ concidunt. Ad tertiũ dicitur,q̃ licet puer & ſenex nunc uiuẽtes ſint ſimul tpe ſecundum aliq̃ partem ſuæ durationis,non tñ ſecundum totã durationem eorum,ſed unius eſt prior alio tempore. Ad quartum dicitur, q̃ licet ad eſſe unius relatiui ſequatur illatiue eſſe alterius,non tñ ſequitur cauſaliter,& ſecundum naturam,quo tñ modo effectus ſequitur ad ſuã cauſam. Ad quintum dicitur quòd licet ea quæ opponuntur non poſſunt eſſe ſimul in eodem numero,tamen bene poſſunt eſſe in eodem genere,& hoc modo ſunt ſimul illa, quæ condiuidunt aliquod genus,quia ſimul ſunt in natura a communi importata p genus.

De ſex ſpeciebus Motus. E

Motus ſpecies ſex ſunt, generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, ſecundum locum mutatio. Generatio eſt progreſsio a non eſſe, ad eſſe. Corruptio eſt progreſsio ab eſſe in non eſſe. Augmentum eſt præexiſtentis quantitatis maioramentum. Diminutio eſt præexiſtentis quantitatis minoramentum. Alteratio eſt mutatio de contraria qualitate in contrariam qualitatem, uel in mediam, ut cum aliquis mutatur ab albedine in nigredinem, uel in medios colores. Motus ſecundum locum eſt mutatio de uno loco in alterum. Motus autem ſecundum locum ſex ſunt ſpecies, ſiue differentiæ, ſcilicet
ſurſum, deorſum, ante, retro, dextrorſum, & ſiniſtrorſum. Ad omnes F
enim has partes fit motus.

Poſtq̃ Auctor determinauit de modis oppoſitionis Prioris & ſimul, quæ ualet ad cognoſcendum dicibilia incomplexa quantum ad ſuum eſſe, hic conſequenter determinat de Motu, qui ualet ad cognoſcendum illa quantum ad ſuum fieri. Illorum enim dicibilium, aliqua cauſantur ex aliis per motum rationis, ſicut plures ſpecies ab eodem genere alia uero per motum realem, ſicut accidentia cauſantur a ſubſtantia per motum. Et primo enumerantur ſex ſpecies motus, quæ in his uerſibus continentur.

Auget, diminuit, corrumpit, & generatur.
Alterat, & mutat, ſic per loca multa uagatur.
Iſtis ſex modis dicitur eſſe motus.

Et illarum ſpecierum ſufficientia ſic haberi poteſt. Quia omnis motus fit inter G
duos terminos. uel ergo illorum terminorum unus eſt affirmatiuus & alius negatiuus, uel ſunt ambo affirmatiui, ſi primũ, tunc hoc eſt dupliciter, quia uel terminus ad quem eſt affirmatiuis, & ſic eſt generatio, uel terminus a quo, & ſic eſt corruptio. Si ambo termini ſunt affirmatiui, hoc eſt dupliciter, uel talis motus fit ad formam reſpectiuam, & ſic eſt loci mutatio, quæ fit ad ubi, uel ad formam abſolutam, & hoc eſt dupliciter uel ad qualitatem, & ſic eſt alteratio, uel ad quantitatem, & hoc eſt dupliciter. uel ad quantitatem perfectam, & ſic eſt augmentatio uel ad quantitatem imperfectam, & ſic eſt diminutio.

Quid generatio.

Primo ſciendum, ꝙ generatio eſt progreſsio de non eſſe ad eſſe, ut cum fit mutatio de non eſſe aquæ ad eſſe eius per mutationem ſubiecti. Et capitur ibi progreſsio non ſpecialiter. ſ. pro motu progreſsiuo animalis, ſed generaliter pro quacunque mutatione, in qua acquiritur forma poſt formam in aliquo ſubiecto.
Et ponitur ibi progreſsio, loco generis, & de non eſſe ad eſſe, ad explicandum H
terminum a quo, aut terminum ad quem generationis, & non capitur ibi non eſſe prout negat generaliter omne eſſe, ſed ſolum prout negat eſſe in actu, & relinquit eſſe in potentia, quia generatio fit de non eſſe in actu, de eſſe tamen in potentia ad eſſe in actu. Et per oppoſitum corruptio, eſt progreſsio de eſſe ad non eſſe. ubi ponitur progreſsio loco generis, & de eſſe ad non eſſe, ad differentiam aliarum ſpecierum motus.

Quid augmentatio, ac diminutio.

Secundo ſciendum, ꝙ augmentatio dicitur præexiſtentis quantitatis additamentum. & ratio eſt, quia augmentatio eſt motus de minori quantitate ad maiorem, ſed quantitas non poteſt fieri maior niſi per additionem alicuius partis quantitatis. Et per oppoſitum diminutio eſt præexiſtentis quantitatis minoramentum.

A ramentũ. Et ratio eſt, quia ille motus eſt de maiori quantitate in minorẽ, & maior quantitas non poterit fieri minor niſi per remotionem alicuius parte eius, id fit ubi minoramentum præexiſtentis quantitatis eius. Vnde in hoc conueniunt augmentatio & diminutio, quia ſunt ad quantitatem, & differunt in hoc, quia una fit ad quantitatem perfectam, & alia ad imperfectam.

Quid alteratio.

Tertio ſciendum, ꝙ alteratio eſt mutatio ab una contraria qualitate in aliam contrariam, uel in mediam. & ponitur mutatio loco generis, & reſiduum ponitur ad differentiam aliorum motuum, quorum nullus fit ad qualitatem. & non requiritur ꝙ qualitates inter quas eſt alteratio, ſint contrariæ ſecundum eſſentiam & ſpeciem, ſed ſufficit ꝙ ſint contrariæ ſecundum perfectum, & imperfectum, ideo ibi ponitur uel in qualitatem mediam, quia aliquæ qualitates mediæ non contrariantur extremis ſecundum ſpeciem, ſed tantum ſecundum eſſe perfectum uel imperfectum, & in aliquibus eſt contrarietas ſecundum ſpeciem, ut
B inter albedinem & medios colores.

Quid ſecũdum locũ mutatio p oẽs drias, poſitionis. De iſtis poſitionũ differentiis uide 5. phi. & 2 Cœli. & Mun t.cõ. 14.

Quarto ſciendum, ꝙ loci mutatio, eſt mutatio de uno loco ad alium locum. & talis motus extrinſece terminatur ad locum, intrinſece uero terminatur ad ubi, quod cauſatur a loco, ideo talis motus reductiue eſt in prædicamento ubi, & per hoc differt ab alijs motibus. Et diuiditur in ſex ſpecies, ſcilicet in motum ſurſum, deorſum, ante, retro, dextrum, & ſiniſtrum. Cuius ratio eſt, quia motus diuiditur ſecundum diuiſionem termini ad quem, ſed ubi eſt terminus ad quem motus localis, qui diuiditur per ſurſum, & deorſum & ſic de alijs. ergo motus localis conuenienter diuiditur per has ſpecies, & differentias. Vnde ſurſum & deorſum, ſi capiantur pro locis illis, ſunt in prædicamento quantitatis. & , ſi capiantur prout dicunt rem in talibus locis eſſe, ſunt in prædicamento ubi. Sed, ſi capiantur ut dicunt ſituationes in illis locis ſunt differentiæ poſitionis, & de prædicamento ſitus, & hoc ultimo modo non ſunt termini motus localis ſed ſe-
C cundo modo. Et per hoc patet quę & quot ſunt, & quomodo definiuntur ſpecies motus.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Omnis motus eſt continuus & diuiſibilis, cum in tempore fiat, ſed generatio non eſt diuiſibilis, ſed fit in inſtanti, & ſimiliter corruptio ergo generatio & corruptio non ſunt ſpecies motus, & ſic per conſequens illæ ſpecies male enumerantur. Secundo ſic. Dum aqua generatur ex aere, eſt ibi generatio, & tamen ipſa fit ab eſſe quæ ad eſſe aeris, ergo male dicitur, quòd generatio fit de non eſſe ad eſſe. Tertio arguitur ſic. In ebullitione lactis eſt augmentatio, & tamen ibi non fit additamentum præexiſtenti quantitati, ergo male definitur augmentatio. Quarto ſic. Mutatio de minus albo ad magis album eſt alteratio, & tamen non fit mutatio de una qualitate in aliam contrariam, nec in mediam, quia album & albus non contrariantur. ergo male ponitur definitio alterationis.
D Quinto ſic. Cœlum mouetur motu locali, & tamen non mutatur de uno loco in alium, ſed ſemper manet in eodem loco, ergo contra definitionem loco mutationis.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd ſi motus capiatur ſpecialiter pro motu ſucceſsiuo, qui ſemper fit inter terminos affirmatiuos, ſic omnis motus eſt indiuiſibilis, & ſic generatio & corruptio non ſunt motus. ſed ſi capiatur generaliter tantum pro omni mutatione inſtantanea ſiue ſucceſsiua, ſicut in propoſitio capitur, ſic generatio & corruptio bene ſunt motus. Ad ſecundum dicitur, quod cum aqua generatur ex aere, illa generatio fit ab eſſe aeris tanquam a termino extrinſeco, ſed a non eſſe aquæ tanquam a termino extrinſeco & proprio a quo magis denominatur quàm a termino extrinſeco. Ad tertium

dicitur, quòd licet in tali augmentatione, quæ fit per ebuſsionem lactis, uel per ra refactionem, non ſit additamentum ſubſtantiæ, eſt tamen additamentum partiū quātitatis. Ad quartum dicitur, ꝙ licet minus album, & magis album non cōtra rientur ſecundum eſſentiam, cum ſint eiuſdem ſpeciei, tamen contrariantur ſecū dum eſſe qualitatis perfectum, & imperfectum quod ſufficit ad motum. Ad quin tum dicitur, ꝙ licet cœlum ſecundum ſe totum non moueatur ab uno loco in alium tamē mutatur ſecundū ſuas partes. & ideo ſibi attribuitur motus localis. E

Habere quot modis accipiatur.

HAbere autem dicitur multis modis. Primo modo dicitur, habere aliquam qualitatem, ut diſciplinam aut uirtutem. Secundo modo dicitur, habere quantitatem quod contingit ei qui habet magnitudinem, ut bicubitum tricubitum. Tertio modo dicitur habere ea, quæ circa corpus ſunt adiacentia, ut ueſtimentum, uel tunicam, aut circa membra, ut in manu anulum, & habitus, iſto tertio modo ſumptus eſt unum de decem prædicamentis, & definitur ſic. Habitus eſt corporum & eorum, quæ circa corpus ſunt adiacentia, ut eſt armatio, caligatio, & ſimiliter figurantur nomina in aliis, ſecundum adiacentia illa. hæc enim dicuntur habere, illa uero haberi. Quarto autem modo dicitur habere membrum ut manum aut pedem. Quinto dicitur habere ſicut continens contentum, ut lagena habere dicitur uinum, aut modium grana tritici. Sexto modo dicitur habere poſſeſsionem, ut domum aut agrum, Septimo modo dicitur habere uxorem, & de hoc ultimo modo dicit Ariſtoteles, quòd iſte modus alieniſsimus eſt in eo quòd eſt habere, & propter hoc, quòd uir habens uxorē etiam habetur ab ea. & uinculum matrimonii indiſſolubiliter ligat utrunq;. Et dicit, quòd forte alii modi apparebunt in eo quòd eſt habere, ſed qui conſueuerunt dici, penè omnes enumerati ſunt. F G

Poſtquam Auctor determinauit de motu, hic conſequenter determinat de quinto, poſtprædicamento, & ultimo. ſ. de habere. & ratio ordinis eſt, quia motus ualet ad cognoſcendum quomodo accidentia a ſubſtantia cauſantur, habere uero ualet ad cognoſcendum reductionem accidentium ad ſubſtantiam. & quia illa accidentia prius cauſantur quam ad aliud reducantur, ideo conuenienter determinatur de poſtprædicamento habere poſt motum. H

Habitus ab habere distinctio. Primo ſciendum, ꝙ habere dupliciter accipitur. Vno modo generaliter, ut ſe extendit ad omnes ſuos modos, & ſic ponitur reductiue in diuerſis prædicamentis, & hoc modo ponitur unum poſtprædicamentum. Alio modo capitur ſpecialiter, ſolum pro tertio modo habere, prout eſt corporum, & eorum quæ circa corpus ſunt adiacentia, & ſic eſt unum prædicamentum ab aliis diſtinctū, de quo prius determinatum eſt, & hoc ultimo modo non capitur, hic ſed primo modo. ideo conuenienter ponitur poſtprędicamentum.

Secundo ſciendum, ꝙ ipſius habere ſeptem modi ponuntur in textu in his uerſibus contenti.

A Affectum, quantum, ueſtitum nunc uelut aurum. . Septē modorum ipſius habere intellectus.
Membrum, contentum, poſſeſsio, uir mulierem.
Vnde per affectum deſignatur primus modus habere, qui eſt habere qualitatem, qualitas enim afficit ſubſtantiam & qualificat eam. & per quātum, deſignatur ſecundus modus. ſ. habere quātitatem. & per ueſtitum deſignatur tertius modus, qui eſt habere ea, quæ corpori adiacent uel ſecundū totum, ut tunica, ſiue ſecundum partem, ut anulus aureus in digito. & per membrum deſignatur quartus modus, qui eſt habere membrum, ut caput uel partē integralem. per cōtentū deſignatur quintus modus, qui eſt ut continens habet contentum, ut lagena habet uinum, & modius grana tritici. Et ſextus modus deſignatur per poſſeſsionē, & per mulierem ſeptimus ſcilicet habere uxorem, & per hoc poteſt haberi ordo, numerus illorum modorum.

Tertio ſciendum, φ primus modus habere. ſ. habere qualitatem, reponitur in
B prædicamento qualitatis reductiue, quia tale habere dicit inhærentiam qualitatis ad ſubſtantiam, & talis inhærentia eſt eſſe illius qualitatis. & ſimiliter ſecundus modus. ſ. habere quantitatem, eſt in prædicamento quantitatis. Sed habere tertio modo eſt prædicamentum ab alijs diſtinctum. & habere membrum, ſiue partem integrale eſt reductiue in prædicamento ſubſtantiæ, quia dicit unionem partis in toto. Talis autem unio fit per formam ſubſtantialem. Sed habere contentum, eſt in prædicamento ubi, quia tale habere dicit eſſe in loco continente. Et habere poſſeſsionem, eſt in prædicamento relationis, quia poſſeſſor dicitur correlatiue ad rem poſſeſſam tanquam ad correlatiuum eius. Et ſimiliter habere uxorem eſt in prædicamento relationis, coniunx enim dicitur correlatiue ad coniugem, & ſunt relatiua æquiparantiæ. Et per hoc habetur quomodo habere ſecundum diuerſos modos eius ponitur in diuerſis prædicamentis.

C Quarto ſciendum, φ iſtorum nominum haberi, ſic poteſt ſufficientia. quia in omni modo habere habens eſt principium habiti. uel ergo eſt principium eius ſecundum naturam, & uoluntatem ſimul, & ſic eſt quartus modus, ſcilicet habere membrum, membrum enim habetur ſecundum naturam, & ſecundū uoluntatem applicatur ad operationem. uel eſt principium eius ſecundum naturam tantum, uel ſecundum uoluntatem tantum. ſi primum hoc eſt dupliciter. uel eſt principium alterius ratione materiæ, & ſic eſt ſecundus modus, uel ratione formæ. & ſic eſt primus modus. Si ſecundum uoluntatem tantum hoc eſt dupliciter. uel habens habet tantum, uel habet & habetur. ſi ſecundum, ſic habetur ſeptimus modus, ſi primum, hoc eſt dupliciter. uel habitus figuratur ad formam habentis uel non. ſi ſecundum, ſic eſt ſextus modus, ſi primum hoc eſt dupliciter, uel habens circundat habitum, & ſic eſt quintus modus, uel circundatur ab illo quod habetur, & ſic eſt tertius modus, & ſic patet diſtinctio mo
D dorum habere.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Idem non eſt prædicamentum, & poſt prædicamentum quia oporteret, idem eſſe in diuerſis prædicamentis & poni in uno tantum. ſed habere eſt unum prædicamentum, ergo male ponitur unum poſtprædicamentum. Secundo ſic. Omne quod diuiditur eſt aliquod totum, ſed habere non eſt aliquod totum, cum non ſit unum, ergo male diuiditur per ſeptem modos.

Tertio ſic. Omne habere mediat inter rem habentem, & rem habitam, ſed inter quantitatem & ſubſtantiam nihil mediat, cum quantitas immediate inſit ſubſtantiæ, ergo nihil dicitur habere quantitatem. Quarto ſic. In omni modo habere habens eſt principium habiti, ſed poſſeſſor non eſt principium rei

 poſſeſſæ,

poſſeſſæ, neque uir reſpectu uxoris. ergo male ponuntur ſextus & ſeptimus modus habere. Quinto ſic. Subſtantia dicitur habere relationem, actionem & paſſionem & ſimiliter genus dicitur habere ſpeciem, & qualitas habere contrariũ & tamen illi modi hic non enumerantur. ergo modi habere non ſufficienter enumerantur hic. E

Argumen. Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd licet idem uniuoce, & eodem modo captum non ſit prædicamentum & poſtprædicamentum, tamen idem ſecundum uocem æquiuoce acceptum poteſt eſſe prædicamentum & poſtprædicamentum, & ſic eſt habere, ut dictum eſt. Ad ſecundum dicitur, quod licet habere non ſit aliquod totum ſecundum rem. eſt tamen unum totum ſecũdum uocem ideo bene diuiditur diuiſione uocis in ſuas ſignificationes. Ad tertium dicitur, quòd licet habere quantitatem non mediet realiter inter quantitatem, & ſubſtantiam tanquam accidens realiter diſtinctum a quantitate, quia idem eſt realiter cum quantitate, tamen mediat ſecundum rationem, & modum quia dicit inhærentiam quantitatis ad ſubſtantiam. Ad quartum dicitur, quòd licet poſſeſſor inquantum relatiue dicitur ad rem poſſeſſam, & etiam uir reſpectu uxoris non ſit principium, tamen ſecundum id quod eſt, eſt aliquo modo princicipium in genere cauſæ finalis, poſſeſſio enim eſt propter poſſeſſorem, & uxor propter uirum. Ad quintum dicitur, quòd licet reperiantur plures modi habere quàm illi ſepté, tamen alij ab alijs ſunt minus principales, & minus uſitati, & ſic ſufficienter poſſunt cognoſci per illos modos. ideo ſufficienter enumerãtur principaliores modi ipſius habere. F

Hæc de tertio tractatu magiſtri Petri Hiſpani dicta ſufficiant.

A VERSORII PARISIENSIS EXPOSITIO, IN QVARTVM TRACTATVM PETRI HISPANI.

SVMMA TRACTATVS.

De principijs ſyllogiſmi ſimpliciter, Propoſitione, & Termino, Dici de Omni, Dici de Nullo. De ſyllogiſmis perfectis ac imperfectis Primæ,
B *Secundæ, ac Tertiæ Figuræ, modus item reducendi imperfectos Syllogiſmos ad perfectos.*

Quid propoſitio ac Terminus ſit.

PROPOSITIO eſt oratio affirmatiua, uel negatiua, alicuius de aliquo, uel alicuius ab aliquo. Terminus eſt in quem reſoluitur propoſitio, ut in ſubiectum & prædicatum. Ad hoc v. de ſexto Top. pto. & ſeptimo co.c. 3.&. 4.

ISTE eſt tractatus Quartus Summularum magiſtri Petri Hiſpani, in quo,
C poſtquàm determinauit de partibus remotis ſyllogiſmi.ſ. de prædicabilibus, & prædicamentis, & de partibus propinquis eius.ſ. de enunciatione ſiue propoſitione, conſequenter determinat ipſo ſyllogiſmo, ſiue de totali argumentatione. & quia unumquodque prius habet conſyderari ſecundum ſe, quàm per comparationem ad aliud. ideo priuſquàm determinet ipſe de ſyllogiſmo contracto ad materiam probabilem & ſophiſticam, quod fit in tractatu de Locis, & fallacijs, ipſe in præſenti tractatu determinat de ſyllogiſmo ſimpliciter, & ſecundum ſuam formam conſyderato ſine contradictione ad materiã, Ex quo patet, q ſyllogiſmus ſimpliciter eſt ſubiectum in iſto tractatu, & quia res habet cognoſci per ſua principia, ideo antequam definiat, ſyllogiſmum, prius de-
D terminat de aliquibus principiis ſyllogiſmi. & primo de materialibus quàm de principiis regulatiuis eius.ſ. de propoſitione, & termino.

Primo ſciendum, q propoſitio definitur ſic. Propoſitio eſt oratio affirmatiua uel negatiua alicuius de aliquo, uel alicuius ab aliquo. ubi ponitur oratio, loco generis definiti deinde ponitur affirmatiua, uel negatiua, ad explicandum unam differentiam conuertibilem cum propoſitione & licet affirmatiuum, uel negatiuum ſint membra diuidentia reſpectu propoſitionis, non tamen ponuntur in hac definitione inquantum ſunt diuidentia definitum, ſed inquantum ſunt nobis notiora ipſo definito, & explicant differentiam propoſitionis ſecundum eſſe, quod habet in ſuis ſpeciebus. Et dicitur alicuius de aliquo, ideſt prædicati de ſubiecto, & magis definitur per affirmatiuum, & negatiuum, quæ ſe tenent ex parte formæ propoſitionis

propoſitionis,quàm per uniuerſale,& particulare, quæ ſe tenent ex parte materiæ eo q forma magis notificat eſſe rei,& diffinitio indicat eſſe, rei. E

Propõ dupliciter cõſyderatur. Secundo ſciendum,q propoſitio poteſt dupliciter conſiderari. uno modo inquantum eſt ſignum conceptus mentis,uel nuntius noſtri intellectus ad exprimẽdum conceptum complexum,& hoc modo habet rationem enunciationis,& hoc modo ſibi conuenit ſignificare uerum uel falſum reſpectu ſui ſignificati.&,quia in primo Tractatu conſyderatur ſub ratione enunciationis,ideo ibi definitur per uerum,& falſum.alio modo conſyderatur,vt eſt pars propinqua ſyllogiſmi,& hoc modo conſyderatur in præſenti loco,&,quia per affirmationem, & negationem,quæ ſe tenent ex parte formæ enunciationis, maximè habet uariare ſyllogiſmum,ideo conuenienter notificatur per affirmatiuum, & negatiuum.Et ſic patet quomodo diuerſimode conſyderatur, & definitur propoſitio hic,& in primo tractatu.

Termini definitio. Tertio ſciendum,q terminus dicitur,in quem reſoluitur propoſitio,ut in ſubiectum,& prædicatum, cuius ratio eſt, quia terminus eſt principium materiale componens propoſitionem.dicitur.n terminus a terminando, quia materialiter terminat propoſitionem.ſed unumquodque reſoluitur in ea, ex quibus componitur,ergo propoſitio reſoluitur per terminos tanquam in ſuas partes.Ideo terminus bene dicitur,in quem reſoluitur propoſitio.& intelligitur de reſolutione quæ fit in uoces ſignificatiuas.& non de quacunque reſolutione,quia Logicus ſolum conſyderat uoces ſignificatiuas, & non habet conſyderare literas,& ſyllabas, quæ a Grammatico conſyderantur. F

Poſt ꝓpoſitionẽ terminus defi niatur. Quarto ſciendum q licet terminus ſit principium, & pars propoſitionis, tamen conuenienter definitur poſt propoſitionem duplici de cauſa. Prima cauſa quia in definitione termini ponitur propoſitio, ideo ante definitionem termini oportuit notificare propoſitionem, ne per ignota procederetur. Secunda cauſa eſt,quia licet uia compoſitionis pars præcedat totum, & terminus propoſitionem,tamen uia reſolutionis totum eſt prius partibus ſuis.&,quia hic conſyderantur terminus & propoſitio ſecundum uiam reſolutionis,qu a deſi nitur terminus inquantum pertinet ad reſolutionem propoſitionis, ideo conuenienter ſequitur propoſitionem,& quamuis ſyllogiſmus reſoluatur per propoſitionem, quia tamen ipſa non definitur hic per ſyllogiſmum,nec inquantum eſt terminus reſolutionis ſyllogiſmi, ideo non oportuit primo definire ſyllogiſmum quàm propoſitionem,& ſic patet definitio propoſitionis,& termini,& ordo eorum. G

Argumen. Contra prædicta arguitur primo ſic. Concluſio eſt oratio affirmatiua alicuius de aliquo,& tamen non eſt propoſitio quia non ponitur pro aliquo.dicitur enim propoſitio quaſi pro alio poſitio.ſ.pro concluſione inferenda, ergo iſta definitio conuenit aliis a definito.Secundo ſic.Nullum ſuperius debet definiri per ſua inferiora.ſed affirmatiuum,& negatiuum ſunt inferiora propoſitionis,ergo male ponuntur in definitione eius.Tertio ſic.Hæc eſt propoſitio non homo currit, & tamen non eſt affirmatiua,uel negatiua alicuius de aliquo,quia non homo non eſt aliquid.ergo contra definitionem propoſitionis.Quarto ſic.Propoſitio reſoluitur per elementa & literas,& tamen literæ, & elementa non ſunt termini,ergo iſta diffinitio non conuenit ſoli termino. H

Quinto ſic.Propoſitio reſoluitur per copulam uerbalem,& tamen copula uerbalis nõ eſt terminus,quia tunc in ſyllogiſmo eſſent plures termini q̃ tres.Maior patet,quia propoſitio componitur ex copula uerbali,ergo reſoluitur per ipſam.

Solutio. Ad argumenta.Ad primum dr., q licet concluſio non ponatur pro aliquo in actu,tñ ponitur aptitudine,quod ſufficit ad hoc,quòd dicatur propoſitio.Ad ſecundum dicitur,q licet ſuperius non debeat definiri per ſua inferiora ea ratione

A quæ ſunt inferiora eius, tamen bene poteſt per ea definiri, inquantum ſunt ipſo definito notiora, & ponuntur ad circuloquendum dřiam conuertibilem ſui ſuperioris, & ſic ponuntur affirmatiuum, & negatiuum in iſta definione. Ad tertium dicitur, ꝙ ſi capiatur non homo, ut infinitum eſt, ſic non dicit aliquid, nec eſt ibi propoſitio. ſed, ſi capiatur ut uirtute intellectus determinetur, & accipiatur pro aliquo finito, ut puta pro aſino, ſic ibi aliquid de aliquo affirmatur, quia non homo eſt aliquid. Ad quartum dicitur, ꝙ licet propoſitio reſolui poſsit in literas, & ſyllabas, uel elementa, tanquàm in principia uocis ſignificatiuæ, quæ reſolutio non conſyderatur a Logico, tamen non reſoluitur in ipſas tanquàm in uoces ſignificatiuas, de qua reſolutione hic intelligitur. Ad quintum dicitur, ꝙ reſolutio habet proprie fieri in partes materiales, quæ remanent reſolutione facta. &, quia copula uerbalis, non eſt pars materialis propoſitionis, ideo proprie non reſoluitur per copulam uerbalem, bene tamen ſi capiatur generaliter reſolutio pro qua-

B cunque diuiſione totius in ſua principia uel materialiter uel formalia indifferenter, & ſic non capitur hic, ſed tantum pro reſolutione in principia materialia, quod explicatur cum dicitur, in ſubiectum, & prædicatum.

De Dici de Omni, & Dici de Nullo.

Dici de omni eſt, quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, de quo non dicatur prædicatum, ut omnis homo currit. hic, curſus dicitur de omni homine, & nihil eſt ſumere ſub homine, de quo non dicatur curſus. Dici de nullo, eſt quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto a quo non remoueatur prædicatum, ut nullus homo currit. hic, curſus remouetur ab omni homine, & nihil eſt ſumere ſub homine, a quo non remoueatur curſus. De primo Priorū te. com. viij.

C

Poſtq̃ Auctor determinauit de principiis materialibus ſyllogiſmi. ſ. de propoſitione, & termino, hic conſequenter determinat de principiis regulatiuis eius, per quæ principia materialia ſyllogiſmi regulantur. ſ. Dici de omni, & Dici de Nullo. Et quia dici de nullo importat negationem, & dici de omni affirmationem, ideo prius determinat de dici de omni, ipſum primo ſic definiens. Dici de omni, & quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, de quo non dicatur prædicatum. cuius ratio eſt. quia in aliqua propoſitione eſt dici de omni, quando prędicatum affirmatur de ſubiecto diſtributo pro omnibus ſuis ſuppoſitis, ut hic, omnis homo eſt albus, ſed quando prædicatum uniuerſaliter affirmatur de ſubiecto, nihil ſumitur ſub ſubiecto de quo non enuncietur actualiter, & affirmetur prędicatum cum dicatur de quolibet ſubiecto eius, & affirmetur, ideo per prædictam definitionem. Dici de omni conuenienter explicatur.

D Primo ſciendum, ꝙ dici de omni eſt conditio prædicati in ordine ad ſubiectū, quia dici ſeu prædicari eſt conditio prædicati & non ſubiecti. & licet eſſe in toto ſiue diſtributum ſit conditio ſubiecti, quod diſtribuitur, tamen dici de omni, ſiue prædicari de diſtributo eſt conditio prædicati. & per hoc differunt dici de omni, & eſſe in toto, co ꝙ dici de omni importat habitudinem prædicati ad ſubiectum, & eſt conditio, ſed eſſe in toto eſt conditio ſubiecti in ordine ad prædicatum, quia ſubiectum eſt in prædicato, ſicut pars ſubiectiua eſt in ſuo toto uniuerſali. Et ſimiter etiam dici de nullo in propoſitione uniuerſali negatiua eſt conditio prædicati in ordine ad ſubiectum. Dici de oī, prædicati ī eſſe aūt in toto, ſubiecti conditio eſt.

Secundo ſciendum, ꝙ duplex eſt dici de omni. ſ. prioriſticum, & poſterioriſticum. Poſterioriſticum eſt, quando prædicatum ſcd̄m rem dř de ſubiecto, & ſibi

conuenit

conuenit pro quolibet ſuo ſuppoſito,& pro qualibet differentia temporis,ut hic, homo eſt animal.& iõ ad tale dici de omni requiritur duplex uniuerſalitas.ſ.ſuppoſitorum,& temporum.Sed dici de omni prioriſticorum, eſt quando in aliqua propoſitione prædicatum ſecundum modum enunciandi affirmatur de ſubiecto pro quolibet ſuo ſuppoſito.ut hic,omnis homo eſt albus.& non requiritur ad ipſum uniuerſalitas ſuppoſitorum.uel temporum ſecundum rem, ſed ſufficit ꝙ in modo enunciandi ſit uniuerſalitas ſuppoſitorum,de quibus prędicatum affirmatur.& de iſto dici de omni eſt ſolum hic ad propoſitum,& non de Primo,quia ipſum eſt regulatiuum ſyllogiſmorum affirmatiuorum,& aliud non. E

Quid ſit dici de nullo.

Tertio ſciendum, ꝙ dici de nullo eſt, quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto,a quo non remoueatur prędicatum,ut nullus homo currit ratio eſt,quia in aliqua propoſitione eſt dici de nullo quando prædicatum negatur de ſubiecto diſtributo per ſignum uniuerſale pro omnibus ſuis ſuppoſitis, & quando nulli ſuppoſito ineſt,ſed,quando negatur taliter de ſubiecto,nihil eſt ſumere ſub ſubiecto a quo non remoueatur prædicatum ſecundum modum enunciandi,ideo bene definitur dici de nullo,quũ nihil eſt ſumere ſub ſubiecto,a quo non remoueatur prędicatũ, F

Q̃io ꝑ dici de oĩ, & d̃ nullo ſyllogiſmi regulentur.

Quarto ſciendum, ꝙ dici de omni, & dici de nullo ſunt hoc modo principia regulatiua ſyllogiſmorum.quia per dici de omni intelligitur iſta maxima. Quicquid dicitur de ſubiecto diſtributo,dicitur etiam de quolibet ſuppoſito eius ſumpto ſub ipſo,per quam poſſunt probari omnes ſyllogiſmi affirmatiui, ut facto ſyllogiſmo, omne animal currit, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo currit.ibi currit,in maiori dicitur de animali diſtributo, ergo affirmatur de quolibet ſuppoſito animalis, ſed homo in minori ſumitur ſub animali, ergo currit de homine prædicabitur. & ſimiliter per dici de nullo intelligitur iſta maxima. Quicquid negatur de ſubiecto diſtributo, negatur de quolibet ſuppoſito eius.& per illam probantur ſimiliter ſyllogiſmi negatiui, ſicut affirmatiui per aliam. Vnde omnes ſyllogiſmi perfecti, qui ſunt directe concludentes in prima figura directe regulantur per dici de omni,& dici de nullo, ſed alii ſyllogiſmi imperfecti regulantur indirecte,& ex conſequenti,inquantum reducuntur ad ſyllogiſmos perfectos. G

Argumen.

Contra prædicta arguitur primo ſic.In iſta propoſitione,homo eſt animal,nihil eſt ſumere ſub ſubiecto,de quo non dicatur prędicatum,& tamen ibi non eſt dici de omni, ergo contra definitionem eius.Secundo ſic. In iſta propoſitione, omnis homo currit,aliquid eſt ſumere ſub ſubiecto,de quo non dicitur prædicatum,quia ibi currit,non prædicatur de Antichriſto,uel de Adam, ergo male dicitur,ꝙ dici de omni eſt,quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto,de quo non dicatur prædicatum.Tertio ſic.In iſta,omnis equus currit,eſt dici de omni,& tamen eſt aliquid ſumere ſub ſubiecto,de quo non dicitur prædicatum,quia poteſt ſumi pes uel caput equi,de quo tamen non dicitur curſus.ergo contra definitionem.

Quarto ſic.In iſta,Socra.non currit, nihil eſt ſumere ſub ſubiecto,a quo non remoueatur prædicatum,& tamen non eſt dici de nullo,ergo definitio eius conuenit aliis a definito.Quinto ſic.Nulla regula ingreditur regulatum, uel eſt de compoſitione eius,ſed dici de omni & dici de nullo ingrediuntur compoſitionem ſyllogiſmi,quia in omni propoſitione uniuerſali affirmatiua eſt dici de omni,& in uniuerſali negatiua eſt dici de nullo.ſ. ergo ipſa non ſunt principia regulatiua ſyllogiſmorum. H

Solutio.

Ad argumenta.Ad primum dicitur,ꝙ licet in iſta, homo eſt animal, nihil ſit ſumere ſub ſubiecto de quo non dicatur prędicatum ſecundum rem,& in aptitudine, non tamen dicitur ſecundum modum enunciandi, & in actu de quolibet ſuppoſito ſubiecti.ideo ibi non eſt dici de omni prioriſticum. Ad ſecundum dicitur,

A citur, ꝙ in iſta, omnis homo currit, homo, ſolum diſtribuitur, pro hominibus præ ſentibus, ad quos reſtringitur rõne illius uerbi præſentis temporis, currit, & de illis non eſt aliquid accipere, de quo non dicatur ꝑdicatum. unde Adam & Antichriſtus non continentur ſub hoie ibi diſtributo. Ad tertiũ dicitur, ꝙ licet pes equi poſsit ſumi ſub equo tanquam pars integralis eius, non tñ tanq̃ pars ſubiectiua eius, & tanq̃ ſuppoſitũ eius, de qua ſumptione ſolũ eſt hic ad propoſitũ.

Ad quartum dicitur, ꝙ ad dici de nullo præſupponitur ꝙ poſsit aliquid ſumi ſub ſubiecto, & quod de quolibet ſumpto ſub eo remoueatur prædicatum. modo ſub Socr. ſimpliciter nihil eſt ſub ſumere, eo ꝙ non habet ſuppoſita, ideo in illa propoſitione, Socr. non currit, non eſt dici de nullo. Ad quintum dicitur, quod licet dici de omni, & dici de nullo per accidens ingrediantur compoſitionem ſyllogiſmi tanquam diſpoſitiones materiæ eius. non tamen ingrediuntur per ſe tanq̃ partes materiales cõponentes ſyllogiſmum. Et non eſt inconueniens, quòd B regula alicuius uirtualiter uel per accidens ingrediatur compoſitionem ipſius.

Quid ſyllogiſmus.

Syllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, & conceſsis, neceſſe eſt aliud euenire per ea quæ poſita ſunt & conceſſa, ut omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ergo, omnis homo eſt ſubſtantia. Hoc totum oratio quædam in qua quibuſdam poſitis, ſcilicet duabus præmiſsis, neceſſe eſt aliud accidere ſcilicet concluſionem. Vide primo Prio- rum. c. 1.

Poſtquam Auctor determinauit de principijs ſyllogiſmi materialibus, & effectiuis. ſ. de principijs regulatiuis, hic conſequẽter determinat de ipſo ſyllogiſmo, C ipſum primo ſic definiens. Syllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, & conceſsis, neceſſe eſt aliud euenire per ea quæ poſita ſunt, & conceſſa. In qua definitione ponitur oratio, loco generis. Deinde ponitur in qua quibuſdam, ad differentiam enthymematis, in quo licet ſint duæ præmiſſæ uirtualiter, & ſecundũ intellectum, tamen eſt una formaliter, & in ſyllogiſmo debent eſſe plures formaliter. Deinde ponitur poſitis. i. diſpoſitis in modo, & figura, ad differentiam inductionis, & exempli, & aliarum combinationum inutilium, ubi propoſitiones non diſponuntur in modo Deinde ponitur, neceſſe eſt accidere. i. ſequi ad differentiã paralogiſmorũ fallaciæ accidentis, ubi concluſio non ſequitur de neceſsitate. Ponitur aliud, ad differentiã petitionis principij, ubi concluſio non eſt alia præmiſsis. Et ponitur, per ea quæ poſita ſunt, ad differentiam paralogiſmorũ ſecundum non cauſam, ut cauſam ubi concluſio non ſequit̃ propter præmiſſas poſitas. Definitionis ſyllogiſmi explanatio.

Primo ſciendũ, quòd licet ſyllogiſmus nõ ſit oratio ſimpliciter una, & categorica, eſt tñ una hypothetica ꝓpõ. Et dicitur una ꝓpõ ꝑ tres cauſas. Primo, ꝑ D unitatẽ medij, in quo duæ extremitates uniuntur, & coueniũt duæ ꝑmiſſæ, & illud rõne debet efficientis reſpectu illationis concluſionis Secundo propter unitatem formæ, quia duarũ ꝑmiſſarum minor eſt contrahens, & determinans reſpectu maioris. ideo habent unitatẽ, illæ duæ ꝑmiſſæ per modum actus, & potentiæ rõne talis diſpõnis Tertio, ꝑ unitatẽ finis, quia illæ duæ ordinantur ad eãdẽ concluſionem inferendã. & ideo, q̃uis non ſemper uniantur per coniunctionem mediam formaliter, tamen uirtualiter poſſunt uniri propter cauſas prius dictas.

Secũdo ſciẽdũ, ꝙ in argumẽtatione duplex reperit̃ neceſsitas. ſ. neceſsitas cõſequentiæ, & cõſequẽtis Neceſsitas cõſequẽtię, eſt neceſsitas illationis, q̃ ꝓuenit neceſſario, ex neceſſaria habitudine añtecedentis ad conſequens, & per hoc ꝙ cõſequens Neceſsitas conſequentis ac cõſequentiæ.

quens in antecedente includitur.ideo poſito antecedente,neceſſe eſt ponere cõ- E
ſequens,ſiue antecedens ſit unum,ſiue non.Sed neceſsitas conſequẽtis,eſt neceſsitas propoſitionis proueniens ex neceſſaria habitudine ſuorum extremorum, ut hic,homo eſt riſibilis,uel homo eſt animal. Et quandoq; dicit cauſalitatem antecedentis ſupra conſequens. Et in iſta definitione non intelligitur de neceſsitate conſequentis ſic,quod concluſio ſit neceſſaria, ſed ſolum de neceſsitate conſequentiæ,ſic quòd concluſio ſequatur neceſſario.

Concluſio de eſſentia ſyllogiſmi nequaquã eſt. Tertio ſciendum,ꝙ concluſio ſyllogiſmi nõ eſt de eſſentia ſyllogiſmi. & ratio eſt,quia illud non eſt de eſſentia alterius, quo remoto alterum remanet perfectum,& completũ in ſua ſpẽ,ſed concluſione remota remanet ſyllogiſmus perfectus in ſpẽ,quia remanet in determinato modo,& determinata figura,cũ ibi ſit diſpoſitio trium terminorum in figura, & duarum præmiſſarum in modo. ergo concluſio non eſt de eſſentia eius.ideo in iſta definitione conuenienter ponitur, aliud & dato, quòd concluſio non eſſet alia a toto ſyllogiſmo,eſſet tamen alia a F
præmiſsis.ideo in ſyllogiſmo ex præmiſsis poſitis ſequitur aliud ab ipſis.

Syllogiſmus perfectus & imperfectus. Quarto ſciendum,quòd ſyllogiſmus diuiditur per perfectum, & imperfectũ. Syllogiſmus perfectus, eſt qui habet euidentem neceſsitatem concludendi,ſicut ſunt quatuor modi directe concludentes in prima figura,ubi ſyllogiſmus habet euidenter neceſsitatem ſuæ illationis. Sed ſyllogiſmus imperfectus,eſt qui non habet euidentem neceſsitatem ſuæ illationis,ſed ille ſit euidens per hoc,quod reducitur ad modos euidentes primæ figuræ, ſicut ſunt omnes alii a quatuor primis modis primæ figuræ.quia tamen in omnibus iſtis ſequitur concluſio de neceſsitate(licet non euidenter)ideo prædicta definitio ſyllogiſmi conuenit tam ſyllogiſmo perfecto quàm imperfecto & per hoc patet quod eſt ſufficiens.

Argumẽ. Contra prædicta arguitur primo ſic. Nullus motus rationis,uel diſcurſus Intellectus eſt oratio,cum non ſit uox, ſed ſyllogiſmus eſt diſcurſus intellectus,ergo male dicitur,ꝙ ſyllogiſmus eſt oratio.Secundo ſic. Ad ſyllogiſmum ſimplici- G
ter non requiritur,ꝙ præmiſſæ concedantur.quia,ſiue concedantur, ſiue non,cõcluſio ſequitur neceſſario,ergo male ponitur in textu,poſitis,& conceſsis.Tertio ſic.Concluſio in materia conuenit cum præmiſsis,quia includit ambas extremitates, & ẽt conuenit in forma cum ipſis ſcilicet in copula uerbali, ergo non eſt alia a præmiſsis,ergo male ponitur, quòd in ſyllogiſmo de neceſsitate ſequitur aliud.Quarto ſic. Illud quod accidit non ſequitur de neceſsitate, cum poſsit adeſſe uel abeſſe, ſed concluſio ſequitur de neceſsitate in ſyllogiſmis, ergo non eſt neceſſe eam accidere per ea,quæ poſita ſunt. Quinto ſic Omnis ſyllogiſmus neceſſario infert ſuam concluſionem,& omnes ſyllogiſmi habent æqualiter neceſſitatem concludendi, ergo omnes ſyllogiſmi ſunt perfecti, ergo male diuiditur ſyllogiſmus per perfectum,& imperfectum.

Solutio. Ad argumẽta. Ad primũ dr̃,ꝙ ſyllogiſmus qñq; ſumit̃ ꝓ eo qđ nõ eſt formaliter diſcurſus interior intellectus, ſed ſolum uox cõplexa ſignificans illũ interiorẽ H
diſcurſum,qui ſit intellectu,& ſic bene dicitur,ꝙ eſt oratio. Aliquãdo tñ capit̃ ꝓ illo diſcurſu,capiendo ſignificatũ pro ſigno,ſed ſic nõ capit̃ in ꝓpoſito. Ad ſecũdum dr̃,quod licet ad ſyllogiſmũ ſimpliciter non requirat̃ quòd præmiſſæ cõcedantur qu a illæ abſtrahũt a materia uera,uel falſa, tñ requiritur ad ſyllogiſmũ dialecticũ. Et quia Pet Hiſpa. hãc definitionẽ ſumpſit a Boetho definiẽte in Topicis ſyllogiſmũ dialecticũ,ideo hic poſuit poſitis, & cõceſsis in iſta definitione, quia quamuis hoc nõ requiratur ad ſyllogiſmũ in cõi,tñ ſibi nõ repugnat. Ad tertium dr̃,ꝙ licet cõcluſio ſecundũ partẽ cõueniat materialiter cũ præmiſsis, differt tñ formaliter ab his,cũ ibi ſit alia habitudo ꝑdicati ad ſubiectũ, & ex cõſequẽti alia diſpoſitio eorundem quã in præmiſsis.licet.n. copula uerbali ſecundum ſe

A maneat eadem, tamen compoſitio eius uariatur per uariationem habitudinis extremorum. Ad quartum dicitur, quòd ſi capitur accidit prout idem eſt, ꝙ contingenter euenit, ſic concluſio non accidit de neceſsitate ex præmiſsis, ſed ſi capiatur accidit prout tantum ualet ſicut ſequitur, il'o modo concluſio bene accidit. & ſic accipitur hic. Ad quintum dicitur, ꝙ licet omnes ſyllogiſmi ſint perfecti quantum ad neceſsitatem eorum, & quo ad eſſe, non tamen quo ad euidentiam neceſsitatis ſuæ, & quo ad bene eſſe.

De his quæ ad formationem ſyllogiſmorum requirantur, duobus, ſcilicet, propoſitionibus, maiori, ac minori, & terminis tribus, maiori ſcilicet, ac minori extremitatibus, & medio.

B Omnis autem ſyllogiſmus conſtat ex tribus terminis, & duabus propoſitionibus. quarum propoſitionum, prima uocatur Maior, ſecunda Minor. Ex tribus autem terminis non poſſunt duæ propoſitiones fieri, niſi alter illorum terminorum ſumatur bis, & tunc ille terminus bis ſumptus, aut ſubiicietur in una, & prædicabitur in alia, aut ſubiicietur in utraque, aut prædicabitur in utraque. Horum autem terminorum alter uocatur Medium, alter Maior extremitas, alter Minor extremitas. Medium, eſt terminus bis ſumptus ante concluſionem. Maior extremitas, eſt terminus ſumptus in maiori propoſitione cum medio. Minor extremitas, eſt terminus ſumptus in minori propoſitione cum medio.

C Poſtquàm Auctor determinauit de Syllogiſmo, hic conſequenter oſtendit, quę & quot principia requirantur ad conſtitutionem eius. & quia materia uia generationis præcedit formam, ideo antequam oſtendat quæ principia formalia requirantur ad ſyllogiſmum, prius oſtendit quæ principia materialia requiruntur ad conſtitutionem eius, Sicut enim in ſyllogiſmo eſt duplex forma, ſcilicet remota, ſiue communis, quæ eſt figura, & propinqua, ſcilicet modus, ſic eſt ibi duplex materia ſ. propinqua, & remota, remota, ut ſunt tres termini correſpondentes figuræ, & propinqua ſ. duæ propoſitiones, quæ correſpondent ipſi modo. quia modus dicit ordinationem propoſitionum, ſicut figura terminorum.

Primo ſciendum, ꝙ in omni ſyllogiſmo requiruntur tres termini ad compoſitionem eius. cuius ratio eſt quia in omni ſyllogiſmo oñditur unio, ſiue ſeparatio duorum terminorum in concluſione, ſed talis unio, uel ſeparatio non põt oſtendi per terminos concluſionis, quia ſit idem probaretur per ſeipſum, ergo pręter il-
D los terminos requiritur tertius terminus ad oñdendum talem unionem uel ſeparationem. ergo oĩs ſyllogiſmus conſtat ex tribus terminis. Et quia ad unitatem ſyllogiſmi requiritur unitas concluſionis, quia ab ipſa ſyllogiſmus dicitur unus, ideo tantum in ſyllogiſmo requiruntur duæ extremitates, & unum medium, per quod probatur unio uel ſeparatio illarum extremitatum. & per hoc patet, ꝙ oĩs ſyllogiſmus reſoluitur per tres terminos, cum ex tribus terminis componatur.

Cur tres termini requirant̃ ad ſyllogiſmũ

Secundo ſciendum, quòd iſti tres termini uocantur Medium, Maior extremitas. Minor extremitas. unde medium, dicitur terminus bis ſumptus ante cõcluſionem. & ratio eſt, quia extremitates in ſyllogiſmo uniuntur in concluſione propter unionem earum in præmiſsis cum medio, ſed medium in una acceptione ſolum unitur cum una extremitate, ergo ad hoc quòd uniatur cum duabus

Maioris, & minoris extremitatis ac medij rationes.

extremitatibus uel extremitates cum ipſo,oportet quod bis ſumatur, ideo medium bis ſumitur ante concluſionem. Sed maior extremitas, eſt terminus ſumptus in maiori propoſitione cum termino medio. & dicitur maior extremitas, quia ſemper ſub ſe continet minorem extremitatem,eo quod concluſione directa ſemper eſt prædicatum reſpectu minoris, & quandoque etiam continet medium cum minori extremitate,ut in prima figura & tertia, & ſe habet per modum totius reſpectu eorum,modo,totum eſt maius ſua parte. Sed minor extremitas eſt terminus ſumptus in minori propoſitione cum medio,& dicitur minor reſpectu maioris,in qua continetur ſicut pars in toto. E

Mediũ duplex cõiunctione, ac poſitione.

Tertio ſciendum,quòd dupliciter dicitur medium in ſyllogiſmis,quandoque enim dicitur medium coniunctione,eo quod ipſum eſt unitiuum extremitatum in concluſione,& hoc modo reperitur medium in qualibet figura,alio modo,dicitur medium poſitione,quando, ſcilicet ſecundum ſuam ſubiectionem & prædicationem ponitur inter duas extremitates,ut quando ſubiicitur maiori extremitati,& prædicatur de minori,ut eſt in prima figura,& tunc dicitur medium poſitione & ſolum tale medium poſitione reperitur in prima figura, in aliis autem ſolum eſt medium coniunctione, & de utroque medio intelligitur prædicta diffinitio medii,quod eſt terminus bis ſumptus ante concluſionem. F

Cur tantũ duæ ſufficiant propoſitiones in ſyllogiſmo,& ipſarum nomina.

Quarto ſciendum, quòd omnis ſyllogiſmus conſtat ex duabus propoſitionibus.cuius ratio eſt,quia in ſyllogiſmo,ut dictum eſt, oſtenditur unio extremitatum inter ſe in concluſione propter unionem earum cum medio,ſed non poteſt oſtendi unio illarum cum medio,niſi ſint duæ propoſitiones, & niſi medium bis ſumatur. ideo in omni ſyllogiſmo duæ præmiſſæ requiruntur, & etiam ſolum duæ, eo quod iſta unio extremitatum cum medio cum duabus præmiſſis ſufficit ad oſtendendum unionem extremitatum inter ſe.& harum propoſitionum,prima dicitur Maior,& ſecunda Minor,& ratio eſt.quia ſecunda ſe habet ſicut contrahens & determinans maiorem, & quodammodo eſt pars primæ præmiſſæ G ſed contrahens & determinans ſe habet in minus quam illud quod contrahitur, & etiam pars reſpectu totius,ratione cuius ſecunda præmiſſa conuenienter dicitur minor.& per hoc patet,quę & quot principia materialia requiruntur in compoſitione ſyllogiſmi.

Argumẽta

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. In qualibet propoſitione ſunt duo termini, ſed in ſyllogiſmo ſunt duæ propoſitiones, ergo in quolibet ſyllogiſmo ſunt quatuor termini,& non tantum tres. Secundo ſic. In ſyllogiſmo ex oppoſitis tantum ſunt duo termini,ut hic,omnis homo currit,nullus homo currit,ergo nullus homo eſt homo. ergo male dicitur, quòd in omni ſyllogiſmo ſunt tres termini.

Tertio ſic. In omni ſyllogiſmo ſunt duæ præmiſſæ cum una concluſione, ſed concluſio eſt una propoſitio,ergo ſyllogiſmus non conſtat ex duabus propoſitionibus tantum, ſed ex tribus. Quarto ſic. Omnis terminus eſt aliquod extremum,quia dicitur a terminando,ergo nullus terminus eſt medium. ergo terminorum ſyllogiſmi nullus dicitur medius. Quinto ſic. In eadem propoſitione non poteſt bis ſumi idem terminus cum alio termino, ſed ſyllogiſmus eſt una propoſitio & una oratio,ut dictum eſt prius,ergo in eo medium non bis ſumitur ante concluſionem. H

Solutiões.

Ad argumẽta. Ad primum dicitur, quod licet in duabus propoſitionibus ſemper ſint quatuor termini ſecundum numerum, tamen ſunt tantum tres ſecundũ ſpeciem,quia idem terminus.ſ.medius ſub eadem ratione ſumitur in duabus pmiſſis,adeo eſt idem terminus ſecundum ſpeciem & rationem. Ad ſecundum dicitur, quod licet in ſyllogiſmo ex oppoſitis tantum ſint duo termini materialiter,

A ter ſunt iñ tres formaliter, quia unus terminus habet rationem maioris & minoris extremitatum, qui de ſeipſo negatur in concluſione. Ad tertium dicitur, ꝙ licet concluſio ſit propoſitio, tamẽ ipſa non eſt de eſſentia ſyllogiſmi, ſed tantum duæ præmiſſæ, ideo in ipſo non ſunt tres propoſitiones. Ad quartum dicitur, quod licet medium habeat rationem extremi reſpectu præmiſſarum, quas terminat, tamen, reſpectu extremitatum quas coniungit, uel inter quas ponitur conuenienter dicitur medium, ideo reſpectu diuerſorum dicitur terminus, & medium. Ad quintum dicitur, quòd licet ſyllogiſmus ſit una propoſitio hypothetica, tamen includit plures categoricas, in quibus medium bis ſumitur, & hoc ſufficit.

De modo ac figura, quæ ſunt ſyllogiſmorum formalia principia.

B Ad ſyllogiſmum autem exigitur Modus & Figura. Figura eſt ordinatio trium terminorum ſecundum ſubiectionem, & prædicationem, Hæc autem ordinatio fit tripliciter ut dictum eſt, & ſecundum hoc ſunt tres figuræ. Prima figura, eſt, quando medium ſubiicitur in una propoſitione, & prædicatur in alia, ut omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Secunda figura eſt, quando medium prædicatur in utraque, ut omnis homo eſt animal, nullus lapis eſt animal, ergo nullus lapis eſt homo. Tertia figura, eſt quando medium ſubiicitur in utraque, ut omnis homo eſt animal, omnis homo eſt ſubſtantia, ergo quædam ſubſtantia eſt animal. vnde uerſus.

C Prima prius ſubiicit medium, poſt prædicat ipſum. Carmina figurarum.
Altera bis dicit, tertia bis ſubiicit ipſum.

Modus eſt ordinatio duarum propoſitionum in debita qualitate, & quantitate. Debita qualitas, eſt quòd, ſi una ſit negatiua, reliqua erit affirmatiua. Debita quantitas eſt, quòd, ſi una eſt particularis, reliqua erit uniuerſalis.

Poſtquam Auctor ſuperius oſtendit quæ & quot principia materialia requirantur ad formationem ſyllogiſmi, hic conſequenter oſtendit quæ principia formalia ad ipſum requirantur, dicens, ꝙ ad ſyllogiſmum requiruntur duo principia formalia, ſ. modus, & figura. & quia modus eſt forma ſpecialis ſyllogiſmi, figura uero forma communis, ideo prius determinat de figura, quam de modo, ipſam primo ſic definiens. Figura eſt ordinatio triũ terminorum ſecundum ſubiectionem, & prædicationem. & ponitur ibi ordinatio, loco generis. ordinatio enim conuenit tam figuræ quam modo. & dicitur trium terminorũ, ad differentiam modi, qui eſt ordinatio duarum propoſitionum. & dicitur ſecundum ſubiectionem, & prædicationem, ad indicandum qualiter fit illa ordinatio trium terminorum. Vnde talis ordinatio trium terminorum non dicitur figura, capiendo figuram proprie ut eſt terminatio quantitatis, ſed ſecundum ſimilitudinem, & per ſimilitudinem ad figuram trianguli. ſicut enim in triangulo ſunt lineæ quæ coniunguntur tribus angulis, ſic in ſyllogiſmo duæ propoſitiones coniunguntur tribus terminis. D Figura, & eius npis definitio.

Primo ſciendum, ꝙ ſunt tantum tres figuræ ſyllogiſmorũ. cuius ratio eſt quia figura eſt ordinatio trium terminorum. ſ. medii, & duarum extremitatum. uel

ergo tale medium ſubijcitur maiori extremitati, & prædicatur de minori,& ſic E
eſt prima figura, uel prædicatur de utraque, & ſic eſt ſecunda figura, uel ſubijci tur utrique,& ſic eſt tertia figura. Et per hoc habentur definitiones trium figura tum, unde Prima figura eſt, quando illud quod ſubijcitur in maiori prædicatur in minori propoſitione. Secunda uero eſt, quando idem prædicatur in utraque. Tertia uero quando idem ſubijcitur in utraq;.& ordinatur ſic.quia mediũ,quod ſubijcitur in uno, & prædicatur in alia, eſt medium poſitione & coniunctione ſimul,ideo eſt uerius medium,quàm illud,quod ſubijcitur uel prædicatur tantũ, & iterum quod ſemper prædicatur coniungit extremitates uniuerſaliter, & non particulariter,ſicut quando ſubijcitur. Ideo conuenienter ponitur ſecunda figu ra, in qua medium prædicatur in utraque propoſitione,figuræ n. ordinantur ſe cundum maiorem uel minorem perfectione ſui medij.

Secundo ſciendum,quòd licet ſit una figura,in qua medium ſubijcitur in maiori, & prædicatur in minori, tamen non poteſt eſſe figura,in qua medium præ dicetur in maiori propoſitione, & ſubijciatur in minori. Et ratio eſt quia, ſi F
medium prædicaretur in maiori propoſitione, haberet rationem totius reſpe ctu maioris, &, ſi ſubijceretur in minori, haberet ratonẽ partis reſpectu mino tis.&, quia maior extremitas ſe habet ut totum reſpectu minoris, ſi tale mediũ ſit totum reſpectu maioris, erit totum reſpectu minoris extremitatis, & ſic erit totum & pars, inferius & ſuperius, maius & minus reſpectu minoris extremita tis, ſed hoc eſt impoſſibile.ideo talis diſpoſitio figuræ eſt impoſsibilis, ideo nõ eſt ponenda quarta figura, ſicut poſuit Galenus, & licet medium quandoque in prima propoſitione prædicetur, & in ſecunda ſubijciatur, tamen ſecundum rem, ſecunda propoſitio eſt maior, quia prædicatum eius continet medium & minorem extremitatem, ideo in ea ſumitur maior extremitas cum medio, & ibi eſt diſpoſitio primæ figuræ,ſed eſt tranſpoſitio præmiſſarum.

vid Digreſſionẽ Auerrois contra Gale. in.1. Prio. c.8.

Quid ſit modus.

Tertio ſciendum, quòd modus eſt ordinatio duarum propoſitionum in debita qualitate & quantitate. & ponitur ordinatio loco generis. & ponitur duarum propoſitionum ad differentiam figuræ,quæ eſt ordinatio trium terminorum. & ponitur in debita qualitate & quantitate, ad differentiam combinationum inutilium, in quibus non eſt debita qualitas & quantitas. Vnde combinatio inutilis,eſt ordinatio duarum propoſitionum,ex quibus non ſequitur formaliter aliqua concluſio,ſicut quando ambæ ſunt particulares,uel ambæ negatiuæ, talis combinatio dicitur inutilis, quia non ualet ad aliquid concludendum. & licet in ea ſit diſpoſitio figuræ, tamen ibi non eſt debita ordinatio propoſitionum,ideo non eſt modus. G

Debita propoſitionũ. Quantitas & qualitas

Quarto ſciendũ,ꝙ debita quantitas eſt,quòd, ſi una eſt particularis, reliqua ſit uniuerſalis,& ratio eſt.quia ex puris particularibus nihil ſequitur.ideo,ſi una eſt particularis, aliam oportet eſſe uniuerſalẽ, nõ tamẽ oportet ecõtra, ſi una ſit uniuerſalis,ꝙ alia ſit particularis,ambę enim poſſunt ſimul eſſe uniuerſales.Sed debita qualitas eſt,quòd,ſi una ſit negatiua,reliqua ſit affirmatiua. & ratio eſt, quia ex puris negatiuis nihil ſequitur,& nõ ecõtra,ſi una ſit affirmatiua reliqua erit negatiua, quia ex puris affirmatiuis poteſt fieri bonus ſyllogiſmus. & per hoc patet,quæ, & quot ſunt principia formalia ad ſyllogiſmum requiſita. H

Argumẽta

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Ordinatio eſt quædam actio, cum ordinare ſit agere,ſed figura non eſt actio,ergo male dicitur, ꝙ eſt ordinatio.Secundo ſic. In hac propoſitione, animal rationale eſt homo, eſt ordinatio trium terminorum ſecundum ſubiectionem & prædicationem,& tamen ibi non eſt aliqua figura, quod probaretur inductiue omnibus figuris.ergo definitio figuræ conuenit alijs a definito. Tertio ſic. Illud, ꝙ prædicatur de utraque extremitate

A te ponitur ſuper ambas extremitates,ſed illud quod ſubiicitur in utraque eſt inferius ad ipſas,ergo nullum tale eſt medium.ergo non eſt una figura,in qua medium prædicetur in utraque,uel ſubiiciatur in utraque.Quarto ſic.Impoſsibile, eſt modus,& tamen non eſt ordinatio duarum propoſitionum, ergo contra definitionem modi.Quinto ſic.Quando ambæ præmiſſæ ſunt uniuerſales affirmatiuæ in ſecunda figura eſt ordinatio duarum propoſitionum in debita qualitate, & quantitate,tamen non eſt modus,ergo definitio modi conuenit aliis a definito.

Ad argumenta.Ad primum dicitur, ꝙ ſi capiatur ordinatio actiue pro actione ordinantis,ſic eſt actio,ſed,ſi formaliter capiatur pro diſpoſitione formali terminorum,ſic non eſt actio. & hoc modo ſolum figura eſt ordinatio. Ad ſecundum dicitur,ꝙ licet in illa propoſitione,animal rationale eſt homo,ſit ſecundum rem ordinatio trium terminorum tamen non ordinantur per modum trium, ſed per modum duorum,quia animal, & rationale ſe habent per modum unius termini B tantum,& ad figuram requiritur, ꝙ ordinentur tres termini ſecundum modum trium terminorum.Ad tertium dicitur, ꝙ licet illud, quod prædicatur de utraq; extremitate non ſit medium poſitione, eò ꝙ eſt ſuperius poſitione, tamen bene eſt medium coniunctione reſpectu extremitatum. & etiam,quod ſubiicitur in utraque eſt medium coniunctione, licet ſit inferius poſitione. Ad quartum dicitur, ꝙ ſi capiatur modus,ut eſt adiacens rei determinatio,ſic impoſsibile, eſt modus, ſed, ſi capiatur pro formali diſpoſitione propoſitionum, ſicut ſolum in propoſito capiatur, ſic non eſt modus. Ad quintum dicitur, ꝙ quando ambæ ſunt uniuerſales affirmatiuæ in ſecunda,licet ibi ſit qualitas debita ad modum in communi,tamen ibi non eſt debita qualitas ad modum ſecundæ figuræ. & ad hoc quòd ſit modus in aliqua figura, ibi requiritur debita qualitas & quantitas ſecundum exigentiam figuræ. ideo illi diſpoſitioni non conuenit definitio modi.

C *Ad ſyllogiſmorum formationem in quacunque figura regulæ neceſſariæ ac communes.*

Vnde dantur tales regulæ uniuerſales ad quamlibet figuram. Ex puris particularibus,indefinitis,uel ſingularibus nihil ſequitur,undè oportet alteram præmiſſarúm eſſe uniuerſalem,uel utranque.Item,ex puris negatiuis nihil ſequitur, unde oportet altera præmiſſarum eſſe affirmatiua. Item,ſi aliqua præmiſſarum fuerit particularis,concluſio erit particularis,& non econtra. Item, ſi aliqua præmiſſarum fuerit negatiua,concluſio erit negatiua. Item, medium nunquam debet poni in concluſione. Vnde uerſus. Vide in 1. Prio.c. 7.

D Partibus ex puris ſequitur nil,ſiue negatis.
Si qua præit partis, ſequitur concluſio partis.
Si qua negata præit, concluſiò ſitq; negata.
Lex generalis erit, medium concludere neſcit.

Poſtquàm Auctor determinauit de modo, & figura in generali, quæ ſunt principia formalia ſyllogiſmorum, hic conſequenter ponit alias regulas, quæ ſunt generales cuilibet figuræ. Quarum prima eſt, quòd ex puris particularibus, uel indefinitis non poteſt fieri ſyllogiſmus. cuius regulæ tres ſunt rationes. quarum prima eſt, quia omnis bonus ſyllogiſmus regulatur per dici de omni, Ex puris particularibus nil ſequi.

 uel

uel dici de nullo,ſed,cum ambæ præmiſſæ ſunt particulares,ibi nõ eſt dici de omni,uel dici de nullo, cum ibi non ſit propoſitio uniuerſalis, ergo talis diſpoſitio eſt inutilis. Secunda cauſa eſt, quia propter unionem extremitatum cum medio pro diuerſis partibus medij,non ſequitur unio extremitatum inter ſe gratia formæ,licet aliquãdo fiat hoc gratia materiæ,ſed quando ambæ præmiſſæ ſunt particulares,extremitates poſſunt uniri cũ medio pro diuerſis partibus,ut hic,quoddam animal eſt equus,quidam hõ eſt animal,ergo homo eſt equus. ibi homo, & equus uniuntur cum animali pro diuerſis partibus eius. ideo non ſequitur unio illarum extremitatum inter ſe. Tertia cauſa eſt,quia arguendo ex puris particularibus,uel indefinitis poſſunt reperiri termini in quibus omni, & in quibus nulli,ergo talis combinatio eſt inutilis. Quid autem ſit reperire terminos in quibus omni,& in quibus nulli,alias uidebitur,& nunc cauſa breuitatis relinquitur. ergo ex puris particularibus, ſiue indefinitis non fit bonus ſyllogiſmus. E

Vide in expõne tertiæ figuræ.

Ex puris negatiuis nihil ſequitur.

Primo ſciendum, q ſecunda regula eſt, q ex puris negatiuis in nulla figura fit bonus ſyllogiſmus,ſed oportet alteram præmiſſarum eſſe affirmatiuam uel ambas.cuius ſunt duæ rationes, prima eſt, quia propter ſeparationem aliquorum extremorum ab aliquo tertio,non ſequitur unio,uel ſeparatio eorum inter ſe, ſicut propter ſeparationem hominis & riſibilis a lapide non ſequitur unio,uel ſeparatio hominis,& riſibilis ad inuicem,ſed quando ambæ præmiſſæ ſunt negatiuæ denotatur ibi ſeparatio duarum extremitatum ab uno tertio,ergo non ſequitur unio uel ſeparatio duarum extremitatum inter ſe.ideo ex puris negatiuis nũquam formaliter ſequitur aliqua concluſio,nec in aliqua figura poteſt fieri bonus ſyllogiſmus. Secunda ratio eſt,quia arguendo ex puris negatiuis poſſunt reperiri termini in quibus omni, & in quibus nulli. Termini in quibus omni ſunt, ut animal,lapis,equus. Termini in quibus nulli, ut equus,homo,lapis,ergo nihil ſequitur formaliter ex puris negatiuis. Et hæc eſt probatio generalis, quam dat Ariſto.ad omnes combinationes inutiles,de qua poſterius uidebitur. F

Præmiſſa particulari,& cõcluſio erit particularis.

Secundo ſciendum, q tertia regula eſt, q ſi aliqua præmiſſarum fuerit praticularis,concluſio erit particularis. cuius ratio eſt, quia extremitates ſyllogiſmi uniuntur in concluſione uirtute unionis earum cum medio in præmiſſis, ſed cum aliqua præmiſſarum eſt particularis,& alia uniuerſalis,extremitates uniuntur in medio particulariter tantum, quia quamuis una uniatur uniuerſaliter cum medio, alia tamen unitur particulariter ſolum cum ipſo medio, & cum alia extremitate.ergo tales extremitates ſolum particulariter in concluſione debent uniri. unde in tali diſpoſitione,præmiſſa uniuerſalis, & præmiſſa particularis ſe habent,ſicut cauſa uniuerſalis, & cauſa particularis in naturalibus. ſed effectus in naturalibus magis ſimilatur cauſæ particulari quam cauſæ uniuerſali, ut homo genitus magis aſsimilatur homini generanti quàm Soli, quia Sol eſt uniuerſale generans. ergo ſimiliter in prædictis, concluſio debet magis aſsimilari præmiſſæ particulari quàm uniuerſali. G

Præmiſſa negatiua, & concluſio negatiua erit.

Tertio ſciendum,q quarta regula talis eſt,q,ſi aliqua præmiſſarum fuerit negatiua,concluſio debet eſſe negatiua. cuius ratio eſt, quia unio uel ſeparatio extremitatum in concluſione ſequitur propter ſeparationem uel unionem earum in præmiſsis,ſed quando una præmiſſarum eſt affirmatiua,& alia negatiua, quæ extremitates ſeparantur abinuicem per hoc q una coniungit cum medio, a quo alia ſeparatur in præmiſſa negatiua. ergo oportet ipſas extremitates ſeparari abinuicem in concluſione. ergo quandocunque aliqua præmiſſarum eſt negatiua, oportet concluſionem eſſe negatiuam. H

Quarto ſciendum, q quinta regula talis eſt, quòd medium nunquam debet poni in concluſione.cuius ſunt duæ rationes. Prima ratio eſt,quia uel poneretur

cum

A cum maiore extremitate, & tunc concluſio non differet a maiore præmiſſa, uel poneretur cum minore extremitate, & tunc cõcluſio nõ differret a minore propoſitione, & ſic utroque modo nõ eſſet alia a præmiſſis, quod eſt contra rationem ſyllogiſmi. igitur mediũ non debet poni in concluſione. Secunda ratio eſt, quia in omni ſyllogiſmo debet concludi unio, uel ſeparatio extremitatum inter ſe, cum ille ſit finis ſyllogiſmi, ſed ſi medium poneretur in concluſione, denotaretur unio, uel ſeparatio medii ab aliqua extremitate, & non extremitatũ inter ſe. ergo non haberetur finis ſyllogiſmi, & per conſequens non debite fieret ſyllogiſmus, & in hoc patent regulæ ſyllogiſmorum generales omnibus figuris.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Bene ſequitur, Socr. eſt animal, Socr. eſt riſibilis, ergo quoddã riſibile eſt animal, ergo ex puris ſingularibus aliqd ſequit̃. ergo eadem ratione ex puris particularibus. Secundo ſic. Bene ſequitur, ſi non eſt homo, non eſt riſibile, ſed non eſt homo, ergo non eſt riſibile. & tamen ibi argui- Argumen.

B tur ex puris negatiuis, ergo ex puris negatiuis aliqd ſequit̃. Tertio ſic. Quanto aliqua cauſa eſt maioris uirtutis tanto poteſt ſibi aſſimillare effectũ, ſed præmiſſa uniuerſalis, eſt maioris uirtutis quam particularis, ergo magis debet ſequi concluſio uniuerſalis quam particularis, cum præmiſſa ſemper ſit uniuerſalis. Quarto ſic. Non ſequitur ſeparatio extremitatum in concluſione niſi ſeparentur in pręmiſsis, ſed quando una præmiſſarum eſt affirmatiua, & alia negatiua, extremitates non ſeparantur ab inuicem in præmiſsis, ergo non ſequitur ſeparatio earum in concluſione, & per conſequens non oportet, quòd, ſi aliqua præmiſſarum ſit negatiua, ꝙ concluſio ſit negatiua. Quinto ſic. Medium quandoque includitur in minori extremitate, ſicut ſuperius in inferiori, ſed minor extremitas ſemper ponitur in concluſione, ergo medium intrat quandoque in concluſionem.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet in illa argumentatione ſequatur aliquid ſyllogiſtice per ſyllogiſmum expoſitorium, non tñ per ſyllogiſmum ſim- Solutio. Syllogiſmus expoſitorius, & eius regula.

C pliciter, qui fit in aliquo modo, & in aliqua figura. Et eſt ſyllogiſmus expoſitorius, cuius medium eſt ſingulare ſingulariter tentum, ut ibi, Socrates eſt animal, Socrates eſt riſibilis, ergo riſibile eſt animal. Et principium regulatiuum eius ꝑ affirmatiuis eſt, quæcunque in uno ſingulari ſingulariter tẽto conueniunt, illa inter ſe cõueniunt, ſed principiũ regulatiuũ eius ꝑ negatiuis, eſt qñcunq; duorũ unum conuenit cũ uno ſingulari, a quo aliud diſconuenit, illa inter ſe diſconueniunt. Ad ſecundum dicitur, ꝙ ibi non arguitur ex puris negatiuis, quia maior eſt una conditionalis affirmatiua, nec arguitur per ſyllogiſmum categoricorũ, ſed per ſyllogiſmũ hypotheticum. ſ. a tota conditionali cũ poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis. Ad tertium dicitur, quod licet propoſitio uniuerſalis ſit maioris uirtutis in inferendo concluſionem quam particularis, tamen non oportet concluſionem magis aſſimilari uniuerſali, eo quod ipſa non eſt totalis cauſa ipſius concluſionis, & propinqua, ſed particularis præmiſſa eſt cau-

D ſa propinquior, & immediatior concluſioni. Ad quartum dicitur, ꝙ quando aliqua præmiſſarum eſt negatiua, licet extremitates non primo, & per ſe abinuicem ſeparentur, tamen bene ex conſequenti ſeparantur, inquantum una coniungitur cum medio, a quo alia ſeparatur. Ad quintum dicitur, quòd licet medium ſecundum rem includatur in minori extremitate, non tamen ſecundum rem, & uocem ſimul, ideo non intrat concluſionem eo modo quo ponitur medium in præmiſsis.

Enumeratio modorum primæ figuræ, deq; ipſo directe concludere, ac indirecte, duabusq; regulis.

Prima figura nouem habet modos. Quorum primi quatuor

1.Prio.c.7 concludunt directe, reliqui uero quinque concludunt indirecte. Directe autem concludere, eſt maiorem extremitatem prædicari de minori in concluſione. Indirecte autem concludere, eſt minorem extremitatem prædicari de maiori in concluſione. Nota hic duas regulas, quarum prima conuenit tantum primæ figuræ quo ad quatuor primos modos, & ſecundæ quo ad omnes. Secunda etiam conuenit tantum primæ figuræ quo ad eius quatuor primos modos, & tertiæ figuræ quo ad omnes. E

Prima regula talis eſt,

Minore exiſtente negatiua nihil ſequitur.

Secunda regula talis eſt, F

Maiori exiſtente particulari nihil ſequitur.

Intentio partis huius, & ordo.

Poſtquàm Auctor determinauit de ſyllogiſmo in generali ponendo diffinitionem eius, & oſtendendo ex quibus principijs materialibus & formalibus componitur, & ponendo aliquas regulas generales omnibus figuris, hic conſequenter determinat de ipſo in ſpeciali, docendo formationem ſyllogiſmorũ in qualibet figura. Et primo docet formare ſyllogiſmos in prima figura. cuius ratio eſt, quia illi ſyllogiſmi, qui ſunt per ſe de prima figura ſunt perfectiores aliis, eo ꝙ in ipſis mediũ poſitione eſt & coniunctione, quia ſubijcitur maiori extremitati, & prædicatur de minori. & etiam coniungit extremitates inter ſe. in alijs autem eſt ſolum medium coniunctione & nõ poſitione, & propter hoc etiã Auctor determinauit prius de prima figura quam de alijs duabus, primo enumerando ſuos modos in generali, poſtea determinando de ipſis in ſpeciali. G

Modos nouē 1. figura tm̃ habet.

Primo ſciendum, quod primæ figuræ nouem ſunt modi, quatuor directe concludentes, & quinque indirecte. quorum ſic habetur ſufficientia, quia modus eſt ordinatio duarum præmiſſarum. uel ergo ambæ præmiſſæ ſunt uniuerſales, uel ambæ particulares, uel maior uniuerſalis & minor particularis. uel econtra. Si ambæ ſunt uniuerſales, hoc eſt quadrupliciter, uel ambæ ſunt affirmatiuæ, & ſic eſt Barbara, & Baralipton indirecte concludens, uel ambæ negatiuæ, & ſic nihil ſequitur. uel maior affirmatiua & minor negatiua, & ſic eſt Fapeſmo, uel econtra, maior negatiua & minor affirmatiua, & ſic habentur Celantes, & Celarent. Si ambæ ſunt particulares, hoc eſt quadrupliciter ut prius, & quocunque modo diſponantur ſemper eſt combinatio inutilis, quia ex puris particularibus nihil ſequitur. Si maior eſt uniuerſalis, & minor particularis, hoc eſt quadrupliciter. quia uel ambæ ſunt affirmatiuæ, & ſic ſunt Darij, & Dabitis, uel ambæ negatiuæ, & ſic nihil ſequitur, uel maior eſt negatiua, H & minor affirmatiua, & ſic eſt Ferio, uel maior eſt affirmatiua, & minor negatiua, & ſic iterum nihil ſequitur. Si uero maior ſit particularis, & minor uniuerſalis hoc eſt quadrupliciter, ut prius, & quocunque modo diſponantur ſemper eſt combinatio inutilis, niſi quando maior eſt affirmatiua, & minor negatiua, ſicut eſt Friſeſomorum.

2.prio.c 1. Ariſt. eos ponit & alios

Secundo ſciendum, ꝙ Baralipton, Celantes, & Dabitis non diſtinguuntur a tribus primis modis eſſentialiter quantum ad diſpoſitionem duarum propoſitionum in debita qualitate & quantitate, quia eadem eſt ordinatio præmiſſarum in Barbara, & in Baralipton. & ſimiliter in alijs, ſed diſtinguuntur ab ipſis accidentaliter quantum ad modos concludendi directe & indirecte. Ideo

Ariſtote.

A Ariſtote.qui ſolum diſtinguit modos ſyllogiſmorum quãtum ad eſſentialem diſtinctionem,ſcilicet ordinem præmiſſarum, non diſtinguit illos modos a tribus primis. Sed Boethus & Petrus Hiſpanus, conſiderantes ſyllogiſmum quantum ad præmiſſas, & modum concludendi, poſuerunt illos tres modos diſtinctos ab aliis tribus modis,eo ꝙ concludunt indirecte, alii uero directe.

Tertio ſciendum,ꝙ directe concludere, eſt maiorem extremitatem prædicari de minori in concluſione, & concludere indirecte, eſt minorem extremitatem prædicari de maiori in concluſione.cuius rõ eſt, quia, qñ maior extermitas prædicatur de minori in cõcluſione, ibi deſignatur directus motus rõnis, qui incipit a maiori extremitate, & fit per medium ad minorem extermitatem. & deinde comparatur minor extremitas ad maioré in concluſione. & intellectus in tali motu,cum peruenit ad minorem extremitatem directe cõparat eã ad maiorẽ,ideo ibi fit directa cõcluſio.Sed, quãdo minor ꝑdicatur de maiore,deſignatur

B indirectus motus rõnis,quia deſignatur,ꝙ intellectus primo accipit maioré cum medio,& ſecundo minorem cũ medio. & iterũ reuertitur ad maioré extremitaté anteꝗ uniat ipſam cum minori extremitate, & non unit minorem directe & immediate poſt acceptionem minoris cum medio. & hæc cauſa quare concluſio dicitur directa uel indirecta eſt generalis ad omnes figuras.

Quarto ſciendum, ꝙ pro modis primæ figuræ directe concludentibus ponuntur plures regulæ.quarum prima eſt,ꝙ minore exiſtente negatiua,nihil ſequitur in prima figura directe.cuius ratio eſt,quia,ſi minor eſt negatiua, oportet maiorẽ eſſe affirmatiuam, & concluſioné eſſe negatiuam propter duas regulas prius poſitas. ergo maior extremitas non diſtribueretur in maiori propoſitione, cum eſſet prædicatum propoſitionis affirmatiuæ, & tñ diſtribueretur in concluſione, cum eſſet prædicatum propoſitionis negatiuæ, quod ſemper diſtribuitur. & ſic argueretur a non diſtributo ad diſtributum, & hoc eſt arguere a poſitione con-

C ſequentis ad poſitionem antecedentis, quia non diſtributum eſt conſequens reſpectu diſtributi, ſicut homo eſt conſequens ad omnem hominem. & etiam ibi poſſunt dari termini in quibus omni,ut animal,hõ,equus,& termini in quibus nulli,ut animal,hõ,lapis.ergo minore exñte negatiua non ſequitur aliqua cõcluſio directe.dicitur directe,quia bene ſequitur indirecte,ut in Fapeſmo,& Friſeſomorũ. Secunda regula eſt, ꝙ maiore exñte particulari nihil ſequitur directe in prima figura. cuius ratio eſt, quia in prima figura ad concludendum directe, oportet minorem eſſe affirmatiuam, ut dictum eſt, & ſic medium non diſtribueretur in minore, cum ſit prædicatum minoris propoſitionis affirmatiuæ, nec in maiori, cum ſit ſubiectum propoſitionis particularis. & ſic tenebitur particulariter in utraque, & poterit uniri pro diuerſis partibus eius cum duabus extremitatibus, ex qua unione non ſequitur aliqua concluſio. ideo maiore exñte particulari in prima figura nihil ſequitur directe, licet bene indirecte,ut in Friſeſo

D morum etiam poſita maiori particulari poſſunt reperiri termini in qbus omni & in quibus nulli. & ſic eſt combinatio inutilis.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Idem eſt modus & combinatio utilis, ſed in prima figura ſunt tantũ quatuor cõbinationes utiles ad concludendum directe, & duæ ad concludendum indirecte, ergo tantũ ſunt ſex modi primæ figuræ.& ſic male ponuntur noue.Secũdo ſic. Hic, maior extremitas prædicatur de minori dicendo, omnis homo eſt animal,ſubſtãtia eſt hõ,ergo ſubſtantia eſt animal.& tñ ibi eſt indirecta concluſio, cũ ibi ſit indirecta ꝑdicatio.ergo contra definitionem huius,qđ eſt directe concludere. Tertio ſic. Minor extremitas ſe habent ut pars reſpectu maioris, ſed pars non ꝑdicatur de toto, quia dicit eſſe totius.ergo indirecte concludere nõ eſt, qñ minor extremitas prędicatur de maio- Argumen.

ri. Quarto ſic. Bene ſequitur, quoddã rationale currit, omnis hõ eſt rationalis, er E
go quidam hõ currit, quia ex oppoſito conſequẽtis ſequitur oppoſitũ antecedentis, ut calore patet intuẽti. ergo maiore particulari exiſtente, aliquid ſequitur directe in prima figura. Quinto ſic. Bene ſequitur, omne non homo eſt riſibile, lapis non eſt homo, ergo lapis non eſt riſibilis. ergo minore exiſtente negatiua in prima figura aliquid ſequitur.

Solutiões. No. iſtã ſi ſionem. Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd licet in prima figura ſint tantum duæ combinationes primo & per ſe utiles ad concludendum directe, tamen ſunt plures aliæ utiles ex conſequenti ad concludendum indirecte, quia combinationes, quæ ſunt in tribus modis, primo & per ſe ualent ad concludendum directe, & ex conſequenti. per conuerſionem ſuarum concluſionum ad concludendum indirecte, &, omnis ſyllogiſmus cuius concluſio conuerti poteſt, poteſt concludere directe & indirecte. Ad ſecundum dicitur, q non dicitur directa concluſio, eo, quòd ſit ibi directa prædicatio, ſed quia ibi denotatur F
directus proceſſus rationes, ut ſupra dictum eſt. Ad tertium dicitur, quòd licet minor extremitas non ſemper dicat ſecundum rem totum eſſe maioris, tamen bene dicit ſecundum modum, inquantum enunciatur de ipſa. & hoc ſufficit ad hoc q prædicetur de maiori. quia hic indifferens eſt utrum uere uel falſe prædicetur. Ad quartum dicitur, quòd licet in illo argumento ſequatur concluſio gratia materiæ. ſ. propter conuertibilitatem rationalis & hominis, non tamen gratia formæ arguendi, quia non tenet in omnibus terminis conſimili forma arguendi retenta, ut non ſequitur, quoddam animal eſt aſinus, omnis homo eſt animal, ergo quidam homo eſt aſinus, cum antecedens ſit uerum, & conſequens falſum.

Ad quintum dicitur, q ibi non eſt formaliter ſyllogiſmus eo, q ſubiectũ maioris, ſcilicet non homo nõ prædicatur in minore, ſed homo ibi prædicatur. ideo non bene arguitur in prima figura, ſed tamen eſt ibi uirtualiter ſyllogiſmus, in G
quantum iſta, lapis non eſt homo. æquiualet iſti, lapis eſt non homo, ſed tunc minor erit affirmatiua, & arguetur in Dariis.

De duobus modis arguendi in prima figura Barbara, ac Celarent.

Barbara Barbara. Primus modus primæ figuræ conſtat ex duabus uniuerſalibus affirmatiuis directe concludentibus, ut

Omne animal eſt ſubſtantia,
Omnis homo eſt animal, ergo,
Omnis homo eſt ſubſtantia.

Celarent Celarent. Secundus modus conſtat ex maiori uniuerſali negatiua, H
& minori uniuerſali affirmatiuam, uniuerſalem negatiuam directe concludentibus, ut

Nullum animal eſt lapis,
Omnis homo eſt animal, ergo,
Nullus homo eſt lapis.

Poſtquam Auctor in generali enumerauit modos primæ figuræ, hic conſequenter in ſpeciali determinat unoquoque ipſorũ, & primo tam de modis directe concludentibus, quam de indirecte concludentibus. Et inter modos directe concludent-

A cludentes primo de modis determinat uniuerſalibus, q̃ de particularibus & adhuc inter uniuerſales, prius determinat de modis uniuerſalis affirmatiuo, qui intelligitur per Barbara, quàm de modo uniuerſali negatiuo, qui intelligitur per Celarent, eo ꝙ affirmatio præcedit negationem.

Primo ſciendum, ꝙ Barbara conſtat ex duabus propoſitionibus uniuerſalibus affirmatiuis maiore, & minore, uniuerſalem affirmatiuam directe concludentibus, ut omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia probatur iſta conſequentia, quia regulantur per dici de omni, nam quicquid prædicatur de ſubiecto diſtributo prædicatur de quolibet ſuppoſito ſumpto ſub ipſo, ſed in iſto ſyllogiſmo, ſubſtantia dicitur de animali diſtributo in maiore, & homo ſubſumitur ſub animali. cum animal enuncietur de ipſo, ergo ſubſtantia dicitur de omni homine, eo modo, quo dicitur de omni animali, in quo includitur omnis homo, Aliter ſic probatur, quia conſe- Cōſequentiæ formalis ratio.
B quentia formalis eſt, quæ tenet in omnibus terminis conſimili forma arguendi retenta, ſed conſequentia facta in Barbara tenet in omnibus terminis, quia non eſt dabilis inſtantia, igitur ibi eſt conſequentia formalis.

Secundo ſciendum eſt, ꝙ inter omnes modos figurarum iſte modus. ſ. Barbara eſt perfectior ſimpliciter & ratio eſt, quia eſt uniuerſalis, & affirmatiuus, ſed inquantum eſt uniuerſalis eſt perfectior omnibus aliis particularibus, & inquantum eſt affirmatiuus, eſt perfectior omnibus modis negatiuis. Item, in eo concluditur uniuerſalis affirmatiua concluſio, ſed illa eſt difficillima ad concludendum, quia ſolum in una figura, & in uno modo poteſt concludi, ipſa enim non concluditur in ſecunda figura, cum ibi concludatur negatiue tantum, nec in tertia, cum ibi concludatur particulariter tantum, nec concluditur in alio modo primæ figuræ ab iſto primo. ideo ſolum in illo modo ipſa poteſt concludi, quælibet autem alia concluſio poteſt pluribus modis concludi, ut in ſequentibus apparebit.
C

Tertio ſciendum, ꝙ Celarent ſecundus modus conſtat ex maiori uniuerſali negatiua. & minore uniuerſalis affirmatiua, uniuerſalem negatiuam concludentibus. & probatur, quód iſta conſequentia ſit bona per regulam de dici de nullo, arguendo ſic. nullum animal eſt lapis, omnis homo eſt animal, ergo nullus homo eſt lapis. ibi negatur in maiori de animali diſtributo, & de quolibet contento ſub ipſo, ſed omnis homo continetur ſub animali diſtributo, igitur remouetur lapis ab homine diſtributo poteſt etiam probari per definitionem conſequentiæ formalis, quia tenet in omnibus terminis conſimili forma arguendi retenta. Modus arguendi in Celarent quomodo probatur.

Quarto ſciendum, ꝙ in iſto modo, & in omnibus aliis oportet medium manere idem cum ſubiicitur in maiore, & prædicatur in minore, & etiam maior extremitas debet manere eadem in prædicato maioris propoſitionis, & in prædicato
D concluſionis, & minor extremitas in ſubiecto minoris, & concluſionis, quia, ſi uariarentur, in tali ſyllogiſmo eſſent plures termini, quàm tres, & ſecundum tria debet quilibet terminus idem manere. primo, ſecundum uocem ſecundo quantum ad ſignificat[illegible] ꝙ medium in maiore, & minore non teneatur æquiuoce pro diuer[illegible] tunc non eſſet idem terminus, ſed plures ſecundum rem ſignificatam. tertio debet manere id[illegible] quantum ad ſuppoſita, pro quibus accipitur, ita ꝙ in maiore propoſitione non teneatur pro aliquibus ſuppoſitis, & in minore pro aliis, ſed ſemper debet capi pro eiſdē, & pro æqualibus, ita ꝙ non magis ſtricte uel magis ample in una, quàm in alia præmiſſarum, & ſimiliter de extremitatibus. & per hoc patet intellectus iſtorum modorum uniuerſalium.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Non ſequitur. Omne animal, ſi eſt rudibile, Argumen.

rudibile,eſt aſinus omnis homo eſt animal,ſi eſt rudibilis,ergo omnis homo eſt aſinus,& tamen ibi arguitur in Barbara.Secundo ſic.Non ſequitur, Omne rationale,uel irrationale eſt homo,omnis equus eſt rationalis,uel irrationalis,ergo omnis equus eſt homo.& tamen ibi arguitur in Barbara.Tertio ſic. Non ſequitur.Cuiuslibet hominis aſinus currit,omne rudibile eſt aſinus,ergo omne rudibile currit,quia antecedens poteſt eſſe uerum conſequente exiſtente falſo,poſito caſu,ꝙ omnis homo habeat unum aſinum currentem, & alium quieſcentẽ. & tamen arguitur in primo modo.ergo ibi non eſt cõſequentia formalis.Quarto ſic.Non ſequitur.Nullum uiuens generabitur,omnis homo eſt uiuẽs, ergo nullus homo generabitur,& tamen ibi arguitur in Celarent.

Quinto ſic,Nullum currens eſt aſinus,omnis homo præter Socratem currit, ergo nullus homo præter Socratem eſt aſinus, non ſequitur,quia concluſio eſt falſa,cum dicat Socratem eſſe aſinum,& præmiſſæ ſunt ueræ, & tamen ibi arguitur in Celarent,igitur in ipſo non eſt conſequentia formalis. F

Solutiões. Ad argumenta. Ad primum dicitur,ꝙ in iſta maior,omne animal,ſi eſt rudibile,eſt aſinus poteſt eſſe conditionalis,uel de conditionato extremo.ſi ſit conditionalis,ibi non eſt bonus ſyllogiſmus in primo modo, quia ex hypotheticis non ſit bonus ſyllogiſmus categoricus.ſi uero maior ſit categorica.tunc illa conditio,ſi eſt rudibile,poteſt referri ad ſubiectum,& ſic maior eſt falſa,& ſequitur concluſio,& ſenſus eius eſt,de quocunque eſt uerum dicere, ꝙ eſt animal ſi eſt rudibile,eſt uerum dicere,ꝙ eſt aſinus.uel illa conditio refertur ad prædicatum, & tunc maior eſt uera, & male ſubſumitur in minore, quia illa conditio non debet ſumi cum medio in prædicato minoris, cum non poneretur ad medium in ſubiecto maioris,ideo ibi non arguitur in primo modo. Ad ſecundum dicitur. ꝙ licet illa maior,omne rationale,uel irrationale eſt homo,poteſt eſſe diſiunctiua,& ſic eſt uera,& non eſt ibi ſyllogiſmus categoricus, uel põt eſſe de diſiuncto ſubiecto,& hoc dupliciter,quia uel diſtribuitur illud totum diſiunctum rationale,uel irrationale,& ſic eſt bonus ſyllogiſmus,ſed maior eſt falſa,ſicut concluſio, G uel diſtribuitur tantum prima pars diſiuncti.ſ.rationale, & tunc eſt uera,& tunc non bene arguitur,quia in plus eſt prædicatum minoris quàm ſubiectum diſtributum in maiore.Ad tertium dicitur,ꝙ ibi male ſubſumitur, quia ſubſumitur ſub aſino,qui non diſtribuitur in maiore,& non ſubſumitur in homine, qui eſt ſubiectum diſtributionis maioris.ſic ergo deberet ſubſumi,cuiuslibet hominis aſinus currit,omne rudibile eſt homo, ergo cuiuslibet rudibilis aſinus currit.Ad quartum dicitur, ꝙ ibi arguitur a minus amplo ad magis amplum cum diſtributione magis ampli ex parte hominis, qui in minore ſolum diſtribuitur pro hominibus præſentibus ad quos reſtringitur per uerbum præſentis temporis, & in concluſione diſtribuitur pro præſentibus,& futuris,ad quos ampliatur per illud uerbum futuri temporis,generabitur.

Ad quintum dicitur,ꝙ in illo ſyllogiſmo male concluditur, quia hæc dictio præter,non excipit Socratem in concluſione ab eodem prædicato, ſicut in minore,nec eſt eadem diſpoſitio ſubiecti in affirmatiua,& negatiua,ideo ſic debet concludi,ergo nullus homo alius a Socrate eſt aſinus. H

De modis primæ figuræ Darij,ac Ferio,particulariter ac directe concludentibus.

Darii. Darii. Tertius modus conſtat ex maiori, uniuerſali affirmatiua,& minori particulari affirmatiua, particularem affirmatiuam directe concludentibus,ut.

Omne

A Omne animal eſt ſubſtantia:
Quidam homo eſt animal, ergo
Quidam homo eſt ſubſtantia.

Ferio. Quartus modus conſtat ex maiori, uniuerſali negatiua, & minori particulari affirmatiua, particularem negatiuam directe concludentibus, ut Ferio.

Nullum animal eſt lapis,
Quidam homo eſt animal, ergo,
Quidam homo non eſt lapis.

Poſtquã Auctor determinauit ſuperius de modis uniuerſalibus primæ figuræ B directe concludentibus, hic conſequenter determinat de modis particularibus directe concludentibus, ſcilicet de Darii, & Ferio. & Primo definit Darij, eo quòd eſt affirmatiuus, & alter negatiuus dicens. Darij, tertius modus primæ figuræ, conſtat ex uniuerſali affirmatiua maiori, particulari affirmatiua minore, particularem affirmatiuam directe concludentibus, ut omne animal currit, quidam homo eſt animal, ergo quidam homo currit. & probatur hoc mõ conſequentia per regulam, ſcilicet dici de omni, quia in iſto ſyllogiſmo currit, de ſubiecto ſcilicet de animali diſtributo dicitur, igitur dicitur de quolibet contento ſub ipſo, ſed aliquis homo continetur ſub animali. ergo de ipſo prædicatur currit. & poſſet etiam probari per definitionem conſequentiæ formalis, ſicut dictum eſt de alijs modis.

Primo ſciendum, quòd ad debite ſyllogizandum in Darij oportet quòd termini debite accipiantur ſic, quòd non fiat uariatio terminorum reiterando extremitates C in concluſione, uel reiteratione medij in præmiſsis. & per talem conſiderationem circa terminos poterunt cognoſci multi paralogiſmi, qui fiunt apparenter ſecundum iſtum modum. etiam inſpiciendum eſt ad præmiſſas, quod illæ debite diſponantur, ita q; ibi ſint duæ categoricæ tantum, tanquã principales præmiſſe, quia ſyllogiſmus categoricus ſolum componitur ex propoſitionibus categoricis. & ſi in aliquo ſyllogiſmo ſunt plures præmiſſæ quam duæ, oportet ipſum reſoluere, primo ad duas propoſitiones, quæ ſint principales eius præmiſſæ, & ex conſequenti ad tres terminos, ad uidendum utrum debite formetur in iſto uel in alijs. Debitus modus ſyllogizandi in Darij.

Secundo ſciendum, q; Ferio, quartus modus primæ figuræ, conſtat ex uniuerſali negatiua maiori, particulari affirmatiua minori, particularem negatiuam concludentibus directe, ut Nullum animal eſt lapis, quidam homo eſt animal, ergo quidam homo non eſt lapis. & probatur per regulam de dici de omni, & D dici de nullo, quia ibi lapis negatur de animali diſtributo, ergo nihil eſt ſumere ſub animali, a quo non remoueatur lapis. & quia homo ſumitur ſub animali, ideo lapis remouetur ab ipſo. Modus arguendi in Ferio.

Tertio ſciendum, q; iſti duo modi particulares ſunt perfecti, & quantum ad neceſſitatem concludendi, & quantum ad euidentiam ipſorum, quia immediate regulantur per dici de omni de dici de nullo. & quantum ad illam perfectionẽ non habent perfici per alios modos. ſed quantum ad quantitatem modi, uniuerſales ſunt perfectiores aliquo modo. & ſi negetur conſequentia iſtorum modorum, poteſt aliquo mo'o probari, reducẽdo ipſos ad modos uniuerſales hoc modo. quia Darii reducitur primo ad Cameſtres in ſecunda figura, capiendo contradictorium concluſionis ſuæ cum maiore, inferendo oppoſitum contradictorium

rium minoris, ut arguendo in Darij. Omnis homo eſt animal, quoddam riſibile eſt homo, ergo quoddam riſibile eſt animal. Reducitur ſic ad Cameſtres. Omnis homo eſt animal, nullum riſibile eſt animal, ergo nullum riſibile eſt homo. & etiam Ferio reducitur ad Ceſare, uel ad Cameſtres. & quia illi modi iterum reducuntur ad Celarent per conuerſiones, ideo iſti modi particulares ex conſequenti poſſunt reduci & probari per uniuerſales. & non reducuntur iſti modi ad modos ſecundæ figuræ, ut ibi perficiantur; uel ut ibi ſtet eorum reductio, ſed ut mediantibus ipſis reducantur ad modos uniuerſales primæ figuræ. E

Quæ ppō facile aſtrui aut deſtrui poſſit.

Quarto ſciendum, q in iſtis quatuor modis primæ figuræ iam habitis concluduntur quatuor genera propoſitionum, ſcilicet, uniuerſalis affirmatiua, quæ concluditur in Barbara, uniuerſalis negatiua in Celarent, particularis affirmatiua in Darij particularis negatiua in Ferio. inter quas uniuerſalis affirmatiua eſt difficillima ad concludendum, quia ſolum in modo concluditur, ſcilicet in Barbara. Deinde uniuerſalis negatiua, quæ concluditur in uno modo in prima figura, ſcilicet in Celarent, & in duobus modis in ſecunda figura. ſ. in Ceſare & Cameſtres. tertio particularis affirmatiua, quæ concluditur in uno modo in prima figura ſ. in Darij, & in tribus modis tertiæ figuræ. ſ. in Darapti, Diſamis, & Datiſi. & quarto particularis negatiua, quæ facillima eſt ad concludendū, quæ poteſt concludi in uno modo primæ figuræ. ſ. in Ferio, & in duobus modis ſecundæ figuræ ſ. in Feſtino, & Barocol, & in tribus modis tertiæ figuræ. ſ. Felapton, Bocardo, & Feriſon. ſed ecōtra, particularis negatiua difficillima eſt ad interimendum. interimitur enim per ſuam contradictoriam, quæ eſt uniuerſalis affirmatiua, quæ eſt facillima ad deſtruendum. & per hoc poſſet haberi ordinatio horum quatuor modorum primæ figuræ directe concludentium. F

Argumen.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. non ſequitur. Omne riſibile eſt animal, tantum homo eſt riſibilis, ergo tantum homo eſt animal. & tamen ibi arguitur in Darij. ergo in ipſo non eſt conſequentia formalis. Secundo ſic. Hic bene arguitur in Darij, Omne indiuiduum alicuius ſpeciei eſt aſinus, Socrates eſt indiuiduum alicuius ſpeciei, ergo Socrates eſt aſinus. & maior probarentur, quia omne indiuiduum aſini eſt aſinus. ergo omne indiuiduum alicuius ſpeciei eſt aſinus, & tamen in primo ſyllogiſmo non eſt bona conſequentia. ergo cōtra tertium modum. Tertio ſic, Non ſequitur. Omne currens eſt aſinus, aliquis homo poteſt eſſe currens, ergo aliquis homo poteſt eſſe aſinus. & tamen arguitur ibi ſecundum tertium modum. Quarto ſic. Non ſequitur, Nullum animal eſt ſpecies, homo eſt animal. ergo homo non eſt ſpecies. & tamen ibi arguitur in Ferio. Quinto ſic. Non ſequitur, Nullus denarius ualet album, quidam frācus ualet denarium, ergo quidam francus non ualet album. & tamen ibi arguitur in quarto modo, ergo non eſt conſequentia formalis. G

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum illorum dicitur, q ibi male concluditur, eo quòd in minori hæc dictio tantum, excludit reſpectu riſibilis. negando ipſum ab omnibus alijs ab homine, & in concluſione excludit reſpectu animalis, negando animal ab omnibus alijs ab homine, & ſic ibi arguitur negatione inferioris ad negationem ſuperioris, & committitur fallacia conſequentis. ſed debet concludi non ponendo dictionem excluſiuam in concluſione. Ad ſecundum dicitur, q ibi bene arguitur in Darij, ſed maior illius ſyllogiſmi eſt falſa. ſ. omne indiuiduū ſpeciei alicuius eſt aſinus, & ad probationem eius dicitur, q ibi arguitur ab inferiori ad ſuperius cum diſtributione ſuperioris, quia indiuiduum aſini ſ. habet, ut inferius ad indiuiduum alicuius ſpeciei, ideo nō ſequitur, omne indiuiduū aſini eſt aſinus, ergo omne indiuiduum alicuius ſpeciei eſt aſinus. Ad tertium dicitur, q ibi male arguitur, quia ſubiectum maioris. ſ. currens, non eſt prædicatum in minoris, H

A noris,ſed potens eſſe currens prædicatur in minori,ideo ibi non ſunt tres termini tantum,immo quatuor. Ad quartum dicitur,ꝙ in illo argumento,homo,tenetur in minore pro ſuppoſitis,& in concluſione pro natura communi,ideo uariatur minor extremitas,& non ſunt tres termini tantum,nec debite arguitur. Ad quintum dicitur,ꝙ ibi non bene arguitur, quia non eſt idem ſubiectum maioris, & prædicatum minoris,quia denarius ſubijcitur in maiori, & ualens denarium, prædicatur de minori,ideo non arguitur in quarto modo.

De tribus modis primæ figuræ, Baralipton, Celantes, Dabitis, indirecte concludentibus, & ipſorum reductione ad modos perfectos.

Baralipton. Quintus modus conſtat ex duabus uniuerſalibus affir- Baraliptō
B matiuis, particularem affirmatiuam indirecte concludentibus, ut,

Omne animal eſt ſubſtantia,
Omnis homo eſt animal, ergo.
Quædam ſubſtantia eſt homo.

Et reducitur ad primum modum primæ figuræ per conuerſionem concluſionis per accidens.

Celantes Sextus modus conſtat ex uniuarſali negatiua maiori, & uniuerſali affirmatiua minori uniuerſalem negatiuam indirecte concludentibus,ut Celantes

Nullum animal eſt lapis,
Omnis homo eſt animal, ergo,
C Nullus lapis homo eſt.

Et reducitur ad ſecundum modum primæ figuræ per conuerſionem concluſionis ſimpliciter.

Dabitis. Septimus modus conſtat ex maiori uniuerſali affirmatiua,& minore particulari affirmatiua, particularem affirmatiuam indirecte concludentibus,ut Dabitis

Omne animal eſt ſubſtantia,
Quidam homo eſt animal, ergo,
Quædam ſubſtantia eſt homo.

Et reducitur ad tertium modum primæ figuræ per conuerſionem
D concluſionis ſimpliciter.

Poſtq̄ Autor determinauit de modis primæ figuræ directe concludentibus, hic conſequenter determinat de modis indirecte concludentibus. & primo de Baralipton dicens ſic, ꝙ Baralipton conſtat ex maiori uniuerſali affirmatiua. & minori uniuerſali affirmatiua, particularem affirmatiuam indirecte concludentibus. Probatur ꝙ in iſto modo ſit conſequentia bona & formalis, reducendo ipſum ad Barbara per conuerſionem per accidens concluſionis de Barbara. quia quicquid ſequitur ad conſequens bonæ cōſequentiæ ſequitur ad antecedēs eius, ſed ad concluſionem primi modi,quæ eſt uniuerſalis affirmatiua,ſequitur particularis affirmatiua conuertens eius, ergo illa particularis affirmatiua ſequitur indirecte ad præmiſſas de Barbara. & quia illæ præmiſſæ ſunt præmiſſæ in Baralipton,

ralipton, ideo ex ipſis in Baralipton debite infertur particularis affirmatiua indirecte, quod faciliter uidetur per exempla. Et reducitur iſte modus per impoſſibile ad Celarent, capiendo contradictorium concluſionis de Baralipton pro maiori de Celarent, & ſeruando maiorem de Baralipton pro minore, inferendo conuerſam contrariæ minoris de Baralipton, ad quam ſequitur contradictoria minoris per conuerſionem per accidens. E

Quid ſit reducere. Primo ſciendum, q reducere unum modum ad alium, eſt oſtendere euidentiã conſequentiæ unius modi, per alium magis euidentem, ad quem reducitur, ſed per hoc, q concluſio de Barbara infertur per conuerſionem concluſionis de Baralipton oſtenditur euidentia modi concludendi de Baralipton, & non oſtenditur euidentia primi modi. ideo per hoc Baralipton reducitur ad primum modum, & non econuerſo. etiam capiendo oppoſitum concluſionis ſuæ cum maiore ad inferendum oppoſitum minoris in Celarent, oſtenditur ſua neceſſitas concludendi per illam regulam, quandocunq; ex oppoſito conſequentis infertur oppoſitum antecedentis, ibi eſt bona conſequentia, ſed ex oppoſito concluſionis de Baralipton cum una præmiſſarum infertur in Celarent oppoſitum alterius præmiſſæ, ideo per hoc probatur ſufficienter. F

Secundo ſciendum, q Celantes ſextus modus conſtat ex uniuerſali negatiua maiori, & minore uniuerſali affirmatiua, uniuerſalem negatiuam indirecte concludentibus. & reducitur ad Celarent per conuerſionem ſimplicem concluſionis de Celarent, quia ad illam concluſionem ſequitur per conuerſionem ſimplicem uniuerſalis negatiua conuertens eius, ergo illa uniuerſalis negatiua ſequitur ad præmiſſas de Celarent, & illæ ſunt præmiſſæ in Celantes. ergo debite concludit indirecte uniuerſalem negatiuam. & non tantum oſtenderetur euidentia per cõuerſionem concluſionis de Celantes, ſed magis oſtẽderetur, q ad duas eius præmiſſas ſequeretur concluſio de Celarent, & magis probaretur ſecundus modus quàm ſextus. Sed per impoſſibile iſte modus reducitur ad Darij, capiendo contradictorium ſuæ concluſionis pro minore, & minorem eius pro maiore ad inferendum conuerſam contradictoriæ maioris eius, ad quam ſequitur contradictoria maioris eius, ut facto iſto ſyllogiſmo in Celantes, Nullum animal eſt lapis, omnis homo eſt animal, ergo nullus lapis eſt homo, Arguitur in Darij. Omnis homo eſt animal, quidam lapis eſt homo, ergo quidam lapis eſt animal, & ad iſtam ſequitur, quoddam animal eſt lapis, quæ eſt contradictoria maioris primi ſyllogiſmi. G

Tertio ſciendum, q, Dabitis ſeptimus modus conſtat ex uniuerſali affirmatiua maiore, & particulari affirmatiua minore, particularem affirmatiuam indirecte concludentibus, & probatur reducendo ipſum ad Darij per conuerſionem ſimplicem concluſionis de Darij, ad quam concluſionem ſequitur particularis affirmatiua conuertẽs eius, & illa concluſio ſequitur ad præmiſſas de Dabitis, quæ ſunt in Darii, ergo per eaſdem præmiſſas bene infertur in Dabitis particularis affirmatiua indirecte, quæ eſt conuertens concluſionis de Darij. Et per impoſſibile iſte modus reducit ad Celarent, accipiendo contradictorium cõcluſionis eius p maiore, & minorem eius p minore inferendo conuerſam contradictoriæ minoris eius, ut faciliter poteſt per exempla uideri. H

Quarto ſciendum, q licet ſint tres modi indirecte concludentes, correſpondẽtes tribus modis primis directe concludentibus, & compoſiti ſint ex eiſdem præmiſſis ſicut ipſi, tamen nullus eſt modus correſpondẽs quarto modo, ſcilicet Ferio, qui fiat ex eiſdem præmiſſis cum eo. Et ratio habetur per regulam Boethi, quod omnis ſyllogiſmus inferens concluſionem, quæ poteſt conuerti poteſt inferre indirecte conuertentem eius, & econtra, ſyllogiſmus inferens concluſionem

A ſionem quæ non poteſt conuerti non poteſt inferre indirecte aliquam concluſionem, ſed concluſiones in tribus primis modis poſſunt bene cõuerti, ideo illi tres modi poſſunt indirecte concludere. ſed concluſio de Ferio, cum ſit particulari negatiua, non poteſt conuerti in terminis, nec ſimpliciter, nec per accidens, ideo præmiſſe de Ferio non inferunt aliquam concluſionem indirecte, ideo non eſt aliquis modus indirecte concludens conueniens Ferio præmiſsis. & per hoc patet intellectus iſtorum modorum correſpondentium tribus primis modis. Argumē

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Omnes modi primæ figuræ ſunt perfecti, cum immediate regulentur per dici de omni, uel per dici de nullo, ergo unus non reducitur ad alium, ergo male dicitur, q̃ Baralipton reducitur ad Barbara. Secundo ſic. Non ſequitur, omne album eſt accidens, omnis homo eſt albus, ergo quoddam accidens eſt homo, & tamen arguitur in Baralipton, ergo in illo modo non eſt bona conſequentia. Tertio ſic. Motus eſt ordinatio B duarum præmiſſarum in debita qualitate & quantitate, ſed in Celantes eſt eadem ordinatio præmiſſarum in debita qualitate & quantitate, & etiam eſt eadē quantitas concluſionis, ſicut in Celarent, ergo iſte modus non diſtinguitur a Celarent, nec ad ipſum reducitur. Quarto ſic. Nullum currens eſt homo, ſuppoſito quòd nullus homo exiſtat, omne animal eſt currens, ergo nullus homo eſt animal, & tamen ibi arguitur in Celantes, ergo in eo non eſt bona conſequentia. Quinto ſic. Non ſequitur, omne animal eſt indiuiduum, aliquod genus eſt animal, ergo aliquod indiuiduum eſt genus, & tamen arguitur in Dabitis, ergo in ipſo non eſt bona conſequentia.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, q̃ licet omnes modi primæ figuræ ſint perfecti quantum ad ſubſumptionem, non quantum ad modum concludendi. quia indirecte concludentes non habent euidentem modum concludēdi ſed fiunt euidentes per reductionem ad alios modos. Ad ſecundum dicitur, q̃ C album in maiore illius ſyllogiſmi accipitur ſecundum ſe, ea parte qua differt ratione a ſuo ſubiecto, & in minore capitur per reſpectum ad ſuum ſubiectum, inquantum dicitur eſſe accidentale eius. & ideo accipitur mediū ſub diuerſis reſpectibus, & ut diuerſa ſibi accidunt. ideo medium uariatur in duabus præmiſſis, & ibi committitur fallacia accidentis. Ad tertium dicitur, quòd licet Celantes non diſtinguatur eſſentialiter a ſecundo modo quantum ad diſpoſitionē præmiſſarum, tamen accidentaliter quantum ad modum concludendi diſtinguitur ab ipſo, ut dictum eſt prius. Ad quartum dicitur, quòd in illo ſyllogiſmo, homo, in prædicato maioris ſtat pro hominibus exiſtentibus tantum, & in concluſione ſtat tam pro exiſtentibus quàm pro non exiſtentibus, eo quòd non ſubiicitur cum aliquo accidentali contrahente ipſum ad ſuppoſita exiſtentia, ſicut in maiore. Ad quintum dicitur quòd in illo ſyllogiſmo, animal, in ſubiecto maioris accipitur pro ſuis ſuppoſitis, & in prædicato minoris ſupponi D pro natura communi, ideo ibi ſit uariatio medii in duabus præmiſsis, & non bene arguitur, nec ſunt tres termini tantum.

De duobus ultimis modis, Fapeſmo, ac Friſeſmo, & ipſorum reductione ad modos perfectos.

Fapeſmo. Octauus modus conſtat ex maiori uniuerſali affirmatiua, & minori uniuerſali negatiua, particularem negatiuam concludentibus indirecte ut, Fapeſmo.

Omne animal eſt ſubſtantia,

Nullus

Nullus lapis eſt animal, ergo E

Quædam ſubſtantia non eſt lapis.

Et reducitur ad quartum modum primæ maiori conuerſa per accidens,& minori ſimpliciter,& per tranſpoſitionem præmiſſarum.

Friſeſmo

Friſeſmo. Nonus modus conſtat ex maiori particulari affirmatiua,& minori, uniuerſali negatiua particularem negatiuam indirecte concludentibus,ut,

Quoddam animal eſt ſubſtantia,

Nullus lapis eſt animal, ergo,

Quædam ſubſtantia non eſt lapis.

Et reducitur ad quartum modum primæ figuræ,maiori & minori cõuerſis ſimpliciter,& per tranſpoſitionem præmiſſarum. F

Poſtquàm Auctor determinauit de modis primæ figuræ indirecte concludentibus,conuenientibus in præmiſſis modis directe concludentibus,hic conſequenter determinat de modis indirecte concludentibus differentibus in præmiſſis a modis directe concludentibus, ſcilicet Fapeſmo Friſeſmo, & quia Fapeſmo eſt modus uniuerſalis,alter uero eſt particularis, ideo Auctor prius determinat de ipſo dicens. Octauus modus, ſcilicet Fapeſmo conſtat ex uniuerſali affirmatiua maiori,& uniuerſali negatiua minori, particularem negatiuam concludentibus indirecte. Et reducitur ad Ferio, maiore conuerſa per accidens, & minore ſimpliciter, facta tranſpoſitione præmiſſarum. Et probatur conſequentia huiuſmodi per illam regulam, Quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad antecedens eius, ſed ad præmiſſas de Fapeſmo, facta conuerſione præmiſſarum cum tranſpoſitione ipſarum,ſequuntur præmiſſę de Ferio, & ad illas præmiſſas ſequitur particularis negatiua, ergo concluſio illa ſequitur ad præmiſſas de Fapeſmo.ergo in illo modo eſt bona conſequentia. G

Modus reducẽdi Fapeſmo per impoſsibile.

Primò ſciendum,ꝙ per impoſsibile Fapeſmo poteſt reduci ad Barbara capiẽdo contradictorium ſuæ concluſionis pro maiore, & maiorem eius pro minore, inferendo conuerſam contradictoriæ minoris, ad quam ſequitur illa contradictoria, ut arguendo ſic in Fapeſmo, omnis homo eſt animal, nullus lapis eſt homo, ergo quoddam animal non eſt lapis, & ſic arguitur in Barbara, omne animal eſt lapis, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt lapis.ad quam ſequitur per conuerſionem per accidens, quidam lapis eſt homo,quæ eſt cõtradictoria minoris.& poteſt etiam reduci ad Celarent, capiendo contradictoriam concluſionis pro minore,& minorem pro maiore, inferendo conuerſam oppoſiti maioris, ut præſuppóſito ſyllogiſmo facto in Fapeſmo,arguitur ſic in Celarẽt, nullus lapis eſt homo,oẽ animal eſt lapis,ſequitur, ergo nullum animal eſt hõ, ad quem per conuerſionem ꝑ accidens ſequitur,quidam homo non eſt animal. H

Secundo ſciendum,quòd nonus modus, ſcilicet Friſeſmo conſtat ex particulari affirmatiua maiore, & uniuerſali negatiua minore, particularem negatiuã concludentibus indirecte. & reducitur ad Ferio,maiore,& minore cõuerſis ſimpliciter,& facta tranſpoſitione præmiſſarum.per hoc probatur, ꝙ ſit in ea bona conſequentia, quia ad præmiſſas eius ſequuntur per conuerſionem cum trãſpoſitione præmiſſarum præmiſſæ de Ferio,per quas præmiſſas ſequitur particularis negatiua concluſio.ergò eadem ſequitur ad præmiſſas de Friſeſmo,ut arguendo ſic, quidam homo eſt animal, nullus lapis eſt homo, ergo quoddam animal non eſt lapis. Conuertendo ſimpliciter & tranſpònendo præmiſſas ſic argui-

A tur in Ferio, nullus homo eſt lapis, quoddam animal eſt homo iſtæ præmiſſæ ſequuntur ad alias præmiſſas, & ſequitur quoddam animal non eſt lapis.

Tertio ſciendum, quòd iſtæ ultimus modus poteſt, impoſsibile reduci ad Celarent, capiendo contradictorium concluſionis pro minore, & minorem loco maioris inferendo conuerſam oppoſiti maioris, ut arguendo ſic. Quidam homo eſt animal, nullus lapis eſt homo, ergo quoddam animal non eſt lapis, & ſic arguendo in Celarent. Nullus lapis eſt homo, omne animal eſt lapis, ergo nullum animal eſt homo, ad quam ſequitur iterum per conuerſionem, nullus homo eſt animal, quæ eſt contradictoria primæ maioris. & poteſt reduci ad Darii, capiendo contradictorium concluſionis pro maiore. & maiorē pro minore, inferendo conuerſam contradictoriæ minoris, ad quam ſequitur illa contradictoria. Modus recedi friſmo per depoſsibile.

Quarto ſciēdum, ꝙ Fapeſmo & Friſeſmo ualent in qualibet figura ad concludendum particularem negatiuam indirecte. &, quia reperiuntur in omnibus figuris Ariſtot. determinat de ipſis poſtquam docuit formationes ſyllogiſmorum in tribus figuris. aliter tamen reperiuntur in prima figura & in alijs, quia, quando medium ſubiicitur in una præmiſſarum, & prædicatur in alia, ſunt in prima figura, & cum prædicatur in utraque, ſunt in ſecunda figura, & cum ſubiicitur in utraque ſunt in tertia figura. &, quia per prius reperiuntur in prima figura quam in aliis, ideo quoddam modo appropriantur primæ figuræ, ratione cuius conuenienter a Pet. Hiſpa. enumerantur inter modos primæ figuræ, nec tamen negat quin reperiantur in aliis. 1. Prio. c. 7

B

Contra prædicta arguitur primo ſic. In omni ſyllogiſmo concluſio debet eſſe ſimilis alicui præmiſſarum, ſed particularis negatiua non eſt ſimilis alicui præmiſſarum de Fapeſmo, cum ambæ ſint uniuerſales, ergo male dicitur, ꝙ ibi concluditur particularis negatiua. Secundo ſic. Præmiſſę de Fapeſmo maiorem conuenientiam habent cum præmiſsis de Celarent quam cum præmiſsis de Ferio, ergo magis debent reduci per conuerſionem ad Celarent quam ad Ferio, & ſic male dicitur, quòd reducitur ad Ferio per conuerſionem. Tertio ſic. Friſeſmo eſt combinatio inutilis, quia ibi ſunt dabiles termini in quibus omni. & in quibus nulli. ergo male ponitur ille modus. Quarto ſic. In omni ſyllogiſmo debet fieri ſubſumptio, ſed in Friſeſmo nulla fit ſubſumptio, quia maior eſt particularis, & & ſub particulari nihil eſt ſumere etiam ſubſumptio fit affirmando ſubiectum prius diſtributum de aliquo inferiori eius, quod non fit ibi cum minor ſit negatiua, ergo ibi non eſt bonus ſyllogiſmus. Quinto ſic. Iſti duo ultimi modi ſolum differunt in quantitate maioris præmiſſæ & non in concluſione, nec in modo cōcludendi, ſed quantitas cum ſe teneat ex parte materiæ non uariat ſpeciem, ideo propoſitio particularis & uniuerſalis non differunt ſpecie. ergo iſti duo modi ſecundum ſpeciem non diſtinguuntur inter ſe. Argumen.

C

Ad argumenta, Ad primum dicitur, ꝙ licet in omni ſyllogiſmo concluſio debeat eſſe ſimilis alicui præmiſſarum in qualitate, non tamen in quantitate, ſicut patet in Darapti. etiam ſimilitudo proprie non attenditur ex parte quantitatis, ſed æqualitatis uel inæqualitatis. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet Fapeſmo & Celarent magis conueniant in quantitate ſuarum præmiſſarum quàm Fapeſmo & Ferio tamen præmiſſæ de celarent non poſſunt ſequi per conuerſionem ad præmiſſas de Fapeſmo. eo ꝙ maior, quæ eſt uniuerſalis affirmatiua, non poteſt conuerti ſimpliciter in uniuerſalem, ſed ſolum per accidens in particularem, & ſic ad iſtas præmiſſas bene ſequuntur præmiſſæ quarti modi. Ad tertium dicitur, ꝙ concludendo directe in Friſeſmo darentur termini in quibus omni & in quibus nulli, & ſimiliter in Fapeſmo, nunquam tamen darentur concludendo indirecte, & iſti modi ſolum ualent ad concludendum indirecte. Solutiões

D

Ad quartum dicitur, ꝙ licet in Friſeſmo formaliter non fiat ſubſumptio, tñ ibi bene fit uirtualiter inquantum in præmiſſis eius uirtualiter includuntur præmiſſæ de Ferio, quæ ſequuntur ad ipſas, in quibus fit debita ſubſumptio. Ad quintum dicitur, ꝙ licet quantitas non uariet ſpeciem propoſitionis, tamen bene uariat ſpeciem ſyllogiſmi uel modi eius, quia uariata quantitate eſt alia ordinatio præmiſſarum in debita qualitate, & quantitate, ideo iſti duo modi ſpecie adinuicem diſtinguuntur. E

De ſecundæ figuræ, regulis, ac numero modorum.

Sequitur ſecunda figura, cuius tales dantur regulæ. In ſecunda figura maiori exiſtente particulari, nihil ſequitur. Item in ſecunda figura, ex puris affirmatiuis nihil ſequitur. Item in ſecunda figura, ſemper concluditur negatiue. Secunda figura quatuor habet modos.

F

Secũda figura, & eius ad cæteras ordo.

Poſtquàm ſuperius Petrus Hiſpanus determinauit de prima figura, & modis eius. hic conſequenter determinat de ſecunda figura, & de modis eius. Eſt autem ſecunda figura, quando medium prædicatur in utraque præmiſſarum & in tali ordine terminorum medium dicitur primus terminus, quia ponitur ſupra ambas extremitates, cum prædicetur de utraque, & maior extremitas eſt ſecundus terminus, & medium poſitione, quia ponitur ſub medio cum ſubiicitur in maiore propoſitione, & ſupra minorem cum prædicatur in concluſione. Sed minor extremitas eſt tertius terminus, & ultimus poſitione, quia ſubiicitur medio in minori propoſitione, & maiori extremitati in concluſione. Ex quo patet, ꝙ medium in ſecunda figura non eſt ita perfecte medium ſicut in prima figura, quia ſolum hic eſt medium coniunctione, & non poſitione. & eſt perfectius medium, quàm medium tertiæ figuræ, quod ſubiicitur utriq; extremorum. & inde eſt, quòd medium primæ figuræ ualet ad concludendum uniuerſaliter, & affirmatiue, & medium ſecundæ figuræ ad concludendum negatiue, ſed particulariter, & uniuerſaliter, & medium tertiæ figuræ ad concludendum particulariter ſolum, affirmatiue, uel negatiue. Et per hoc habetur, quare iſta figura ſic ordinatur. G

Primo ſciendum, ꝙ propter ſyllogiſmos huius figuræ tres ponuntur regulæ.

Maiore exiſtente particulari nihil ſequitur..

Prima eſt, ꝙ in ſecunda figura maiore exiſtente particulari nihil ſequitur. cuius ratio eſt, quia in ſecunda figura ſemper concluditur negatiuæ, ut infra dicetur, ergo, ſi maior eſſet particularis, ibi argueretur à non diſtributo ad diſtributum ex parte maioris extremitatis, quæ non diſtribueretur in maiore propoſitione, cum eſſet ſubiectum propoſitionis particularis, & tamen diſtribueretur in concluſione, quia eſſet prædicatum propoſitionis negatiuæ, & ſic ex parte eius argueretur à non diſtributo ad diſtributum, & inde poſſet contingere, ꝙ conſequens eſſet falſum antecedente exiſtente uero. Item in tali diſpoſitione poſſunt reperiri termini, in quibus omni, ut animal, homo, riſibile, ut ſic arguendo quoddam animal non eſt homo, omne riſibile eſt homo, cum illis ſtat hæc uniuerſalis, omne riſibile eſt animal, termini in quibus nulli, ut animal, homo, lapis, arguendo ut prius, ergo talis diſpoſitio eſt inutilis. H

Ex puris affirmatiuis nihil ſequitur..

Secundo ſciendum, ꝙ ſecunda regula eſt, ꝙ ex puris affirmatiuis in ſecunda figura nihil ſequitur, cuius ratio eſt, quia ꝑ unionem extremitatum in aliquo ſuperiori in quo poſſunt uniri pro diuerſis partibus eius non ſequitur unio extremitatum inter ſe, ut propter unionem hominis, & equi in animali non ſequitur unio eorum inter ſe, quia poſſunt in ipſo uniri pro diuerſis partibus po teſtatis eius. ſed arguendo ex puris affirmatiuis in ſecunda figura denotatur unio extremorũ in ſuo ſuperiori tantũ, ideo in tali unione ex talibus ſimpl. is non

ſequitur

A ſequitur concluſio. Item, ibi dabiles ſunt termini in quibus omni, ut animal, homo, riſibile, & termini in quibus nulli, ut animal, homo, equus, igitur talis diſpoſitio eſt inutilis.

Tertio ſciendum, ꝙ eſt tertia regula eſt, ꝙ in ſecunda figura ſemper concluditur negatiue. cuius ratio eſt, quia una præmiſſarum in ſecunda figura ſemper eſt negatiua, ſed ſi aliqua præmiſſarum ſit negatiua, concluſio debet eſſe negatiua, ideo ſemper in ſecunda figura concluditur negatiue. Et etiam poteſt in ipſa concludi uniuerſaliter & particulariter, & ideo quamuis in tertia figura cōcludatur affirmatiuæ & negatiue, tamen, quia ibi concluditur ſolum particulariter, & difficilius eſt concludere uniuerſalē negatiuam, quàm particularem affirmatiuam, ut prius dictum eſt, ideo non propter hoc ſequitur, quòd tertia figura ſit perfectior iſta, licet in iſta concludatur negatiue ſolum. Sp̄ ē cōcluſio negatiua in ſcd̄a figu.

Quarto ſciendum, ꝙ tantū ſunt quatuor modi ſecundæ figuræ. Quorum ſufB ficientia ſic habetur. quia omnis modus ſecundæ figuræ eſt ordinatio duarum præmiſſarum in quibus idem prædicatur. uel ergo ambæ præmiſſæ ſunt particulares, uel uniuerſales, uel maior uniuerſalis, & minor particularis, uel econtra. Si ambæ præmiſſæ ſunt uniuerſales, hoc eſt quadrupliciter. uel ambæ ſunt affirmatiuæ, & ſic nihil ſequitur propter unam regulam iſtius figuræ, uel ambæ negatiuæ, & ſic etiam nihil ſequitur, uel maior eſt negatiua & minor affirmatiua, & ſic eſt Ceſare, uel econtra, & ſic eſt Cameſtres. Si ambæ ſint particulares, hoc eſt quadrupliciter, & quocunque modo diſponantur nihil ſequitur. Si uero maior ſit particularis, & minor uniuerſalis poteſt eſſe quadrupliciter, & ſemper nihil ſequitur, quia maiore exiſtente particulari in ſecunda figura nihil ſequitur. Si autem maior ſit uniuerſalis, & minor particularis, hoc eſt quadrupliciter. quia uel ambæ ſunt affirmatiuæ, & ſic nihil ſequitur, uel ambæ negatiuæ, & iterum nihil ſequitur, uel maior eſt negatiua, & minor affirmatiua, & ſic eſt Feſtino, uel econtra & ſic eſt Baroco. & per hoc patent regulæ ſecundæ figuræ, & numerus modorum eius in generali. Quatuor tm̄ ſunt huius figuræ modi.

C

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Medium, quòd prædicatur de utroque extremorum, perfectius eſt quàm illud quod ſubijcitur uni, & prædicatur de alio quia prædicatum eſt perfectius ſubiecto, ergo figura, in qua mediū ſemper prædicatur, deberet poni prima. Secunda ſic. Friſeſomorum ualet in qualibet figura, ut prius dictum eſt, & tamen in ipſo maior eſt particularis, ergo in ſecunda figura, maiore exiſtente particulari aliquid ſequitur. Tertio ſic. Quæcunque uni tertio ſunt eadem, illa inter ſe ſunt eadem, & inter ſe conueniunt, ſed arguendo ex puris affirmatiuis in ſecunda figura denotatur extrema eſſe eadem uni tertio. ſ. medio, ergo per hoc ſequitur, ꝙ extrema inter ſe conueniunt, & ſic ex puris affirmatiuis aliquid ſequitur. Quarto ſic. Bene ſequitur in ſecunda figura, aliquod animal eſt Socrates, aliquis homo eſt Socrates, ergo aliquis D homo eſt animal. & tamen ibi concluditur affirmatiue, ergo in ſecunda figura non ſemper concluditur negatiue. Quinto ſic. In Ceſare & Cameſtres ſunt eædem præmiſſæ ſ. uniuerſalis affirmatiua, & uniuerſalis negatiua, ſed modi diſtinguuntur ex parte præmiſſarum, ideo illi modi non ſunt diſtincti, & ſic non ſunt quatuor modi ſecundæ figuræ. Argumē.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ licet medium quod prædicatur de utroque ſit perfectius ſecundū ſe illo quod ſubiicitur & prædicatur, tamen non eſt perfectius in ratione medii ideo medium primæ figuræ perfectius eſt q̄ medium ſecundæ figuræ. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet in Friſeſomorum in ſecunda figura, maiore exiſtente particulari ſequatur aliquid indirecte, non tamen directe. Ad tertium dicitur, ꝙ quæcunque ſunt eadem uni tertio, ſimpliciter & Solutio. Regulæ illimitatio.

in actu, inter ſe ſunt eadẽ, ſed illa, quæ ſunt eadem ſolum uni tertio, ſuperiori E & in potentia, non ſunt eadem inter ſe, & arguendo ex puris affirmatiuis in ſecunda figura denotantur aliqua ſolum eſſe eadem cum ſuo ſuperiori in quo conueniunt in potentia tantum. Ad quartum dicitur, quòd ibi ſequitur aliquid gratia materiæ. eo quòd medium eſt unum ſingulare ſingulariter tantum, tamen ibi non ſequitur aliquid formaliter, & per ſyllogiſmum perfectum. ibi enim eſt ſyllogiſmus expoſitorius, qui bene ualet in ſecunda figura affirmatiue. Ad quintũ dicitur, q. licet in Ceſare & Cameſtres materialiter ſint eædẽ præmiſſæ, non tamẽ ſunt eodem modo diſpoſitæ, & modi diſtinguuntur ex parte rationis & diſpoſitionis formalis ſuarũ præmiſſarum. ideo illi modi ſpecie abinuicem diſtinguuntur.

De Quatuor modis, uidelicet Ceſare, Cameſtre, Feſtino, Baroco. F

Ceſare Ceſare. Primus modus conſtat ex maiori uniuerſali negatiua, & minori uniuerſali affirmatiua, uniuerſalem negatiuam directe concludentibus, ut

Nullus lapis eſt animal,
Omnis homo eſt animal, ergo,
Nullus homo eſt lapis.

Et reducitur ad ſcd̃m modũ primæ figuræ, maiori cõuerſa ſimpliciter.

Cameſtres Cameſtres. Scundus modus conſtat ex maiori uniuerſali affirmatiua, & minori uniuerſali negatiua, uniuerſalem negatiuam directe concludentibus, ut G

Omnis homo eſt animal.
Nullus lapis eſt animal, ergo,
Nullus lapis eſt homo.

Et reducitur ad ſecundum modum primæ figuræ, minore & concluſione conuerſis ſimpliciter, & per tranſpoſitionem præmiſſarum.

Feſtino Feſtino. Tertius modus conſtat ex maiori uniuerſali negatiua, & minori particulari affirmatiua, particularem negatiuam directe concludentibus, ut

Nullus lapis eſt animal,
Quidam homo eſt animal, ergo,
Quidam homo non eſt lapis. H

Et reducitur ad quartum modum primæ figuræ, maiori conuerſa ſimpliciter.

Baroco Baroco. Quartus modus conſtat ex maiori uniuerſali affirmatiua & minori particulari negatiua, particularem negatiuam directe concludentibus, ut

Omnis homo eſt animal,
Quidam lapis non eſt animal, ergo.
Quidam lapis non eſt homo.

A Et reducitur ad primum modum primæ figuræ per impoſsibile. Reducere autem per impoſsibile eſt ex oppoſito concluſionis, & altera præmiſſarum, inferre oppoſitum alterius præmiſſæ. Sumatur.n. oppoſitum concluſionis hic, ſcilicet omnis lapis eſt homo, cum maiori huius quarti, ſcilicet cum iſta, omnis homo eſt animal, ſic arguendo, omnis homo eſt animal, omnis lapis eſt homo, ergo, omnis lapis eſt animal. Iſta concluſio opponitur minori quarti, & hoc eſt reducere per impoſsibile.

Poſtq̃ Auctor oſtendit ſuperius, quæ eſt ſecunda figura, & quæ ſunt regulæ eius, & enumerauit ſuos modos in communi, hic conſequenter determinat de ipſis in ſpeciali, & prius de uniuerſalibus q̃ particularibus, & inter uniuerſales B adhuc primo determinat de Ceſare dicens, q Ceſare primus modus conſtat ex uniuerſali negatiua maiori, uniuerſali affirmatiua minori, uniuerſalem negatiuam concludentibus. & reducitur ad ſecundum modum primæ figuræ maiore de Ceſare conuerſa ſimpliciter, per quam reductionem ſic probatur conſequentia eius. quia conuerſa maiore de Ceſare, ad præmiſſas ſequuntur præmiſſæ de Celarent, & præmiſſas de Celarent ſequitur uniuerſalis negatiua, ergo illa eadem ſequitur ad præmiſſas de Ceſare. quia quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad antecedens eius. Sed per impoſsibile reducitur Ceſare ad Celarent, capiendo oppoſitum contrarium concluſionis cum maiore, inferendo contrarium minoris, uel reducitur Ceſare ad Ferio, capiendo contradictorium concluſionis cum maiore, inferendo contradictorium minoris. Modus arguendi in Ceſare & eius reductio.

Primo ſciendum, q Cameſtres ſecundus modus ſecundæ figuræ conſtat ex uniuerſali affirmatiua maiori, uniuerſali negatiua minori, uniuerſalem negatiuam concludentibus, & reducitur ad Celarent, minori & concluſione conuerſis ſimpliciter, & per tranſpoſitionem præmiſſarum, & per hoc, eodem modo probatur, ſicut conſequentia primi modi. Et reducitur ad Darij per impoſsibile, capiendo oppoſitum contradictorium concluſionis cum maiore, inferendo contradictorium ſuæ minoris. Et etiam per impoſsibile, capiendo contrarium concluſionis cum maiore, poteſt inferre contrarium ſuæ minoris in Barbara, ad quam contrariam iterum ſequitur contradictoria minoris, ut arguendo ſic in Cameſtres, Omnis homo eſt animal, nullus lapis eſt animal, ergo nullus lapis eſt homo, & ſic in Barbara, omnis homo eſt animal, omnis lapis eſt homo, ergo omnis lapis eſt animal, quæ eſt contraria primæ minoris, ad quam ſequitur, quidam lapis eſt animal. Modus arguendi in Cameſtres & eius probatio.

C (marginal letter beside the third line of the preceding paragraph)

Secundo ſciendum, q Feſtino tertius modus conſtat ex uniuerſali negatiua maiori, particulari affirmatiua minori, particularem negatiuam concludentibus. Et reducitur ad Ferio, maiori conuerſa ſimpliciter. unde reducendo modos ſecundæ figuræ ad primam per conuerſionem, oportet illã p̃miſſam conuerti q̃ ſit maior in prima figura, & non requiritur de minori. & ratio eſt, quia in ſecunda figura mediũ ſemper p̃dicatur, ideo ad hoc, q ſubiiciatur in illa, quæ ſit maiori in prima figura, oportet illam præmiſſam conuerti, & alia non debet cõuerti, ſed debet remanere ut medium prædicetur in minori. Sed per impoſsibile reducitur ad Celarent capiendo contradictorium concluſionis de Feſtino, cũ maiore eius, inferendo oppoſitum contradictorium ſuæ minoris in Celarent. Modus arguendi in Feſtino & eius probatio.

D (marginal letter beside the third line of the preceding paragraph)

Tertio ſciendum, q Baroco quartus modus conſtat ex uniuerſali affirmatiua maiori, particulari negatiua minori, particularem negatiuam concludẽtibus. Et nõ reducitur ad aliquem modum primæ figuræ per conuerſionem, quia uel hoc Modus arguendi in Baroco, q

 eſſet

ſolũ proba eſſet conuertendo maiorem,quæ ſolum conuertitur per accidens in particularem E
tur per im & tunc ambæ pręmiſſę eſſent particulares,uel conuertendo minorem, uel con-
poſsibile. cluſionem eius, & hoc non quia ſunt particulares negatiuæ, modo particularis negatiua non conuertitur in terminis.ſed per contra poſitionem tñ,q̃ conuerſio non ualet ad reductionem ſyllogiſmorum,quia ibi non manent idẽ termini ſimpliciter.ideo in Baroco non poteſt probari per cõuerſionem.Sed probatur per impoſsibile capiendo contradictorium ſuæ concluſionis cum maiore,inferendo contradictorium minoris in Barbara, & ſic reducitur ad ipſum per impoſsibile.

Quid ſit p impoſsibile reducere in ſecunda figura. Quarto ſciendum, ꝙ reducere unum modum ad alium per impoſsibile,eſt ex oppoſito concluſionis, cum una præmiſſarum, inferre oppoſitum alterius præmiſſæ per quam reductionem oſtenditur bonitas conſequentiæ ſyllogimi prius facti per hoc,ꝙ ex oppoſito conſequentis eius infertur oppoſitum ſui antecedentis,& ad reducendum per impoſsibile modos ſecundæ figuræ ad primam, oportet capere oppoſitum concluſionis cum maiore,eo ꝙ idem ſubiicitur in maiore. F & prædicatur in concluſione, & etiam in oppoſito concluſionis. quia oppoſita ſunt eiuſdem ſubiecti,& eiuſdem prædicati,& illud quod ſubiicitur in maiore,& pędicatur in oppoſito concluſionis,eſt maior extremitas,quæ fit mediũ primę figurę.& per hoc habetur diſpoſitio primæ figuræ,qua habita oportet uidere quales, & quantæ ſunt maior præmiſſa, & oppoſitum concluſionis ad ſciendum ad quem modum primæ figuræ fit reductio. & ſi uelimus reducere modos ſecundæ figuræ ad tertiam per impoſsibile, oportet capere oppoſitum concluſionis cum minori,quia idem ſubiicitur in utraque, & minor debet poni loco maioris, eo ꝙ in ipſa maior extremitas prædicatur.ſ.illud, quod erat medium in ſecunda figura,& debet inferri oppoſitum maioris. unde uerſus.

No.regulã. Seruat maiorem uariatq; ſecunda minorem.
Tertia maiorem uariat ſeruando minorem.

Et habita tali diſpoſitione figuræ ad ſciendum ad quem modum fit reductio, G oportet uidere quomodo diſponuntur in qualitate,& quantitate minor,& oppoſitum concluſionis,& per hoc poſſunt reduci omnes modi ſecundę figuræ ad modos tertię, & probari per ipſos,ſiquis concedat modos tertiæ figuræ, & non modos ſecundę,& per hoc patent quatuor modi ſecundę figuræ.

Argumen. Sed contra prędicta arguitur primo ſic. Quia non ſequitur, nullum dextrum eſt ſiniſtrum, cuiuslibet hominis oculus eſt ſiniſter, ergo nullius hominis oculus eſt dexter.quia antecedens poteſt eſſe uerum, conſequente exiſtente falſo, & tamen ibi arguitur in Ceſare,ergo in ipſo non eſt bona conſequentia. Secundo ſic. Non ſequitur, omne corruptum uel mortuum eſt non ens, nullus homo eſt non ens,ergo nullus homo eſt corruptus uel mortuus,& tamen ibi arguitur in Cameſtres, ergo in ipſo non eſt formalis conſequentia. Tertio ſic. In Cameſtres medium non diſtribuitur in maiore,quia eſt prædicatum propoſitionis affirmatiuę, & tamen diſtribuitur in minore, ergo ibi arguitur a non diſtributo ad diſtributum,& per conſequens non eſt bona conſequentia.Quarto ſic.Non ſequitur,nullum animal dum dormit uigilat,quidam homo uigilat, ergo quidam homo non eſt animal.& tamen ibi arguitur in Feſtino. ergo. H

Quinto ſic. Non ſequitur omnis homo currit. Adam non currit, ergo Adam non eſt homo,& tamen ibi arguitur in Baroco,ergo in ipſo non eſt formalis conſequentia.

Solutiões. Ad argumenta.Ad primum dicitur, ꝙ in iſto ſyllogiſmo oculus non diſtribuitur in minori,& tamen diſtribuitur in concluſione per illam regulam,quòd diſtributio affirmatiua in obliquo,non diſtribuit terminum in recto ſequentem. Sed diſtributio negatiua in obliquo bene diſtribuit rectum ſequentem ipſam, ideo dicendo,

A dicendo, nullus hominis oculus eſt dexter, ibi diſtribuitur oculus, & ſic arguitur a non diſtributo ad diſtributũ, ſed deberet ſic concludi, ergo cuiuslibet hoĩs oculus nõ eſt dexter, quia oculus ibi nõ diſtribuitur. Ad ſecundũ dr, ꝙ ibi arguitur a minus amplo ad magis amplũcum diſtributione magis ampli ex parte hoĩs, qui in minore ſolum ſtat pro præſentibus, & in concluſione diſtribuitur pro præſentibus, & præteritis ad quos ampliatur per præteritum participij. (Regula de diſtributione.)

Ad tertiũ dr, ꝙ in illo ſyllogiſmo non arguitur ad medium inferendo ipſum de aliquo, uel aliquid de ipſo, quia nõ ponitur in concluſione, ſed ſolum arguĩt ad extremitates. iõ q̃uis diſtribuatur in ſecũda præmiſſa, & nõ in prima, non ꝓ hoc arguitur a nõ diſtributo ad diſtributum. Ad quartum dr, ꝙ illa, nullum animal dum dormit uigilat, põt eſſe temporalis, & ſic eſt uera, ſed tunc ex ipſa non fit ſyllogiſmus categoricus. uel põt eſſe categorica, & hoc eſt dupliciter. quia uel illa determinatio, dum dormit, fertur ad ſubiectum, & tunc ibi bene arguitur,
B ſed ſicut concluſio eſt falſa, ita, & maior, quia ſenſus eſt, de quocunque uerum eſt dicere, ꝙ eſt animal dum dormit, uerũ eſt dicere, ꝙ non uigilat, & hoc eſt falſum. uel poteſt ferri ad prædicatum, & ſic maior eſt uera, ſed male ſumitur minor, ſed ſic debet accipi, quidam homo uigilat dum dormit, quia illa determinatio dum dormit ponebatur ad medium in maiore præmiſſa, & ſic minor erit falſa ſicut concluſio. Ad quintum dicitur, ꝙ homo in maiori ſolum diſtribuitur pro præſentibus, ad quos reſtringitur per hoc uerbum currit, & in concluſione diſtribuitur tam pro præſentibus, quàm non præſentibus, ideo ibi non bene arguitur.

De tertiæ figuræ regulis, ac numero modorum.

SEquitur de tertia figura. Cuius tales dantur regulæ. In tertia figura minori exiſtente negatiua nihil ſequitur. Item in tertia figura
C concluſio debet eſſe particularis. Tertia figura ſex habet modos.

Poſtquam Autor determinauit de duabus figuris. ſ. de prima, & ſecunda, hic conſequenter determinat de tertia ꝓ cãm prius dictã. Et eſt tertia figura ordinatio triũ terminorũ, in qua mediũ ſubijcitur utrique extremorũ, & in tali ordinatione mediũ eſt ultimus terminus poſitione, eo ꝙ ſubijcitur utriq; extremitati, & ſecundum rationem ſubiectum eſt poſterius prædicato. Sed minor extremitas eſt medium poſitione, quia ponitur ſupra medium cum de ipſa prædicetur in minori, & ſub maiori extremitate, cum ſubijciatur in concluſione. Maior uero extremitas eſt primus terminus poſitione, quia ponitur ſupra medium, cum prædicetur in maiori, & ſupra minorem extremitatem, cum prædicatur in concluſione, & per hoc patet qualiter ordinantur termini in tertia figura. (Diſpoſitio terminorũ in tertia figura.)

Primo ſciendũ, ꝙ pro ſyllogiſmis tertiæ figuræ ponuntur duæ regulæ, quarũ
D prima eſt, ꝙ in tertia figura minore exiſtente negatiua nihil ſequitur. cuius ratio eſt, quia ſi minor eſſe negatiua oporteret maiorem eſſe affirmatiuam, quia ex puris negatiuis nihil ſequitur, & concluſionem eſſe negatiuam, quia ſi aliqua præmiſſarum fuerit negatiua concluſio erit negatiua, ergo maior extremitas non diſtribueretur in maiore, cum eſſet prædicatum propoſitionis affirmatiuæ, & tamen diſtribueretur in concluſione, cum eſſet prædicatum propoſitionis negatiuæ, ergo ibi argueretur a non diſtributo ad diſtributum, quare antecedens poteſt eſſe uerum conſequente exiſtente falſo. Et etiam ibi eſſent reperibiles termini in quibus omni, ut animal, homo, equus, arguendo ſic, omnis homo eſt animal, nullus homo eſt equus, cum quibus ſtat iſta de omni, omnis equus eſt animal. Et etiam termini in quibus nulli, ut animal, homo, (Primæ regulæ intellectus.)

 lapis,

lapis, ſic arguendo. omnis homo eſt animal nullus homo eſt lapis, cum iſtis pręmiſsis ſtat iſta de nullo, nullus lapis eſt animal. ergo iſta combinatio, in qua ponitur minor negatiua in tertia figura eſt inutilis, & hæc eſt generalis probatio ad oſtendendum combinationes inutiles nihil concludere. E

Regula reperiendi terminos in quibus omni, & in quibus nulli.

Secundo ſciendum, ꝙ termini in quibus omni, ſunt tres termini in quibus in aliqua combinatione ſiunt duæ præmiſſę cum quibus ſtat in ueritate una uniuerſalis affirmatiua compoſita ex extremitatibus illarum præmiſſarum. Sed termini in quibus nulli ſunt tres termini, ex quibus in aliqua combinatione diſponuntur duæ præmiſſæ ueræ, cum quibus ſtat in ueritate una uniuerſalis negatiua compoſita ex extremis illarum præmiſſarum, ſicut patet in repertione iam facta terminorum in quibus omni. & in quibus nulli. Et ad faciliter reperiendum eos ad quamlibet combinationem inutilem ponuntur tres regulæ. Prima eſt, quòd accipiendi ſunt duo termini diſperati, cum ſuo ſuperiori, ut duę ſpecies cum ſuo genere, ut homo, aſinus, animal. Secunda regula eſt, ꝙ accipiendi ſunt duo termini de ſe adinuicem uerificabiles ſiue conuertib liter ſiue non, cum extraneo ad utrunque, ut homo, riſibile, lapis, uel homo, animal, lapis. Tertia regula eſt, ꝙ accipiendi ſunt duo termini de ſeinuicem uerificabiles ſiue conuertibiliter ſiue non, cum ſuperiore ad utrunque, ut homo, riſibile, ſubſtantia, uel homo, animal, ſubſtantia, & per has tres regulas cuicunque prædicamento applicentur faciliter reperientur termini in quibus omni, & in quibus nulli ad quamlibet combinationem inutilem. F

Tertio ſciendum, ꝙ combinatio, in qua ſimul reperiuntur termini in quibus omni & in quibus nulli, non infert formaliter aliquam concluſionem, quod ſic probatur. quia, ſi dicatur, quòd in tali combinatione ſequitur aliqua concluſio formaliter, utputa uniuerſalis affirmatiua in terminis in quibus omni, arguitur ſic. Quicquid ſequitur formaliter in aliqua diſpoſitione, ſemper ſequitur in omnibus terminis, ergo, ſi ſequatur in tali combinatione uniuerſalis affirmatiua concluſio per aduerſarium, tunc illa ſequitur in omnibus alijs terminis in tali diſpoſitione, ergo illa ſequitur acceptis terminis, in quibus nulli. & ultra, in illa combinatione antecedens eſt uerum, ergo conſequens eſt uerum, quia ex uero non ſequitur niſi uerum, ergo in terminis in quibus nulli uniuerſalis affirmatiua concluſio ſtabit in ueritate cum duabus præmiſsis, & etiam uniuerſalis negatiua de nullo facta ex eiſdem terminis, & illæ duæ erunt contrariæ, ergo duę contrariæ ex quibus ſequuntur duæ contradictoriæ, ſtabunt ſimul in ueritate, quod eſt impoſſibile. Et ſic duceretur aliquis ad contraria, dum diceret combinationem ualere, in qua reperiuntur ſimul termini in quibus omni & in quibus nulli. G

Secundæ regulæ intellectus.

Quarto ſciendum, ꝙ ſecunda regula eſt, ꝙ in tertia figura non concluditur niſi particulariter. cuius ratio eſt, quia, ſi ibi concluderetur uniuerſaliter, argueretur a non diſtributo ad diſtributum ex parte minoris extremitatis. quæ nunquam diſtribueretur in minorem præmiſſam, cum ſit prædicatum propoſitionis affirmatiuæ, quia oportet ſemper minorem eſſe affirmatiuam, ut dictum eſt, & tamen diſtribueretur in concluſione, cum eſſet ſubiectū propoſitionis uniuerſalis. Item ſuperiora uniuntur in inferiori particulariter tantum, & non uniuerſaliter, ſed medium tertiæ figuræ eſt inferius ad ambas extremitates, ergo extremitates per ipſum ſolum uniuntur particulariter, & ex tali medio non poteſt concludi uniuerſaliter. H

Argumē.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora, ſed quælibet concluſio ſufficienter concludi poteſt per primam & ſecundam figuram, ergo tertia figura ſuperfluit, & nō eſt ponēda. Secundo ſic.

Omne

A Omne medium alicuius ſyllogiſmi ē unitiuū extremitatum eius, ſed illud quod ſubiicitur utrique extremorū non eſt unitiuum reſpectu ipſorum, quia ſe habet per modum materiæ, & materia non eſt unitiua, ſed unitur per formam, ergo male dicitur, ꝙ medium tertiæ figuræ ſubijcitur utriq; extremorum. Tertio ſic. Omnes præmiſſę, inferentes aliquam concluſioné tranſpoſitę adhuc inferunt illam concluſionem, ergo præmiſſæ de Felapton tranſpoſitæ infert poſſunt particularem negatiuam, ergo minore exiſtente negatiua in tertia figura aliquid ſequitur. Quarto ſic. Bene ſequitur, omne rationale currit, omne rationale eſt homo, ergo omnis homo currit. quia ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitū antecedentis, ergo in tertia figura poteſt concludi uniuer aliter. Quinto ſic. In omni modo ſyllogiſmi poteſt eſſe uniuerſalis affirmatiua concluſio, & uniuerſali negatiua, ergo in omni modo ſunt reperibiles termini in quibus omni & in quibus nulli, & tamen non eſt combinatio inutilis, ergo non omnis combinatio B in qua poſſunt reperiri tales termini eſt inutilis.

Ad argumenta. Ad primū dr̄, ꝙ licet quælibet concluſio in ſpecie poſſet ſufficiēter cōcludi in prima figura & ſecunda, nō tñ omnibus modis, quibus quælibet cōcluſio concludi poteſt. ideo illæ figuræ ſufficiunt quantum ad numerum concluſionum, ſed non quantū ad numerū modorū concludendi. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet inferius, in eo ꝙ ſubijcit̄ extremis, habeat modū materiæ, non tamē inquātū unit & cōtinet ſua ſuperiora in ſe actualiter, ſed ſe habet per modū totius reſpectu ipſorū, & ſic per modū formæ & hoc modo bene ē unitiuum ſuorum extremorū, quæ ſunt ſuperiora ipſius, licet particulariter tantū, Ad tertiū dr̄, ꝙ licet præmiſſæ de Felapton tranſpoſitæ inferant particularē negatiuā concluſionem indirecte, non tñ directe. & hoc modo intelligitur illa maior, ꝙ omnes præmiſſæ inferentes aliquam concluſionem quando tranſponuntur, inferūt eandem indirecte. Ad quartum dicitur, quòd licet ibi ſequatur concluſio uniuer C ſalis gratia materiæ, non tamen formaliter, quia non tenet in omnibus terminis conſimili forma arguendi retenta. Ad quintū dr̄, ꝙ licet in quolibet modo ex extremis ſyllogiſmi facti poſsit fieri uniuerſalis affirmatiua & uniuerſalis, negatiua, tamen ille non ſtabunt ſimul in ueritate cum ꝑmiſsis compoſitis eiſdē terminis, & hoc requiritur ad terminos in quibus omni, & in quibus nulli. Solutiōes. Nota rñſionem.

De duobus huius figuræ modis uniuerſalibus Darapti, ac Felapton.

Darapti. Primus modus conſtat ex uniuerſali affirmatiua maiori & uniuerſali affirmatiua minori, particularem affirmatiuā directe cō cludentibus, ut, Darapti.

Omnis homo eſt ſubſtantia,
Omnis homo eſt animal, ergo
D Quoddam animal eſt ſubſtantia.

Et reducitur ad tertiū modū primæ figuræ minori cōuerſa ꝑ accidēs. Felapton.

Felaptō. Secūdus modus conſtat ex uniuerſali negatiua maiori, & uniuerſali affirmatiua minori, particularē negatiuam directe concludentibus, ut

Nullus homo eſt lapis.
Omnis homo eſt animl, ergo,
Quoddam animal non eſt lapis.

Et reducitur ad quartū modū primę figurę, minori cōuerſa ꝑ accidēs.

quinq; tm huius figuræ modi.

Poſtquam Auctor oſtendit quæ eſt tertia figura, & poſuit regulas eius, hic cõſequenter determinat de modis ipſius, & antequam in ſpeciali de ipſis determinet enumerat eos in generali dicens, quòd tertia figura ſex habet modos. ſ. Darapti, Felapton, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon. quorum ſit habetur ſufficiẽtia. quia omnis modus tertiæ figuræ eſt ordinatio duarum præmiſſarum, in quibus mediũ ſemp ſubiicitur, uel, ergo ambæ præmiſſæ ſunt uniuerſales, uel ambę particulares. uel maior uniuerſalis, & minor particularis, & ecõtra Si ambæ ſint uniuerſales, hoc eſt quadrupliciter. uel ambę ſunt affirmatiuæ, & ſic eſt Darapti, uel ambæ negatiuæ, & ſic nihil ſequit. uel maior eſt affirmatiua. & minor negatiua, & ſic iterum nihil ſequitur propter primam regulam huius figuræ, uel econtra, maior eſt negatiua, & minor affirmatiua, & ſic eſt Felapton. Sed, ſi ambæ ſint particulares hoc poteſt eſſe quadrupliciter. & quocunque modo diſponantur nihil ſequitur. Si uero maior ſit uniuerſalis, & minor particularis, hoc eſt quadrupliciter. uel ambæ ſunt affirmatiuę, & tunc eſt Datiſi, uel ambæ negatiuæ, & tũc nihil ſequitur, uel maior affirmatiua, & minor negatiua, & iterum nihil ſequitur, uel econtra, maior negatiua, & minor affirmatiua, & ſic eſt Feriſon. Si uero maior ſit particularis, & minor uniuerſalis, hoc eſt quadrupliciter, quia uel ambæ ſunt affirmatiuæ, & ſic eſt Diſamis, uel ambæ negatiuæ, & ſic nihil ſequitur, uel maior affirmatiua, & minor negatiua, & ſic iterum nihil ſequitur. uel econtra, maior negatiua, & minor affirmatiua, & ſic eſt Bocardo. Et ſic in tertia figura ſunt ſexdecim combinationes, quarum decem ſunt inutiles, & ſex utiles & per conſequens tantum ſunt ſex modi eius. F

Modus arguendi in Darapti, & eius triplex probatio.

Primo ſciendum, ꝙ Darapti primus modus conſtat ex duabus uniuerſalibus affirmatiuis, particularem affirmatiuam concludentibus. Et poteſt iſte modus tripliciter probari. ſ. per conuerſionem, per impoſsibile, per ſyllogiſmũ expoſitorium. Vnde per conuerſionem probatur, ipſum reducendo ad Darii, quia minore de Darapti conuerſa per accidens ad præmiſſas eius ſequuntur præmiſſæ de Darii, & ad illas præmiſſas ſequitur concluſio particularis affirmatiua, ergo eadem ſequitur ad præmiſſas de Darapti, & per impoſſibile, probatur reducendo ipſum ad Celarent, capiendo contradictorium concluſionis eius pro maiore, & minorem loco minoris, inferendo contrarium maioris in Celarent, & ex cõſequenti contradictorium. poteſt etiã reduci ad Ceſare, capiẽdo contradictoriũ ſuæ concluſionis pro maiore, & minorem pro minore inferendo contrarium minoris. Sed per ſyllogiſmum expoſitorum ſic probatur, quia ſi iſtæ præmiſſæ ſunt uerę, omnis homo eſt animal, omnis homo eſt riſibilis, de aliquo ſingulari homine uerificabuntur animal & riſibile ſignet, ergo illud ſingulare, & ſic Socrates. Tunc arguitur ſic expoſitorie, Socrates eſt animal, Socrates eſt riſibilis, ergo quoddam riſibile eſt animal. Iſtæ præmiſſæ ſingulares ſequuntur ad pręmiſſas de Darapti, & ad iſtas præmiſſas ſingulares ſequitur particularis affirmatiua concluſio, ergo eadem ſequitur in Darapti, quia quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ ſequitur ad antecedens eius. G H

Syllogiſmus expoſitorius.

Secundo ſciendum, ꝙ ſyllogiſmus expoſitorius eſt cuius medium eſt ſingulare ſingulariter tentum. Et de ipſo non determinat Auctor, quia talis deductio eſt ſecundũ ſenſum manifeſta, & ualet ſyllogiſmus expoſitorius affirmatiuus in qualibet figura, ſed negatiuus nõ ualet in ſecunda figura, quia uel maior eſſet affirmatiua uel minor, & utroque modo concluſio eſſet negatiua. & ſic cũ maior eſſet particularis ſemper argueretur a non diſtributo ad diſtributum ex parte maioris extremitatis, quę non diſtribueretur in maiore, & tamen diſtribueretur in concluſione, ut dicendo ſic, quoddam animal non eſt Socrates, quidam homo eſt Socrates, ergo quidam homo non eſt animal, ſed talis ſyllogiſmus negatiuus

A gatiuus ualet in prima figura,& in tertia, poſita maiore negatiua, & minore affirmatiua,ut poſſet uideri per exépla,ſed nõ ualet econtra poſita minore negatiua, qa tunc argueretẽ a non diſtributo ad diſtributum ex parte maioris extremi.

Tertio ſciendum, ꝙ Felapton ſecundus modus conſtat ex maiori uniuerſali negatiua, minori uniuerſali affirmatiua, particularem negatiuam concludentibus.& reducitur ad Ferio minore conuerſa per accidens, & per hoc põt ꝓbari cõſequentia eius,ſicut probata fuit in primo modo. & per impoſsibile reducitur ad Barbara,capiendo contradictoriũ ſuæ concluſionis pro maiore, ſeruando minorem & inferendo oppoſitũ contrarium maioris, & ex conſequenti contradictorium. poteſt ẽt reduci ad Cameſtres in ſecunda figura, capiendo contradictoriũ concluſionis ꝓ maiore,& maiorẽ ꝓ minore,inferendo oppoſitum contrariũ minoris,& ex conſequenti contradictorium. Poteſt ẽt ꝓbari iſte ſyllogiſmus ꝑ ſyllogiſmum expoſitorium,capiendo unum ſingulare ſub medio eius,de quo negetur

B maior extremitas,& affirmetur minor,& deinde inferatur particularis negatiua concluſio ſicut factum eſt in Darapti de particulari affirmatiua. *Modus arguendi in Felapton.*

Quarto ſciendum,ꝙ reducendo modos tertiæ figuræ ad modos primæ ꝑ conuerſionem oportet illam præmiſſam conuerti, quæ fit minor in prima figura, & non debet conuerti illa quæ fit maior.Cuius ratio eſt, quia in tertia figura ſemp medium ſubiicitur,ergo ad hoc ꝙ idem medium ſubijciatur in maiori præmiſſa primæ figuræ, illa præmiſſa non debet conuerti, ſed ad hoc,quod prædicetur in minori oportet ꝙ illa conuertatur. non eſt tamen intelligendum ꝙ ſemper illa quæ eſt minor in tertia figura conuertatur,quia in Diſamis non conuertitur minor,ſed maior, ſed intelligendum eſt de illa quæ fit minor in ſyllogiſmo primæ figuræ,& per hoc patent illi duo modi uniuerſales tertiæ figuræ. *Nota regulã pro reductione, modorum huius figuræ ad primam.*

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. In ſecunda figura ſunt tantũ quatuor modi, ſeu tertia figura eſt imperfectior ſecunda, ergo non habet plures modos

C quam ſecunda,ergo male ponuntur ſex modi eius. Secundo ſic Non ſequitur in Darapti,Omnis homo eſt albus,omnis homo inquantum homo eſt riſibilis,ergo quoddam riſibile inquantum homo eſt album ,ergo in Darapti non eſt bona conſequentia. *Argumen.*

Tertio ſic. Modi perfectiores non reducuntur ad modos imperfectiores, ſed omnes modi uniuerſales ſunt perfectiores particularibus, ergo Darapti. eſt perfectior quam Darij,& per conſequens non reducitur. Quarto ſic.Non ſequitur, nullus homo eſt genus,omnis homo eſt animal,ergo animal non eſt genus,& tamen arguitur in Felapton.ergo.Quinto ſic.Datiſi & Diſamis reducuntur ad Darij,& Felapton ad Ferio,ergo illi modi debent præcedere Felapton,& per conſequens Felapton male ponitur ſecundus modus.

Ad argumenta.Ad primum dicitur, ꝙ licet tertia figura habeat plures modos q̃ ſecunda,non tamen ꝓpter hoc eſt perfectior ſecunda,quia una figura non

D dr̃ perfectior alia ꝓpter maiorem pluralitatem modorum eius, ſed quia habet perfectiorem modum concludendi,unde, quia tertia figura habet imperfectiorẽ modum concludendi, ideo põt pluribus modis concludere q̃ ſecunda,quia pluribus modis põt fieri imperfectum quam perfectum. Ad ſecundum dicitur, quòd ibi male concluditur, quia illa duplicatio non debet poni in concluſione, ſic quod feratur ad prædicatum uel copulam, quia in præmiſsis non ferebatur ad maiorem extremitatem,ſed debet relinqui,uel ſolum poni cum implicatione ad ſubiectum concluſionis, ut dicendo, ergo aliquod, quod eſt riſibile inquantum eſt homo, eſt album. Ad tertium dicitur, quòd licet modi uniuerſales ſint perfectiores particularibus in eadem figura & inter directe concludentes, non tamen ſemper in diuerſis figuris, ideo Darapti non eſt perfectior modus *Solutiões. Vna figura alia pfectior ĩ modo concludendi.*

dus q̃ Darij ratione figuræ. Ad quartum dicitur, q̇ aial non tenetur ibi eodem modo in minore & concluſione, quia in minore tenetur pro natura accepta concretiue per reſpectum ad ſuppoſita, in concluſione uero pro natura ſecundnm ſe accepta cũ pciſione ſuppoſitorũ, prout ſibi attribuitur hæc ſecũda itẽtio, genus. B

Ad quintum dr, q̇ iſti modi non ordinant̃ ſecundum ordinem modorũ primæ figuræ, ad quos reducuntnr, ſed ordinantur inter ſe penes uniuerſale & particulare, affirmatiuum, negatiuum, ſicut Darapti & Felapton. quia ſunt modi uniuerſales, & præcedunt quatuor ſequentes, qui ſunt modi particulares.

De quatuor huius figuræ modis particularibus Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon.

Diſamis. Diſamis. Tertius modus conſtat ex particulari affirmatiua maiori, & uniuerſali affirmatiua minori, particularem affirmatiuam directe concludentibns, ut F

Quidam homo eſt ſubſtantia,
Omnis homo eſt animal, ergo,
Quoddam animal eſt ſubſtantia.

Et reducitur ad tertium modum primæ figuræ, minori & concluſione conuerſis ſimpliciter, & per tranſpoſitionem præmiſſarum.

Datiſi. Datiſi. Quartus modus conſtat ex uniuerſali affirmatiua maiori, & particulari affirmatiua minori, particularem affirmatiuam directe concludentibus, ut

Omnis homo eſt ſubſtantia,
Quidam homo eſt animal, ergo, G
Quoddam animal eſt ſubſtantia.

Et reducitur ad tertiũ modũ primę figurę minori cõuerſa ſimpliciter.

Bocardo. Bocardo. Quintus modus conſtat ex maiori particulari negatiua, & minori uniuerſali affirmatiua, particularem negatiuam directe concludentibus, ut

Quidam homo non eſt lapis,
Omnis homo eſt animal, ergo,
Quoddam animal non eſt lapis.

Et reducitur ad primum modum primæ figuræ per impoſsibile. ſumatur. n. oppoſitum contradictorium concluſionis cum altera præmiſſarum, & inferatur oppoſitum alterius præmiſſæ, ut omne animal eſt lapis, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt lapis. hæc autem concluſio facta per impoſsibile in primo modo primæ figuræ contradicit maiori, Quinti ſcilicet tertiæ figuræ. H

Feriſon. Feriſon. Sextus modus conſtat ex maiori uniuerſali negatiua, & minori particulari affirmatiua particularem negatiuam directe concludentibus, ut

Nullus homo eſt lapis,

Quidam

A Quidam homo eſt animal, ergo,
Quoddam animal non eſt lapis.
Et reducitur ad Quartum modum primæ figuræ minori conuerſa ſimpliciter.

Modus arguendi in Diſamis, & eius ꝓbatio.

Poſtquam determinatum eſt de modis uniuerſalibus tertiæ figuræ, hic conſequenter determinat Autor de modis particularibus eius, & primo de modis affirmatiuis, ſecundo de negatiuis, & inter affirmatiuos primo determinat de Diſamis dicens, ꝙ Diſamis tertius modus conſtat ex maiore particulari affirmatiua, & minore uniuerſali affirmatiua, particularem affirmatiuam concludentibus, ut patet in exemplo textus. Et reducitur ad Darij per conuerſionem ſimplicem maioris, & concluſionis, & per tranſpoſitionem præmiſſarum, & per hoc ꝓbatur bonitas conſequentiæ eius. Secundo probatur conſequentia huius ſyllo-
B giſmi per ſyllogiſmum expoſitorium, quia ex iſtis præmiſsis, quidam homo eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ſequitur ꝙ de aliquo ſingulari homine uerificabuntur ſubſtantia, & animal. tunc ſignetur illud ſingulare, & ſit Socrates, & arguitur ſic, Socrates eſt ſubſtantia, Socrates eſt animal, ergo quoddam animal eſt ſubſtantia. præmiſſæ huius ſollogiſmi expoſitorii ſequuntur ad præmiſſas de Diſamis, & ad iſtas præmiſſas ſequitur particularis affirmatiua concluſio, ergo eadem ſequitur ad præmiſſas de Diſamis. Tertio pôt probari per impoſsibile, & reducitur ad Celarent, capiendo oppoſitum concluſionis cum minore, inferendo contradictorium maioris, & in ſecunda figura reducitur ad Feſtino, accipiendo oppoſitum contradictorium concluſionis de Diſamis, cum maiore poſita loco minoris, inferendo contradictorium ſuæ minoris.

Regula de reductiõe horũ modorũ plurimum neceſſaria.

Primo ſciendum eſt, ꝙ reducendo modos tertiæ figuræ ad primã per impoſsibile ſemper oportet accipere oppoſitũ concluſionis ꝓ maiore, & minorem pro
C minore, primæ figuræ, inferendo oppoſitum minoris. Cuius ratio eſt, quia idem ſubiicitur in concluſione ſyllogiſmi tertiæ figuræ, & in oppoſito concluſionis, & prædicatur in minore, ſcilicet minor extremitas, ideo capiendo oppoſitum concluſionis, cum minore habetur diſpoſitio primæ figuræ, & ualet ad inferendũ oppoſitum maioris. Ideo reducere per impoſsibile in tertia figura, eſt ex oppoſito concluſionis cum minore inferre oppoſitum maioris, & acceptis illis propoſitionibus ad uidendum ad quem modum fit reductio, oportet uidere quomodo oppoſitum concluſionis, & minor ordinantur in debita qualitate, & quantitate. Sed ad reducendum modos tertiæ figuræ ad ſecundam oportet capere oppoſitũ concluſionis pro maiore, poſita maiore loco minoris Ratio primi eſt, quia idẽ prædicatur in oppoſito concluſionis, & in maiore in tertia figura, ideo acceptis illis propoſitionibus habetur diſpoſitio ſecundæ figuræ, ſed ratio ſecundi eſt, quare .ſ. maior debet poni loco minoris, quia ad directe concludendum in ſecũda figura,
D oportet, ꝙ idem ſubijciatur in concluſione, & in minore propoſitione, ſcilicet minor extremitas, & in tertia figura idẽ ſubiicitur in maiore, & in oppoſito minoris quod debet inferri pro concluſione in ſecunda figura. Et ad ſciendum ad quem modum fit reductio, cognoſci poteſt, ut prius dictum eſt.

Modus arguendi in Datiſi, & eius reductio.

Secundo ſciendum, quòd quartus modus tertiæ figuræ, ſcilicet Datiſi conſtat ex uniuerſali affirmatiua maiore, particulari affirmatiua minore, particularem affirmatiuam concludentibus. & poteſt probari tripliciter, ſcilicet per conuerſionem, per expoſitionem, & per reductionem, per impoſsibile. probando ipſum per conuerſionem reducitur ad Darii minore de Datiſi conuerſa ſimpliciter, & per ſyllogiſmum expoſitorium poſſet probari eodem modo ſicut præcedens, capiendo unũ ſingulare ſub medio, de quo uerificent̃ ambæ extremitates.

ſed

ſed per impoſſibile poteſt probari reducendo ipſum ad Ferio in prima figura capiendo oppoſitum concluſionis cum minore, inferendo contradictorium maioris,& in ſecunda figura reducitur ad Ceſare, capiendo contradictorium ſuæ concluſionis,& maiorem poſitam loco minoris,inferendo contradictorium ſuæ minoris. Tertio ſciendum, q Bocardo quintus modus conſtat ex particulari negatiua maiori, & uniuerſali affirmatiua minore, particularem negatiuam concludentibus, & non probatur per conuerſionem reducendo ipſum ad aliquem modum primæ figuræ propter eandem rationem,ſicut prius dictum eſt de Bocardo.Sed poteſt probari per ſyllogiſmum expoſitorium negatiuum,capiendo unũ ſuppoſitum medij,de quo negetur maior extremitas,& uerificetur minor in qua diſpoſitione ſequetur particularis negatiua concluſio. Et ipſum probando per impoſſibile reducitur ad primum modum primæ figuræ, capiendo contradictorium ſuæ concluſionis cum minore, inferendo contradictorium maioris, & in ſecunda figura reducitur ad Bocardo, capiendo contradictorium ſuę cõcluſionis pro maiore, & maiorem loco minoris inferendo contradictorium ſuæ minoris. F

Modus arguendi in Bocardo, & eius probatio.

Quarto ſciendum, q Feriſon ſextus modus conſtat ex uniuerſali negatiua maiore, particulari affirmatiua minori, particularem negatiuam concludentibus. Et per conuerſionem reducitur ad Ferio,ſua minore conuerſa ſimpliciter,& poteſt probari per ſyllogiſmum expoſitorium, ſicut præcedentes modi,ſed per impoſſibile reducitur ad Darij, capiendo contradictorium ſuæ concluſionis cum minore, inferendo contradictorium maioris, & in ſecunda figura reducitur ad Cameſtres, capiendo contradictorium ſuæ concluſionis pro maiore, & maiore pro minore, inferendo contradictorium ſuæ minoris. & per hoc ſatis patẽt formationes,& probationes modorum tertiæ figuræ.

Modus arguendi in Feriſon,& reductio.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Non ſequitur,alicui homini ineſt ſanitas,omni homini ineſt albedo,ergo quædam albedo eſt ſanitas,uel cuidam albedini ineſt ſanitas,& tamen ibi arguitur in Diſamis, ergo in eo non eſt bona cõſequentia. Secundo ſic.Non ſequitur, A quodam homine uidetur equus,ab omni homine uidetur lapis,ergo a quodam lapide uidetur equus,& tñ ibi arguitur in Diſamis, ergo in ipſo non eſt formalis conſequentia. Tertio ſic. Non ſequit, omnis homo eſt natus, aliquis homo eſt naſcendus, ergo quoddam naſcendum eſt natum,& tamen ibi arguitur in Datiſi. ergo. Quarto ſic. Non ſequitur,Socrates non eſt minor Socrate,totus Socrates eſt minor Socrate. ergo aliquid minus Socrate non eſt minus Socrate, & tamen arguitur in Bocardo, ergo &c. Quinto arguitur ſic. Non ſequitur, nullus homo eſt proprium, quidam homo eſt riſibilis,ergo riſibile non eſt proprium, & tamen ibi arguitur in Feriſon, ergo ibi non eſt bona conſequentia. G

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, q ibi non bene arguitur in Diſamis, quia male concluditur,ſed ſic debet concludi,alicui homini ineſt ſanitas, omni homini ineſt albedo.ergo alicui,cui ineſt albedo, ineſt ſanitas. Ad ſecundum dicitur, q ibi ſimiliter non bene concluditur, ſed debet ſic concludi,ergo a quo uidetur lapis,uidetur equus. Ad tertium dicitur.q ibi non bene arguitur in Datiſi, quia ibi fit uariatio medij quantum ad ſuppoſita pro quibus tenet, quia homo in maiore ſupponit pro præſentibus & præteritis tantum, ad quos reſtringitur per illud præteritum natus in minore uero ſupponit pro præſentibus & futuris ſolum, ad quos reſtringitur per illud futurum naſcendus. Ad quartum dicitur, q in illo ſyllogiſmo Socrates in maiore ſupponit per ipſo Socrate perfecto,in minore uero ſupponit pro partibus integralibus eius, ad quas reſtringitur per illud diſtributiuum totus, ideo medium non tenetur ſimiliter in maiore & in minore, ideo non bene arguitur in Bocardo. Ad quintum dr, q riſibile.in prædicato H

A dicato minoris illius ſyllogiſmi tenetur cõcretiue & per reſpectum ad ſuum ſubiectum, in concluſione uero tenetur quodãmodo abſtractiue & ſecundum ſe eò, ꝙ ſubiicitur reſpectu huius intentionis proprium, ideo non eſt ſimpliciter idem prædicatum minoris, & ſubiectum concluſionis nec bene arguitur in Feriſon, ſed ad bene arguendum ſic debet concludi, ergo aliquid riſibile non eſt proprium.

Nonnulla ad omnium prædictorum modorum intelligentiam traduntur principia, quibus ad quam quiuis modorum figuram reducatur & quomodo facilis eſt intellectus, & de terminis in quibus Omni & in quibus Nulli.

Syllogiſmorum concludentium particularem negatiuam talis datur regula. Nullus ſyllogiſmus concludens particularem negatiuam indirecte, poteſt eam concludere directe, & concludens directe non poteſt eam concludere indirecte. Item, prima figura concludit omnia genera propoſitionum, ſcilicet uniuerſalem, particularem, affirmatiuam, & negatiuam. Secunda figura concludit uniuerſalem negatiuam, & particularem negatiuam. Tertia concludit particularem affirmatiuam, & particularem negatiuam. unde uerſus.

B

Omne genus claudit problematis prima figura.
Fitque negatiue concluſio queque ſecundæ.
Tertia concludit tantummodo particularem.

De modis omnium Figurarum iſti ſunt uerſus.

C Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralipet.
Celantes Dabitis, Fapeſmo, Friſeſmo, deinde.
Ceſare, Cameſtres, Feſtino. Baroco, Darapti.
Felapton. Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon.

In his quatuor uerſibus ſunt decem & nouem dictiones, decem & nouem modos trium figurarum deſignantes, ita ꝙ per primam dictionẽ intelligitur primus modus primæ figuræ, & per ſecundam ſecundus, & ſic de aliis, Vnde primi duo uerſus deſeruiunt modis primæ figuræ tertius uero uerſus, præter eius ultimam dictionem, deſeruit modis ſecundæ figuræ, ita ꝙ prima dictio tertio uerſus deſeruit primo mõ ſecundæ, & ſecunda, ſecundo, & ſic de aliis. Vltima uero dictio tertii D uerſus cum aliis dictionibus quarti uerſus deſeruit modis tertiæ figuræ per ordinem. Sciendum ergo ꝙ per has quatuor uocales. A. E. I. O. intelliguntur quatuor genera propoſitionum, ita ꝙ per hanc uocalem. A intelligitur uniuerſalis affirmatiua. per E, uniuerſalis negatiua per I, particularis affirmatiua per O, paticularis negatiua. Et in qualibet dictione ſunt tres ſyllabæ. & ſi ſit ibi aliquid reſiduum, ſuperfluit, ut poſtea patebit, & per primam illarum trium ſyllabarum intelligitur maior propoſitio ſyllogiſmi. & per ſecundam minor, per tertiam concluſio. Ver. gra. prima dictio, ſ. Barbara habet tres ſyllabas, in qua

rum qualibet ponitur A, & per A, ter poſitum ſignificatur, quòd primus modus primæ figuræ conſtat ex duabus propoſitionibus uniuerſalibus affirmatiuis, uniuerſalem affirmatiuam directe concludentibus, & ita intelligitur de aliis dictionibus ſecundum uocales ibi poſitas. Item, ſciendum, quòd primæ quatuor dictiones primi uerſus incipiunt ab his conſonantibus, B C D F, & omnes aliæ dictiones ſequẽtes, & per hoc intellgendum eſt, ꝙ omnes modi ſignificati per dictionem inchoantem a B, reducuntur ad primum modum primæ figurę. & omnes modi ſignificati per dictionem inchoantem a C, ad ſecundũm, & per D, ad tertium, & per F, ad quartum. Item ubicunque ponitur S, in his dictionibus ſignificatur, ꝙ propoſitio intellecta per uocalem præcedentem immediate debet conuerti ſimpliciter, & propoſitio intellecta per uocalem immediate præcedentem iſtam literam P, debet conuerti per accidens. ubicunque autem ponitur M, ſignificatur, ꝙ debet fieri tranſpoſitio in præmiſsis. Eſt enim tranſpoſitio in præmiſsis facere de maiori minorem, & econuerſo. Et ubicunque ponitur C, ſignificatur, ꝙ modus intellectus per dictionem illam. in qua ponitur, debet reduci per impoſsibile. Vnde uerſus. E F

Simpliciter uerti uult S. P uero per acci.
M uult tranſponi, C per impoſsibile duci.
Seruat maiorem uariatque ſecunda minorem.
Tertia maiorem uariat ſeruatque minorem. G
Aſſerit A, negat E, ſed uniuerſaliter ambæ.
Aſſerit I, negat O, ſed particulariter ambæ.

Et, quia Ariſtoteles in prioribus oſtendit coniugationes, in quibus nõ ſequitòr concluſio ex præmiſsis eſſe inutiles per inuentionem terminorum, in quibus non tenet huiuſmodi coniugatio, ideo utilis eſt inuentio talium terminorum. Vbicunque igitur fiat inutilis coniugatio contra regulas ſyllogiſmorum prius aſsignatas, accipiendi ſunt duo termini di uerſi. ſ. duæ ſpecies cum ſuo genere, ut homo. aſinus, animal.

Vel duas ſpecies cũ proprio alterius, ut hõ, aſinus, riſibile. uel unam ſpeciem cum ſuo genere, & ſuo proprio, ut animal, homo riſibile. H

Vel duo termini, quorum alter de altero prædicatur ſiue conuertibiliter ſiue non cum extraneo utriuſque, ut homo, riſibili, lapis, uel hõ, animal, lapis. Vel accipiendi ſunt duo termini, quorum alter de altero prædicetur ſiue conuertibiliter ſiue non cũ ſuperiori ad utrunque, ut hõ, riſibile, ſubſtantia, uel homo, animal, ſubſtantia. Per hanc. n. regulam diſiunctiuam cuicuuque generi applicentur, ſiue ſubſtantiæ ſiue quantitati ſiue alicui aliorum ſemper inueniuntur termini per quos inutilis coniugatio demonſtrabitur non tenere, & tales terminos Ariſtoteles

A ſtoteles appella in prioribus,terminos, in quibus ſic, & nota quòd,in quibus non ſequitur concluſio. In his.n. inuenitur inſtantia, & eſt in uenire inſtantias accipere terminos, in quibus non eſt ex acceptis ter minis facere coniugationem ; in qua præmiſſæ ſint ueræ, & concluſio falſa, manente eadem qualitate & quantitate propoſitionũ. V.g.hæc eſt inutilis coniugatio, nullus aſinus eſt homo, nullum rationale eſt aſinus, ergo, nullũ rationale eſt homo.Et iſti ſunt termini, in quibus ſic. Contra coniugationem hanc inutilem accipiuntur termini, in quibus non per ſecundum membrum regulæ, diſiunctiue datæ ut ho mo, riſibile, aſinus, & arguatur ſic, nullus aſinus eſt homo, nullum riſible eſt aſinus, ergo nullum riſibile eſt homo. Ecce præmiſſæ ſunt

B ueræ & concluſio eſt falſa, & ſic manifeſtatur uirtus argumenti,cum oſtendetur ſupra quam concluſionem poteſt & ſupra quam non poteſt, quod ſit in argumentatione ſeruata eadem qualilate & quantitate propoſitionum. & manente eadem figura in utràque coniugatione inutili, ſiue falſo ſyllogiſmo.

Poſtq̃ Auctor determinauit ſuperius de omnibus modis & figuris ſyllogiſmorum in ſpeciali,hic conſequenter ad maiorem intellectum præcedentium,ponit aliqua notabilia. primo ponens talem regulam de modis particularibus negatiuis. Quòd nullus ſyllogiſmus concludens particularem negatiuam directe, poteſt eam concludere indirecte, neque econuerſo,concludens eam indirecte pôt eam concludere directe. cuius ratio eſt. quia particularis negatiua non pôt con

C uerti in terminis, ſed ſolum per contrapoſitionem, in qua conuerſione non remanent ſimpliciter termini primæ propoſitionis. ſed omnes ſyllogiſmi concludentes aliquam affirmatiuam uel negatiuam uniuerſalem, per conuerſionẽ ſuæ concluſionis poſſunt inferre indirecte conuertentem ſuæ concluſionis, ſicut declaratur in prima poteſtate ſyllogiſmorum.

Primo ſciendum, ꝙ ſex ſunt poteſtates ſyllogiſmorũ, quæ ſunt naturales proprietates ſyllogiſmi. Prima eſt, poſſe plura concludere, ut quando ſyllogiſmus infert concluſionem, quæ poteſt conuerti,pôt inferre conuertentem eius,quæ ſequitur ad ſuam principalem concluſionem.&,ſi plures propoſitiones ſequantur ad illam concluſionem, poteſt ultra principalem concluſionẽ inferre plures concluſiones. Secunda poteſtas eſt, ex falſo poſſe concludere uerum, ſed ex ueris nõ niſi uerum.exemplum primi,ut omnis lapis eſt animal,omnis homo eſt lapis,ergo omnis homo eſt animal.Tertia poteſtas eſt, poſſe concludere circulariter ali Sex ſyllogiſmorum ptãtes.

D quam præmiſſarum, quod ſit capiendo concluſionem unius ſyllogiſmi conuerſam,cum una præmiſſarum,ad inferendum alteram præmiſſam.Quarta eſt poſſe concludere conuerſiue, capiendo oppoſitum concluſionis unius ſyllogiſmi facti cum una præmiſſarum ad inferendum oppoſitum alterius præmiſſæ. Quinta poteſtas eſt, poſſe concludere per impoſſibile, quod ſit capiendo contradictorium concluſionis probandæ cum una præmiſſarum manifeſte uera, ad inferendum unum manifeſte falſum, ex cuius falſitate infertur falſitas contradictorij concluſionis probandæ. Sexta poteſtas eſt, poſſe concludere ex oppoſitis, ut quando ſit ſyllogiſmus ex duabus præmiſſis contrariis uel contradictoriis inferens negationem eiuſdem de ſeipſo, & de iſtis ad longum uidetur in Secundo Priorum.

Quot propōnū gña ī quacūq; figura cōcludantur.

Secundo ſciendum, pro comparatione figurarum inter, ꝙ prima figura concludit omnia genera propoſitionum.ſ.uniuerſale, particulare, affirmatiuum,& negatiuum, ſicut patet in quatuor modis directe concludentibus primæ figurę. Sed ſecunda figura ſolum concludit tria genera,ſcilicet uniuerſale, particulare, & negatiuum, & non concludit affirmatiuum propter cauſam prædictam in ſecunda figura. Tertia figura etiam concludit tria genera tantum,ſcilicet affirmatiuum, & negatiuum, & particulare, & non poteſt concludere uniuerſale, propter cauſam prædictam in tertia figura &,quia perfectius eſt concludere uniuerſalem affirmatiuam, quàm uniuerſalem negatiuam,& iterum perfectius eſt concludere uniuerſalem negatiuam, quàm particularem affirmatiuam uel negatiuam, ideo prima figura eſt perfectior ſecunda,& ſecunda perfectior tertia. B

Tertio ſciendum, pro declaratione omnium modorum trium figurarum, quòd trium figurarum ſunt decem & nouem modi, nouem primæ figuræ, quatuor ſecundæ, & ſex tertię. quorum nominatio, ordo. & numerus in his uerſibus continetur. F

Barbara,Celarent,Darij,Ferio,Baralipton.
Celantes,Dabitis,Fapeſmo,Friſeſomorum.
Ceſare,Cameſtres,Feſtino,Baroco,Darapti.
Felapton,Diſamis,Datiſi,Bocardo.Feriſon.

Et in qualibet dictione ratione ſyllogiſmi ſunt tres ſyllabæ, & ſi ſint plures, hoc ſolum eſt ad perfectionem metri. Et uocalis primæ ſyllabæ ſignificat maiorem præmiſſam, qualitatem, & quantitatem eius, & ſecunda uocalis ſignificat minorem,tertia concluſionem. Vnde per A, intelligitur uniuerſalis affirmatiua,per E, uniuerſalis negatiua per I, particularis affirmatiua,per O, particularis negatiua.

Quarto ſciendum, ꝙ prædictorum modorum quatuor primi modi primæ figuræ ſunt perfectiores, & incipiunt per has quatuor conſonantes. B C D F qua in ipſis ſignificant ordinem ipſorum, ſed alii modi reducuntur ad illos quatuor. & iſtæ conſonantes in aliis modis ſignificant reductionem ipſorum, ita quòd omnes modi incipientes per B, reducuntur ad Barbara,per C, ad Celarēt, per D, ad Darii, per F, ad Ferio. Item in prædictis dictionibus, cum ponitur S, ſignificatur, quòd propoſitio intellecta per uocalem præcedentem debet conuerti ſimpliciter in reductione talis ſyllogiſmi,& per P, deſignatur ꝙ debet fieri conuerſio per accidens. Et M, deſignat tranſpoſitionem præmiſſarum, & Ç, ſignificat reductionem per impoſſibile,niſi ponatur in principio dictionis, iuxta illos uerſus. G

Simpliciter uerti uult S, P, uero per acci.
M, uult tranſponi,C,per impoſſibile duci.

Reſiduum textus uidelicet,Et quia Ariſt.&c.uſq; ad finem tractatus,huius,quia per ſe ſatis clarus eſt,ideo non indiget alia explanatione. H

Argumen. Contra prędicta arguitur primo ſic. Celarent poteſt concludere particularem negatiuam directe & indirecte, ergo male dicitur, quòd nullus ſyllogiſmus concludens particularem negatiuam directe, poteſt eam concludere indirecte. Secundo ſic, Nulla pars eſt uniuerſalis, cum uniuerſale & totum idem ſint, ſed quælibet concluſio primæ figuræ eſt pars reſpectu maioris præmiſſæ, ergo nulla eſt uniuerſalis, ſed debet dici particularis. & ſic prima figura non concludit uniuerſalem.

Tertio ſic. Extremitates in concluſione uniuntur eo modo, quo uniuntur in præmiſſis cum medio, ſed in Darapti in tertia figura extremitates uniuntur uniuerſaliter cum medio, ergo eodē modo poſſunt uniri in concluſione, & pōt ibi

A ibi concludi uniuerſaliter. Quarto ſic. Vnitas ſyllogiſmi ſumitur ab unitate concluſionis, ergo unus ſyllogiſmus habet tantum unum concluſionem, & non poteſt plura concludere, ſicut dictum eſt. Quinto ſic. In omni conſequentia conſequens includitur in antecedente, ſed uerum non includitur in falſo, ergo ex falſis non poteſt concludi uerum.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet Celarent ex conſequenti concludat particularem negatiuam directe & indirecte, tamen primo & per ſe cócludit uniuerſalem negatiuam. Ad ſecundum dicitur, ꝙ nulla propoſitio dicitur uniuerſali reſpectu ſui totius, ſed bene dicitur uniuerſalis reſpectu ſuarũ partium, & hoc modo concluſio uniuerſalis primæ figuræ dicitur particularis ſecundum modum, reſpectu maioris præmiſſæ, ſed bene dicitur uniuerſalis reſpectu ſuarum ſingularium ratione ſui ſubiecti diſtributi. Ad tertium dicitur, quod licet in Darapti extremitates uniantur uniuerſaliter cum medio uniuerſalitate medii, Solutio.
B quod diſtribuitur, nulla tamen unitur cum ipſo uniuerſaliter ex parte ſui, quia nulla extremitas ibi diſtribuitur, ratione cuius nulla poteſt diſtribui in concluſione. Ad quartum dicitur, ꝙ licet unius ſyllogiſmi ſit tantum una principalis concluſio, tamen poſſunt eſſe plures minus principales, quæ inferũtur in uirtute primæ concluſionis. ideo omnes illæ ſe habent per modum concluſionis quantum ad uirtutem, qua inferuntur, licet uarientur materialiter quantum ad numerum propoſitionum. Ad quintum dicitur, ꝙ licet uerum non includatur in falſo ratione formæ falſitatis, tamen includitur ratione materiæ, ſcilicet terminorum uel propoſitionum, quibus ineſt falſitas, & ſic in falſo poteſt includi uerum. Et hæc de ſyllogiſmo ſimpliciter dicto pro nunc ſufficiant.

VERSORII PARISIENSIS E

EXPOSITIO,

IN QVINTVM TRACTATVM PETRI HISPANI.

SVMMA TRACTATVS.

De ſyllogiſmo Topico ſeu probabili, De multiplicibus Argumentationis Speciebus, Enthymemate, ſ. Exemplo, Inductione, Syllogiſmo. De locis Dialecticis, tam intrinſecis quàm extrinſecis. Multorum item terminorum, ad omnes artes & ſcientias, communium, uniuerſalis notitia. F

Huius nominis Ratio Multiplicitas.

RATIO dicitur multis modis. Primo enim modo idem eſt quod definitio uel deſcriptio, ut hic, uniuoca ſunt, quorum nomen eſt commune, & ratio ſubſtantiæ ſecundum illud nomen eſt eadem. Alio autem modo idem eſt quod quædam uirtus G animæ, alio modo idem, quod oratio oſtendens aliquid, ſicut ſunt propoſitiones uel rationes diſputantiū. Alio modo idem eſt, quod forma materiæ, ut in cultello ferrum eſt materia, diſpoſitio uera inducta in ferro eſt forma. alio modo idem eſt, quod eſſentia communis prædicabilis de pluribus, ut eſſentia generis uel ſpeciei uel differentiæ. alio autem modo idem, quod medium inferens concluſionem, & hoc ultimo modo ſumitur ratio in definione argumenti. Vnde uerſus. H

Definit uirtus, oſtendit forma uel eſſe.
Eſt medium ratio, per quod concluditur ergo.

Ordo huius Tract. adœterus.

ISTE eſt quintus Tractatus Summularum magiſtri Petri Hiſpani, in quo ipſe, poſtquam in Quarto Tractatu determinauit de ſyllogiſmo ſimpliciter dicto, ſecundum ſuam formam, non contracto ad aliquam materiam ſpecialem, hic conſequenter determinat de ſyllogiſmo Dialectico, qui eſt ſyllogiſmus contractus ad materiam probabilem. Et ratio ordinis eſt. quia in rebus artificialibus, ſiue ſint entia realia, ſiue rationis, unumquodq; habet prius cognoſci ſecundum ſuam formam, q̃ q̃ illa forma contrahatur ad materiam aliquam, ſicut

domificator

A domificator prius cognoſcit formam domus ſecundum ſe, quam applicet eam ad determinatam materiam. Et, quia ſyllogiſmus aliquo modo eſt ens artificiale & ens rationis, ideo conuenienter determinatum eſt prius de ſyllogiſmo ſimpliciter, qui ſe habet per modum ſimplicis, quam de ſyllogiſmo contracto ad aliquam materiam, qui ſe habet per modum compoſiti.

Primo ſciendum, ꝙ ſyllogiſmus tripliciter contrahitur ad materiã. Vno modo ad materiam neceſſariam, quæ eſt naturalis materia, & ſic eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus. Secundo modo ad materiam probabilem, quæ eſt materia contingens, uel capta ſub modo contingentis, & ſic eſt ſyllogiſmus dialecticus. Tertio modo ad materiam apparentem, quæ eſt quandoque materia remota, inquantum habet ſimilitudinem quandam cum materia probabili, & ſic eſt ſyllogiſmus ſophiſticus. Et quia materia naturalis eſt perfectior materia probabili, & probabilis, apparenter probabili, ideo ſyllogiſmus demonſtratiuus eſt perfectior dialectico, & ſimiliter dialecticus ſophiſtico. B Sed Petrus Hiſpanus non facit mentionem de demonſtratiuo ſyllogiſmo, eò ꝙ eſt introductor iuuenum, de quo tamẽ determinat Ariſto. in libro Poſteriorum. Sed Petrus Hiſpanus facit mentionem de Dialectico & Sophiſtico. ideo iſte tractatus conuenienter ordinatur poſt tractatum de ſyllogiſmis, & ante tractatum de Fallacis. Syllogiſmorũ multiplicitas.

Secundo ſciendum, ꝙ proprium ſubiectum huius tractatus eſt ſyllogiſmus dialecticus, eò ꝙ de ipſo principaliter hic intenditur, & omnia hic conſiderata habent reductionem ad ipſum, & eſt adæquatus ſcientiæ huius tractatus. Et licet iſta ſcientia nominetur a loco, tamen hoc non eſt tanquam a proprio ſubiecto, ſed tanquam a principio ſui ſubiecti, quia locus, in quo fundatur ſyllogiſmus dialecticus, eſt principium ſyllogiſmi dialectici, & ſub tali ratione hic conſideratur de Locis. Et per hoc patet, quæ ſit cauſa materialis huius tractatus. Et per hoc etiam habetur cauſa finalis eius, quæ eſt perfecta cognitio ſyllogiſmi dialectici, C & eius cauſa efficiens dicta eſt prius. Et eius cauſa formalis, eſt modus procedendi, qui eſt definitiuus, diuiſiuus, & exemplorum poſitiuus. Sed forma tractatus eſt diuiſio huius quinti tractatus per partes. Vnde hic prius determinatur de ſyllogiſmo dialectico in cõi, deinde in ſpeciali, oſtendendo quomodo ſit ſecundum diuerſos locos particulares. Et, quia in difinitione argumenti ponitur ratio, ideo auctor prius oſtendit multiplicitatem eius. Tertio ſciendum, ꝙ ſex modis ſumitur ratio. Primo modo ſumitur pro difinitione rei, ut ſumitur in difinitione æquiuocorum, cum dicitur, ſecundum illud nomen ratio ſubſtantiæ eſt diuerſa. Subiectum huius libri an loc⁹ an ſyllogiſmus dialecticus ſit. Sex modis ſumitur ratio.

Secundo modo capitur ratio, pro intellectu, ut idem eſt, quod intellectus, & ſic definitur ab Iſaac. Ratio eſt animæ intelligibilis uirtus, faciens currere cauſam in cauſatum.

Tertio modo ſumitur, pro argumentatione, ut eſt oratio oſtendens aliquid de aliquo. Quarto modo ſumitur, pro forma partis, quæ eſt forma materiæ. Quinto D modo capitur pro forma totius quæ eſt eſſentia prædicabilis de multis, ut eſſentia generis uel ſpeciei. Sexto modo capitur pro medio probatiuo concluſionis, de quo erit poſtea ad propoſitum in definitione argumenti, qui modi in his uerſibus continentur.

Definit, uirtus, oſtendit, forma, uel eſſe.
Eſt medium ratio, per quod concluditur ergo.

Quarto ſciendum, ꝙ iſtorum modorum ſic poteſt haberi ſufficientia, quia ratio ſumitur ab hoc quod eſt ratiocinari, uel ergo ſumitur pro ipſa ratiocinatione, & ſic eſt tertius modus, uel pro principio ratiocinationis uel diſcurſus, & hoc eſt dupliciter, quia uel eſt principium efficiens principale diſcurſus, & ſic eſt ſecũdus modus, uel inſtrumentale tantum, & hoc eſt dupliciter, quia uel ſumitur for

maliter, inquãtum eſt principiũ diſcurſus, & ſic eſt ſextus modus, uel ſecundũ id quod eſt, & hoc eſt dupliciter. quia uel eſt principium complexum, & ſic eſt primus modus, uel incomplexum, & hoc eſt dupliciter. quia uel ſe habet per modum partis, & ſic eſt quartus modus, uel per modum totius, & ſic eſt quintus modus. E

Argumen. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Si ratio idem eſſet quod definitio, ſequeretur, ꝙ aſinus haberet rationem, cum aſinus habeat definitionem, ſed illud quod habet rationem eſt rationale, ergo aſinus eſt rationalis, quod eſt falſum.

Secundo ſic. Idem non facit hominem conuenire, & differre reſpectu eiuſdẽ, ſed per intellectum homo conuenit cum Angelo, & ab eo differt per rationem, ergo intellectus, & ratio non ſint idem. Tertio ſic. Effectus rationis non eſt ratio, ſed argumentatio eſt effectus rationis, ergo non eſt ratio. Quarto ſic. Si forma materiæ eſſet ratio, uel eſſet ratio materiæ uel compoſiti, ſed nullum eſt dicendum, quia differt ratione ab utroq;, ergo ratio non debet ſumi pro forma materiæ. Quinto ſic. Eſſentia rei, forma materiæ, & definitio rei idem realiter important, ergo quintus modus rationis male diſtinguitur a primo & quarto. F

Solutio. Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ ſi capiatur ratio pro uirtute intellectiua animæ, ſic omne habens rationem eſt rationale, ſed non ſi capiatur pro ratione, quæ explicat eſſe rei, ut ſumitur in primo modo. Ideo licet aſinus hoc modo habeat rationem, non tamen eſt rationalis. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet idem ſub eadem ratione non faciat hominem conuenire & differre reſpectu eiuſdem, tamen bene ſecundum diuerſas rationes. & ſic intellectus hominis, inquantum eſt ſimplicium apprehenſiuus, facit hominem conuenire cum angelis, & inquantum eſt diſcurſiuus facit eum differre ab ipſis. & ſic facit eum conuenire & differre ſecundum diuerſos actus. Ad tertium dicitur, ꝙ licet argumentatio non ſit ratio, ut ſumitur pro intellectu, qui eſſentialiter ratio dicitur, argumentatio tamen participatiue uocatur aliqua ratio, eo quòd eſt effectus rõnis. Ad quartum dicitur, ꝙ licet forma materiæ non ſit ratio completa materiæ uel compoſiti, eſt tamen ratio utriuſque per modum principii, ſed materiæ per modum principij finalis, & eſt principium formale compoſiti. Ad quintum dicitur, ꝙ ratio in quinto modo ſumitur pro forma totius ſecundum ſe, & in primo modo pro ratione explicante formam totius, & in quarto modo pro forma partis, ut dictum eſt. ideo illi modi adinuicem diſtiuguuntur. G

Quid Argumentum, Concluſio, Quæſtio, ac Medium ſit.

Argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem, id eſt medium probans concluſionem. Concluſio enim debet confirmari per argumentum. Eſt autem concluſio, argumento, uel argumentis probata propoſitio. ſed antequam probetur eſt dubitabilis, & tunc eſt idem quod quæſtio. quæſtio. n. ſic definitur, Quæſtio eſt dubitabilis propoſitio. Medium autem eſt, quod habet duo extrema. H

Poſtquàm Auctor poſuit diſtinctionem modorum rationis ad eliciendum mẽbrum, quod ponitur in definitione argumenti, hic conſequenter determinat de

Quid argumentũ. argumento, ipſum primo ſic definiens, Argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem, & explicat cum dicit, id eſt medium probans concluſionem, quæ debet confirmari per argumentum. In qua definitione ponitur ratio, loco generis. ratio enim dicitur tam de medio ſyllogiſmi ſimpliciter, quam de medio ſyllogiſmi demonſtratiui, q̃ etiam ſyllogiſmi dialectici, & argumentum non dicitur de medio ſyllogiſmi ſimpliciter. Deinde ponitur rei dubię faciens fidem, ad differẽtiam

A tiam medij ſyllogiſmi ſimpliciter, qui non eſt probatiuus, nec demõſtratiuus inquantum huiuſmodi, nec facit fidem de concluſione, ſed ſolum habet neceſsitatem inferendi concluſionem, & non probandi ipſam.

Primo ſciendum. ꝙ argumentum poteſt capi dupliciter. vno modo pro ipſa intentione, quæ attribuitur termino probatiuo alicuius concluſionis. alio modo pro re ſubiecta intentioni, quæ eſt ille terminus, ſiue medium probatiuum concluſionis. Hic autem non definitur argumentum pro re ſubiecta intentioni ſecundum ſe, nec pro intentione ſecundum ſe, ſed pro intentione concreta rei, uel pro re ſubiecta intentioni ſecundum quòd ſibi ſubiecta eſt. & definitur pro toto compoſito ſecundum rationem ex re & intentione, & res ſe habet per modum materialis, intentio uero per modum formalis, ſub quo illud materiale definitur. & ſic patet quid ſit definitum in hac definitione.

Argumentũ ſumitur dupliciter.

Secundo ſciendum, ꝙ medium, ratio, & argumentum idem ſunt ſecundum
B rem, ſed differunt ſecundum rationem ſuperioris & inferioris, quia dicitur medium inquantum habet duo extrema, & eſt unitiuum extremorum ſecundum aliquem modum, Sed tale medium dicitur ratio, inquantum eſt inſtrumentum intellectus, uel rationis ad inferendum aliquam concluſionem. Sed idem medium dicitur argumentum, inquantum habet uim probatiuam reſpectu concluſionis, quam addit ultra uirtutem illatiuam. ratione cuius dicitur argumentum, quaſi arguens mentem, quia per illam uirtutem aliquo modo cogit mentem ad concedendum concluſionem. Et prouenit illa uirtus probatiua propter habitudinem medij ad extrema, quæ eſt notior intellectui quàm habitudo extremitatum inter ſe. Et cum intellectus apprehendit illam habitudinem uel conuenientiam extremorum cum medio eſſe neceſſariam, cogitur ſimpliciter aſſentire concluſioni. & cum ipſa cognoſcitur ut contingens, intellectus aſſentit probabiliter tantum. Et per hoc patet quomodo medium, & ratio ſe habent per modum ſuperio
C rum ad argumentum. Tertio ſciendum eſt, ꝙ fides dupliciter accipitur. Vno modo pro aſſenſu uel credulitate intellectus circa aliquid credibile, propter auctoritatem aut amorem primæ ueritatis eam reuelantis, & ſic eſt uirtus Theologica, quæ per argumentum non acquiritur, & hoc modo non capitur in definitione. Alio modo capitur fides, pro aſſenſu intellectus ad aliquam concluſionem mediante ratione probabili, & ſic eſt credulitas, qua intellectus credit concluſionem eſſe ueram per aliquod argumentum. & hoc modo argumentum eſt faciens fidem de re dubia, eo ꝙ habet uirtutem probatiuam concluſionis, per quam facit intellectum credere concluſioni, quæ prius erat dubia, ideo bene dicitur, medium probans concluſionem. Quarto ſciendum, ꝙ concluſio, quæſtio, propoſitio, & enuntiatio ſic inter ſe differunt, quia enunciatio dicitur concluſio, prout eſt argumento uel argumentis approbata propoſitio, & tunc accipitur tanquam certa. ſed dicitur antequam probetur, quæſtio, & eſt adhuc dubia. eſt enim quæſtio du
D bitabilis propoſitio, uel eſt propoſitio ſumpta cum ſigno interrogatiuo. ſed dicitur propoſitio, prout poteſt poni pro alio, ſcilicet pro concluſione inferenda. & quia argumentum facit cognitionem propoſitionis, quæ prius erat dubia, & poſtea, cum probatur dicitur concluſio, ideo bene dicitur argumentum, ratio rei dubiæ faciens fidem, id eſt medium probans concluſionem.

Argumenta Mediũ, Rõ, & Argumẽtum idem ſunt rẽ, differũt ratione.

Vide Beatum Tho. ſecũda ſecũdæ. q. 1. Doc. ſubtil in prolo. 1. Sẽ. & in 4. eiuſdem.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Idem non definitur per ſeipſum, ſed argumentum, & ratio idem ſunt, ſecundum rationem ultimo modo captam, ut hic accipitur, ergo male definitur argumentum per rationem. Secundo ſic. De re certa bene ſit argumentum, ut de iſta propoſitione, Deus eſt, quæ eſt certiſsima, & tamen illud non eſt rei dubiæ faciens fidem, ergo contra definitionem.

Argumen.

Tertio ſic. Locus Dialecticus, & ẽt ſyllogiſmus Dialecticus eſt ratio rei dubiæ

faciens fidem, & tamen nullum eorum eo argumentum, ergo iſta definitio non conuenit ſoli definitio. Quarto ſic. In illo ſyllogiſmo, omnis lapis eſt animal, omnis homo eſt lapis, ergo omnis homo eſt animal, tertia propoſitio eſt concluſio, & tamen non eſt probata argumento uel argumentis, quia falſum non eſt mediũ probatiuum ueri, cum ſit ignotius ipſo. ergo male definitur concluſio. Quinto ſic. Omnis propoſitio eſt uera uel falſa, ſed quæſtio non eſt uera uel falſa determinate, ut dicendo utrum Socrates currit, non ſignificatur determinate uerum uel falſum, ergo male dicitur, ꝙ quæſtio eſt dubitabilis propoſitio. E

Solutiões. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet argumentum, & ratio idem ſint ſecundum rem, tamen differunt ratione, & ex ea parte, qua differunt, ratio eſt communior & notior argumento, ideo argumentum bene definitur per rationem, ſiue per medium. Ad ſecundum dicitur, ꝙ argumentum non facit fidem de re cõtra, inquantum certa, ſed inquantum ponitur ſub modo dubij, & per modum quæſtionis, ideo ſemper facit fidem de re dubia, ſiue ſecundum rem, ſiue ſecundum modum. Ad tertium dicitur, ꝙ locus dialecticus non facit immediate fidem de re dubia, ſed mediate, inquantum in ipſo fundatur argumentum, & ſyllogiſmus dialecticus non facit fidem concluſionis ratione ſui, ſed ratione ſui medij, in quo eſt uirtus probatiua concluſionis. ideo ſolum argumentum per ſe, & immediate facit fidem de concluſione. Ad quartum dicitur, ꝙ licet in illo ſyllogiſmo ſit concluſio ſyllogiſmi ſimpliciter, non tamen ibi eſt concluſio ſyllogiſmi probatiui, pro qua ſolum hic definitur concluſio. Ad quintum dicitur, ꝙ licet quæſtio formaliter accepta ſub modo quæſtionis non ſit uera uel falſa, tamen quantum ad ſuum materiale, cui additur ſignum interrogatiuum, ſignificat uerum uel falſum. ideo bene dicitur materialiter propoſitio, & additur dubitabilis ad explicandum formale eius, quod eſt acceptio eius ſub modo quæſtionis & dubij. F

De Argumentatione, eiuſq; ab Argumento, ac Medio differentia, & quot eius ſpecies ſint. G

Argumentatio eſt argumenti per orationem explicatio, id eſt, ratio explicans argumentum. Differt autem argumentum a medio, & argumentatione, quia medium dicitur, eo ꝙ habet duo extrema, argumentum autem addit ſuper medium uirtutem probandi concluſionem. unde ad hoc ꝙ ſit argumentum, exigitur, ꝙ ſit medium, & ꝙ habeat uirtutem probandi concluſionem. Argumentatio autem dicitur oratio totalis compoſita ex præmiſsis & concluſione, & in illa manifeſtatur uirtus argumenti. aliquando enim totalis oratio poteſt inferre uniuerſalẽ affirmatiuam, aliquando non, niſi particularem affirmatiuam, aliquando non, niſi uniuerſalem negatiuam, aliquando uero non, niſi particularem negatiuam. Et ſic manifeſtatur tota uirtus argumenti, cum oſtendit ſupra quam concluſionem poteſt ipſum argumentum, & ſupra quã non poteſt, quod idem fit in argumentatione, ut ſupra patuit. Argumentationis quatuor ſunt ſpecies, ſcilicet ſyllogiſmus, inductio, enthymema, & exemplum. H

Poſtquam Auctor determinauit de argumẽto, quod eſt principium argumentationis, hic cõſequenter determinat de ipſa argumentatione, ipſum primo ſic definiens, Argumentatio eſt argumenti per orationem explicatio. In qua definitione

ponitur

A ponitur explicatio, loco generis. Et ponitur argumenti per orationem, ad dñiam definitionis, quæ eſt explicatio definiti, & ad dñam orationum categoricarum, & hypotheticarum, quibus non conuenit explicare uirtutem argumẽti. Et huius definitionis ſic poteſt dari rõ. quia argumentatio dicitur totalis oratio compoſita ex præmiſsis, & concluſione, ſed in tali oratione manifeſtatur uirtus argumenti, quia aliqua totalis oratio infert uniuerſalẽ affirmatiuam. Et in hoc explicatur, ꝙ medium eius habet uirtutẽ probandi, & inferendi uniuerſalem affirmatiuam, alia uero uniuerſalem negatiuam, alia particularẽ affirmatiua, alia particularẽ negatiuã. & in hoc manifeſtatur uirtus argumẽti, quia in illis argumẽtationibus medium habet diuerſam uirtutem probandi, & inferendi concluſionẽ.

Primo ſciendum, ꝙ argumentatio & argumentum ſic inter ſe differunt, quia argumentum eſt medium habens uirtutem inferendi, & probandi concluſionẽ aliquam, ſed argumentatio eſt oratio quæ explicat talem uirtutem ipſius argumenti. Sicut n. definitio explicat ipſum definitum reſoluendo ipſum per ſua principia, ſcilicet per genus, & differentiam, ita ſimiliter argumentatio explicat uirtutem argumenti, oſtendendo quomodo mediũ habet conuenientiam & habitudinem ad maiorem extremitatẽ & minorẽ, & quomodo extremitates habẽt conuenientiã cũ medio, per quã conuenientiam cognoſcit uirtus medij, qua poſſunt uniri extremitates inter ſe, & per quam poteſt inferri & probari concluſio. *Argumenti ab argumẽtatione diſtinctio.*

B

Secundo ſciendum, ꝙ argumentatio dupliciter capitur. Vno modo generaliter, pro omni oratione, in qua eſt antecedens, & conſequens, & medium illatiuum concluſionis. & hoc modo ſe extendit ad quamlibet modum argumentationis. Alio modo capitur ſpecialiter ſolum pro argumentatione probatiua, cuius medium habet uirtutem illatiua, & probatiuam reſpectu concluſionis. Et ſic in definitione præpoſita definitur argumentatio probatiua, & non definitur ibi argumentatio communiter accepta pro quacunque oratione illatiua concluſionis. Et huius ratio eſt, quia ſicut in hoc libro non habet conſyderari ſyllogiſmus in tota communitate eius, ſed cõſyderatur ſpecialiter de ſyllogiſmo dialectico, qui probatiuus eſt, ita ſimiliter non habet hic conſyderare argumentatio in tota communitate eius, ſed ſolum argumentatio probatiua. *Argumẽtatio dupliciter.*

C

Tertio ſciendum, ꝙ argumẽtationis quatuor ſunt ſpecies. ſ. ſyllogiſmus, inductio, enthymema, & exemplũ. Quarũ ſic habetur ſufficientia quia in omni argumentatione proceditur ab antecedente ad conſequens. uel, ergo ibi eſt proceſſus a toto uel a parte. ſi a toto, ſiue uniuerſali, hoc eſt dupliciter. uel in antecedente ſunt duę pręmiſſę ſimul diſpoſitę in modo & figura, & ſic eſt ſyllogiſmus, uel ibi eſt una pręmiſſa tantum, & non fit diſpoſitio in modo & in figura in antecedente, & ſic eſt enthymema. In hoc n. conueniunt ſyllogiſmus & enthymema, quia in utroque fit proceſſus a toto ad partem, ſiue ab uniuerſali ad particulare. Sed, ſi fiat proceſſus a parte, hoc eſt dupliciter uel fit a ſingularibus ab uniuerſale, & ſic eſt inductio, uel ab uno ſingulari ad aliud ſingulare, & ſic eſt exẽplum. *Quatuor tm̃ eſſe ſpecies argumentationis.*

D

Quarto ſciendum, ꝙ iſta diuiſio argumentationis non eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies, quia diuiſum non conuenit æqualiter membris diuidentibus, ſed eſt diuiſio analogi in ſua analogata, eo ꝙ argumẽtatio dicitur de ipſis quatuor ſecundum prius & poſterius. & hoc ideo eſt, quia argumentatio dicitur ab hoc, ꝙ eſt arguere mentem ad aſſentiendum concluſioni, quæ infertur, ſed hoc per ſe primo conuenit ſyllogiſmo, & non alijs ſpeciebus argumentationis, niſi inquantum in ipſis eſt aliquo modo uirtus ſyllogiſmi, ratione cuius aliæ ſpecies a ſyllogiſmo ſumunt rationem argumentationis ab eo.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Argumentatio & argumentum differunt ſicut concretũ & abſtractũ, quia conueniunt in principio dictionis & differunt *Argumen.*

in

in fine. ſed abſtractum non habet explicare concretu, ergo argumentatio non eſt argumenti explicatio. Secundo ſic. Syllogiſmus procedens ex manifeſtis falſis eſt argumentatio, cum ſit ſub una ſpecie argumentationis, & tamen non eſt explicatio argumenti, cum in eo non ſit medium habens uirtutem probandi concluſionem, ergo male ponitur definitio argumentationis. Tertio ſic. Argumentatio dicitur quaſi arguens mentem, ſed tota oratio compoſita ex præmiſſis & concluſione non arguit mentem, quia hoc ſolum conuenit antecedenti, ergo male dicitur, ꝙ argumentatio eſt totalis oratio compoſita ex præmiſsis & concluſione. Quarto ſic in primo Topico. ſolum enumerantur duæ ſpecies argumentationis. ſ. ſyllogiſmus, & inductio, ergo hic male ponuntur quatuor. Quinto ſic. Species inter ſe oppoſitæ non reducuntur una ad aliam, ut homo & equus, ſed omnes ſpecies argumentationis a ſyllogiſmo reducuntur ad ſyllogiſmum, ergo non ſunt ſpecies ſiue modi ab eo diſtincti. E

Solutiões. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet argumentatio & argumentum cõueniat in principio dictionis, & differant in fine, non tamen conueniunt in re ſignificata, quia argumentum ſignificat medium argumentationis, & argumentatio totam orationem compoſitam ex præmiſsis & concluſione, ideo non differunt ſolum ſicut concretum & abſtractum, ratione cuius unum poteſt eſſe explicatio alterius. Ad ſecundum dicitur, ꝙ ſyllogiſmus procedens ex manifeſte falſis non eſt argumentatio probatiua, de qua ſolum intelligitur in hac definitione, ſed ſolum eſt argumentatio illatiua. Ad tertium dicitur, ꝙ tota oratio compoſita ex præmiſsis & concluſione bene arguit mentem ſecundum partem eius, & reſpectu antecedentis, & hoc capiendo tota, collectiue pro perfecta, quia ſi caperetur tota, diſtributiue, ut eſt idem quod quælibet pars, ſic tota oratio compoſita ex præmiſsis & concluſione non arguit mentem, ſed una pars tantum. Ad quartum dicitur, ꝙ Ariſt. in 1. Topico. ſub ſyllogiſmo comprehendit enthymema, & ſub inductione exemplum. Ad quintum dicitur, ꝙ licet aliæ ſpecies quantum ad uirtutem inferendi ad ſyllogiſmum reducantur, non tamen quantum ad formam arguendi, ideo ſunt ſpecies a ſyllogiſmo diſtinctæ. G

De Inductione.

Vide in 2. Prio. ca. 24

DEfinitio autem ſyllogiſmi dicta eſt prius. Inductio, eſt a ſingularibus ſufficienter enumeratis ad uniuerſale, progreſsio, ut Socrates currit, Plato currit, & ſic de ſingulis, ergo omnis homo currit.

Poſtquàm Auctor ſuperius determinauit de argumentatione in cõmuni tam definitiue quàm diuiſiue, ipſam diuidendo per ſuas ſpecies, hic conſequenter determinat de ſpeciebus eius. Et quia definitio ſyllogiſmi eſt poſita ſufficienter in Quarto Tractatu, quia per illam definitionem poteſt definiri ſyllogiſmus ſimpliciter, remota illa particula, & conceſsis, & etiã ſyllogiſmus Dialecticus poſita eadem particula, ut dicendo, ſyllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdam poſitis & conceſsis neceſſe eſt aliud accidere per ea quæ poſita ſunt & conceſſa, ideo Auctor ſe excuſat de ſpeciali determinatione ſyllogiſmi, quia definitio eius data eſt prius. Ideo inter alias ſpecies argumentationis primo determinat de inductione, quia eſt aliquo modo perfectior alijs. H

De definitione inductio. Primo ſciendum, ꝙ ſic definitur inductio. Inductio eſt progreſsio a ſingularibus ad uniuerſale probandum, ut Socrates currit, Plato currit, & ſic de alijs, ergo omnis homo currit. In qua definitione ponitur progreſsio, loco generis, & capitur ibi ſimilitudinarie progreſsio per ſimilitudinem ad motum progreſsiuum animalis, quia ſicut ille motus ſit per expponendo pedem pedi, ſic ille motus rationis, id eſt

A ideſt progreſſio,fit capiẽdo unum ſingulare poſt aliud, ideo ibi capitur progreſſio pro motu rationis. Deinde ponitur,a ſingularibus, ad differentiam ſyllogiſmi & enthymematis,quæ procedũt ab uniuerſalibus ad ſingularia. & ſubiungit ad uniuerſale,ad dr̃iam exempli,quod procedit ab uno ſingulari ad aliud,& non ad uniuerſalis.Ex qua definitione patet,ꝙ inductio, & deſcẽſus aliquo modo opponuntur,quia deſcenſus eſt uniuerſali ad particulare,inductio uero econtra.

Secundo ſciendum, quòd ſingulare dupliciter ſumitur. Vno modo ſpecialiter ſolũ pro indiuiduo determinato. Alio mõ generaliter, pro quolibet inferiori alicuius ſuperioris,& hoc modo ſpecies alicuius uniuerſalis poſſunt dici ſingularia generis,quia licet non ſint ſingularia ſimpliciter, ſunt tamen ſingularia in reſpectu.& hoc modo ſumitur ſingulare in definitione.& etiam capitur uniuerſale generaliter pro quolibet ſuperiori.& non fit in proceſſus ad uniuerſale indefinite acceptum, quia ibi non eſt proprie inductio, Socrates currit, Plato currit, B & ſic de alijs, ergo homo currit, ſed debet fieri proceſſus ad uniuerſale uniuerſaliter ſumptum,quod eſt uniuerſale ſecundum rem & modum ſimul,ut concludendo,ergo omnis homo currit. Quæ ſint ſingularia ex quibus formatur inductio.

Tertio ſciendum,ꝙ dupliciter poteſt fieri inductio. Vno modo enumerando aliqua ſingularia tantum, & non omnia, ut dicendo Socrates currit, Plato currit,ergo omnis homo currit, & hæc inductio non eſt conſequentia neceſſaria, quia antecedens poteſt eſſe uerum, conſequente exiſtente falſo, ſed eſt probabilis tantum.Alio modo fit inductio enumerando omnia ſingularia ſimul, & ad hoc poteſt fieri dupliciter.Vno modo enumerando omnia ſingularia in propria forma cum illa particula, & non ſunt plura. alio modo enumerando aliqua ſingularia in propria forma, & comprehendendo alia ſub una clauſula communi, ut dicendo,& ſic de aliis, & utroque iſtorum modorũ inductio eſt conſequentia neceſſaria.ſed tamen non eſt conſequentia neceſſaria. ſed materialis tantum, quia C tenet gratia habitudinis materialis ſcilicet propter habitudinem ſingularium ad ſuum uniuerſale,propter quam habitudinem præſupponitur in inductione una propoſitio per ſe nota, quæ retinetur in mente, ex qua, cum antecedente inductionis,fit ſyllogiſmus,reducendo inductionem ad ſyllogiſmum. De duplici iductionis formatione. *formalis*

Quarto ſciendum, ꝙ inductio ſic reducitur ad ſyllogiſmum, quia in concluſione inductionis ſunt duo termini, quorum ſubiectum fit minor extremitas, & prædicatum fit maior extremitas in ſyllogiſmo, & ſingularia, quæ non ponuntur in concluſione accipiuntur pro medio,ut iſta inductio, Socrates currit, Plato currit, & ſic de aliis, ergo omnis homo currit, ſic reducitur, omne quod eſt Socrates uel Plato, & ſic de alijs, currit, omnis homo eſt Socrates uel Plato,& ſic de alijs,ergo omnis homo currit.& debent capi illa ſingularia diſiunctiue,& non copulatiue, quia non poſſunt copulatiue uerificari de ſuo uniuerſali, ſed diſiunctiue tantum. Quo nam mõ uera inductio ad ſyllogiſmũ reducatur.

D Sed contra prædicta arguitur primo ſic.Inductio eſt motus rationis, uel intellectus,cum ſit argumentatio, ſed motus intellectus non fit a ſingularibus, quia intellectus non cognoſcit ſingularia, ſed ſolum uniuerſale, quod eſt obiectum eius, ergo inductio non fit a ſingularibus. Secundo ſic. In omni argumentatione probatiua antecedens debet eſſe notius conſequente, ſed ſingularia non ſunt,notiora ſuo uniuerſali,cum ſint infinita & indeterminata,ergo inductio non fit a ſingularibus ad uniuerſale. Tertio ſic. Hæc eſt bona inductio, omnis equus currit,omnis homo currit,ſic & de aliis ſpeciebus animalis, ergo omne animal currit. & tamen ibi non arguitur a ſingularibus ad uniuerſale, ergo contra definitionem. Quarto ſic. Hic arguitur a ſingularibus ad uniuerſale, Socrates currit, Plato currit, & ſic de alijs, ergo omnis aſinus currit, & tamen ibi non Argumen.

eſt bona conſequentia, ergo male dicitur, ꝙ inductio eſt bona conſequentia. E
Quinto ſic. In omni ſyllogiſmo ſunt tres termini, ſed in inductione ſunt plures termini quam tres, ergo inductio non reducitur ad ſyllogiſmum.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet intellectus non cognoſcat ſingularia directe, tamen bene cognoſcit reflexe, per hoc ꝙ intellectus reflectitur ad ſenſum, quo ſingularia cognoſcuntur, ſed ſolum cognoſcit uniuerſale directe tanquam proprium obiectum eius. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet ſingularia nõ ſint notiora ſimpliciter ſuo uniuerſali, tamen ſunt notiora quò ad nos quam ſuum uniuerſale. Et licet aliquando ſingularia ſint infinita quo ad nos, tamen aliqua poſſunt eſſe nobis nota, & tunc enumerando illa, quæ ſunt nobis nota, & comprehendendo alia ſub illa clauſula communi, & ſic de alijs, poteſt fieri inductio. Ad tertium dicitur, quòd licet ibi non bene arguatur a ſingularibus ſimpliciter, tamen bene arguitur a ſingularibus in reſpectu. quia iſta, omnis equus currit, eſt, quodam modo ſingularis ad iſtam, omne animal currit, & hoc ſufficit ad inductionem, ut dictum eſt. Ad quartum dicitur, quòd ibi non arguitur a ſingularibus ad uniuerſale illorum ſingularium enumeratorum, quod ad inductionem requiritur. Ad quintum dicitur, quòd licet in inductione ſint plures termini quam tres ſecundum uocem, tamen accipiuntur per modum trium in ſyllogiſmo, quia cuncta ſingularia in antecedente inductionis poſita capiuntur pro medio. F

De Enthymemate, Exemplo, & quomodo reducantur ad ſyllogiſmum.

De hoc 1. Prio. c. 27. & alibi. ENthymema eſt ſyllogiſmus imperfectus, id eſt oratio, in qua non omnibus præmiſsis poſitis infertur concluſio feſtinata, ut omne animal currit, ergo omnis homo currit. In hac enim argumentatione includitur hæc propoſitio, omnis homo eſt animal, quæ, ſi apponeretur, perfectus eſſet ſyllogiſmus. Ariſtoteles autem ſic deffinit enthymema. Enthymema eſt ex icotibus, & ſignis. icos autem idem eſt quod propoſitio probabilis. Signum autem, ut hic ſumitur, idem eſt quod demonſtratiua, uel probabilis, uel neceſſaria propoſitio, & hoc inferendo. vnde ſignum communiter, ſecundum quòd hic ſumitur, dicit neceſsitatem illationis, icos autem dicit probabilitatem ipſius propoſitionis in ſe, ſecundum quam probabilitatem propoſitio dicitur eſſe uera. Vnde licet enthymemate ſit tantum propoſitio una inferens, & alia illata, tamen ſecundum ꝙ propoſitio inferens apparet oĩbus, uel pluribus eſſe uera, ſic dicitur icos, quia iã, ſic eſt ꝓbabilis, ut quilibet diligit diligentẽ ſe. Secundũ aũt ꝙ ipſa de neceſsitate infert concluſionẽ, ſic eſt ſignum, & ſic eadẽ propoſitio eſt icos, & ſignum, ſed ſecũdũ aliud & aliud. Si quis uero obiiciat ꝙ debet definiri enthymema ſic, Enthymema eſt ex icote, & ſigno, cũ tãtũ ſit una ꝓpoſitio ĩferens, quæ eſt icos, & ſignũ ſecundũ diuerſa, dicendũ eſt, ꝙ licet ſit tãtum una ꝓpoſitio inferẽs actu, habet tamen in ſe uirtutẽ duarũ ꝓpoſitionum, quia habet in ſe uirtutẽ propriam, & illius quæ ſub intelligitur, G H

Quid enthymema ex Ariſto.

Alia definitio ab illã ſupra ſcripta.

A gitur, & ſic eſt una ſecundum ſubſtantiam, & duæ ſecundum uirtutẽ.
& ideo dicitur in plurali numero ex icotibus, & ſignis, & nõ ex icote,
& ſigno. Sciendum autem eſt quòd omne enthymema debet reduci ad
ſyllogiſmum, quia in quolibet enthymemate ſunt tres termini, ſicut in
omni ſyllogiſmo, quorum terminorum duo ponuntur in concluſione,
& ſunt extremitates, aliud autem eſt medium, quod nunquam ponitur
in concluſione. Illarum autem extremitatum altera ſumpta eſt bis in
enthymemate, altera ſemel, & extremitate ſemel ſumpta, & medio, de-
bet fieri propoſitio una ſecundum exigentiam modi figuræ, & ſic fiet
ſyllogiſmus. v. g. In hoc enthymemate, omne animal currit, ergo om-
B nis homo currit, homo, & currit ſunt duæ extremitates, & animal eſt
medium, ſed extremitas hæc, ſcilicet homo ſumpta eſt ſemel, ergo ex ip
ſa, & medio fiat propoſitio una ſic, omnis homo eſt animal, & tunc cõ-
pletus erit ſyllogiſmus ſic, omne animal currit, omnis homo eſt ani-
mal, ergo omnis homo currit. Exemplum autem eſt, quando per unum De exẽplo
particulare probatur aliud particulare, per aliquod ſimile repertum in
ipſis, ut Leodienſes contra Aſtorizenſes pugnare malum eſt, ergo Aſto
rizenſes contra Cemotenſes pugnare malum eſt. utrobique enim eſt
malum, affines contra affines pugnare.

Poſtquàm Auctor determinauit de ſyllogiſmo, & inductione, quæ ſunt prin-
cipaliores partes argumentationis, hic conſequenter determinat de enthymema-
C te, & exemplo, quæ ſunt reducibiles ad alias ſpecies, ſcilicet enthymema ad ſyl-
logiſmum, & exemplum ad inductionem. & quia enthymema eſt exemplo perfe-
ctius, ideo prius determinat de enthymemate quàm de exemplo, ipſum primo ſic
definiens. Enthymema eſt ſyllogiſmus imperfectior. In qua definitione ponitur
ſyllogiſmus, loco generis, capiendo ſyllogiſmum communiter, ut ſe extendit ad
ſyllogiſmum perfectum formaliter in modo, & figura, & ad ſyllogiſmum perfe-
ctum uirtualiter. Et ponitur imperfectus, ad differentiam ſyllogiſmi perfect. for-
maliter, completi ex duabus præmiſsis, & conſequenter explicatur hæc definitio.
Enthymema eſt oratio, in qua non omnibus præmiſsis poſitis, ſed tantum una Enthymema quid.
infertur feſtinata concluſio, ut hic, omnis homo currit, ergo Socrates currit, poſi-
ta maiore tantum, & præſuppoſita minore infertur concluſio.

Primo ſciendum, quòd in omni enthymemate ſecundum intellectum ponun-
tur duæ præmiſſæ, ſed ſecundum uocem ponitur una tantum, & alia tacetur, &
D retinetur in mente, & inquantum ſunt ibi, duæ præmiſſæ, ſecundum intelle-
ctum, uocatur ſyllogiſmus, & ea parte, qua deficit una ſecundum uocem, dici-
tur imperfectus, & quia una tacetur, quæ retinetur in mente, ideo dicitur en-
thymema ab en, quod eſt in, & thymos, quod eſt mens, & monos, quod eſt unum,
quaſi in mente retinens unam propoſitionem, & oportet illam, quæ retinetur in
mente, eſſe probabilem, & neceſſariam, & quòd præſupponatur tanquàm uera.
Et propter hoc Ariſto. ſic definit enthymema. Enthymema eſt ſyllogiſmus ex
icotibus & ſignis. Icos enim eſt propoſitio probabilis, & ſignum ibi capitur pro
propoſitione neceſſaria, ut hic, omne animal currit, ergo omnis homo currit. mi-
nor præſupponitur, ſcilicet omnis homo eſt animal, quæ eſt propoſitio neceſſa-
ria, & ſignum. Ex quo patet, ꝙ conſequentia enthymematis nõ tenet grat a formę
arguendi,

argumendi,ſed gratia materiæ,quia ibi præſupponitur uirtus alicuius præmiſſarũ. E

Enthymematis reductio ad ſyllogiſmum. Secundo ſciendũ,ꝙ enthymema ſic reducitur ad ſyllogiſmũ. quia in ipſo ſunt duæ extremitates in concluſione, quarum maior extremitas eſt prædicatum, & minor extremitas ſubiectum. & ibi ponitur medium,quod non intrat concluſionem, & ponitur in antecedente cum altera extremitate. vnde formando unam præmiſſarum cum medio, & cum extremitate non poſita in antecedente,fit ſyllogiſmus perfectus. Et ſi medium ponatur in antecedente cum ſubiecto concluſionis. ibi eſt minor præmiſſa,& deficit maior, ut hic, omnis homo eſt riſibilis, ibi deficit maior,ſcilicet omne riſibile eſt animal, ergo omnis homo eſt animal. Et ſi medium ponatur in prædicato concluſionis, quod eſt maior extremitas,ibi eſt maior præmiſſa,& deficit minor, ut hic, omne animal currit, ergo omnis homo currit.ibi deficit minor, ſcilicet omnis homo eſt animal.& ſi tale mediũ poſſit ſubijci maiori extremitati, & prædicari de minori, enthymema reducitur ad primam figuram,& ſi prædicatur de utraque, ſic reducitur ad ſecundam,& ſi ſu- F bijcitur utrique,ſic reducitur ad tertiam figuram.

Quid exẽplum. Tertio ſciendum,ꝙ exemplum ſic definitur. Exemplum eſt progreſſus ab uno particulari ad aliud particulare probãdum propter aliquod ſimile in ipſis repertum,vt Socrates eſt riſibilis,ergo Plato eſt riſibilis, eo ꝙ uterq; eſt homo in quo habent ſimilitudinem eſſentialem. In qua definitione ponitur progreſſus, loco generis,& ponitur ab uno particulari, ad differentiam enthymematis, & ſyllogiſmi,& ponĩt ad aliud particulare ad differentiam inductionis, quæ procedit ad uniuerſale probandum,& ponĩt pp aliquod ſimile in ipſis repertum, ad oſtendẽdum unde prouenit uirtus probationis in exemplo, quia prouenit pp ſimilitudinem duorum particularium abinuicem, & quicquid conuenit uni ſingulari, inquantum eſſe ſimile alteri,etiam conuenit alteri, ut riſibile conuenit Socrati inquantum eſt homo,ideo riſibile conuenit Platoni inquantum eſt homo.

Reductio exẽpli ad ſyllogiſmum. Quarto ſciendum eſt, ꝙ ad reducendum exemplum ad ſyllogiſmum oportet G primo per inductionem imperfectam oſtendere maiorem extremitatẽ, quæ eſt prædicatum concluſionis de illo cõmuni, in quo conueniunt illa ſingularia, & per illud cõmune oſtenditur ſyllogiſtice de alio ſingulari,quod eſt minor extremitas,ut arguendo ſic. Socrates eſt riſibilis,ergo omnis homo eſt riſibilis. ibi eſt inductio imperfecta, & ultra,oĩs homo eſt riſibilis, Plato eſt homo, ergo Plato eſt riſibilis.In hoc ſyllogiſmo,homo, ponitur pro medio, & illud cõe,in quo ſibi aſſimilatur,pro maiori extremitate,& ſuum ſimile,quòd eſt Plato,eſt minor extremitas. *Secundo prio. c.23.* Et definitur aliter exemplum ab Ariſt. Exemplum eſt argumẽtatio, quæ per ſimile minoris extremitatis oſtendit maiorem extremitatẽ de medio, & per medium de minori extremitate. & oportet maiorem extremitatẽ notiori modo cõuenire primo ſingulari quam medio,& ꝙ notius inſit medio quam minori extremitati,ratione cuius totus proceſſus,exemplaris uocatur.& per hoc patet quid ſit enthymema,& exemplum,& quo modo reducuntur ad ſyllogiſmum. H

Argumen. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Enthimema,& ſyllogiſmus inter ſe opponuntur,& ſunt Species diſtinctæ,ergo enthimema non eſt ſyllogiſmus. Secundo ſic. In primo Poſteriorum dicitur,quòd enthimema eſt uere ſyllogiſmus,ergo enthimema non eſt ſyllogiſmus imperfectus.

Tertio ſic. Hic ſyllogiſmus eſt imperfectus, oĩs aſinus currit, ergo oĩs homo currit & poſita illa minore,oĩs homo eſt aſinus,erit ſyllogiſmus perfectus, & tñ non eſt bona cõſequentia,ergo male dicitur,ꝙ in enthimemate eſt bona conſequentia. Quarto ſic. Vnũ ſingulare ſimile alteri nõ eſt magis notũ ꝙ aliud,ſed oĩs argumentatio procedit a magis noto ad minus notum, ergo in exemplo, unum particulare non probatur per aliud. Quinto ſic. Non ſequitur, Socrates eſt riſibilis,

A lis, ergo omnis homo eſt riſibilis, & tamen ibi arguitur eo modo reducendo exẽplum ad ſyllogiſmum, oſtendendo maiorem extremitatem de medio, in quo cõueniunt plura ſingularia, ergo exemplum non eſt reducibile ad ſyllogiſmum.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ licet enthimema non ſit ſyllogiſmus perfectus in modo & in figura formaliter tamen eſt bene perfectus uirtualiter. Et eſt imperfectus formaliter, eo ꝙ deficit una præmiſſarum, & eſt perfectus uirtualiter, quia ibi ſunt duæ præmiſſæ ſecundum intellectum arguentis, qui tacet unam quam præſupponit per ſe eſſe notam, ideo dicitur perfectius ſyllogiſmus. & per hoc ſoluitur ſecundum argumentum.

Ad tertium dicitur, ꝙ in enthimemate requiritur quòd illa præmiſſa, quam præſupponit, ſit uera uel probabilis, & hoc non ſit in illo argumenro, omnis aſinus currit, ergo omnis homo currit. ideo ibi non eſt enthimema. & licet ibi ſit ſyllogiſmus perfectus formaliter, nõ tamen eſt perfectus uirtualiter, quod requi- Solutio.
B ritur ad rationem enthimematis.

Ad quartum dicitur, ꝙ licet ſecundum rem unum ſingulare non ſit notius alio eo eò ꝙ ſingularia ſunt tamen bene poteſt eſſe quò ad nos notius, alio. & ſecundum hoc poteſt probare aliud. Ad quintum dicitur, quòd licet in reducendo exemplum ad ſyllogiſmum in illa reductione imperfecta non ſit conſequentia neceſſaria, tamen bene eſt ibi conſequentia probabilis, quia probabile eſt, ꝙ ſi maior extremitas conueniat uni ſingulari eò ꝙ conueniunt cum alio ſingulari in tali medio, & illud ſingulare contineatur ſub illo medio, quod illa maior extremitas illi medio uniuerſaliter conueniat.

De loco & eius diuiſione in locum maximam, & in locum differentiam maxime.

C Argumentum autem per locum confirmatur. unde danda eſt definitio loci prout hic ſumitur. Locus enim eſt ſedes argumenti, uel id, unde ad quæſtionem propoſitam conueniens trahitur argumentum. quid autem ſit quæſtio dictum eſt prius. Et ſciendum, quòd propoſitio, quæſtio, concluſio & enunciatio ſecundum ſubſtantiam, ſiue in ſubiecto idem ſunt. eadem. n. oratio propoſitio eſt, & quæſtio, & concluſio, ut hic, omnis homo currit. differunt autem ſecundum rationes. uel definitiones diuerſas, ut prius patuit. Secundum enim, ꝙ dubitatur eſt quæſtio, prout autem probata eſt per argumentum, eſt concluſio, prout autem ponitur pro alio in præmiſsis, eſt propoſitio. unde propoſitio dicitur ſecundum, quòd eſt in præmiſsis ad
D probandum concluſionem. Enunciatio autẽ eſt, ſecundum quòd ſignificat eſſe uel non eſſe, ut Socrates currit, Socrates non currit. Habito de definitione loci ſequitur ipſius loci diuiſio. Locus autem diuiditur in locum maximam, & in locum differentiam maxime. Locus maxima idem eſt, quòd ipſa maxima. Maxima autem eſt propoſitio, qua altera non eſt prior neque notior, ut omne totum maius eſt ſua parte. Item, de quocunq; prædicatur definitio & definitum. Et de quocunq; prædicatur ſpecies, & genus. Locus uero differentia maxime eſt ille, quo una maxima differt ab alia maxima, uerbi gratia, iſtæ maxime,

Propõ, q̃ſtio, cõclu ſio, re idẽ, rõne autẽ q̃uo diuer ſa dicant.

maxime, De quocunque prædicatur ſpecies, & genus, & De quocun- E
que definitio, & definitum, differunt per terminos ex quibus compo-
nuntur. una enim componitur ex genere & ſpecie, altera uero ex de-
finitione & definitio. Vnde iſti termini ſimplices dicunrur differen-
tiæ maxime, & eſt ſciendum quòd tam locus maxima quàm locus dif-
ferentia maxime, dicitur locus, quia uterque confert firmitudinem, &
robur argumento, unde proportionabiliter ſumitur hic locus ad locũ
in rebus naturalibus, quia ſicut ille ſeruat res in eſſe, ſic ſimiliter hic lo-
cus conſeruat argumentum.

Quid locus.

Poſtquàm Auctor determinauit de argumento, & argumentatione, hic con-
ſequenter determinat de loco, qui per argumentum definitur, ſecundum ꝙ in F
eo confirmatur ipſum argumentum, ipſum primo ſic definiens. Locus eſt ſedes
argumẽti, uel id, a quo ad propoſitã quæſtionem conueniens elicitur argumentũ.
Cuius ratio, eſt quia locus eſt habitudo neceſſaria terminorum adinuicem, uel
eſt ꝓpoſitio neceſſaria, quæ eſt per ſe nota, propter talem habitudinẽ terminorũ
inter ſe, ſed in tali habitudine terminorum inter ſe, uel in propoſitione per ſe
nota, quæ fit ex illis terminis, confirmatur medium probans & inferens con-
cluſionem, quòd dicitur argumentum, & etiam elicitur uirtus argumenti ad
propoſitam quæſtionem ex illa habitudine terminorum, uel ex aliqua propo-
ſitione per ſe nota; ideo locus bene dicitur argumentum, uel illud a quo elici-
tur argumentum. Prima autem pars conuenientius & principalius conuenit lo-
co maxime, & ſecunda conuenit loco differentiæ maxime, quamuis quælibet
pars aliquo modo poſsit competere cuilibet loco. quia in utroque confirmatur
argumentum, & etiam ab utroque poteſt elici argumentum ad aliquam propo- G
ſitam quæſtionem.

Primo ſciendum. quòd hic non capitur proprie locus, pro ſuperficie corpo-
ris continentis quæ eſt menſura locati, ut capitur in prædicamentis, ſed capitur
tranſumptiue, pro habitudine terminorum, uel propoſitione per ſe nota, quæ
eſt aliquo modo generatiua & conſeruatiua argumenti, ſicut locus dicitur con-
ſeruatiuus locati. Et dicitur etiam talis locus dialecticus, ſedes argumenti, non
proprie ſed metaphorice, ſiue tranſumptiue, quia ſicut ſedens in ſedes confir-
matur & quieſcit, ita argumentatio quieſcit & confirmatur in loco dialectico,
quia, cum intellectus dubitat de uirtute probatiua uel illatiua argumenti, &
reperit habitudinem terminorum, uel propoſitionem per ſe notam, ub confir-
matur illa habitudo, tunc intellectus quieſcit, & amplius non dubitat de illa
uirtute, nec de concluſione probata per argumentum. Secundo ſciendum, ꝙ H

Loci maxime a loco dr̄ia maxīe diſcrimen.

locus diuiditur per locum maximam, & locum differentiam maxime, qui ſic
inter ſe differunt, quia locus differentia maxime dicit habitudinem termino-
rum, in qua fundatur & confirmatur argumentum incomplete tamen, & im-
perfecte, & locus maxima dicit propoſitionem per ſe notam propter illam
habitudinem terminorum, quæ complete & explicite terminat argumentũ,
uerbi gratia arguendo ſic. Socrates eſt homo, ergo Socrates eſt animal, ſi pro-
betur per locum a ſpecie ad genus, eſt locus differentia maxime, & termi-
nat imperfecte argumentum, quia poteſt adhuc dubitari qualis eſt illa habi-
tudo ſpeciei ad genus, ſed cum aduenit iſta maxima. de quocunq; prædicatur
ſpecies & ſuum genus, tunc explicite terminatur argumentum, & per hoc ha-
betur ſufficientia iſtorum membrorum. quia omnis locus confirmat argumẽtũ,
uel

A vel,ergo confirmat explicite & perfecte,& ſic eſt locus maxima, uel implicite,& imperfecte,& ſic eſt differentia maxime. Ex quibus patet,ꝙ locus differentia maxime uia generationis, eſt prior quàm locus maxima, tamen uia perfectionis eſt poſterior. Et dicitur locus maxima per appoſitionem. & ſic ibi non eſt incongruitas conſtructionis,maxima enim tenetur ſubſtantiue, & non adiectiue.

Tertio ſciendum,ꝙ locus maxima,idem eſt,quod ipſa maxima,& maxima ē propoſitio per ſe nota,qua non eſt altera prior,neq; notior, ut Omne totum eſt maius ſua parte. Et ratio definitionis eſt, quia in tali propoſitione eſt habitudo immediata,uel per ſe nota terminorum inter ſe, ideo cognitis illis terminis intellectus ſtatim apprehendit habitudinem illorum terminorum, & cognoſcit propoſitionem nec ſtatim, quæ fit ex illis terminis, & illa non notificatur per aliam propoſitionem, ſed per ſuos terminos, ideo nulla eſt notior ipſa. & uocatur maxima quia licet ſit parua in quantitate, eſt tamen maxima in uirtute, & — *Locus maxima, cur ſic dicitur.*

B in gradu certitudinis, quia poteſt certificare multas alias propoſitiones. Alio nomine dicitur dignitas, quia ſeipſam dignificat ut ab intellectu cognoſcatur. Alio modo dicitur communis animi conceptio,quia ab intellectu multorum faciliter concipitur, ideo illam ſic definit Boethus, communis animi conceptio eſt, quam quiſque probat auditam. Quarto ſciendum, quod locus differentia maxime, eſt ille, per quem una maxima differt ab alia, ut ſunt termini habentes neceſſariam habitudinem inter ſe, ex qua prouenit neceſsitas illius maximæ,ut iſtæ maxime,de quocunque prædicatur ſpecies,& ſuum genus,& de quocunque prædicatur definitio,& definitum,differunt per ſuos terminos,& illi termini, inquantum habent habitudinem neceſſariam adinuicem, uocantur loci differentia maxime. unde dicuntur loci inquantum ex ipſis elicitur argumentum, uel in ipſis confirmatur,& dicuntur differentia maxime,inquantum faciũt unam maximam differre ab alia. — *De loco differētiæ maxime.*

C Contra prædicta arguitur primo ſic. Argumentum eſt medium argumentationis probans concluſionem, & locus maxima eſt una propoſitio argumentationis, ſed medium non confirmatur in præmiſſis argumentationis, ergo locus maxima non eſt ſedes argumenti. — *Argumē.*

Secundo ſic. Argumentum, & locus idem ſunt, ut in iſto argumento, homo currit,ergo animal currit.homo eſt argumentum,quia eſt medium probans concluſionem,& etiam eſt locus inquantum in ipſo eſt ſpecies,& dicitur locus a ſpecie, ſed idem non confirmat ſeipſum,ergo locus male dicitur ſedes argumenti.

Tertio ſic.Locus differentia maxime eſt pars loci maxima, & in eo continetur,ergo membra huius diuiſionis coincidunt.

Quarto ſic Hæc eſt una maxima, Omne totum eſt maius ſua parte,& tamen aliqua eſt notior ipſa,ut iſta,de quolibet dicitur eſſe uel non eſſe,de nullo ambo ſimul,ergo contra definitionem maxime.

D Quinto ſic.Omnis locus eſt habitudo,ut patet in definitionibus oīum locorũ, ſed termini maxime nō ſunt habitudo, ergo male dicuntur loci dfīæ maxime.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quod licet argumentum, quantum ad ſuum materiale,quod eſt terminus qui eſt medium argumentationis, non confirmetur per maximam,tamen,quantum ad uirtutem probandi concluſionem, confirmatur in maxima, per quam uirtus argumenti perfecte explicatur, & manifeſtatur intellectui. Ad ſecundum dicitur, quod licet locus, & argumentum quandoq; ſint idē materialiter, tamen differunt formaliter, ut in illo exemplo prædicto,homo,inquantum habet uirtutem probandi concluſionem, dicitur argumentum,& inquantum eſt ſpecies,& habet habitudinem ad genus dicitur locus,& in iſta habitudine confirmatur uirtus, quæ dicitur argumentum. — *Solutio.*

Ad tertium dicitur, ꝙ licet in maxima includatur materialiter, locus differẽtia maxime tanquàm pars materialis eius, non tñ formaliter ut pertinens ad formam maxime. ideo locus maxima, & locus differentia maxime non coincidunt in idẽ formaliter. Ad quartũ dicitur, ꝙ licet aliqua propoſitio ſit ſimpliciter notior iſta, omne totum eſt maius ſua parte nulla tñ eſt notior in ſuo genere, hoc eſt quæ fiat ex eiſdem terminis, & in eodem genere terminorum, quia ex talibus terminis nulla conſtituitur immediatior iſta ſ. omne totum eſt maius ſua parte. Ad quintum dicitur, ꝙ licet termini maxime ſecundũ uocem non ſint habitudines, tñ quantum ad ſignificata ipſorum important habitudines, quia ſunt termini communes, & tales ſignificant habitudines rerum inter ſe, ut genus ſignificat habitudinem ſuperioris ad inferiora, & ſpecies econtra. B

Diuiditur locus differentia maxime, per locum intrinſecum, extrinſecum, & medium, & quid ipſorum unumquodque ſit. F

Item locus differentia maxime diuiditur per locum intrinſecum, & extrinſecum, & medium. Locus intrinſecus, eſt, quando ſumitur argumentum ab eis, quæ ſunt de ſubſtãtia rei, ut a definitione, ut ſi dicatur, animal rationale mortale currit, ergo homo currit. Locus extrinſecus eſt, quando ſumitur argumentum ab eis, quæ ſunt omnino ſeparata à ſubſtantia rei, ut ab oppoſitis, ut ſi quæratur, utrum, Socrates ſit albus, & probetur ſic, Socrates eſt niger, Socrates non eſt albus. Locus medius eſt, quando ſumitur argumentum ab eis, quæ partim conueniunt, & partim diſconueniunt cum terminis in quæſtione poſitis, ſicut uniuoca, & denominatiua, quæ dicuntur coniugata, ut ſi quæratur utrum iuſtitia ſit bona, & probetur ſic, iuſtum eſt bonum, ergo iuſtitia eſt bona. G

Poſtquàm Auctor determinauit de loco in communi tàm definitiue quàm diuiſiue, & poſuit definitionem loci maxime, & etiam loci differentia maxime, hic conſequenter diuidit locũ differentiã maxime per locum intrinſecum, extrinſecum, & medium. Cuius diuiſionis ratio eſt, quia omnis locus differentia maxime importat habitudinem termini inferentis ad terminum illatum. uel, ergo terminus inferens ſimpliciter conuenit cum termino illato, & ſic eſt locus intrinſecus, uel diſconuenit ab eo, & hoc eſt dupliciter, quia uel diſconuenit ſimpliciter, uel partim conuenit, & partim differt. ſi primum, ſic eſt locus extrinſecus, ſi ſecundum, ſic eſt locus medius.

Locus intrinſecus. Primo ſciendum eſt, ꝙ locus intrinſecus eſt, quando ſumitur argumentum ab his, quæ ſunt de ſubſtantia rei, hoc eſt, qñ terminus inferens eſt de ſubſtantia uel eſſentia termini illati, ut propoſita iſta quæſtione, utrũ Socrates ſit animal, arguitur ſic, Socrates eſt homo, ergo Socrates eſt animal. ibi ſumitur argumentũ ab illo termino inferente homo. qui intrinſece conuenit cum termino illato. ſ. cum animali. Et dicitur locus intrinſecus, quia, quando terminus inferens eſt intrinſecus illato, uel econtra, ibi eſt intrinſeca habitudo inter illos terminos, eo ꝙ habitudo unius termini ad alium non diſtinguitur realiter a termino, cuius eſt habitudo, nec ſemper oportet ad talem locum, quòd terminus inferens ſit de eſſentia, uel definitione termini illati, ſed ſufficit, quòd ſit intrinſecus ſecundum aliquem modum eſſendi in. H

Locus extrinſecus. Secundo ſciendum, ꝙ locus extrinſecus, eſt, qñ ſumitur argumentũ ab his quę

ſunt

A ſunt omnino ſeparata a ſubſtantia rei.i. quando terminus inferens ſimpliciter eſt extrinſecus,& diſconueniens cum termino illato,ut arguendo ſic. Socrates eſt albus,ergo Socrates non eſt niger,terminus inferens.ſ.albus,eſt totaliter extrinſecus termino illato.ſ.nigro,& propter hanc cām talis locus nocatur extrinſecus. Et licet habitudo localis in illo loco ſit quodammodo intrinſeca in termino inferenti,tamen eſt extrinſeca in ordine ad terminum illatum, & eſt habitudo negatiua tantum inter illos terminos,& non habitudo poſitiua,ſicut in loco intrinſeco.

Tertio ſciendum,ꝙ locus medius eſt,quando ſumitur argumentum ab his quæ partim conueniunt,& partim differunt cum terminis in quęſtione poſitis,hoc eſt, quando terminus inferens partim conuenit cum termino illato,& partim differt, ſicut eſt inter concretum,& abſtractum,quæ conueniunt in re ſignificata, & differunt in modo ſignificandi & conueniunt in principio dictionis,& differunt in fine,ſicut eſt inter coniugata,& caſus,ut ſi quęratur,utrum iuſtitia ſit bona,& pro- Locus medius quid.

B betur ſic.Iuſtum eſt bonum,ergo iuſtitia eſt bona,ibi iuſtum partim conuenit,& partim differt a iuſtitia.Et dicitur talis locus medius,quia terminus inferens medio modo ſe habet ad terminum illatum quantum ad hoc quod eſt conuenire, & diſconuenire.ideo iſte locus quantum ad conuenientiam,& differentiam termini inferentis,& termini illati,dicitur aliquo modo medius per participationem inter terminum intrinſecum,& terminum extrinſecum.

Quarto ſciendum, ꝙ prædicta diuiſio loci per illos tres modos non eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies,quia locus non dicitur æqualiter de iſtis tribus membris, ſed eſt diuiſio analogi in ſua analogata, quia locus dicitur de iſtis tribus ſecūdum prius,& poſterius,prius.n. dicitur de loco intrinſeco, & poſtea de aliis. & ratio eſt,quia locus eſt habitudo termini inferentis ad terminum illatum, ſed in loco intrinſeco,ubi eſt habitudo poſitiua tantum,eſt perfectior habitudo quàm in loco extrinſeco,ubi eſt habitudo priuatiua tantum, quæ ſolum habet cognoſci per Locus ſic diuiſus analogum eſt.

C reſpectum ad habitudinem poſitiuam,ſicut priuatio cognoſcitur per habitum, & etiam locus medius participat rationem utriuſq; loci, quia habet conueniētiā cū loco intrinſeco,& extrinſeco,& ea parte,qua conuenit cum loco intrinſeco,perfectior eſt loco extrinſeco, & per hoc patent definitiones, & comparatio illorum locorum inter ſe.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic.Locus maxima multiplicatur, ſicut locus differentia maximæ,ſed locus maxima non diuidiť per locum intrinſecum,extrinſecū,& medium,ergo male diuiditur hoc modo locus differentia maximæ. Argumen.

Secundo ſic.Locus differentiæ maximæ habet diuidi ſecundū diuerſas differentias entis,eo ꝙ dicit habitudinē termini ad terminū, quæ ſe tenet ex parte rei ſignificatæ,ſed plures ſunt differentię entis q̄ tres,ſicut idem,& diuerſum,actus,& potētia,accidēs,& ſubſtantia,& ſic de aliis, ergo non ſunt tm̄ tres modi differentiæ maximæ. Tertio ſic. Locus dialecticus dr̄ ſecundum ſimilitudinem ad locum

D realem, ſed oīs locus realis eſt extrinſecus locato quia eſt ſubiectiue in locante, ergo oīs locus dialecticus eſt extrinſecus, & nullus eſt intrinſecus. Quarto ſic. Omnis locus eſt habitudo medians inter terminū inferentē, & terminū illatum, ergo oīs locus eſt medius.Quinto ſic.Arguendo ſic,hō currit,ergo animal currit. terminus inferens.ſ.hō,partim cōuenit cū termino illato, & partim ab eo differt, & tn̄ ibi nō eſt locus medius.ſ.locus a ſpē ad genus.ergo male dñniť locus medius.

Ad argumenta.Ad primum dr̄,ꝙ licet non ponať explicite diuiſio loci maximæ,tn̄ ſatis ponitur implicite,quia pōt intelligi multiplicatio eius per diuiſionem loci differentiæ maximæ,quia uariatis terminis,qui ſunt differentiæ maximæ ſecundum diuerſos locos,ēt uariantur maximæ, quę formantur ſecundū habitudines illorū terminorum. ideo in quolibet loco ſpeciali ſit una maxima ſpecialis. Solutiōes.

Ad ſecundum dicitur, quòd licet diuiſio loci differentiæ maxime ſumatur ſecundum aliqua differentias, entis.ſ.ſecundum idem, diuerſorum, & partim idem, & partim diuerſum, non tamen ſumitur ſecundum omnes differentias entis, ideo non oportet, quòd ſunt tot modi locorum, quot ſunt modi entis. E

Ad tertio dicitur, ꝙ licet locus dialecticus habeat ſimilitudinem cum loco naturali, in eò, ꝙ eſt conſeruatiuus & generatiuus argumenti, ſicut locus naturalis eſt conſeruatiuus locati, nõ tamen ſumitur ſecundum illam ſimilitudinẽ, quæ eſt eſſe extrinſecum, quare nõ oportet ꝙ omnis locus dña maxime ſit extrinſecus. Ad quartũ dicitur, ꝙ negatur conſequentia. & ratio eſt, quia non dicitur locus medius, eo ꝙ ſit habitudo medians inter illos duos terminos, ſed quia terminus inferens partem conuenit cũ termino illato, & partim differt ab eo. Ad quintum dicitur, ꝙ licet homo & animal partim conueniat & partim differant, tamen homo ibi non infert animal in illo argumento inquantum eſt conueniens, & differens ſimul, ſed ratione conuenientiæ tantũ, ideo ibi eſt locus intrinſecus. F

Locus Intrinſecus a Subſtantia quid ſit, & quomodo diuiditur.

Locus intrinſecus diuiditur per locum a ſubſtantia, & per locum a concomitantibus ſubſtantiam. Locus a ſubſtantia, eſt quando ſumitur argumentum ab his quæ ſunt de ſubſtantia terminorum poſitorum in quæſtione. Et diuiditur hic locus per locum a definitione, & locum a deſcriptione, & locum a nominis interpretatione.

Poſtq̃ Auctor poſuit diuiſionem loci differẽtiæ maxime, & definitiones membrorũ eius, hic conſequenter ſubdiuidit unum membrũ illius diuiſionis.ſ.locum intrinſecum dicens, ꝙ locus intrinſecus diuiditur per locũ a ſubſtantia, & per locũ a concomitantibus ſubſtantiam. cuius ratio eſt, quia in omni loco intrinſeco terminus inferens aliquo modo, facit unum cum termino illato. uel ergo dicit cõuertibiliter totam ſubſtãtiã termini illati, uel dicit aliquid concomitans illã ſubſtantiã & non dicit conuertibiliter illam ſubſtantiã ſecundũ ſe totã. ſi primũ, ſic eſt locus a ſubſtantia, ſi ſecundũ, ſic eſt locus a cõcomitantibus ſubſtantiã. &, quia terminus dicens conuertibiliter totã ſubſtantiam alterius perfectiorem habet habitudinem ad alterum, quàm ille, qui non dicit conuertibiliter ipſam, ideo locus a ſubſtantia perfectior eſt quam locus a concomitantibus ſubſtantiam. G

Locus a ſubſtantia quid. Primo ſciendum, ꝙ locus a ſubſtantia, eſt quando terminus inferens dicit conuertibiliter totam ſubſtantiam termini illati, ut arguendo a definitione ad definitum. Et non oportet ad talem locum, ꝙ terminus inferens explicet ſubſtantiã termini illati, quia locus a definito ad definitionem eſt locus a ſubſtantia, & tamẽ definitum non explicat naturam definitionis, nec deſcriptum reſpectu deſcriptionis, ideo nõ ſemper oportet ꝙ terminus inferẽs dicat explicationẽ alterius, ſed ſufficit ꝙ dicat conuertibiliter totam ſubſtantiam eius, & ideo in textu ſic definitur, locus a ſubſtantia, eſt quando ſumitur argumentum a ſubſtantia terminorũ in quæſtione poſitorum, quod debet intelligi a ſubſtantia, hoc eſt ab illo, qđ dicit conuertibiliter totam ſubſtantiam rei. Et non capitur ibi ſubſtantia generaliter pro quocunque eſſe rei, ut ſumitur in definitione loci intrinſeci, alias non differret de definitio loci intrinſeci a definitione loci a ſubſtantia. H

Locus a cõcomitantibus ſubſtã tiã qđ ſit. Secundo ſciendũ, ꝙ locus a cõcomitãtibus ſubſtantiã, eſt qñ ſumitur argumẽtũ ab his, quæ conueniunt cum ſubſtantia rei, non tñ dicunt conuertibiliter totã ſubſtantiã eius, ut qñ terminus inferens cõuenit cũ termino illato, nõ tñ conuertibiliter, ut arguendo a parte ad totum, uel a toto ad partem, uel a cauſa ad effectum, uel econtra. in talibus enim terminus inferens ſemper facit aliquo modo

idem

A idem cum termino illato, non tamen conuertibiliter. & non oportet in tali loco quòd ſemper terminus inferens ſit unum in eſſentia cum termino illato, ſed ſufficit ꝙ ſecundum aliquem modum eſſendi in, includatur in eſſe eius, & facit unum cum ipſo in ratione inferentis, & per reſpectum ad argumentum quod infert terminum illatum poſitum in quæſtione.

Tertio ſciendum, ꝙ locus a ſubſtantia diuiditur per locum a definitione, a deſcriptione, & a nominis interpretatione. cuius ratio eſt, quia in loco a ſubſtantia unum terminorum ſemper dicit explicationẽ alterius, licet non ſemper terminus inferens dicat explicationem termini illati, ut prius dictum eſt, ſed ab ipſo denominatur locus. uel ergo talis explicatio ſumitur a principiis eſſentialibus rei, & ſic eſt locus a definitione, uel a proprietatibus eius, & hoc dupliciter. uel ſumitur a proprietatibus rei ſecundum ſe, uel ab ipſis proprietatibus inquantum ab ipſis fit impoſitio nominis ſi primũ, ſic eſt locus a deſcriptione, ſi ſecundũ, ſic eſt locus B a nominis interpretatione definitio n. explicat eſſe rei pe eſſentialia, & deſcriptio idẽ explicat per accidentalia ipſi, & interpretatio explicat ipſum per proprietates, a quibus nomen imponitur, & quandoq; uocatur definitio quid nominis. Locus a ſubſtantia triplex.

Quarto ſciendum, ꝙ definitio dupliciter conſideratur. Vno modo quantum ad eius ſubſtãtiam, prout dicit principia eſſentialia definiti, & ſic ipſa eſt medium ſyllogiſmi demonſtratiui, & ab ea ſumitur locus demonſtratiuus, & non dialecticus. Alio modo conſideratur inquantum ſumitur ſub illa intẽtione ſecunda, quæ eſt definitio, & hoc dupliciter quia uel ſumitur per reſpectum ad prædicata, quæ notiori modo conueniunt definito quàm definitioni. & ſic ab ea ſumitur locus ſophiſticus, & arguitur, ſecundum fallaciam petitionis principij. Alio modo ſumitur reſpectu prædicatorum, quæ notiori modo conueniunt definitioni quàm definito, & hoc modo ab ea ſumitur locus dialecticus, & hoc modo hic conſideratur. & per hoc patet diuiſio, & ſubdiuiſio loci intrinſeci. Quatuplex definitionis conſideratio.

C Sed contra prædicta arguitur primo ſic. A cauſa efficiente ſumitur locus intrinſecus, & tamen non eſt locus a ſubſtantia, ut patet in textu, nec etiam a concomitantibus ſubſtantiam, quia cauſa efficiens non concomitatur ſuum effectum, ſed eſt ſibi extrinſeca, ergo inſufficienter diuiditur locus intrinſecus in textu. Secundo ſic. Arguendo a genere ad ſpeciem ſumitur argumentum a ſubſtantia terminorum in quæſtione poſitorum, & tamen ibi non eſt locus a ſubſtantia, ergo contra definitionem loci a ſubſtantia. Tertio ſic. Illa quæ concomitantur ſubſtantiam rei, ſunt extra ipſam ſubſtantiam, ergo quando ſumitur argumentum a concomitantibus ſubſtantiam, fit locus extrinſecus, & non intrinſecus. Quarto ſic. Ab eodem non ſumitur locus dialecticus. & ſophiſticus, cum inter ſe opponantur, ſed a definitione ſumitur locus ſophiſticus, ergo ab ipſa non ſumitur locus dialecticus, ergo contra diuiſionem loci a ſubſtantia. Quinto ſic. Locus a definito, & a deſcripto ſunt loci a ſubſtantia, & tamen non ponuntur in iſta diuiſione loci a ſub-D ſtantia. ergo ipſa eſt inſufficiens. Argumen.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dr̃, ꝙ licet cauſa efficiens ſit extrinſeca effectui ſecundum eſſe, tñ ſecũdum uirtutem eſt aliquo modo intrinſeca, & aliquo modo facit unum cum ipſo, & ſecundũ illã uirtutẽ ſe hẽt ut terminus inferens reſpectu eff. ctus, & ẽt reſpectu illorũ duorũ pdicatorũ.ſ. bonum, & malũ. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet genus ſit de ſubſtantia ſpeciei per modum principij, tñ nõ dicit totã ſubſtantiã ſpeciei cõuertibil ter. ideo arguendo a genere ad ſpeciem non arguitur a ſubſtantia rei, eo modo quo intelligitur in definitione loci a ſubſtantia. Ad tertium dicitur, ꝙ licet illa, quæ concomitantur ſubſtantiam non ſint intrinſeca eſſentialiter, tamen bene ſunt intrinſeca ſecundũ aliquẽ modũ eſſẽdi. & hoc ſufficit ad locũ intrinſecum. Ad quartũ dr̃, ꝙ ab eodem uno modo capto, Solutio.

non ſumitur locus dialecticus,& ſophiſticus,ſed bene ab eodem ſumpto diuerſimode.modo ſic eſt definitione, ut dictum eſt in quarto notabili. Ad quintum dicitur. ꝙ licet in iſta diuiſione loci a ſubſtantia non ponatur explicite locus a definito,tamen ſubinte ligitur per locum a definitione. & ſimiliter dicetur de loco a deſcripto,& ab interpretato,quia omnia iſta correlatiue ſe habent in ordine ad definitionem,deſcriptionem,& interpretationem. & etiam locus, qui fit a definitione cauſali,quæ datur per cauſas efficientes,uel finales ſub loco a deſcriptione comprehenditur,quia illa reducuntur ad definitionem deſcriptionis. E

Definitione,& definito, Quadruplex arguendi modus,& a quo locus denominationem ſuſcipiat.

DEfinitio eſt oratio quid eſt eſſe rei iudicans per eſſentialia. Locus a definitione eſt habitudo definitionis ad definitum, & continet quatuor argumenta,& quatuor maximas.Primo ſubiiciendo definitionem affirmatiue,ut animal rationale mortale currit,ergo homo currit. Locus a definitione,maxima, Quicquid prædicatur de definitione, & de definito.Secundo,prædicando definitionem affirmatiue,ut Socrates eſt animal rationale mortale, ergo Socrates eſt homo. Locus a definitione,maxima,De quocunque prædicatur definitio, & definitum. Tertio ſubiiciendo definitionem negatiue, ut animal rationale mortale nõ currit,ergo homo non currit.Locus a definitione,maxima, Quicquid remouetur de definitione,& a definito.Quarto prædicando definitionem negatiue,ut lapis non eſt animal rationale mortale,ergo lapis non eſt homo.Locus a definitione,maxima,A quocunque remouetur definitio,& definitum.Locus a definito eſt habitudo definiti ad definitionem.Et continet ſimiliter quatuor argumenta,& quatuor maximas ſicut locus a definitione, Primo,ſubiiciendo definitum affirmatiue, ut homo currit,ergo animal rationale mortale currit. Locus a definito, maxima,Quicquid prædicatur de definito,& de definitione.Secundo, prædicãdo definitum affirmatiue,ut Socrates eſt homo, ergo Socrates eſt animal rationale mortale. Locus a definito, maxima, De quocunque prædicatur definitum,& definitio. Tertio, ſubiiciendo definitum negatiue ſic,homo non currit,ergo animal rationale mortale non currit.Locus a definito,maxima,quicquid remouetur a definito, & a definitione.Quarto,prædicando definitum negatiue ſic, lapis non eſt homo,ergo lapis non eſt animal rationale mortale. Locus a definito,maxima,A quocunque remouetur definitum, & definitio.

F G H

Et ſciendum, ꝙ denominatur locus ab inferente, & non ab illato. Vnde, quando definitio eſt inferens, eſt locus a definitione, quando autem definitum eſt inferens, eſt locus a definito.

Poſtq̃ Auctor præmiſit diuiſionem loci a ſubſtantia, hic conſequenter determinat de membris eius,& primo de loco a definitione,quia eſt perfectior aliis.Et

A incipit determinare in ſpeciali de ſyllogiſmo dialectico, oſtendendo quō in particulari formatur ſecundū diuerſos locos ſpeciales. Et quia locus a definitione præſupponit ipſam definitionem. quia per ea definitur, ideo Auctor prius oſtēdit quid ſit definitio dicens, q definitio eſt oratio indicās quid eſt eſſe rei per eſſentialia. & dicitur oratio, eo q eſt quoddam complexum includēs diuerſa principia definiti, ſcilicet genus, & differentiam. quod quidem complexum eſt oratio imperfecta, & ſignificat quid eſt eſſe rei, quia explicat principia eſſentialia ſpeciei, ex quibus conſtat tota quiditas ſpeciei, ſcilicet genus, & differentia, quæ dicunt totum eſſe eſſentiale eius à prima potentia uſque ad ultimum actum tranſeundo per omnes actus intermedios. Et ſolum hic definitur definitio pro definitione quiditatiua. quæ eſt ſimpliciter definitio, & non pro definitione cauſali, quæ datur per cauſas extrinſecas definiti, nec pro definitione deſcriptiua, nec quid nominis.

Definitio qditatiua proprie eſt definitio.

B Primo ſciendum, quòd locus a definitione eſt habitudo definitionis ad definitum. & illa habitudo eſt habitudo identitatis, & conuertibilitatis, quia definitio dicit idem eſſentialiter, & conuertibiliter cum definito, & inde prouenit, quod quicquid affirmatur uel negatur de definitione, etiā affirmatur uel negatur de definito, & contra, de quocunque uerificatur definitio uel negatur, & etiam definitum, & contra. Et continet iſte locus quatuor argumenta, & quatuor maximas. primo ſubijciendo definitionem affirmatiue, ſecundo, prædicando tertio, ſubijciendo negatiue, & quarto, prædicando negatiue, quorum exempla, & maxime ſatis patent in texto & cauſa illarum maximarum redditur propter habitudinem definitionis ad definitum.

Secundo ſciendum, quòd licet definitio non ſit eadem eſſentialiter cum definito, tamen differt ſecundum rationem accidentalem ab eo, quia definitio dicit principia definiti, quę naturaliter præcedunt definitum, & capitur ſub modo plu-C rium, definitum uero ſequitur illa principia, & ſe habet per modum unius compoſiti ex illis principijs, & arguendo a definitione ad definitum, oportet arguere ab ipſa, eo modo, quo eſt eadem, & conuenit cum definito, & non ea parte qua differt ab ipſo, quia ſic non argueretur ab ea inquantum definitio eſt. & ſimiliter arguendum eſt a definito ad definitionem, ideo non ſequitur, animal rationale eſt oratio, ergo homo eſt oratio, quia ibi arguitur a definitione ea parte qua differt a definito, & non inquantum ipſa eſt definitio, & committitur fallacia accidentis. Similiter non ſequitur, homo eſt definitum, ergo animal rationale eſt definitum propter eandem cauſam, & ſimiliter diceretur de multis alijs. Tertio ſciendum, quòd locus a definito eſt habitudo definiti ad definitionem, & tenet quatuor modos ſicut locus a definitione primo ſubijciendo definitum affirmatiue, ſecundo, prædicando definitum affirmatiue, tertio, ſubijciendo definitum negatiue, quarto, prædicando definitum negatiue, quorum modo-D rum exempla, & maxime ſatis patent in textu. Ratio autem quare locus a definito ſimiliter tenet, ſicut locus a definitione eſt, quia ſicut definitio dicit eſſentialiter, & conuertibiliter idem cum definito, ita definitum cum definitione, & quia propter illam identitatem capiuntur modi quatuor arguendi a definito ad definitionem, ſicut etiam capiuntur quatuor modi arguendi a definitione ad definitum, eo quòd utrumque habet ad aliud ſimilem habitudinem.

Quonam mō a definitione, uerū uel falſum argumentū ſumatur.

Quarto ſciendum, quòd locus ſemper denominatur a termino inferente, & non a termino illato. cuius ratio eſt, quia locus eſt habitudo confirmatiua argumenti, per quam accipitur probatio conſequentis, & termini illati, ſed illa habitudo confirmatiua argumenti, & uirtus probatiua ipſius conſequentis eſt in ipſo termino inferente. ſ. in medio, & non in termino illato, ideo locus ſemper denominatur

Locus a termino inferēte denominat, nō a termino illato.

minatur à termino inferente, & non a termino illato. Et propter hoc, q̄n in antecedente ponitur definitio, dicitur locus a definitione, & quando ponitur definitũ, dicitur locus a definito. Tamen locus non denominatur a termino inferente materialiter accepto. ſed a termino accepto formaliter. ſ. ſub illa intentione rationis, qua eſt terminus inferens. ideo, cum dicitur, Socrates eſt homo, igitur Socrates eſt animal, quamuis homo ſit quoddam definitum, tamen non dicitur ibi eſſe locus a definito, uel ab homine, quia homo non eſt terminus inferens ſub ratione definiti ſiue hominis, ſed ſub ratione ſpeciei, ideo dicitur locus a ſpecie. & per hoc patent loci definitione & a definito. E

Argumẽ. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Vnumquodq; capit denominationẽ a ſuo ultimo actu, ſed differentia eſt ultimus actus definitionis, & ab ipſa definitio redditur conuertibilis cum definito, ergo differentia, cum prædicetur in quale, tota definitio debet prædicare in quale, & ſic definitio non ſignificat quid eſt eſſe rei. Secundo ſic. Arguendo ſic, animal rationale currit, ergo homo currit, eſt petitio principij, ergo ibi inconuenienter arguitur a definitione ad definitum, nec ille tenet ſubijciendo affirmatiue definitionem. F

Tertio ſic. Hæc eſt demonſtratio, homo eſt animal rationale, ergo homo eſt riſibilis. ergo prædicando definitionem affirmatiue de definito non eſt locus dialecticus, ſed demonſtratiuus. Quarto. Eadem eſt habitudo medians inter definitionem & definitum, & econtra, ſicut eadem eſt uia de ſurſum ad deorſum & econtra, ergo, cum locus ſit habitudo termini ad terminum, ſequitur quòd locus a definitione, & a definito non diſtinguitur. Quinto ſic. Vnumquodque capit denominationem a fine, ut habetur in ſecundo de Anima, ſed terminus illatus in loco ſe habet per modum finis, ergo denominatio loci debet fieri ab ipſo, & non a termino inferente.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet differentia prædicetur in quale, non tamen definitio. & ratio eſt, quia ſolum illud prædicatur in quale, quod dicit actum qualificantem, & determinantem potentiam præcedentem ipſum, ſicut differentia qualificat genus, quod determinat, ſed definitio, cum dicat totum eſſe ſpeciei a prima potentia uſque ad ultimum actum, non præſupponit aliquã potentiam, quam qualificet, ideo non prædicatur in quale. nec differentia eſt proprie ultimus actus definitionis, ſed eſſe aggregatum ex genere & differentia. ideo. Ad ſecundum dicitur, ꝙ ſi in illo argumento conſequens ſit notius reſpõdenti q̄ antecedens, tunc ibi eſt petitio principij, hoc eſt, ſi illud prædicatum, currit, notius dicatur de definito quàm de definitione in ordine ad ipſum, ſed, ſi econtra in ordine ad reſpondentem antecedens ſit notius conſequente, ibi eſt bonus locus dialecticus. quia ad locum dialecticum non oportet ſemper procedere a notioribus ſimpliciter, ſed a notioribus reſpectu reſpondentis, & in eodem argumento reſpectu diuerſorum reſpondentium poteſt eſſe locus dialecticus, & petitio principij, ſecundum quòd uni antecedens erit notius, & conſequens alteri. Ad tertium dicitur, ꝙ ſi in illa argumentatione oſtendatur concluſio propter habitudinem ipſorum principiorum hominis, puta animal rationale ad illam paſsionem, quæ eſt riſibile, ibi eſt bona demonſtratio, & oſtenditur propria paſsio ſubiecti per propria principia eius. Sed ſi oſtendatur illa concluſio uirtute habitudinis definitionis ad definitum, ſcilicet inquantum animal rationale, eſt definitio iſtius definiti, quod eſt homo, & ut illa habitudo fundatur in illa intentione communi, quæ eſt definitio, ibi eſt locus dialectus. Ad quartum dicitur, ꝙ licet a definitione ad definitum & econtra ſit eadem habitudo materialiter, eſt tamen differens formaliter, inquantum uirtus probatiua ſumitur a definitione uel a definito. Ad quintum dicitur, ꝙ licet in his quæ dicunt cauſalitatẽ G H

Petitio principij.

finis

A finis ſemper a fine fiat denominatio, non tamen in his, quæ dicunt cauſalitatem efficientis, ſed ibi ſumitur denominatio ab efficiente, modo locus dicit cauſalitatem efficientis, & illud efficiens eſt terminus inferens. ideo habet denominari a termino inferente, & non à termino illato.

De deſcriptione, & Locis a deſcriptione ſumptis.

DEſcriptio eſt oratio eſſe rei ſignificans per accidentalia, ut animal riſibile, eſt deſcriptio hominis. uel ſic, Deſcriptio eſt oratio conſtans ex genere & proprio, ut animal riſibile, Locus a deſcriptione eſt habitudo deſcriptionis ad deſcriptum. Et continet quatuor argumenta, & quatuor maximas, ſicut locus a definitione. Et formentur argu-
B menta & maxime hic, ſicut ibi, niſi, ꝙ ibi ponitur definitio, & definitum, hic autem deſcriptio, & deſcriptum ponitur.

Poſtq̃ Auctor determinauit de loco a definitione & definito, hic conſequenter determinat de loco a deſcriptione & deſcripto. primo definiens deſcriptionem, cuius cognitio requiritur ad cognitionem loci a deſcriptione dicens. Deſcriptio eſt oratio ſignificans quid eſt eſſe rei per accidentalia. & dicitur oratio, quia deſcriptio componitur ex pluribus, quorum unum contrahit aliud, & eſt quoddam complexum, ut animal riſibile. & ponit hic oratio. loco generis. deinde ponitur ſignificans quid eſt eſſe rei per accidentalia, ad differentiam definitionis, quæ ſignificat eſſe rei per eſſentialia. Et ratio huius aſsignari poteſt, quia illud, quod ſignificat eſſe rei per ea quæ conſequuntur ens in ſpecie completum explicat ipſum per accidentalia, cum omnia conſequentia eſſe rei in ſpecie completum ſint accidentalia, ſed deſcriptio explicat eſſe rei per illa, quæ conſequuntur ens in
C ſpecie completum, ideo explicat ipſum eſſe per accidentalia. Quid deſcriptio.

Primo ſciendum, ꝙ duplicia ſunt accidentia. Quædam ſunt communia, quæ conſequuntur principia indiuidui. Alia ſunt propria, quæ fluunt a principiis ſpeciei. Deſcriptio autem habet dari per accidentia propria & non communia, niſi inquantum plura accidentia communia capiuntur loco unius proprii, ſecundum ꝙ ultimum illorum reſtringit alterum. & per hoc faciunt unum conuertibile cum deſcripto, uerbi gratia, greſsibile bipes, ſunt ambo accidentia communia reſpectu hominis, & tamen hoc aggregatum greſsibile bipes, eſt unum conuertibile cum homine, eo ꝙ unum contrahit aliud, & econtra. & ideo illud aggregatum æquipollet uni accidenti proprio, quamuis ſint ibi plura accidentia communia. Et debet ſic intelligi definitio, deſcriptio eſt oratio ſignificans eſſe rei per accidentalia hoc eſt, per accidentia propria, uel communia appropriata. Et melius dicitur per accidentalia quàm per accidentia, quia quandoque deſcriptio datur per inferiora
D alicuius ſuperioris, & quandoque per modos eſſendi ſubiecti, & iſta non ſunt uera accidentia, ſed bene dicuntur accidentalia, quæ habent modum accidentiũ. Quæ accñtia, deſcriptionẽ ingrediãtur.

Secundo ſciendum, ꝙ aliter ſic definitur deſcriptio. Deſcriptio eſt oratio conſtans ex genere & proprio, ut animal riſibile, eſt deſcriptio hominis, & includit genus, & proprium eius. aliter tamen ponitur genus in definitione & deſcriptione, quia genus conſideratum ut eſt principium formale & eſſentiale ſpeciei, ponitur in definitione quiditatiua, ſed, ut eſt principium effectiuum proprii, quod cauſatur effectiue a genere & differentia, ponitur in deſcriptione. Vnde deſcriptio dupliciter capitur uno, modo generaliter, pro quacunque oratione quæ explicat eſſe rei per accidentalia, ſiue ſint propria ſiue appropriata, ſiue ſint cauſæ extrinſecæ, ex quibus fit definitio cauſalis, & ſic capit deſcriptio in Alia deſcriptionis definitio.

prima-

prima definitione. alio modo capitur ſpecialiter ſolum pro illa oratione, quæ fit ex genere, & proprio accidente. & hoc modo capitur deſcriptio in hac definitione eius, ideo hæ definitiones diuerſimode dantur de deſcriptione. E

Deſcriptio quõ facit locũ intrinſecum. Tertio ſciendum ꝙ deſcriptio cauſat locum a ſubſtantia, quia dicit idem realiter, & conuertibiliter cum deſcripto. & quicquid uerificatur de uno, uerificatur etiam de alio, & de quocunque uerificatur deſcriptio, & deſcriptũ, & econtra, propter conuertibilitatem eorum adinuicem. & licet deſcriptio explicet eſſe rei per accidentalia, quæ concomitantur ſubſtantiam rei, tamen ipſa accipitur, & ſupponit pro eodem in ſubſtantia cum ſuo deſcripto, ut dicendo, animal riſibile currit, ergo homo currit ibi animal riſibile, ſupponit pro eiſdem ſuppoſitis, & pro eodem in ſubſtantia, ſicut homo. ideo facit locum a ſubſtantia.

Locus a deſcriptione, & eius maximæ. Quarto ſciendum, quòd locus a deſcriptione eſt habitudo deſcriptionis ad deſcriptum, quæ quidem habitudo eſt habitudo conuertibilium adinuicem, & continet quatuor argumenta, & quatuor maximas. Primo ſubiiciendo affirmatiue deſcriptionem, ſecundo, prædicando eam affirmatiue, tertio, ſubiiciendo negatiue, quarto prædicando negatiue. Exempla, & maxime eodem modo hic accipiuntur ſicut in loco a definitione, nominando ſolum definitionem deſcriptionem, & capiendo deſcriptum loco definiti. Sed locus a deſcripto eſt habitudo deſcripti ad deſcriptionem, & habet quatuor argumenta, & quatuor maximas, ut præcedens. ſ. ſubiiciendo affirmatiue, & prædicando affirmatiue, & ſubiiciendo, & prædicando negatiue, & eodem modo formando argumenta, & maximas, ſicut in loco a definito. & ſic patet de loco a deſcriptione & deſcripto. F

Argumen. Contra prædicta arguitur primo ſic. Si deſcriptio definiatur, hoc erit per aliam deſcriptionem, cum ipſa non habeat definitionem quiditatiuam, cum ſit quoddam complexum, & iterum illa deſcriptio, per quam deſcriberetur, haberet aliam deſcriptionem eadem ratione, & ſic eſſet proceſſus in infinitum, quod eſt inconueniens, ergo deſcriptio non poteſt definiri. Secundo ſic. Quod ſignificat accidentia rei, non ſignificat eſſe rei, ſed deſcriptio ſignificat accidentia rei, quia datur ſolum per accidentalia. ergo non ſignificat eſſe rei. Tertio ſic. Omnis deſciptio debet dari per accidentalia ſpeciei, ſed genus & proprium ambo ſunt eſſentialia ſpeciei, quia genus eſt de eſſentia eius, & proprium immediate conſequitur eius eſſentiam. ergo nulla deſcriptio datur per genus, & proprium. Quarto ſic. Dicendo homo eſt animal riſibile, ergo homo non eſt lapis. ibi eſt habitudo deſcriptionis ad deſcriptum, & econtra, & tamen ibi non eſt locus a deſcriptione, nec a deſcripto, ſed a diſperatis, ergo contra definitiones illorum locorum. Quinto ſic. Non ſequitur, animal riſibile componitur ex genere & proprio, ergo homo componitur ex genere, & proprio, & tamen ibi arguitur a deſcriptione ad deſcriptum, ſubiiciendo deſcriptionem affirmatiue, ergo ille locus a deſcriptione non eſt bonus. G

Solutiões. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ deſcriptio accepta ſub intentione incomplexa, definitur per aliam deſcriptionem, & illa deſcriptio non habet ulterius definiri per aliam, eo quòd eſt quoddam complexum cum hoc, quia talis deſcriptio eſt particularis. modo particularium non eſt definitio nec deſcriptio, ideo non oportet procedere in infinitum in deſcriptionibus. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet deſcriptio, quæ datur ſolum per accidentalia, de ſuo formali ſignificato tantum ſignificet accidentia rei, tamen de ſuo materiali ſignificato importat eſſe eſſentiale rei, quod per illa accidentia explicatur a poſteriori, & etiam ſupponit pro eſſentia rei. Ad tertium dicitur, ꝙ licet genus & proprium ſint eſſentialia ſpeciei inquantum reſpiciunt eſſentiam eius, tamen poſſunt dici accidentalia, inquantum genus eſt cauſa effectiua proprii, & proprium conſequitur H

Genus & proprium quo pacto

totum

A totum eſſe completum ſpeciei, quia etiam genus & differentia nō cauſant ipſum proprium, niſi poſt eſſe completum ſpeciei; ideo genus aliquo modo cōſequitur eſſe ſpeciei inquantum eſt cauſa proprii. Ad quartum dicitur, q; licet in illo argumento ſit habitudo deſcriptionis & deſcripti inter terminos antecedentis, non tamen inter terminum inferentem & terminum illatum, quia animal ſenſibile eſt ibi terminus inferens cum ſit medium, & lapis eſt terminus illatus, & inter ipſos non eſt habitudo deſcriptionis ad deſcriptum, nec econtra. eſſētialia, & acciden talia ſpēcē poſſint.

Ad quintum dicitur, q; ibi non arguitur a deſcriptione ea parte, qua conuenit cum deſcripto, ſed ea parte qua differt ab ipſo. ideo ibi committitur fallacia accidentis, nec bene arguitur per locum a deſcriptione.

De Interpretatione duplici, & Locis ab interpretatione ad interpretatum.

B

INterpretatio eſt duplex, quædam enim eſt quæ non conuertitur cum interpretato ſuo, ut læders pedem eſt interpretatio huius nominis lapis. Alia autem eſt quæ conuertitur cum interpretato ſuo, ut amator ſapientiæ eſt interpretatio huius nominis Philoſophus, & hoc modo ſumitur hic, & definitur ſic. Interpretatio, eſt expoſitio unius nominis minus noti per aliud nomen magis notum uel per integram orationem, locus a nominis interpretato eſt habitudo interpretationis ad interpretatum. Et continet tot argumenta, & tot maximas, ſicut locus a definitione, primo ſubiiciendo interpretationē af-C firmatiue, ut amator ſapentiæ currit, ergo Philoſophus currit, Locus a nominis interpretatione, maxima, Quicquid prædicatur de interpretatione, & de interpretato, Secundo a parte prædicati, ut Socrates eſt amator ſapientiæ, ergo Socrates eſt Philoſopus, locus a nominis interpretatione, maxima, De quocunq; prædicatur interpretatio, & interpretatum, negatiue ſic a parte ſubiecti, Amator ſapientiæ nō inuidet, ergo Philoſohus non inuidet. Locus a nominis interpretatione, maxima, Quicquid remouetur a nominis interpretatione, & ab interpretato. ſimiliter & in prædicato, Socrates non eſt amator ſapiētiæ, ergo Socrates non eſt Philoſophus. Locus a nominis interpretatione, maxima, A quocunq; remouetur interpretatio, & interpreta-D tum. Et nota, q; tot argumenta ſumuntur ab interpretato, quot ab interpretatione, ſicut in definito & deſcripto dictum eſt.

Poſtq̄ Auctor determinauit de loco à deſcriptione ad deſcriptum, & ecōtra, hic conſequenter determinat de loco ab interpretatione ad interpretatū, primo diſtinguendo modos interpretationis. quia quędam eſt interpretatio non conuertibilis cum interpretato, & hæc eſt duplex. quia quædam eſt in plus, & excedit interpretatum, ut lædens pedem eſt interpretatio lapidis, & de pluribus uerificatur q̄ lapis, alia eſt exceſſa ab interpretato, quæ de paucioribus uerificatur q̄ interpretatum, ſicut perfectum & perfecte factum, nam perfectum dicitē de Deo & creaturis, ſed perfecte factum, ſolū dicitur de creaturis. Alia eſt interpretatio Interpretationis multiplicitas.

conuerti

conuertibilis cum interpretato, ut Amator ſapientiæ eſt interpretatio huius no minis Philoſophus, & conuertitur cum ipſo, dicitur. n. Philoſophus a Philos, quod eſt amator, & ſophos, ſapientia, quaſi Amator Sapientiæ. E

Primo ſciendum, q ab interpretatione non conuertibili non ſumitur locus a ſubſtantia, eo q non dicit idem conuertibiliter cum interpretato, quod tamē requiritur in loco a ſubſtātia, ſed ab ea ſumitur locus ſophiſticus, ſi ſit cōmuuior ipſo interpreta o. Sed ab interpretatione conuertibili ad interpretatum tantū ſumitur locus dialecticus, qui eſt locus a ſubſtantia, quia talis interpretatio dicit idem conuertibiliter & realiter cum ſuo interpretato, & de ipſa ſolum eſt hic ad propoſitum, & definitur ſic. Interpretatio eſt expoſitio unius nominis minus noti per aliud nomen magis notum.

Etymologia, tranſlatio & interpretatio & de illorum locis. Secundo ſciendum, q etymologia, tranſlatio, & interpretatio ſic inter ſe differunt. quia Etymologia, eſt expoſitio unius dictionis per alias dictiones eiuſdem idiomatis, ut dr̄ Sol quaſi ſuper omnia lucēs, & Luna dicitur, quaſi luce nitēs alie na. Sed tranſlatio eſt mutatio ſermonis de uno idiomate in aliud, ut cum muta tur grǣcū in latinū, ut Kyrios grǣce, eſt dominus latine. Sed interpretatio, eſt, qñ una dictio exponitur per alias dictiones, eiuſdē idiomatis, uel diuerſorum, & ſic interpretatio eſt ſuperius ad etymologiā, & diſtinguitur cōtra tranſlationem in qua nō eſt expoſitio nominis, ſed mutatio ſermonis in ſermonē extrinſecū. ideo ab ipſa ſumitur locus extrinſecus, ſed in aliis ſumitur locus intrinſecus quia gñaliter dicitur locus ab interpretatione ad interpretatū. Tertio ſciēdum, q locus ab interpretatione eſt habitudo interpretationis ad interpretatū. & tenet quatuor modos ſicut præcedentes. Primo, ſubiiciendo interpretationē affirmatiue, ſecundo, prǣdicando affirmatiue, tertio ſubiiciendo negatiuæ, quarto prædicando negatiue. & formantur argumenta. & maxime ſicut in præcedentibus. Sed locus ab interpretato eſt habitudo interpretati ad interpretationem, & tenet etiam quadrupliciter, ſicut locus ab interpretatione. ratio eſt, quia interpretatio, & interpretatum inter ſe conuertuntur, ideo utriuſque ad alterum habitudo eodem modo tenet poſſunt eodem modo formari argumenta, & maxime ſicut in præcedentibus. F G

Loci alii 4 reducibiles ad locos a ſubſtantia. Quarto ſciendum, q præter iſtos locos ſubſtantia prius poſitos, ſunt adhuc alii plures loci, minus principales reducibiles ad prædictos. ſ. locus a ſynonimo ad ſynonimum, ut Tullius currit. ergo Marcus currit. Et a differentia magis propriam ad ſpeciem, ut rationale currit, ergo homo currit. uel econtra. locus a ſpecie ad differentiam. & locus a proprio ad ſpeciem & econtra, ut riſibile eſt animal, ergo homo eſt animal. & locus ab exponentibus ad expoſitum, uel econtra, ut homo currit, & nihil aliud ab homine currit, ergo tantum homo currit. Vnde locus a ſynonimo ad ſynonimum, & a differentia ad ſpeciem, & econtra. reducuntur ad locum a definitione, uel a definito, quia ibi terminus inferens, idē dicit eſſentialiter & conuertibiliter cum termino illato, & inde ſumitur uirtus probatiua in loco a definitione, uel a definito. Sed locus a proprio ad ſpeciem reducitur ad locum a deſcriptione, eò q proprium ſe habet tanquam ultima differentia in deſcriptione. & locus a ſpecie ad proprium reducitur ad locum a deſcripto. Sed locus ab exponentibus ad expoſitum reducitur ad locum ab interpretatione. unde generaliter in omni loco a ſubſtantia, terminus inferens, & terminus illatus conuertuntur inter ſe, & propter illam conuertibilitatem ſumuntur omnes loci, & maxima a ſubſtantia. Et poſſet poni unus locus generalis. ſ. locus a conuertibilibus, in quo continentur generaliter omnes loci a ſubſtantia. & poſſet argui quatuor modis per illum locum, & etiam poſſunt formari quatuor maxime. Prima eſt, quicquid uerificatur de uno conuertibilium, ue- H

rificatur

A rificatur de reliquo. Secunda eſt, de quocunque uerificatur unum conuertibilium & reliquum. Tertia eſt, quicquid negatur de uno conuertibilium, negatur de alio. Quarta eſt, de quocunque negatur unum conuertibilium, & aliud.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Sicut ſe habet definitio ad definitum, ita ſe habet interpretatio ad interpretatum, ſed omnis definitio eſt conuertibilis cum difinito, ergo omnis interpretatio eſt conuertibilis cum interpretato. Secundo ſic. Bene ſequitur, aer non eſt lædens pedem, ergo non eſt lapis, ergo ab interpretatione non conuertibili ſumitur locus dialecticus. & econtra ſequitur, hoc corpus, eſt lapis, ergo eſt lædens pedem, ergo. Tertio ſic. Dicendo, intelligere eſt intus legere, eſt interpretatio, & tamen ibi non eſt expoſitio unius nominis, ſed uerbi quodammodo, ergo contra definitionem interpretationis. Quarto ſic. In definitione eſt expoſitio unius uocabuli per aliud, uel per plura, & tamen definitio non eſt interpretatio, ergo iſta definitio conuenit aliis a definito. Quinto B ſic. Non ſequitur, ruſticus eſt amator ſapientiæ, ergo ruſticus eſt Philoſophus, & tamen arguitur ab interpretatione ad interpretatum, prædicando affirmatiue interpretationem, ergo iſte locus non tenet. Argumen.

Ad argumenta Ad primum dicitur, ꝙ ſicut difinitio explicat difinitum, ita interpretatio explicat interpretatum, ſed tamen interpretatio, quę eſt difinitio quid nominis. non ſemper ſumitur a proprietate conuertibili cum interpretato, ſicut definitio ſemper ſumitur a differentia conuertibili cum ſpecie, ideo non oportet ꝙ omnis interpretatio ſit conuertibilis, ſicut quælibet definitio, eſt enim aliquo modo ſimile, & aliquo modo diſſimile. Ad ſecundum dicitur, ꝙ bene ſequitur, aer non eſt lædens pedem, ergo aer non eſt lapis, ſed non per locum a ſubſtantia, ſed arguendo a ſuperiori ad inferius negatiue. &, ſi argueretur affirmatiue, eſſet fallacia conſequentis. Vnde, quando interpretatio excedit interpretatum, ipſa ſe habet ut genus, & interpretatum ut ſpecies, econtra, quando interpretatio C exceditur, ipſa ſe habet ut ſpecis, & interpretatum, ut genus, & ſic ibi poſſunt formari loci a genere ad ſpeciem, & econtra. Ad tertium dicitur, quod, ſi capiatur nomen ſpecialiter, ut eſt dictio ſignificans per modum permanentis ibi non eſt expoſitio nominis, ſed ſi capiatur generaliter, ut eſt nota mentis, ſicut capitur in præſenti definitione, ſic ibi eſt expoſitio nominis, quia uerbum ſub nomine hoc modo accepto continetur. Ad quartum dicitur, ꝙ licet definitio ex conſequenti dicat expoſitionem nominis definiti, non tamen primo, & per ſe, ipſa n. primo explicat eſſe rei ſignificatæ per nomen, & ex conſequenti explicat nomen quantum ad ſignificationem econtra uero, interpretatio primo explicat nomen, & ex conſequenti ſignificationem, & pro eodem ſupponit cũ interpretato. Ad quintum dicitur, ꝙ licet ruſticus appetat uel deſideret ſapientiam, nõ tamen amat ipſam. Eſt n. deſiderium appetitus rei abſentis, & nondum habitæ, ſed amor eſt delectatio appetitus ratione rei iam habitæ, ſed ruſticus carens ſcientia non habet talem D delectationem, quare non eſt amator ſapientiæ. Et hæc de locis a ſubſtantia. Solutio.

De loco a Concomitantibus ſubſtantiam, deque multiplici toto diſtincto, et De Locis a Genere ad ſpeciem, & contra, ac modis arguendi, & maximis.

SEquitur de loco a concomitantibus ſubſtantiam, qui eſt quando ſumitur argumentum ab eis, quæ conſequuntur terminos poſitos in quæſtione. Et diuiditur ſic, quia alius eſt a toto, alius eſt a parte, alius a cauſa, alius ab effectu, alius a generatione, alius a corruptione, alius

alius ab uſibus, alius a communiter accidentibus. Locus a toto diuiditur ſicut ipſum totum. Eſt enim quoddam totum uniuerſale, aliud integrale, aliud in quantitate, aliud in modo, aliud in loco, aliud in tempore, & ſimiliter diuiditur locus a toto, quia alius locus a tempore eſt a toto uniuerſali, alius a toto integrali, & ſimiliter diuiditur. Totum uniuerſale ut hic ſumitur eſt quodlibet ſuperius ſubſtantiale ad ſuum inferius in linea prædicamentali, ut animali ad hominem pars ſubiectiua eſt, quolibet inferius ſub toto uniuerſali, ut homo ad animal. Locus a toto uniuerſali ſiue a genere eſt habitudo ipſius ad ſuam partem, ſiue ad ſuam ſpeciem, & eſt ſemper deſtructiuus, ut lapis non eſt animal, ergo lapis non eſt homo. Locus a genere, maxime, Remoto genere ſiue toto uniuerſali remouetur ſpecies, ſiue pars ſubiectiua. Locus a ſpecie ſiue a parte ſubiectiua eſt habitudo ipſius ad ſuum genus, ſiue ad ſuum totum, & eſt ſemper conſtructiuus. Et continet duo argumenta, duas maximas primo ſubiiciendo ſpeciem affirmatiue, ut homo currit, ergo animal currit. Locus a ſpecie, ſiue a parte ſubiectiua, maxima, Quicquid prædicatur de ſpecie ſeu parte ſubiectiua, hoc etiam prædicatur de genere ſiue toto uniuerſali. E F

Secundo prædicando ſpeciem affirmatiue, ut Socrates eſt homo, ergo Socrates eſt animal. locus a ſpecie, maxima, De quocunque prædicatur ſpecies, ſeu pars ſubiectiua, de eodem prædicatur genus ſeu totum uniuerſale. G

Locus a cõcomitantibus ſubſtãtiã, & ſpecierũ eius numerus.

Poſtquam determinatum eſt de loco a ſubſtantia, hic conſequenter Auctor determinat de locis a concomitantibus ſubſtantiam. Vnde locus a concomitantibus ſubſtantiam, eſt quando ſumitur argumentum ab his quæ conſequuntur terminos in quæſtione poſitos. Ponit autem octo ſpecies ſiue modos eius, qui ſunt locus a toto, locus a parte, locus a cauſa, ab effectu, a generatione, a corruptione, ab uſibus, & locus a communiter accidentibus, & horum locorum differentiæ, & definitiones inferius ſatis patebunt. Et inter omnes iſtos locos Auctor prius determinat de loco a toto, & de loco a parte quaddammodo coniunctim, quia unus cognoſcitur per alium. Et quia non uolemus bene cognoſcere locum a toto in ſpeciali, niſi cognoſceremus ipſa tota, ideo determinando de quolibet loco a toto, & a parte, in ſpeciali ponit definitiones cuiuslibet totius & partis.

Totius, & partis multiplicitas, & oppoſitio.

Primo ſciendum, ꝙ totum diuiditur per totum uniuerſale, integrale, in quantitate, in modo, in loco, & totum in tempore, quorum ſufficientia ſic habetur, quia omne totum continet ſub ſe aliquas partes, uel ergo continet eas in potentia tantum, uel in actu, ſi primum hoc eſt dupliciter, uel dicit totam eſſentiã ſuæ partis, uel tantum partem illius eſſentiæ, ſi primum, ſic eſt totum uniuerſale, ſi ſecundum, ſic eſt totum in modo. Si uero continet ſuas partes in actu, hoc eſt dupliciter, uel tale ſumitur per modum unius indiuiſi, & ſic eſt totum integrale, uel per modum unius diuiſi & multiplicati per ſua inferiora, & hoc dupliciter, quia uel importatur nominaliter, & ſic eſt totum in quantitate, uel aduerbialiter, & hoc dupliciter, quia uel habet partes in ſucceſſione, & ſic eſt totum in tempore, uel in permanentia, & ſic eſt totum in loco. Et, quia totum & pars opponuntur H

A nuntur relatiue, ideo tot ſunt modi partis, quot ſunt modi totius, & etiã quia locus a toto & a parte multiplicantur ſecundũ diuiſionem totius & partis, ideo ſunt ſex loci a toto, & ſex a parte, inter quos Auctor prius determinat de loco a toto uniuerſali, ratione cuius primo ponit diffinitionem totius uniuerſalis.

Secundo ſciendum, ꝙ totum uniuerſale eſt ſuperius eſſentiale alicuius inferioris. & non capitur hic ſuperius ſolum pro genere, & inferius pro ſpecie, quæ ordinantur ſecundum ſuperius & inferius in recta linea prædicamentali, ſed capitũ generaliter ſuperius pro quocunque magis communi, quod prædicatur per modum generis de pluribus inferioribus, ſiue illud ſuperius ſit ens reale, ſiue rationis, ſiue ſit uniuocum, ſiue analogum. Et dicitur tale ſuperius totum, eo quòd in ſuo ambitu continet ſua inferiora tanquam partes, & dicitur uniuerſale, eo quòd eſt unum in multis. Sed pars ſubiectiua eſt inferius alicuius ſuperioris, ſicut eſt ſpecies reſpectu generis, & indiuiduum reſpectu ſpeciei, & generaliter omne mi- Quid totũ uniuerſale, & pars ſubiectiua.

B nus commune reſpectu magis communis, quod de ipſo eſſentialiter prædicatur. Et dicitur pars ſubiectiua, quia ponitur ſub ſuo toto in ordine ſubiectionis & prædicationis.

Tertio ſciendum, ꝙ locus a toto uniuerſali eſt habitudo totius ad ſuam partem ſubiectiuam. & non tenet iſte locus conſtructiue.i.affirmatiue. cuius rõ eſt, quia totum uniuerſale communius eſt ſua parte ſubiectiua. ideo non oportet ꝙ, ſi aliquid uerificetur de eo ſecundum ꝙ eſt in una parte eius ꝙ propter hoc uerificetur de ipſo ſecundum ꝙ eſt in alijs partibus nec oportet, ſi ipſum uerificetur de aliquo, ꝙ de ipſo uerificetur ſua pars ſubiectiua, ut non ſequitur, aſinus eſt animal, ergo aſinus eſt homo. quia ſi de aliquo uerificatur genus, non oportet de ipſo quamlibet ſpecierum eius uerificari. ideo non tenet iſte locus conſtructiue, ſed bene tenet deſtructiue.i.negatiue, prædicando totum uniuerſale, ut bene ſequitur, lapis non eſt animal, ergo lapis non eſt homo. Maxima eſt, a quo- Locus a toto uniuerſali, & modus arguẽdi in eo.

C cunque remouetur totum uniuerſale, & quælibet eius pars. Et ratio huius eſt, quia totum uniuerſale eſt communius ſua parte ſubiectiua, & præſupponitur in qualibet eius parte, ergo ipſo remoto, remouentur omnes eius partes.

Quarto ſciendum, ꝙ locus à parte ſubiectiua, ſiue à ſpecie, eſt habitudo eius ad ſuum totum. & non tenet iſte locus negatiue. quia ad negationem ſpeciei. ſiue minus communis non ſequitur negatio generis, ſiue magis communis. quia ſpecie deſtructa, genus poteſt remanere in alijs ſpeciebus. Sed tenet affirmatiue duobus modis. Primo modo ſubijciendo ſpeciem, ut homo currit, ergo animal currit. Vnde locus a ſpecie, uel a parte ſubiectiua ad genus ſiue ad ſuum totum, tenet affirmatiue maxima, quicquid prædicatur de ſpecie, & de genere. Secundo prædicando eam affirmatiue, ut Socrates eſt homo, ergo Socrates eſt animal, maxima. De quocunque prædicatur ſpecies, & ſuum genus. Et huius ratio eſt, quia genus ſiue ſuperius eſſentiale, actu & intellectu continetur in ſuo inferiori. ideo Modus arguendi a pte ſubiectiua ad ſuũ totũ.

D quicquid prædicatur de inferiori, uerificatur de ſuperiori, & de quocunque uerificatur inferius, & etiam ſuperius actualiter in eo contentum, & per hoc patent loci a toto uniuerſali, & a ſua parte ſubiectiua.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Superius eſſentiale eſt pars ſui inferioris, ſicut genus eſt pars ſpeciei.i.ergo tale ſuperius non eſt totum uniuerſale, & ſic male definitur totum uniuerſale. Secundo arguitur ſic. Quicquid prædicatur de ſuperiori prædicatur de eius inferiori, ut patet per primam regulam ante prædicamentalem.ſ. Quando alterum de altero prædicatur &c. ergo arguendo a ſuperiori ad inferius bene tenet locus conſtructiue. Tertio ſic. Non ſequitur animal non currit, ergo homo non currit, quia quieſcente aſino, & homine currente, antecedens erit uerum & conſequens falſum, & tamen arguitur de genere ad ſpeciem Argumen.

ſpeciem negatiue,ergo ille locus non tenet deſtructiue. Quarto ſic. Bene ſequitur, homo non eſt albus, ergo animal non eſt album. quia ex oppoſito contradictorio conſequentis ſequitur oppoſitum antecedẽtis, ut omne aial eſt album, ergo omnis homo eſt albus,& tamen ibi arguitur a parte ſubiectiua ad ſuum totum deſtructiue,ergo iſte locus tenet deſtructiue. Quinto ſic. Non ſequitur,Socrates incipit currere, ergo Socrates incipit moueri. & tamen arguitur a ſpecie ad genus conſtructiue,ergo locus a ſpecie ad genus non tenet affirmatiue. E

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ ſuperius eſſentiale,acceptum ut contractum eſt per ſuam differentiam ad ſua inferiora,bene eſt pars eſſentialis ipſorum ſed ipſum, acceptum in tota ſua communitate excedit quodlibet ſuorum inferiorum, & eſt totum uniuerſale ipſorum. Ad ſecundum dicitur, ꝙ in prædicationibus eſſentialibus & per ſe, quicquid dicitur de ſuperiori,dicitur etiã de eius inferiori per prædictam regulam,ſed in prædicatis accidentalibus,hoc nõ oportet propter cauſam prius dictam,ideo locus a genere non tenet in omnibus conſtructiue, & ſi in aliquibus teneat, hoc non eſt gratia habitudinis generis ad ſpeciem ſed uirtute alterius habitudinis, ſcilicet generis ad illud prædicatũ qđ ibi eſſentialiter conuenit.& ideo prædicatur de ſuis inferioribus,in quibus ſuperius actualiter continetur. Ad tertium dicitur, quòd ibi non arguitur deſtructiue a toto uniuerſali, eo quòd negatio non negat animal, ſed negat illud prædicatum,currit,de animali particulariter accepto, ideo ibi non arguitur negatiue, ſed affirmatiue.nec ualet conſequentia. Ad quartum dicitur,quòd ibi arguitur affirmatiue & non negatiue, quia ibi non negatur homo,ſed album de homine. ideo ibi non eſt bona conſequentia a ſpecie ad genus negatiue. Ad quintum dicitur, ꝙ ibi arguitur a ſpecie ad genus negatiue, eo ꝙ incipit, importat negationem,ut patet in expoſitione eius, tantum enim ualet, Socrates incipit currere, ſicut Socrates nunc non currit, immediate poſt hoc curret. F

Quæ hic dicuntur, his quæ in hiinus regulæ expõne dixerat, cõferas.

De toto integrali & eius parte, & de Locis ab illis ſumptis. G

TOtum integrale eſt quod eſt compoſitum ex partibus habentibus quantitatem, & pars eius dicitur pars integralis. Locus a toto integrali eſt habitudo ipſius ad ſuam partem. & eſt ſemper conſtructiuus,ut domus eſt, ergo paries eſt. Locus a toto integrali, maxima. Poſito toto integrali, ponitur quælibet eius pars. Locus a parte integrali eſt habitudo ipſius ad ſuum totum. & eſt deſtructiuus, ut paries non eſt,ergo domus non eſt. Locus a parte integrali, maxima. Parte deſtructa integrali.deſtruitur & ſuum totum.

Totũ integrale, & đ eius a cæteſis dña.

Poſtquam Auctor determinauit de loco a toto uniuerſali, hic conſequenter determinat de loco a toto integrali ipſum primo ſic definiens. Totum integrale eſt quod eſt compoſitum ex partibus quantitatem habentibus. In qua definitione ſubintelligitur ens loco generis,& ponitur eſt compoſitum, ad differentiam partium ſimplicium,& ponitur ex partibus quantitatem habentibus,ad differẽtiam totius uniuerſalis & totius Poteſtatiui,& aliorum totorum, quorum nullũ componitur ſub tali ratione ex partibus quantitatem habentibus. Vnde in hoc differunt totum uniuerſale,& totum integrale,& totum poteſtatiuum quia uniuerſale eſt ſecundum totam eſſentiam in qualibet eius parte, integrale uero,nec ſecundum totam eius eſſentiam, nec ſecundum totam eius uirtutem eſt in qualibet eius parte, ſed totum poteſtatiuum ſecundum totam eius eſſentiam adeſt cuilibet H

libet

A libet eius parti, non tamen ſecundum eius uirtutem, ut animal rationalis reſpectu uegetatiui ſenſitiuis, & intellectui.

Totum homogeneũ, & heterogeneum.

Primo ſciendum, ꝙ duplex eſt totum integrale. ſ. homogeneum & heterogeneum. Totum homogeneum eſt quod eſt eiuſdem naturæ in omnibus ſuis partibus, quarum quælibet recipit prædicationem ſui totius, ut terra, & aer. unde quęlibet pars terræ eſt terra, & quælibet pars aeris eſt aer. Et dicitur homogeneum ab homios, quod eſt ſimile, & genos quod eſt genus, quaſi ſimilis naturæ in omnibus ſuis partibus. Sed totum heterogeneum eſt quod eſt diuerſæ naturæ in omnibus ſuis partibus, & non poteſt prædicari de qualibet eius parte, ut homo, & equus. homo enim habet partes diuerſas, ut ſunt os, caro, & ſanguis, nec poteſt de ipſis prædicari in recto. Et dicitur heterogeneum ab heteron, quod eſt uarium, & genos, quod eſt genus, quaſi aliquid diuerſæ naturæ ſeu uariæ in omnibus ſuis partibus. Et cuilibet iſtorum conuenit præſens definitio.

pars integralis, & qũo ex ea ad ſuũ totũ arguat.

B Secundo eſt ſciendum, ꝙ pars integralis eſt pars quantitatiua componens totũ integrale. & qñq; uocatur pars materialis, qñq; pars integralis, & quandoque pars quantitatiua tamen ſecundum diuerſas rationes. Dicitur.n. materialis inquantum includit partem materię ipſius compoſiti, & dr̃ quantitatiua, eo ꝙ includit quantitatem, & eſt compoſita ex materia quantitate. Sed dicitur integralis eo ꝙ integrat & perficit ſuum totum, & ſic ſunt eadem partes ſecundum ſubſtantiam, quæ dñr materiales integrales, & quantitatiuæ. Sed tales partes adhuc diſtinguuntur, quia quædam ſunt partes principales totius. & ſunt illæ, ſine quibus totum non põt eſſe, ſed de neceſsitate requiruntur ad eſſe totius, ut paries tectum, & fundamentũ reſpectu domus. Aliæ ſunt minus principales, quæ non ſunt neceſſariæ ad eſſe cõpoſiti, ſed tantũ ad bene eſſe, ſine quibus totum poteſt exiſtere ut feneſtra uel oſtium in domo. Et definitio prædicta, intelligitur de omnibus partibus. Sed locus a parte integrali ſolum ſumitur a partibus principalibus, &

C ſimiliter arguendo a toto ad partem oportet arguere ad partes principales.

Locus arguẽdi a toto ĩtegrali.

Tertio ſciendum eſt, ꝙ locus a toto integrali eſt habitudo ipſius ad ſuam partem integralem, & tenet conſtructiue, ut domus, ergo paries. Maxima, poſito toto integrali, ponitur quælibet eius pars. cuius rõ eſt, quia totum integrale componitͬ ex ſuis partibus principalibus, & neceſſario requiruntur ad eſſe ipſius, ergo poſito ipſo toto, neceſſario ponunͭ eius partes. Sed talis locus non tenet destructiue. cuius ratio eſt, quia partes totius integralis, ſecundum eſſe, priores ſunt ſuo toto, nec ab ipſo ſuſcipiunt eſſe. ergo deſtructo toto non oportet partes deſtrui. quia deſtructo poſterior, non pp hoc deſtruiͭ prius. iõ iſte locus nõ tenet deſtructiue.

Quarto ſciendum, ꝙ locus a parte integrali eſt habitudo ipſius ad ſuum totum. Et tenet deſtructiue, ut paries non eſt, ergo domus non eſt. Maxima deſtructa parte integrali, deſtruitur eius totum. cuius ratio eſt, quia deſtructo priori, deſtruitur poſterius, quod ab eo ſuſcipit eſſe, ſed totum integrale eſt poſterius

D ſuis partibus, & ab eis ſuſcipit eſſe ergo. Sed non tenet iſte locus affirmatiue, & ratio eſt, quia poſito priori, quod eſt in potentia ad poſterius, non eſt neceſſe ponere poſterius, ſed partes ſunt in potentia ad totum integrale, & præcedunt ipſum. ideo poſita parte, non ſequitur propter hoc poſitio totius.

Argumen.

Contra prædicta arguitur primo ſic Hæc oratio, homo eſt animal rationale, eſt totum integrale, & tamen non componitur ex partibus quantitatem habentibus, ergo contra definitionem totius integralis Secundo ſic. Non ſequitur domus ualet centum libras. ergo & paries. Vel domus eſt alba, ergo, & fundamentum eius, & tamen arguitur a toto integrali. ergo locus a toto integrali non tenet affirmatiue. Tertio ſic. Totum integrale dat eſſe ſuis partibus, quia ſimul unit, & actuat ipſas, ergo locus a toto integrali ualet deſtructiue.

Quarto ſic. Non ſequitur, Pes Socratis non eſt, ergo Socrates non eſt, & tamen E ibi arguitur a parte integrali ad ſuum totum. ergo locus a parte integrali non tenet negatiue. Quinto ſic. Bene ſequitur, pars aquæ eſt, ergo aqua eſt. & ſimiliter pars panis eſt, ergo panis eſt, & tamen ibi arguitur a parte integrali ad ſuum totum conſtructiue. ergo iſte locus non tantum ualet deſtructiue.

Solutiões.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ illa oratio non eſt totum integrale proprie & ſecundum ueritatem, ſed ſolum ſecundum ſimilitudinem, eo ꝙ integratur ex pluribus uocibus ſignificatiuis, ſicut totum integrale componitur ex partibus quantitatem habentibus, & eo modo, quo dicitur, totum integrale componitur ex partibus quantitatem habentibus ſecundum ſimilitudinem, eodem modo diceretur de aliis pluribus entibus rõnis, quæ ſe habent per modum totius integralis. Ad ſecundum dicitur, ꝙ locus a toto integrali ſolum tenet proprie quantũ ad exiſtentiã totius & partis reſpectu huius uerbi, eſt ſecundi adiacentis, ideo ibi non bene arguitur per iſtum locum, domus ualet centum libras, ergo & paries. nec F econtra argueretur a parte integrali, paries ualet centum libras, ergo & domus, quamuis ibi ſit bona conſequentia. tenet enim per locum a minore ad maius, non per habitudinem partis ad totum. Ad tertium dicitur, ꝙ totum integrale bene dat eſſe totius & eſſe communis ſuis partibus, ſed non dat ipſis eſſe proprium partium, ideo ipſo deſtructo, non eſt neceſſe ꝙ partes deſtruantur ſecundum eſſe proprium ipſarum. Ad quartum dicitur, ꝙ locus a parte integrali ſolum tenet arguendo a partibus principalibus. modo pes Socratis non eſt pars principalis eius, ideo ibi non bene arguitur per locum a parte integrali. Ad quintum dicitur, ꝙ licet bene ſequatur, pars aquæ eſt, ergo aqua eſt. tamen hoc non eſt propter habitudinem partis integralis ad ſuum totum, ſed partis ſubiectiuæ, quia in quolibet toto homogeneo partes integrales ſunt quantitatiuæ, & etiam ſubiectiuæ, eo ꝙ totum de ipſis prædicatur, ut ſuperius de inferiori, ſed ſecundum ſuum eſſe quantitatiuum, eſt totum integrale, & ſecundum ſuam eſſentiam ſecundum quã G uerificatur de omnibus ſuis partibus eſt totum uniuerſale, & ſic ibi poteſt ſumi locus a toto uniuerſali, & a toto integrali & locus a parte ſubiectiua & a parte integrali, ſed diuerſimode ſecundum diuerſas habitudines.

De toto iu Quantitate & Parte eius, atque de Locis & modis arguendi in eis.

Et eſt terminus cõmunis ſumptus cõfuſe & diſtributiue

TOtum in quantitate eſt quando uniuerſale ſumitur uniuerſaliter, ut omnis homo, nullus homo pars in quantitate & quodlibet inferius contentum ſub illo toto uniuerſali uniuerſaliter ſumpto. Locus a toto in quantitate eſt habitudo ipſius ad ſuam partem, & eſt conſtructiuus & deſtructiuus, conſtructiue ſic, ut omnis homo currit, ergo Socrates currit. Locus a toto in quantitate Maxima. Quicquid prædicatur de toto in quantitate, & de qualibet eius parte, uel ſi uniuerſalis H eſt uera, quælibet eius ſingularis eſt uera. Deſtructiue ſic, nullus homo currit. ergo Socrates non currit. Locus a toto in quantitate Maxima. Quicquid remouetur a toto in quantitate, remouetur a qualibet eius parte, uel ſi uniuerſalis eſt uera, quælibet eius ſingularis eſt uera. Locus a parte in quantitate eſt habitudo oĩum partium in quantitate ſimul ſumptarum ad ſuum totum. Et eſt conſtructiuus, & deſtructiuus. Conſtructiue, ut Socrates currit, Plato currit, Cicero currit, & ſic de-

A aliis, ergo omnis homo currit. Locus a parte in quantitate Maxima. Quicquid prædicatur de omnibus partibus in quantitate ſimul ſumptis, & de ſuo toto, uel ſi quælibet ſingularis non eſt uera, ſua uniuerſalis non erit uera. Vel, ſi quælibet ſingularis eſt uera, ſua uniuerſalis eſt uera. Deſtructiue ſic, Socrates non currit, Plato non currit, Cicero non currit, & ſic de ſingulis, ergo nullus homo currit. Locus a parte in quantitate Maxima. Quicquid remouetur a partibus in quantitate ſimul ſumptis, & a ſuo toto.

Totum in quãtitate.

Poſtquàm Auctor determinauit de loco a toto integrali hic cõſequenter determinat de loco a toto in quantitate, ipſum primo ſic definiens. Totum in quantitate eſt uniuerſale uniuerſaliter ſumptum .i. cum ſigno uniuerſali, ut oĩs hõ, ibi homo, eſt totum in quantitate non ſecundum ſe, ſed ſecũdum ꝙ eſt diſtributum per illud ſignum, oĩs, rõne cuius tenetur uniuerſaliter. quia ſi ſecundum ſe ſumatꝛ, eſt totum uniuerſale, & cum ſumitur uniuerſaliter, eſt totum in quantitate. In hoc.n. differunt illa duo tota, quia totum uniuerſale importat naturam uniuerſalem per modum unius in communi, & totum in quãtitate importat illam naturã per modũ pluriũ, inquantũ diuiſa eſt, & multiplicatata ꝑ ſua inferiora, ut cũ dr̃ omnis hõ, importatur natura humana ut diuiſa, & multiplicata per oĩa inferiora eius.

B

Ex quibus patet, ꝙ dicendo oĩs homo, illud aggregatum ex ſigno & termino cõi, non proprie dr̃ totum in quantitate, ſed terminus cõis diſtributus, uocatꝛ totum in quãtitate per ſimilitudinem ad quantitatem continuam. quia ſicut continuum eſt diuiſibile in plures partes, quarũ quælibet ſuſcipit prædicationẽ totius, ut linea diuiditur per pulres lineas, ſic tale totum multiplicatur per plures partes: de quibus poteſt prædicari ſecundum ſe. Patet ulterius ꝙ pars totius in quan-
C titate, eſt ſingulare, uel inferius contentum ſub uniuerſali diſtributo.

Locus a toto in quantitate ad ſuã partem & quõ teneat affirmatiue ac negatiue.

Primo ſciendum, ꝙ locus a toto in quantitate eſt habitudo eius ad ſuam partem. & tenet affirmatiue & negatiue. Affirmatiue ſic omnis homo currit, ergo Socrates currit, & Plato currit, & ſic de aliis. Maxima, Quicquid prædicatur de toto in quantitate, & de qualibet eius parte. cuius ratio eſt, quia omnes partes eius ſimul & actualiter includuntur in ipſo toto in quantitate, ſicut omnis homo includit Socratem & Platonem, & ſic de aliis. &, quia actualiter includit ſua inferiora, ideo poſito toto in quantitate, ponitur neceſſario quælibet eius pars. & ſic tenet affirmatiue. Negatiue ſic. Nullus homo currit, ergo Socrates non currit. Plato non currit, & ſic de aliis. Maxima, Quicquid negatur de toto in q̃titate, negatur etiam de quælibet eius parte, & eſt eadem ratio ſicut in præcedenti.

Duplex arguendi modus a toto in q̃titate ad partem ſuam.

Secundo ſciendum, quòd dupliciter poteſt argui per locum a toto in quantitate. primo, ſubiiciendo ipſum, ut prius uiſum eſt. alio modo prædicando ip-
D ſum, ut bene ſequitur Socrates uidet omenm hominem, ergo Socrates uidet Platonem, Calliam, & ſic de aliis & etiam prædicando in recto totum in quãtitate, ut Socrates eſt omnis homo, ergo Socrates eſt Plato, Callias, & ſic de aliis. quia quamuis illa propoſitio ſit falſa in qua prędicatur uniuerſale uniuerſaliter ſumptum, tñ aliqua talis poteſt eſſe alicui probabilis. ideo ſecundum ipſam bene poteſt formari ſyllogiſmus dialecticus. Vnde generaliter loquendo quotieſcũq; ponitur totum in quantitate, remanens totum in quantitate, ipſo poſito, ponuntur ſuæ partes, & ipſo remoto, remouentur.

Locus a ptibus totius ĩ q̃...

Tertio ſciendum, quòd locus a partibus totius in quantitate eſt habitudo illarum partim ad ſuum totum. Et tenet affirmatiue ſic. Socrates currit, Plato currit, & ſic de aliis, ergo omnis homo currit. Maxima poſitis partibus totius in

[Margin: ...tate ad ſuum totũ affirmatiue ac negatiue tenet.]

quantitate, ponitur & ipſum totum. Cuius ratio eſt, quia ad eſſe totius in quantitate ſufficit actualis poſitio, & unio ſuarum partiũ ſufficienter enumeratarum. Et tenet negatiue ſic, Socrates non currit, Plato non currit, & ſic de alijs, ergo nullus homo currit. Maxima, Deſtructis partibus totius in quantitate, deſtruitur ipſum totum. cuius ratio eſt, quia ad ſuum eſſe actuale requiruntur omnes ſuæ partes, eo ꝙ ipſum actualiter includit oẽs illas, ergo ipſi remotis, non manet ſuum eſſe. E

[Margin: Duo arguẽdi modi a ptibus totius in q̃titate ad ſuum totũ.]

Quarto ſciendum, ꝙ dupliciter põt argui a partibus totius in quantitate. vno modo accipiendo unam partem tñ, & ſic non tenet locus affirmatiue, nec ét negatiue, toto in quantitate remanente ſub forma totius in quantitate licet bene ualeat ad deſtruendum ipſum, quantum ad totalitatẽ eius. ut bene ſequitur, Socra. non currit, ergo non omnis homo currit. Sed quia in conſequente nõ remanet totum in quantitate, ideo ibi non bene arguitur per locum a parte totius in quantitate, ſed æquiualenter eſt ibi locus a ſpecie. quia Socra. eſt inferius ad aliquẽ hominem. alio modo põt argui cum ſufficienti enumeratione partiũ totius in quan- F titate, capiendo eas ſub nominibus propriis cum illa particula, & non ſunt plures, ſi ſint in numero determinato, & ſi ſint in numero incerto, debent capi aliquæ partes in numero finito, comprehendendo alias ſub illa particula communi, & ſic de alijs. Et ſic tenet iſte locus affirmatiue, & negatiue, ut dictum eſt.

[Margin: Argumẽ.]

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Totum uniuerſale, & totum in quantitate ſunt diuerſa tota, ut dictum eſt, ſed uniuerſale uniuerſaliter ſumptum eſt totum uniuerſale, quia eſt ſuperius eſſentiale, ergo non eſt totum in quantitate, & ſic definitio eſt inſufficiens. Secundo ſic. Non ſequitur, omnis homo currit, ergo Adam currit, cum antecedens poſsit eſſe uerum, & conſequens falſum, ergo locus a toto in quantitate non tenet conſtructiue. Tertio ſic. Deſtructa aliqua parte totius in quantitate deſtruitur ipſum totum, & tamen una deſtructa non oportet deſtruere alias, ergo deſtructo in quantitate non oportet deſtruere quamlibet eius partem. & ſic locus a toto in quantitate non tenet negatiue. Quarto ſic. Ar- G guendo a particularibus ad uniuerſale fit petitio principij, quia ibi petitur uniuerſale in ſuis ſingularibus. ergo a partibus in quantitate ad ſuum totum non eſt locus dialecticus. Quinto ſic. Non ſequitur, Socrates non eſt totum in quantitate, Plato non eſt totum in quantitate, & ſic de alijs, ergo omnis homo non eſt totum in quantitate, ergo locus a partibus totius in quantitate non ualet negatiue.

[Margin: Solutio.]

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet uniuerſale uniuerſaliter ſumptum ſecundum ſuum eſſentiam ſit totum uniuerſale, non tamen ſecundum eſſe ſub quo accipitur, quia accipitur ſub modo plurium, & non ſub modo unius, quod tamen requiri ad totum uniuerſale.

Ad ſecundũ dr̃, ꝙ in illo antecedente, homo, ſolum diſtribuiť pro pręſentibus, modo, Adã nõ eſt pręſens, ideo non eſt pars illius totius, nec arguiť a toto ad partem. Ad tertium dicitur, ꝙ licet deſtructa una parte totius in quantitate bene de- H ſtruatur ipſum totum quantum ad rationem totius, tñ non arguitur negatiue ab ipſo manente toto, quod tamen requiritur ad arguendum per iſtum locum. ſed, ſi ipſum totum teneatur ſub ratione totius, bene ualebit negatiue ad quamlibet eius partem. Ad quartum dicitur, ꝙ arguendo a partibus totius in quantitate ad ſuum totum reſpectu prædicati, quod notiori modo conuenit toti quàm partibus, fit petitio principij, ſed arguendo reſpectu prædicati, quod notiori modo conuenit partibus quàm toti, ibi eſt bonus locus dialecticus, ſiue illud prædicatum conueniat ipſis notiori modo ſimpliciter, ſiue quò ad nos, ſiue ſit in prædicatis eſſentialibus, ſiue accidentalibus, unde hic eſt bonus locus dialecticus, Socra. eſt ſubſtantia, Plato eſt ſubſtantia, & ſic de alijs, ergo omnis homo eſt ſubſtantia, & hoc, ſi antecedens ſit notius reſpondenti quàm cõſequens. Ad quintum dicitur,

[Margin: Petitio prĩcipii, de qua ſupra dictum eſt quõ fiat-]

ꝙ ibi

A ꝙ ibi arguitur a partibus in quantitate ea parte, qua differunt ab ipſo toto, & non ea parte, qua cum ipſo conueniunt, ideo conſequentia non ualet.

De Toto ac Parte in modo.

TOtum in modo, eſt ipſum uniuerſale ſumptum ſine determinatione, ut homo, Pars in modo, eſt uniuerſale ſumptum cum determinatione non diminuente, ut homo albus. Et, quia ſimiliter omnia formantur argumenta, & maximæ in hoc loco, a toto in modo, & ſua parte, ſicut in genere & ſpecie, ideo relinquantur exempla.

Poſtquam determinatum eſt de loco a toto in quantitate, hic conſequenter, Autor determinat de loco a toto in modo. ratione cuius primo ſic definit totum in modo dicens. Totum in modo. eſt uniuerſale ſumptum ſine determinatione, ut homo per ſe ſumptus dicitur totum in modo cuius ratio eſt, quia homo ſumptus ſine determinatione, eſt totum reſpectu ſuiipſius modificati, quia hõ in communi ſe extendit ad omnia ſua ſuppoſita. ſed, cum dicitur homo albus, homo ibi modificatur per illam determinationem albus, & ſolum ſumitur pro illa parte una ſuorum ſuppoſitorum. Et poteſt etiam dari alia rõ. quia uniuerſale ſumptum ſine determinationem ſecũdum ſe eſt ſine modo, ideo poteſt dici totũ in modo. i. ſine modo capiendo in priuatiue, ſed præcedens ratio melior eſt, qa, ſi daretur totum in modo priuatiue tantum, tunc totum uniuerſale poſſet dici totum in modo, ideo melius dicitur totum in modo, eo quòd eſt totum reſpectu partis in modo. ſ. reſpectu ſuiipſius, uel ſui inferioris modificati, unde in hac definitione ponitur ſine determinatione, ad differentiam partis in modo, quæ ſumitur cum determinatione. *Quid totũ in modo.* *Nota pulchrum dictum.*

C Primo ſciendum, ꝙ pars in modo eſt uniuerſale ſumptum cum determinatione non diminuente, uel eſt pars ſubiectiua alicuius ſuperioris ſumpta cum determinatione contrahente, ut homo albus, eſt pars in modo reſpectu hominis, & etiam reſpectu animalis. cuius ratio eſt, quia uniuerſale ſumptum cum determinatione contrahente reſtringitur ad ſtandum pro una parte ſuorum inferiorũ, ſi illa determinatio contrahat quo ad ſuppoſita. ideo uniuerſale, ſic acceptum, eſt pars reſpectu ſuiipſius accepti ſine determinatione & eſt etiam pars ſui ſuperioris ſumpti ſine determinatione, ut homo albus, eſt pars animalis, quia ſolũ continet partem ſuppoſitorum eius. unde in prædicta definitione ponitur uniuerſale, loco generis, & ponitur ſumptum cum determinatione, ad differentiam totius uniuerſalis, & ponitur non diminuente, ad differentiam dicti ſecundum quid, quod ſumitur cum determinatione diminuente. *De parte in modo quid ſit.*

D Secundo ſciendum, ꝙ triplex eſt determinatio, quædam eſt determinatio contrahens tantum, quæ non priuat nec diminuit rationem eius, cui adiungitur, ut albus eſt determinatio hominis, cum dicitur, homo eſt albus, & nullo modo tollit completam rationem hominis, alia eſt determinatio priuans, quæ totaliter priuat rationem eius, cui adiungitur, ut dicendo homo mortuus, ibi mortuus, priuat rõnem hominis alia eſt determinatio diminuens, quæ non tollit ſimpliciter rationem illius, cui adiungitur, ſed partim tollit, & partim relinquit, ſicut eſt imaginabile & opinabile reſpectu entis, ut dicendo ens opinabile, diminuit rationem entis, quia facit ipſum teneri in cõi, ut ſe extendit ad ens reale, & ad ens in apprehenſione, ſiue rationis. & ſic partim tollitur ratio entis & partim relinquitur. Et differunt in hoc illæ tres determinationes, quia ultimæ duæ faciunt dictum ſecundum quid, & ideo quælibet ipſarum facit locum ſophiſticum *Triplex determinationis genus.*

a dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter, unde non ſequitur, chymera eſt ens opinabile, ergo eſt ens, & ſic de multis aliis. Sed determinatio contrahens tantum quæ nullo modo diminuit. facit partem in modo, quę quidem pars quandoque uocatur dictum ſecundum quid, capiendo generaliter dictum ſecundum quid, pro omni dicto ſumpto cum determinatione aliqua, & totum in modo quandoque uocatur dictum ſimpliciter. E

Locus a toto in mõ.

Tertio ſciendum, ꝙ locus a toto in modo eſt habitudo ipſius ad ſuam partẽ. Et tenet deſtructiue, ſic, lapis non eſt homo, ergo lapis non eſt homo albus. Maxima, deſtructo toto in modo deſtruitur quælibet eius pars. cuius rõ eſt, quia deſtructo priori ſecundum naturam deſtruuntur poſteriora, ſed totum in mõ eſt prius & ſuperius reſpectu ſuę partis, quare ipſo deſtructo, deſtruiĩ ſua pars. ideo ille locus tenet deſtructiue, ſed non tenet conſtructiue, quia poſito ſuperiori non oportet ponere inferius, ſicut dictum eſt in loco a genere. Vnde iſte locus eodem mõ tenet, ſicut locus a genere, & locus a parte in modo tenet ſicut locus a ſpecie. F

Locus a parte ĩ modo.

Quarto ſciendum, ꝙ locus a parte in modo eſt habitudo ipſius ad ſuum totũ. & tenet conſtructiue duobus modis, primo modo ſubijciendo partem in modo affirmatiue. ut homo albus currit, ergo homo currit. Maxima, quicquid prædicatur de parte in modo, prædicatur de ſuo toto. & ratio eſt, quia quicquid prædicatur de inferiori. prędicatur de ſuo ſuperiori, quod actu & intellectu includ tur in inferiori, ſed totum in modo eſt ſuperius ad partem in modo, & actualiter in ea continetur. Alio modo tenet prædicando affirmatiue, ut Socra. eſt homo albus, ergo Socra. eſt homo. Maxima de quocunq; prædicatur pars in modo, & ipſum totum, propter rationem iam dictam. Sed iſte locus non tenet deſtructiue, quia ad negationem inferioris non ſequitur negatio ſuperioris, licet bene ſequatur, homo albus non currit, ergo homo non currit, quia ibi pars in modo non deſtruitur per negationem, ſed tantum aliquid remouetur ab ipſa.

Argumen.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Vniuerſale ſumptum ſine determinatione eſt totum uniuerſale, ſed totum in modo non eſt totum uniuerſale, ergo totũ in modo non eſt uniuerſale ſumptum ſine determinatione. Secundo ſic. Omne totum plura continet q̃ ſua pars, ſed hõ non plura continet, quàm homo albus, ergo non eſt totum reſpectu hominis albi, & ſic uniuerſale ſumptum ſine determinatione non eſt totum in modo. Tertio ſic. Homo albus eſt pars in modo, & tamen homo ſumitur cum determinatione diminuente. quia albus contrahit hominem. & diminuit eius acceptionem, quia facit ipſum ſolum teneri pro hominibus albis, & ſic eſt determinatio diminuens, ergo contra definitionem partis in modo. Quarto ſic. In omni loco conſequens debet includi in antecedente, ſed pars in modo non includitur actualiter in ſuo toto, ergo a toto in modo ad ſuam partem non ualet locus affirmatiue, nec negatiue. Quinto ſic. Bene ſequitur, lapis non eſt homo riſibilis, ergo lapis non eſt homo, & tamen arguitur a parte in modo deſtructiue, ergo locus a parte in modo tenet deſtructiue. G H

Solutiões.

Ad argumenta. Ad primum dr̃, ꝙ uniuerſale ſumptum ſine determinatione reſpectu partis ſub eo conſtitutę per differentiam eſſentialem, & intrinſecam, dicitur totum uniuerſale. ſed reſpectu partis ſub eo conſtitutæ per differentiam accidentalem, & extrinſecam, dicitur totum in modo, totum. n cum dicatur relatiue ad partem habet uariari ſecundum uariationẽ ſuæ partis. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet homo non contineat plura ſecundum ſignãta, quam homo albus, tñ ſecundum ſuppoſita plura continet, & ſe habet in plus. ideo quò ad habitum ſuppoſitorũ dr̃ totum reſpectu hominis albi. licet ſecundum ſignificata, poſſit dici pars integralis ſecundũ modum reſpectu hoĩs albi. Ad tertium dicitur. ꝙ licet album diminuat illud dictum homo, quò ad ambiũ ſuæ cõitatis, & quantũ ad ſuppoſitionem

A poſitionem quæ eſt pro ſuppoſitis, tñ non diminuit ipſum quantum ad rõnẽ formalem eius, ideo albus non eſt determinatio diminuens reſpectu hominis. Ad quartum dicit, ꝙ licet conſequens complexum ſemper includat uirtualiter in antecedente, & ponatur actualiter in ipſo, tñ terminus illatus non ſemper debet actualiter contineri in termino inferente, ideo, licet pars in modo non ſit actualiter in ſuo toto, non tamen ſequitur ꝙ a toto non ſumatur locus dialecticus.

Ad quintum dicitur, quòd homo riſibilis, non eſt pars in modo reſpectu hominis, quia licet riſibile ſit determinatio hominis quantum ad modum intelligendi, non tamen eſt determinatio contrahens ipſum quò ad ſuppoſita, & quæ faciat ipſum teneri pro parte ſuorum ſuppoſitorum. ideo non facit partem in modo reſpectu hominis, licet bene reſpectu animalis.

De Toto, & Parte in Loco.

B Totum in loco eſt dictio comprehendens omnem locum aduerbialiter, ut ubique. Pars in loco eſt dictio comprehendens unũ locum aduerbialiter, ut hic, uel ibi. Locus a toto in loco, eſt habitudo ipſius ad ſuam partẽ. & eſt conſtructiuus & deſtructiuus, ut Deus eſt ubique, ergo Deus, eſt hic. Ceſar nuſquam eſt, ergo Ceſar non eſt hic. Locus a toto in loco, Maxima, Cuicũque conuenit totum in loco, & quælibet eius pars; Et quicquid remouetur a toto in loco, & a quali & eius parte. Locus a parte in loco eſt habitudo ipſius ad ſuũ totũ, & ſemper eſt deſtructiuus, ut Ceſar non eſt hic, ergo non eſt ubique. Maxima. Cuicunque non conuenit pars in loco, nec eius totum.

C Poſtquàm determinatum eſt de loco a toto in modo, hic conſequenter determinatur de loco, a toto in loco. ratione cuius primo deſinit totum in loco dicens. Totum in loco eſt dictio, aduerbialiter omnem locum comprehendens, ut ubique & nuſquam. In qua definitione ponitur dictio, loco generis. Totum.n. in loco non conſideratur hic ſecundum eſſe ſuum reale. ſed inquantum eſt dicibile, & per dictionem importatur, ideo bene ponitur dictio, loco generis. Deinde ponitur comprehendens omnem locum, ad differentiam totius in tempore, & ponitur aduerbialiter, ad differentiam totius in quantitate, quod quandoque importat omnem locum nominaliter, ut dicendo, omnis locus, uel in omni loco, non tamen aduerbialiter, ſicut totum in loco. Et per oppoſitum ad totum in loco, pars in loco ſic definitur. Pars in loco eſt dictio comprehendens unum locum aduerbialiter, ut hic, uel ibi. *Totum in loco.*

Primo ſciendum, ꝙ totum in loco, & etiam pars eius, importat eſſe in loco. Sed dupliciter aliquid poteſt eſſe in loco. uno modo aptitudine tãtum, ut uniuerſale dicitur eſſe ubique ſecundum aptitudinem, eo quod habet aptitudinẽ eſſendi in ſuis ſingularibus pro quolibet loco, & etiam pro qualibet temporis differentia. & illa aptitudo reducitur ad actum ſucceſsiue in ſuis ſingularibus. Alio mõ dr aliquid eſſe in loco ſecundum actum, ſicut ſingulare quod eſt actualiter hic, & nunc. Et adhuc ſecundũ actum aliquid dr eſſe in quolibet loco dupliciter, uno modo per ſe primo, ſicut Deus qui eſt ubiq; alio mõ ſecundum ſuas partes, ſicut Mundus, qui eſt ubiq; ſecundum ſuas partes. Et ad arguendũ a toto in loco ad ſuã partem uel econtra, oportet eodẽ modo alicui attribuere partem in loco, ſicut ſibi conuenit ipſum totũ, ut ſi totũ conueniat cũ aptitudine tñ, debet ſimiliter inferri pars ſecundum aptitudinem tñ, & econtra arguendo a parte ad totum. *Nota diſtinctionẽ eſſendi in loco totius & partis.*

D

Modus arguẽdi a toto in loco ad ptes affirmatiue, ac negatiue tenet, & econtra.

Secundo ſciendum, ꝙ locus a toto in loco eſt habitudo ipſius ad ſuam partem. E & tenet conſtructiue, & deſtructiue. Conſtructiue ſic, Deus eſt ubiq;, ergo Deus eſt hic. Maxima, poſito toto in loco in aliquo ſubiecto, ponitur quælibet eius pars. cuius ratio eſt, quia totum in loco ſimul actualiter includit oes partes eius. ideo ipſo poſito in aliquo ſubiecto, ponitur quælibet eius pars. Nec eſt neceſſe in arguendo ponere exiſtentiam partis, quia, ſi aliqua pars non habeat exiſtentiam, ipſa non erit pars totius in loco, quia non erit actualiter in ipſo contenta. Deſtructiue tenet ſic. Cæſar nuſquam eſt, ergo non eſt hic. Maxima, remoto toto in loco, remouetur quælibet eius pars. cuius eſt eadem ratio, ſicut maximæ præcedentis.

Tertio ſciendum, ꝙ locus a parte totius in loco, eſt habitudo eius ad ſuum totum. & tenet deſtructiue, & conſtructiue. conſtructiue ſic, Deus eſt hic, & ibi, & ſic de aliis, ergo Deus eſt ubique. Maxima, poſitis partibus totius in loco ſufficienter enumeratis, ponitur ipſum totum. & ratio eſt, quia totum in loco non eſt niſi ſuæ partes ſimul, & actualiter poſitę. Deſtructiue ſic, Socrates non eſt hic, nec ibi, F & ſic de aliis, ergo Socrates nuſquam eſt. Maxima, deſtructis partibus totius in loco ſufficienter enumeratis, deſtruitur earum totum.

Duplex arguẽdi modus a parte totius in loco ad totũ in loco.

Quarto ſciendum, ꝙ dupliciter contingit arguere a parte totius in loco. Vno modo a partibus ſufficienter enumeratis, & hoc modo tenet affirmatiue, & negatiue, ut dictum eſt. Alio modo arguendo ab una parte tantum, & non ab omnibus ſimul ſumptis, & hoc modo non tenet niſi negatiue. & ſecundum hunc modum dicitur in textu, ꝙ iſte locus ſemper eſt deſtructiuus, ut arguendo ſic, Cæſar non eſt hic, ergo non eſt ubique. Maxima, Cui non conuenit pars in loco, nec ipſum totum. Hoc modo tamen non arguitur a parte in loco negatiue ad deſtructionem ſui totius ſecundum id, quod eſt, quia ibi non deſtruitur totum in loco ſimpliciter, & ſecundum omnes ſuas partes. ſed ſolum arguitur ibi ad deſtructionem totius in loco quantum ad totalitatem eius. Et quia deſtruitur totum quantum ad totalitatem eius, & non remanet amplius totum in loco, ideo non arguitur G proprie hoc modo a parte ad ſuum totum.

Argumen.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Nullus locus eſt dictio comprehendens omnem locum, ſed totum in loco eſt locus, uel eſſe in loco, ergo male dicitur, ꝙ eſt dictio omnem locum comprehendens. Secundo ſic. Locus a toto in loco tenet in habitudine uniuerſali uniuerſaliter ſumpti ad ſuam partem, ſed habitudo uniuerſalis uniuerſaliter ſumpti ad ſuam partem eſt locus a toto in quantitate, ergo locus a toto in loco eſt idem locus cum loco a toto in quantitate. & ſic male diſtinguitur ab ipſo. Tertio ſic. Non ſequitur, mundus eſt ubique, ergo mundus eſt hic. ergo locus a toto in loco non tenet conſtructiue. Quarto ſic. Non ſequitur. Socrates non eſt ubique, ergo Socrates non eſt hic, ergo locus a toto in loco non tenet negatiue. Quinto ſic. Non ſequitur, aliquod corpus eſt hic, aliquod corpus eſt ibi, & ſic de aliis, ergo aliquod corpus eſt ubique. quia antecedens eſt uerum, & conſequens falſum. & tamen ibi arguitur a partibus in loco ſufficienter H enumeratis, ergo iſte locus non tenet conſtructiue.

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet locus ſecundum ſuum eſſe reale non ſit dictio, tamen ſecundum eſſe dicibile poteſt dici dictio, & hoc modo intelligitur hic. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet locus a toto in loco non diſtinguatur eſſentialiter quantum ad uirtutem confirmatiuam argumenti a loco a toto in quantitate, quia ubique uirtus confirmatiua argumenti eſt habitudo uniuerſalis uniuerſaliter ſumpti, ratione cuius Ariſtote. non diſtinguit locum a toto in loco, & a toto in tempore, & a loco a toto in quantitate, tamen ab eo diſtinguitur accidentaliter quantum ad modum ſignificandi, quia totum in quantitate deſignatur per modum permanentis, & nominaliter, & totum in loco deſignatur

In Topicis, & in Elenchis, ex eius dictis hæc colliguntur.

aduerbia-

A aduerbialiter, & ſub modo fluxus & fieri, quamuis ſecundum rem locus ſit ens permanens. Ad tertium dicitur, ꝙ mundus non eſt ubiq; ſecundum ſe totum, ſed ſecundum ſuas partes. ideo ibi male concluditur, ſed deberet ſic concludi, ergo aliqua pars mundi eſt hic, & aliqua ibi, & ſic de aliis. Ad quartum dicitur, ꝙ in antecedente negatur totum in loco, & ſic non remanet ſub eſſe totius in loco. iõ non arguitur a toto in loco ad ſuam partem. ſed æquiualente arguitur a negatione unius partis in loco ad negationem alterius partis determinate, ut hic, Socrates in aliquo loco non eſt, ergo Socrates non eſt hic.

Ad quintum dicitur, ꝙ partes antecedentis uerificantur de corpore pro diuerſis ſuppoſitis eius, & ſic in antecedente corpus habet plures ſuppoſitiones determinatas, & in conſequente habet unam tantum. & ſic ibi arguitur pluribus ſuppoſitionibus determinatis ad unam determinatam tantum, & committitur fallacia figuræ dictionis. Vnde ſubiectum antecedentis non tenetur eodem modo in B conſequente, ſicut tenetur in antecedente. ideo non bene arguitur a parte in loco ad ſuum totum.

De Toto in tempore & eius parte, ac eorum Locis.

TOtum in tempore eſt dictio comprehendens omne tempus aduerbialiter, ut ſemper, nunquam. Pars in tempore eſt dictio ſignificans aliquod tempus aduerbialiter, ut nunc, tunc, hodie, heri. Exempla huius ſumuntur ſicut a toto in loco.

Poſtquam Auctor determinauit de loco a toto in loco, hic conſequenter determinat de loco a toto in tempore. ratione cuius definit totum in tempore dicens, ꝙ totum in tempore eſt dictio comprehẽdens omne tempus aduerbialiter, C ſiue ſit affirmatiue, ut ſemper, ſiue negatiue, ut nunquam. Et econtra, pars in tẽpore eſt dictio comprehendens partes temporis aduerbialiter, ut hodie, nunc, & ſic de alijs. Et iſtæ duæ definitiones debent intelligi, & exemplificari ſicut definitiones totius, & partis in loco. Quid totũ in tẽpore.

Primo ſciendum, ꝙ locus a toto in tempore eſt habitudo ipſius ad ſuam partẽ. Et tenet affirmatiue, & negatiue. Affirmatiue ſic, Deus eſt ſemper, ergo Deus eſt nunc. Maxima, Poſito toto in tempore in aliquo ſubiecto, neceſſario ponitur quælibet eius pars. cuius ratio eſt, quia totum in tempore ſimiliter, & actualiter includit omnes partes ſuas, quia importat tempus diſtributum pro omnibus ſuis partibus, ideo ipſo toto in tẽpore poſito, neceſſario ponitur quælibet eius pars. Negatiue tenet ſic, chimera nunquam eſt. ergo non eſt hodie. Maxima, Remoto toto in tempore ab aliquo ſubiecto, remouetur quælibet eius pars. Et arguendo per iſtum locum magis proprie arguitur ponendo totum in tempore ex parte D prædicati quam ex parte ſubiecti, eo ꝙ aduerbium ſemper habet determinare uerbum, & uerbum in ratione ſemper ſe tenet ex parte prædicati, niſi ponatur cum implicatione a parte ſubiecti, & ſupponatur. quia ſic in ſubiecto poſſet poni cum ipſo aduerbium in ſubiecto, & per conſequens poſſet argui a toto in tempore ſe tenente ex parte ſubiecti. Locus a to to in tpe quomodoq; p ipſum arguere licet.

Secundo ſciendum, ꝙ locus a parte in tempore eſt habitudo eius ad ſuum totum. Et tenet conſtructiue & deſtructiue arguendo ab ipſis ſufficienter enumeratis. Conſtructiue ſic, Socrates fuit heri, & pridie, & ſic de alijs, ergo Socrates ſemper fuit. Maxima, Poſitis partibus in tempore ſufficienter enumeratis, ponitur ipſum totũ, quia totũ nihil addit ultra oẽs ſuas partes. Deſtructiue ſic, Antichriſtus nõ fuit heri, nec pridie, & ſic de aliis, ergo nunq̃ fuit. Maxima, Remotis partibus Locus à p te in tpe, deq; mõ arguendi ab illa negatiue.

tibus in tempore ſufficienter enumeratis remouetur ipſum totum. Et ſi arguatur E
per iſtum locum ab una parte tantum, & non ab omnibus tunc ſolum tenet deſtructiue, & non conſtructiue, & adhuc arguitur a parte ad deſtructionem totius quantum ad totalitatem eius & non arguitur ad ipſum remanens totum in tempore, ut hic, Socrates non eſt nunc, ergo Socrates non eſt ſemper.

Quinque alia gñа totius inueniunt ad illa reducibilia.

Tertio ſciendum, q̧ præter iſta tota ſuperius poſita reperiuntur alia quinque tota, quæ ad prædicta reducuntur .ſ. totum copulatiuum, diſiunctiuum, poteſtatiuum, ſucceſsiuum, & collectiuum, ſeu aggregatiuum. Totum copulatiuum eſt in quo plura copulantur per coniunctionem copulatiuam ut Socrates currit. & Plato diſputat. & pars eius eſt aliquod illorum, quæ inter ſe copulantur. Totum diſiunctiuum eſt in quo plura coniunguntur per coniunctionem diſiunctiuam. ut Socra. currit, uel Plato diſputat. Totum poteſtatiuum eſt, quod componitur ex pluribus uirtutibus, uel potentijs, uel quod plura continet ſecundum uirtutem, ut anima rationalis eſt totum poteſtatiuum reſpectu uegetatiuæ, ſenſitiui, & intellectiui, licet anima in communi ſit totum uniuerſale reſpectu animæ uegetatiuæ, ſenſitiuæ, & intellectiuæ. Et ſimiliter quaternarius eſt totum poteſtatiuum reſpectu binarii, & ternarii, quia ſuperior numerus continet in uirtute omnes, inferiores numeros. Totum ſucceſsiuum eſt qđ componitur ex partibus ſucceſsiuis, quæ non poſſunt ſimul eſſe, ut tempus, & motus. Totum collectiuum ſiue aggregatiuum, eſt, quod ſub uoce ſingulari plura adinuicem diſtincta importat, ſicut populus, grex, ſocietas, ſed pars eius, eſt aliquod illorum ex quibus componitur, ut homo reſpectu populi, uel aries, reſpectu gregis. F

Quarto ſciendum, q̧ totum copulatiuum, totum poteſtatiuum, & totum collectiuum reducuntur ad totum integrale, eo q̧ ab iſtis totis ad ſuas partes eodem modo tenet locus dialecticus, ſicut a toto integrali .ſ. conſtructiuæ tantum, & non deſtructiue. & econtra, locus a parte, ut arguendo a toto copulatiuo Socrates currit & diſputat, ergo Socrates currit. & a toto poteſtatiuo, ut quaternarius, eſt ergo binarius eſt. uel anima rationalis eſt, ergo ſenſitiua eſt. Maxima, Poſito toto poteſtatiuo, ponitur quælibet eius pars. Et a toto collectiuo, ut populus eſt, ergo homo eſt. & econtra poteſt argui deſtructiue a ſuis partibus. Sed totum diſiunctiuum, & ſucceſsiuum reducũtur ad totum uniuerſale. quia ab ipſis eodem modo tenet locus, ſicut a toto uniuerſali .ſ. negatiue tãtum, ut arguẽdo ſic a toto diſiunctiuo, non Socrates currit uel diſputat, ergo Socrates non currit. Et a toto ſucceſsiuo, ut non eſt dies, ergo non eſt meridies, & econtra, locus a partibus eorum tenet conſtructiue tantum, ut faciliter uidetur in exemplis. G

Argumen. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. In omni tempore & ſemper, idem ſunt, ſicut in omni loco, & ubique, ſed in omni tempore eſt totum in quantitate, & non in tempore, ergo & ſemper. & ſic male definitur totum in tpe, quod, eſt dictio cõprehendens omne tp̃s aduerbialiter. Secundo ſic. Hic eſt locus a toto in tpe. Deus eſt ſemper, ergo eſt in iſto tpe. & tamen non ſequitur pars in tpe, cum in iſto tpe, non ſit aduerbium ſignificans partem tpis. ergo contra definitionem loci a parte in tempore. Tertio ſic. Non ſequitur uniuerſale eſt ſemper, ergo eſt nunc, cum antecedens ſit uerum, & conſequens falſum. Antecedens patet, quia uniuerſale eſt ubique & ſemper, & non eſt hic & nunc, ſed ſolum ſingulare, ergo locus a toto in tempore non ualet conſtructiue. Quarto ſic. Partes totius in tempore, non poſſunt eſſe ſimul, ergo non poterunt ſimul accipi. ergo locus a parte in tempore non tenet conſtructiue ab omnibus partibus ſimul ſumptis. Quinto ſic. Non ſequitur, Adam non eſt nunc, ergo Adam nunquam fuit, & tamen arguitur negatiue ab una parte totius in tempore ad ipſum totum, ergo locus a parte in tempore non tenet deſtructiue ab una parte ad ſuum totum. H

A Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ licet ſemper,& in omni tpe ſint idem ſecundum rem ſignatam, & materialiter differunt tñ ſecundum ſuos modos ſignificandi & materialiter quia ſemper, importat tempus diſtributum ſub modo fluxus & fieri,& in omni tempore importat idem tempus diſtributum pro omnibus partibus eius ſub modo permanentis, ſiue habitus,& quietis, & per hoc diſtinguuntur totum in quantitate,& totum in tempore,licet non eſſe̅tialiter. Ad ſecũdum dr̃, ꝙ licet in illo argumento non ponat̃ formaliter pars in tempore aduerbialiter,ponitur tamen æquiualenter,& ſecundum rem ſignificatam,quia in iſto tempore,includit uirtualiter ipſum nunc. Ad tertium dicitur,ꝙ licet uniuerſale ſit ſemper in aptitudine,non tamẽ eſt ſemper in actu, & eo mõ quo ponitur ſemper eſſe bene ſequitur ꝙ eſt nunc.ſ.ſecundũ aptitudinẽ,ſed illa aptitudo reducitur ad actum in ſuis ſingularibus,& ſucceſsiue. Ad quartũ dr̃, ꝙ licet partes temporis non poſsint eſſe ſimul ſecundum ſuum eſſe reale,ſicut præ-

B teritum non poteſt eſſe ſimul cum futuro,tamen poſſunt eſſe ſimul in apprehenſione animæ.quæ retinet partem præteritam,& futuram cum præſenti, & ſic ſimul poſſunt accipi omnes partes temporis. Ad quintum dicitur,ꝙ ibi non bene arguitur,quia arguendo ab una parte tantum deſtructiue,oportet arguere ad deſtructionem totius quantum ad rationem totius,ita ꝙ in conſequente ſibi præponatur negatio deſtruens totalitatem eius,quod non fit i illo argumento,deberet enim ſic inferri, Adam non eſt nunc, ergo non eſt ſemper.

De Cauſa & eius diuiſione in Quatuor Genera.

CAuſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud ſecundum naturam. Et diuiditur cauſam efficientem,materialem, formalem, & finalem. Ex.2. Phy.

Poſtquàm Auctor ſuperius determinauit de locis a toto,& a parte,hic conſequenter,determinat de locis a cauſa,& ab effectu. Et,quia locus a cauſa in com- Quid cã, & effectus.

C muni eſt habitudo cauſæ ad effectum,& locus ab effectu eſt habitudo effectus ad cauſam,ideo priuſquàm Auctor determinet de locis a cauſa in ſpeciali,determinat de cauſa in generali definitiue,& diuiſiue, ipſam primo ſic definiens.Cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud ſecundũ naturam. In qua definitione intelligitur ens pro genere. Ens enim diuiditur per cauſam,& effectum, & eſt ſuperius ad utrumque ſecundum modum.Deinde ponitur,ad cuius eſſe ſequitur aliud ad differentiam effectus,qui ſequitur ad eſſe alterius,& ad cuius eſſe nõ ſequitur aliud ſub ratione effectus.Et ponitur ſecundum naturam ad explicandum modum, quo effectus ſequitur ſuam cauſam.Et econtra põt definiri effectus,ꝙ eſt ens,cuius eſſe ſequitur ad aliud per naturam,uel eſt partita ſimilitudo ſuæ cauſæ.

Primo ſciendum,ꝙ conſequi ur capitur dupliciter.Vno modo ut dicit ordinẽ tm̃,ut cum dr̃,unus dies ſequitur alium. Alio modo,ut dicit ordinem,& dependentiam unius ab alio.& hoc modo iterum dupliciter. vno modo,ut ſolum di- Sequi ad aliud duobus contingit modis.

D cit ordinem,& dependentiam ſiue conſequentiæ ſiue illationis unius ab alio,ſicut conſequens ſequitur illatiue ad antecedens, & dependet ex ipſo ſecundum illationem. Alio modo,ut dicit dependentiam in eſſe unius rei ab alia,ſicut quilibet effectus ſecundum ſuum eſſe dependet a ſuã cauſa.Et hoc modo capitur in iſta defi tione,ut dicit ordinem dependentiæ unius rei ab alia ſecundum ſuum eſſe,& non ſolum,ut dicit ordinem prioris.& poſterioris,neq; ut ſolum dicit dependentiam conſequentiæ, quia in argumentatione antecedens non ſemper eſt cauſa conſequentis licet ſemper ſit cauſa illationis eius.

Secundo ſciendũ,ꝙ ad rõnẽ cauſæ nõ requirit̃ ꝙ cauſa ſemper pcedat ſuũ effectum ſm tempus,ſed qñq; præcedit ipſum ſecundũ tẽpus, ut domificator pcedit domum ſecundum tempus quandoq; uero præcedit ipſum ſecundum naturam Qñ cauſa effectũ prę cedat.

tantum

tantum,& ſimul eſt tempore cum ipſo,ſicut homo eſt,cauſa riſibilitatis,& tñ præ E
cedit ipſum ſecundũ naturam tantũ,& ſimul eſt tempore cum eo.ideo ad explicandum quõ effectus debet ſequi cauſam.& cauſa præcedere effectum in definitione cauſæ ponitur ſecundum naturam.Et ad differentiam illorum quorum eſſe unius ſequitur ad eſſe alterius ſecundum ordinem , & tamen non dependet ex alio ſecundum naturam,ut eſſe unius diei non dependet naturaliter ad eſſe alterius.

Quatuor tantũ eſſe genera cauſarum.

Tertio ſciendum,ꝙ cauſa diuiditur per cauſam efficientẽ,materialem formalem,& finalẽ.cuius diuiſionis ſic habetur ſufficientia,quia ad omnem cauſam ſequitur effectus,uel ergo talis cauſa eſt intrinſeca effectui,uel extrinſeca,ſi intrinſeca hoc eſt dupliciter,quia uel ipſa eſt actus dans eſſe,& ſic eſt cauſa formalis,uel potentia recipiens eſſe,& ſic eſt cauſa materialis.ſi eſt extrinſeca , hoc eſt dupliciter,quia uel ipſa eſt id a quo res fit.& ſic eſt efficiens cauſa,uel illud propter quod res fit,& ſic eſt cauſa finalis.Et ſumitur iſta diuiſio non ſecundum diuerſitatem rerum,ſed ſecundum diuerſos modos formales, quia idem realiter ſecundum di- F
uerſos modos cauſandi,& reſpectu diuerſorum quandoque habet rationem plurinm cauſarum.Et non eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies,ſed diuiſio analogi,quia cauſa ſecundum prius & poſterius dicitur de iſtis quatuor cauſis.

Ordinari cauſas adiuicem,quatuor modis contingit.

Quarto ſciendum,ꝙ cauſæ poſſunt quatuor modis conſiderari.Vno modo ſecundum rõnem cauſandi,& ſic finis eſt prior,ſecundo efficiens,tertio materia , & quarto forma.quia in cauſando rem finis mouet intellectum agentis ad producendum effectum,& efficiens motus a fine , mouet materiam , qua diſpoſita ultimo introducitur forma. Secundo modo conſiderantur cauſæ , prout concurrunt ad compoſitionem effectus,& ſic materia prior eſt,ſecundo formam,tertio efficiens, & ultimo finis Tertio modo conſiderantur,ut dant eſſe actuale effectui, & ſic forma eſt prior,deinde efficiens,tertio finis,quarto materia. Quarto modo conſiderantur ſecundum ꝙ habent eſſe exiſtentiæ,per quod nobis notificantur,& ſic cauſa efficiens eſt prior,ſecundo materia , deinde forma , & ultimo finis.Et quia hic G
conſiderantur ſecundum,ꝙ nobis notificantur,& ab ipſis ſumitur loci dialectici, ideo iſto modo ordinantur in textu , & prius determinatur de cauſa efficiente , quam de aliis.

Argumen.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic.Aliud dicit diuerſitatem eſſentialẽ,cũ ſit relatiuũ diuerſitatis ſubſtãtiæ,ſed effectus non ſemper differt eſſentialiter a ſua cã,quia cõueniunt eſſentialiter cũ ſua cauſa formali,ergo male dr̃,ꝙ ad eſſe cauſæ ſequitur aliud.ſ.effectus.Secundo ſic Cauſa totaliter poſita ponĩ ſimul ſuus effectus,ergo cã non præcedit effectũ,& ſic ad eſſe cauſæ nõ ſequitur aliud.Tertio ſic. Cauſa,& effectus ſunt ſimul natura,cũ ſint relatiua,ergo effectus nõ ſequĩ ſuam cauſam ſecundũ naturã. Quarto ſic.Forma,& finis coincidũt ut dr̃.ij.Phyſicorũ, ergo forma nõ eſt cauſa diſtincta a fine ; nec mẽbra huius diuiſionis ſunt oppoſita.Quinto ſic. Omnis cauſa præcedit ſuũ effectũ , ſed finis nõ præcedit ſuum effectum,ſed ſequitur, ergo finis non eſt cauſa . & ſic male ponuntur quatuor cauſæ . H

Solutiões.

Ad argumenta.Ad primũ dicitur,ꝙ licet aliud proprie ſumptũ , ut eſt relatiuũ diuerſitatis ſubſtantiæ , dicat diuerſitatem eſſentialem , non tamen aliud communiter acceptum,ut dicit quamcunque diuerſitatem,ſiue eſſentialẽ,ſiue accidẽtalem, ut ſumitur in definitione cauſæ . Ad ſecundũ dicitur , ꝙ licet poſita cauſa totali ponatur eius effectus ſimul tempore.non tamen ponitur ſimul ſecundum naturam,quia naturaliter cauſa prius habet eſſe,& intelligi quàm effectus. & hoc ſufficit ad rationem cauſæ,quòd præcedat effectum ſecundum naturam .

Ad tertiũ dicitur,ꝙ licet cauſa,& effectus,ſecundũ intẽtione cauſæ,& effectus dicantur correlatiue,tñ materialiter,& ſecundũ id qđ ſunt.non dñr correlatiue , ideo ſecundũ id quod ſunt non ſunt ſimul ſecundũ naturã . Ad quartũ dr̃,ꝙ licet

forma

A forma & finis quandoq; conincidant materialiter, & ſecundum rem in idem, nõ tamen coincidunt in idem formaliter quantum ad ſuos modos formales cauſandi, & hoc modo ponuntur cauſæ adinuicem diſtinctæ. Ad quintum dicitur, quod licet finis ſecundũ ſuũ eſſe reale ſequatur ſuum effectum, tñ ſecundũ eſſe intentionale, in intentione agentis, ſub quo ſibi conuenit ratio cauſæ finalis, præcedit ſuum effectum. ideo eo modo, quo eſt cauſa, naturaliter præcedit ſuum effectum.

Forma & finis materialiter q̃n que coincidunt, formaliter nũquam.

De cauſa Efficiente, & modis arguendi in ea, ac ſuis Locis.

CAuſa efficiens eſt, a qua primo fit motus ad hoc ꝙ fiat aliquid, ut domificator eſt primum mouens & operans, ut fiat domus, & faber, ut fiat cultellus. Locus a cauſa efficiente eſt habitudo ipſius
B cauſæ efficientis ad ſuum effectum. & eſt conſtructiuus, & deſtructiuus. Conſtructiue tenet ſic, domificator eſt bonus, ergo domus eſt bona. Locus à cauſa efficiente Maxima. Si cauſa efficiens eſt bona, ipſum quod fit bonum eſt. Deſtructiue ſic, domificator non eſt bonus, ergo domus non eſt bona. Locus a cauſa efficiente, Maxima, Cuius cauſa efficiens non eſt bona, ipſum quod fit non eſt bonum, & econuerſo, tenet locus ab effectu ad cauſam efficientem.

Poſtq̃ Auctor determinauit de cauſa in communi tam definitiue q̃ diuiſiue, hic conſequenter in ſpeciali uult determinare de locis a cauſa. Et primo de loco a cauſa efficiente, eo ꝙ cauſa efficiens cæteris eſt nobis notior. ratione cuius ipſam primo ſic definit. Cauſa efficiens eſt a qua primo fit motus. In qua definitio-
C ne primo ſubintelligitur cauſa, loco generis definiti, & ponitur a qua primo fit motus, ad differentiam aliarum cauſarum, quarum nulla primo cauſat motum, ſiue perductionem effectus, ſed efficiens tantum, ſicut patet in productione effectus. Finis.n.rõne ſuæ bonitatis ꝑ deſiderium mouet, & attrahit appetitum agentis ad producendum effectum, & efficiens ſic motum, & tractum a fine diſponit materiã ad introductionẽ formæ, & ſic primo cauſat motũ, quo ꝓducit̃ effectus.

Quid cauſæ efficientis.

Primo ſciẽdum, ꝙ locus a cauſa efficiente eſt habitudo ipſius ad ſuum effectũ, & tenet affirmatiue & negatiue. Affirmatiue ſic, domificator eſt bonus, ergo domus eſt bona. Maxima, Cuius cauſa efficiens eſt bona, ipſum quoque bonũ eſt. quæ maxima debet intelligi de bonitate efficientis inquantum efficiens, & nõ de bonitate moris, uel de bonitate eius ſecundum ſe. ſimiliter debet intelligi de bonitate formæ effectus, ita ꝙ, ſi efficiens ſit bonum in ratione cauſæ efficientis, & ut producit effectum, ſequit̃ ꝙ effectus erit bonus bonitate formæ eius, non aũt
D loquendo de bonitate finis, & totius compoſiti, quia, ſi domificator ſit bonus artifex, & operetur perfecte ſecundum artem eius, & careat bona materia, tunc domus non erit bona bonitate finis, ſed tantummodo bonitate formæ, quæ prouenit ab efficiente. Negatiue tenet ſic, domificator non eſt bonus, ergo domus non eſt bona. Maxima, Cuius efficiens malum eſt, ipſum quoque malum eſt.

Modus arguẽdi, a cã efficiẽte ad ſuũ effectũ affirmatiuũ & negatiuum.

Secundo ſciendum, ꝙ licet cauſa efficiens eſt duplex. ſ. cauſa efficiẽs in actu, & cauſa efficiens in potentia, ut reſpectu domus domificator eſt cauſa efficiens in potentia, & domificans eſt cauſa in actu reſpectu fieri domus. Et quælibet iterũ diuiditur, quia quædam eſt cauſa uniuoca, quæ producit effectum ſibi ſimilem in ſpẽm, ut hõ generans hoĩem eſt efficiens uniuocũ, aliud eſt efficiẽs æquiuocũ, quod producit effectum ſibi diſſimilẽ in ſpecie, ut Sol generans hominẽ eſt agẽs æquiuocum. unde arguendo a cauſa efficiente in potentia ad ſuum effectum, debet.

Efficiẽs duplex, in actu. ſ. & in potentia, uniuocũ & æquiuocũ.

bet argui ab eſſe cauſæ ad eſſe in potentia reſpectu effectus & non ad eſſe in actu, ut domificator eſt, ergo domus eſt in potentia. & arguendo a cauſa efficiente in actu debet argui ab eſſe eius, ad fieri ipſius effectus. Et arguendo a cauſa uniuoca tenet ille locus reſpectu omnium prædicamentorum, quæ conueniunt ipſi cauſæ a tota ſpecie, ut Plato eſt riſibilis, ergo Socrates ab eo genitus eſt riſibilis. Sed arguendo a cauſa æquiuoca ſolum tenet reſpectu horum prædicatorum bonum, & malum, eſſe, & fieri. E

Modus arguendi ab effectu ad ſuum efficiens.

Tertio ſciendum, quòd locus ab effectu cauſæ efficientis eſt habitudo eius ad ſuam cauſam. Et tenet affirmatiue ſic, domus eſt in fieri, ergo domificans eſt. Maxima, Poſito effectu propinquo cauſæ efficientis, ponitur ipſum efficiens. Poteſt etiam argui reſpectu horum prædicatorum, bonum, & malum, eſſe, & fieri. Et tenet negatiue ſic, domus non eſt bona, ergo domificator non eſt bonus. Maxima; Cuius effectus non eſt bonus, ipſum quoque non eſt bonum, & debet intelligi quòd, ſi effectus non ſit bonus quantum ad perfectionem formæ eius, efficiens F non eſt bonum inquãtum efficiens, uel producens talem effectum, ſicut prius dictum eſt in loco a cauſa efficiente.

Quarto ſciendum, ꝙ efficiens dupliciter ſe habet ad ſuum effectum. Quandoque enim efficiens requiritur tantũ quantum ad fieri ipſius effectus, & non quantum ad eſſe, ut domificator reſpectu domus ſolum requiritur quantum ad fieri, & non quantum ad eſſe. Sed quandoque requiritur & quantum ad fieri, & quantum ad eſſe, & ad conſeruationem in eſſe. ut diei Sol eſt cauſa quo ad fieri, & quo ad eſſe, & Deus reſpectu omnium creaturarum. Et arguendo ab effectu cauſæ efficientis, quæ requiritur quo ad fieri tantum, & non quo ad eſſe effectus, nõ ſequitur eſſe cauſæ in præſenti, ſed in præterito tantum, ſed a fieri effectus ſequitur eſſe illius cauſæ. Sed arguendo ad efficiens requiſitum ad eſſe, & fieri ſimul ſemper ſequitur affirmatiue eſſe cauſæ ad eſſe effectus ut bene ſequitur, dies eſt, ergo Sol eſt. Et quando eſt habitudo neceſſaria cauſæ ad effectum, etiam G ſequitur negatiue, a negatione effectus, negatio cauſæ. Sed, quando habitudo eſt contingens, non tenet negatiue, ut non ſequitur. Socrates non eſt, ergo Deus non eſt. Sed iſti diuerſi modi arguendi non ſumuntur ab efficiente inquantum efficiens eſt, ſed ab efficiente inquantum tale, uel tale efficiens eſt.

Argumen.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Cauſa efficiens eſt de conſideratione Phiſici, cũ ſit cauſa motus, ergo non eſt de conſyderatione Logici. & ſic, hic male definitur. Secundo ſic. Efficiens non mouet niſi prius moueatur a fine, ergo finis eſt a quo primo ſit motus, & non cauſa efficiens. Tertio ſic Cauſa efficiens eſt extrinſeca ſuo effectui, ergo in loco a cauſa efficiente terminus inferens eſt extrinſecus termino illato, & ſic erit locus extrinſecus, & per conſequens male definitur inter locos intrinſecos. Quarto ſic. Nõ ſequitur, Deus eſt bonus, ergo latro eſt bonus. ergo locus a cauſa efficiente non tenet affirmatiue. Quinto ſic. Non ſequitur, domus eſt, ergo domificator eſt. cum antecedens ſit uerum, & conſequens falſum. ergo locus ab effectu cauſæ efficientis non tenet conſtructiue. H

Solutio.

Ad argumenta. Ad primũ iſtorũ dicitur, ꝙ licet cã efficiẽs, inquantũ eſt cã motus, & rerum naturalium, & principium cognoſcendi ipſas, ſit de conſideratione Phyſici, tamen inquantum ab ipſa ſumitur locus dialecticus per habitudinẽ ad ſuum effectum, ipſa eſt de conſideratione Logici. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet a fine fiat motus intentionalis, & ſpũalis in efficiente, tamẽ ab ipſo non ſit primus motus reali, de quo hic ſolum intelligitur. finis.n. non mouet intentionem agentis motu proprie dicto, ſed tantum per ſimilitudinem, ſicut pomum apprehenſum intentionaliter mouet appetitum pueri ad proſecutionem eius. Ad tertium dicitur, ꝙ licet cauſa efficiens ſecundum eſſe ſit extrinſeca effectui, tamen

Ab agente primo ſit motus realis, a fine primo ſit motus intẽtionalis.

ſecundum

A ſecundum uirtutem & ſimilitudinem eius eſt aliquo modo ſibi intrinſeca & hoc modo ſufficit ad cauſandum locum intrinſecum, quia hic ſumitur argumentū a cā efficiente ea parte, qua conuenit cum effectu. Ad quartum dicitur, ꝙ ibi non arguitur a cauſa efficiente ad ſuum effectum, eo ꝙ latro nominat uitium, cuius uitii Deus non eſt cauſa. licet. n. Deus ſit cauſa efficiens hominis, tamen non eſt cauſa uitiorum eius. & bene ſequitur, Deus eſt bonus, ergo homo latro, quantum ad humanitatem eius. eſt bonus. ſ. bonitate entis. licet non bonitate morum. Ad quintum dicitur, ꝙ ibi non ſequitur, quia arguitur ab eſſe effectus ad eſſe cauſæ, quæ requiritur quantum ad fieri tantum, & non quo ad eſſe, & reſpectu talis cauſæ non tenet iſte locus ab effectu arguendo, reſpectu illius prædicati, eſt.

De Materia & eius diuiſione in Permanentem ac Transeuntem, & modis arguendi in ea; ac Locis ad ſuum effectum, & econtra.

B

MAteria enim eſt, ex qua cum alio aliquid fit. Et eſt duplex quædam enim eſt permanens, & quædam eſt transiens. Permanens, ut in cultello ferrum; Transiens, ut in pane farina & aqua. Et definitur etiam ſic materia, materia eſt, quæ tantum eſt in potentia. Locus a cauſa materiali eſt habitudo ipſius ad ſuum effectum. & eſt conſtructiuus & deſtructiuus. Conſtructiue ſic ferrum eſt, ergo arma ferrea poſſunt eſſe, maxima, poſita cauſa materiali poſsibile eſt eius effectum poni. Deſtructiue, ſic ferrum non eſt, ergo arma ferrea non poſſunt eſſe. Locus a cauſa materiali, maxima, Remota cauſa materiali permanente, remouetur & eius effectus. Locus ab effectu cauſæ materialis permanentis, tenet conſtructiue ſic, arma ferrea ſunt, ergo ferrum eſt, maxima, Poſito effectu cauſæ materialis permanentis, ponitur eius cauſa. Locus ab effectu cauſæ materialis tranſeuntis tenet conſtructiue, ut uitrum uel panis eſt, ergo filix uel farina fuit, materia. n. tranſiens non manet, ſed transfertur in aliam materiam. Locus ab effectu cauſæ materialis tranſeuntis, maxima. Poſito effectu materiæ tranſeuntis, neceſſe eſt ipſam materiam præfuiſſe. Rectius collige iſtā definitionē. 1. Phyſ. tex. cō. 71. & infra, & ibi p Docto. C

Poſtqàm Auctor determinauit de loco a cauſa efficiente, hic cōſequenter determinat de loco cauſa materiali ratione cuius, ſic primo definit materiā. Materia eſt ex qua, cū aliquo fit aliquid. q̄ definitio, ſic debet intelligi materia eſt cā, ex qua cum alio. i. cū forma, fit aliquid. ſ. totum compoſitū. Et ponitur ibi cauſa, loco generis, & totum reſiduū ad differentiā aliarū cauſarum. Vnde ex fine, & efficiente non fit totum compoſitū, cum illæ cauſæ ſint extrinſecæ, & etiam ex forma non fit totum compoſitum tanq̄ ex materia ex qua, ſicut intelligitur de materia in iſta definitione. ipſa. n. materia eſt prima potentia, ex qua primo originatur totum compoſitum. Et aliter ſic definitur. Materia eſt quæ tantum eſt ens in potētia, quia materia de ſua natura non habet eſſe in actu, ſed in potentia tantū. Quid materia. D

Primo ſciendum, ꝙ materia dupliciter accipitur. uno modo ſpecialiter, prout eſt primum ſubiectum formæ ſubſtantialis & eſt pars compoſiti de genere ſubſtantiæ. Alio modo capitur communiter, pro omni illo, ex quo per modum potentiæ Quot modis materia accipit.

tentiæ componitur aliquid,ſiue pro omni illo,quòd concurrit ad compoſitionem E
alterius,tanquàm potentia recipiens eſſe, & ſic reperitur tam in rebus naturalibus quàm artificialibus,& tam in rebus corporalibus q̃ ſpiritualibus,& hoc modo capitur hic.Et ſic diuiditur.quia quædam eſt materia permanens,& quædam tranſiens.Permanens eſt illa,quæ ſub propria forma & ſpecie permanet in ſuo effectu,ut ferrum in cultello ; Tranſiens,eſt illa,quæ ſub propria ſpecie & ratione non permanet in ſuo effectu ; ſed de una ſpecie tranſit in aliam in conſtituendo effectum,ut in pane farina eſt,ſilix in uitro,& lutum in lateribus.

Modus arg. a cauſa materiali.

Secundo ſciendum eſt,q̃ locus a cauſa materiali eſt habitudo ipſius ad ſuum effectum.Et ſemper tenet affirmatiue in qualibet materia tranſeunte,& permanente,ut aqua & farina ſunt,ergo panis poteſt eſſe.Maxima.Poſita cauſa materiali,ponitur eius effectus ſecundum potentiam,eo q̃ materia dicit eſſe potentiale ipſius effectus,cum ſit in potentia ad ſuum effectum.Sed iſte locus tenet deſtructiue in materia permanente,ut ferrum non eſt,ergo arma ferrea non ſunt. Maxima, F
Remota materia permanente,remouetur eius effectus. ſed in materia tranſeunte non tenet negatiue,ut non ſequitur,ſilix non eſt,ergo uitrum non eſt,eo q̃ talis effectus poteſt eſſe,non exiſtente illa materia,quæ non eſt permanens in ſuo effectu.Si tamen deſtruatur tranſiens pro toto tempore præſenti in præterito,ſequetur deſtructio effectus,ut dicendo ſilix non eſt,ergo uitrum non eſt.

Locus a cã materiali quõ teneat

Tertio ſciendum,q̃ iſte locus a cauſa materiali ſolum tenet conſtructiue ab eſſe materiæ,ad poſſe eſſe ipſius effectus,& non ad eſſe ipſius in præſenti,Cuius ratio eſt,quia arguendo a cauſa ad effectum,ab eſſe cauſæ debet inferri eſt effectus eo modo,quo ponitur in tali cauſa, ſed eſſe effectus materiæ ponitur in potentia tantum,& non in actu, eo q̃ materia eſt ens in potentia ſiſ . ideo arguendo affirmatiue a materia arguitur ab eſſe eius ad poſſe eſſe in futuro ipſius effectus, Et hoc poteſt argui non ſolum a materia ex qua,ſed à materia in qua,& circa quam, quia generaliter oĩs materia ponit potentialiter eſſe ſui effectus,ut bene ſequitur, G
corpus eſt ergo album poteſt eſſe.uel ſcibile eſt ergo ſcientia poteſt eſſe.

Modus arg ab eſſe ctu cauſæ materialis ad materiam ipſam.

Quarto ſciendum eſt,q̃ locus ab effectu cauſæ materialis eſt habitudo ipſius ad materiam eius. Et in qualibet materia tenet cõſtructiue,ſed in materia permanẽte arguitur ab eſſe effectus ad eſſe cauſæ in p̃ſenti, ut cultellus eſt,ergo ferrum eſt.Maxima,Poſito effectu materiæ permanentis,neceſſario ponitur illa materia, quæ remanet in ſuo effectu:Sed in materia tranſeunte tenet arguendo ab eſſe effectus,non ad eſſe ipſius cauſæ in præſenti,ſed ad fuiſſe in præterito, ut uitrum eſt, ergo ſilix fuit.Sed iſte locus non tenet deſtructiue, quia deſtructo poſteriori, non oportet prius deſtrui,ſed effectus eſt poſterior ſua cauſa materiali, ideo deſtructo effectus non oportet deſtruere illam materiam.

Argumen.

Sed contra prędicta arguitur primo ſic.Hęc definitio materię conuenit formę, quia ex forma cum materia fit aliquid.ſ.totum compoſitum , ergo non conuenit ſoli definito.Secundo ſic.Omnis materia eſt in actu per formam, cum materia ſit H
ſub forma.ergo materia non eſt ens in potentia tantum.

Tertio ſic.Materia requiritur in compoſito tam ad eſſe quàm ad fieri,ergo omnis materia remanet in eſſe ſui effectus,& per conſequens omnis materia eſt permanens,& nulla eſt tranſiens.Quarto ſic.Non ſequitur,ligna & lapides ſunt,ergo domus poteſt eſſe,quia ad poſsibilitatẽ domus non ſufficit poſsibilitas materiæ eius,ſed requiritur poſsibilitas efficientis eius.ideo,ſi non eſſet domificator , primum antecedens poſſet eſſe uerum conſequente exiſtente falſo,ergo locus a cauſa materiali non tenet affirmatiue.Quinto ſic.Non ſequitur, cultellus eſt , ergo ferrum eſt,quia cultellus poteſt ex alio metallo,ergo locus ab effectu cauſæ materialis permanentis non tenet affirmatiue.

Ad ar-

A Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ ſi capiatur ex, generaliter, ut dicit habitudinem cuiuslibet cauſæ, ſic ex forma cum materia fit totum compoſitum, ſed ſi capitur ſpecialiter, ut dicit habitudinem potentiæ, ex qua primo fit compoſitum, ſic oppoſitum non dicitur fieri ex forma. & ſic capitur in definitione materiæ. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet materia, ſecũdum ꝙ eſt actuata per formam, ſit ens in actu, tamen ſecundum eſſentiam eius eſt ens in potentia tantum, quia de ſua natura non includit aliquem actum. — Solutio.

Ad tertium dicitur, ꝙ licet omnis materia aliquo modo remaneat in effectu ſecundum ſuam eſſentiam confuſam, non tñ ſemper remanet ſub propria ſpecie, & ratione, quam habebat anteq̃ faceret compoſitum, quod tñ requiritur ad hoc, ꝙ dicatur materia permanens. Ad quartum dr̃, ꝙ ad eſſe materię non ſequit̃ poſſibilitas effectus, quę attendit̃ in ordine ad oẽs ſuas cauſas, ſed bene ſequit̃ poſſibilitas effectus, quę ſe tenet ex parte cauſę materialis. ideo poſita cã materiali, ponitur eius effectus ſecundum potentiã paſſiuã materiæ. Ad quintum dr̃, ꝙ ibi non B arguit̃ a cã materiali ad ſuum effectum, quia cultellus in cõi non eſt effectus ferri, ſed cultellus ferreus. & tunc ſemper ſequitur, cultellus ferreus eſt, ergo ferrum eſt.

De Cauſa Formali, & eius Effectu, ac de Locis ab ea ſumptis, & modis arguendi.

FOrma eſt quæ dat eſſe rei, & conſeruat eam in eſſe. Locus a cauſa formali eſt habitudo ipſius cauſæ formalis ad ſuum effectum. Et tenet conſtructiue, & deſtructiue. Conſtructiue ſic. Albedo eſt, ergo album eſt. Locus a cauſa formali, Maxima, Poſita cauſa formali, ponitur & eius effectus, Deſtructiue ſic. Albedo non eſt, ergo album non C eſt. Locus a cauſa formali, Maxima, Remota cauſa formali, remouetur & eius effectus. Econtra uero eſt de effectu cauſæ formalis.

Poſtq̃ determinatum eſt de loco a cauſa materiali, hic conſequenter determinatur de loco a cauſa formali, quæ quidem forma ſecundum eſſe, & uiam generationis ſequitur materiam. ratione cuius ipſam ſic primo definit. Forma eſt quæ dat eſſe rei, & conſeruat rem in eſſe. vbi intelligit̃ cauſa, loco gñis definiti. Et ponitur quæ dat eſſe rei, ad differentiam materiæ, quæ non dat eſſe ſimpliciter, & in actu ipſi rei, materia. n. eſt recipiens eſſe compoſiti, & forma eſt dans, & influens ipſum eſſe. & ſi ſit ſubſtantialis, dat eſſe accidentale, & ſi ſit accidentalis, dat eſſe accidentale. deinde ponitur & conſeruat rem in eſſe, ad differentiam cauſæ efficiẽtis, & finalis, quæ quandoq; ſolum requiruntur quantum ad fieri ipſius rei, & non quantum ad eſſe, ſed forma ſemper requiritur ad eſſe rei. — Quid cauſa formalis.

D Primo ſciẽdũ, ꝙ quędam eſt forma partis, quę actuat partẽ cõpoſiti. ſ. materiã, ratione cuius dr̃ forma partis, alia eſt forma totius, quę eſt actus totius compoſiti reſultãs ex unione formę partis, & materię. Et dr̃ forma totius, eo ꝙ informat ipſum totum quantũ ad oẽs partes cõponẽtes ipſum, ſicut in animato aĩa eſt forma partis, quę informat ipſum corpus, qđ eſt materia animati, & eſſe animatum reſultans ex unione animæ cũ corpore eſt forma totius eius. & quælibet iterum diuiditur, quia quædam eſt forma cõis, & quædam propria, ut reſpectu hominis forma totius cõmunis eſt animalitas, humanitas eſt forma propria, ſed forma partis cõmunis eſt anima, & anima rationalis eſt forma partis ſibi propria. & de qualibet harum formarum poteſt intelligi definitio formæ prius poſita, licet perfectius cõueniat formæ propriæ quàm communi, & formæ totius quàm formæ partis. — De forma ptis ac formæ totius.

Modus arg. a cauſa formali. Secundo ſciendũ, quòd locus a cã formali eſt habitudo ipſius ad ſuũ effectum, E & tenet affirmatiue ſic arguendo, albedo eſt, ergo albũ eſt. Maxima, Poſita cauſa formali, ponitur eius effectus. Cuius ratio eſt, quia cauſa formalis habet idẽ eſſe cum ſuo effectu, & per idem eſſe ſemper exiſtit cauſa formalis, & ſuus effectus, ut homo, & anima eius habent unũ, & idem eſſe ideo poſita cauſa formali in eſſe, oportet ponere ſuũ effectum, & econtra, poſito effectu, ponitur forma eius, & ẽt deſtructa forma, deſtruiť effectus, & econtra, ideo ẽt tenet negatiue, ut albedo nõ eſt, ergo albũ non eſt. Maxima, Remota cauſa formali, remouetur eius effectus.

Tertio ſciendũ, ꝙ locus a cã formali tenet tã in ſubſtãuali q̃ in accidentali, & tam in forma partis q̃ in forma totius, dum tñ arguať cauſa formali ꝓpria. Sed arguendo a cauſa formali cõi, nõ tenet conſtructiue, vt, non ſequitur, anima eſt, ergo homo eſt. Et licet bene ſequať, non eſt anima, ergo non eſt homo, tñ hoc non eſt propter habitudinem formæ ad ſuũ effectũ, ſed per locũ a toto uniuerſali. Et tenet etiam iſte locus reſpectu huius prædicati eſſe uel non eſſe, & non reſpectu F prædicatorum particularium. quia licet forma conuertatur in eſſe cum ſuo effectu, non tamen ſemper ſuſcipit eandem denominationem cum ſuo effectu, nec econtra, effectus ſemper ſuſcipit denominationes conuenientes ipſi formæ.

Modus arg. ab effectu formali. Quarto ſciendum, ꝙ locus ab effectu cauſæ formalis eſt habitudo ipſius ad ſuam cãm formalem. Et tenet conſtructiue, & deſtructiue. & eodẽ modo formantur in ipſo argumenta, & maximæ ſicut in loco a cauſa formali, ponendo tamen effectum ꝓtermino inferente, & cãm pro termino illato. Et arguendo pdictũ locum, oportet eo modo attribuere eſſe cauſæ formali, ſicut ſuo effectui, ita, ꝙ ſi effectus habeat eſſe permanens, & completum, debet ẽt inferri eſſe completũ de ipſa forma. & ſi ſolũ ſit in eſſe ſucceſsiuo, & ſolum in tranſitu, ſicut aliquis dr̃ rubens ex uerecũdia in trãſitu ſolũ, debet eodẽ mõ poni cã eius, & ſimiliter de aliis modis eſſendi in. Et tũc ſemp tenet iſte locus ab effectu cãæ formalis ad ſuã cãm.

Argumenta. Sed contra pdicta argu.ť primo ſic. Prima cauſa dat eſſe oĩ creaturæ, & eam G conſeruat in eſſe, & tamen nõ eſt cã formalis, ſed efficiẽs creaturæ. ergo definitio formæ cõuenit aliis a definito. Secundo ſic. Quantitas põt eſſe ſine quanto, & albedo ſine albo, ut in Sacramento altaris quantitas eſt ſine ſubiecto, ergo non ſequitur, quantitas eſt, ergo quantum eſt, ergo locus a cã formali non tenet cõſtructiue. Tertio ſic. Non ſequitur, generatio non eſt, ergo genitum non eſt. & tamen generatio eſt forma denominans aliquid eſſe genitum. ergo locus a cã formali non tenet deſtructiue. Quarto ſic. Non ſequitur, Sol eſt calidus, ergo in Sole eſt caliditas, quia antecedens eſt uerum, & conſequens falſum. ergo locus ab effectu non tenet conſtructiue. Quinto ſic. Non ſequitur, homo non eſt, ergo anima rõnalis non eſt. quia homine mortuo aĩa rõnalis remanet in eſſe. & tñ ibi arguitur ab effectu cauſæ formalis ad ſuam cauſam. ergo iſte locus non tenet negatiue.

Solutiões. Ad argumenta. Ad primũ iſtorum dr̃, ꝙ licet prima cauſa det eſſe extrinſece & effectiue omni creaturæ, non tñ formaliter, & extrinſecæ, ſicut intelligitur hic H de cã formali. Ad ſcđm dr̃, ꝙ ſi ponatur quantitas ſine quanto, uel albedo ſine albo, ut in Sacramẽto altaris, ubi accidentia ſubſiſtunt ſine ſubiecto, tunc quantitas non eſt cã formalis ipſius quanti, nec albedo albi, & ideo ibi non arguitur tunc a cauſa formali ad ſuum effectum, unde quantitas iſta non habet ſuum effectum, qui eſt dare eſſe quantum. Ad tertium dicitur, ꝙ licet generatio quantum ad denominationem, habeat modum formæ reſpectu geniti, non tamen eſt [illegible] forma dans ſibi eſſe, ſed mutatio aut uia eſſe geniti, ideo ibi non a [illegible] cauſa formali. Ad quartum dr̃, ꝙ licet Sol ſit calidus effectiue, eo ꝙ [illegible] rem in iſtis inferioribus, non tamen eſt calidus formaliter, & eo [illegible] lidus, ſcilicet effectiue, bene ſequitur, ꝙ in eo eſt caliditas ut in cauſa efficiente.

A Ad quintum dicitur, ꝙ quando anima eſt ſeparata a corpore non exiſtens homine. tunc ipſa non eſt cauſa formalis hominis in actu, ſed in potentia tantum, quia non dat ſibi eſſe in actu, ideo non bene arguitur ab effectu ad ſuam cauſam formalem, inquantum eſt cauſa formalis.

De Cauſa Finali, Effectu eius, ac Locus, & modis arguendi in ea.

Finis eſt gratia cuius aliquid fit Locus a cauſa finali eſt habitudo ipſius ad ſuũ effectũ. Et eſt conſtructiuus, & deſtructiuus. Conſtructiue ſic, Beatitudo eſt bona, ergo uirtus eſt bona. Locus a cauſa finali, maxima. Cuius finis bonus eſt, ipſum quoque bonum eſt. Deſtructiue ſic, Pœna non eſt bona, ergo peccatum non eſt bonum. Locus a cauſa finali, maxima, Cuius cauſa mala eſt ipſum quoque malum. Ecõ
B uerſo autem eſt de loco ab effectu cauſæ finalis.

Poſtq̃ Auctor determinauit de loco a cauſa formali, hic conſequenter determinauit de loco a cauſa finali, eo ꝙ cauſa finalis in ſuo eſſe reali mediante forma acquiritur. ratione cuius primo ſic definit fınem dicens, ꝙ finis eſt gratia cuius aliquid fit. Cuius ratio eſt, quia illud, quod trahit, & mouet intentionem agentis ad producendum effectum, eſt gratia cuius aliquid fit. ſed finis trahit & mouet appetitum agentis ad producendum effectum, ratione cujus dicitur finis, quia finit & terminat intentionem agentis, ideo finis eſt gratia cuius aliquid fit, & in hoc differt ab aliis cauſis, quia nulla aliarum terminat intentionem agentis, ſed ſolum illud quod habet rationem finis. quid finis.

Primo ſciendum, ꝙ finis dupliciter capitur. Vno modo pro termino durationis alicuius rei, ut mors eſtq; dicitur finis hominis, quia finit durationem eius,
C uel terminus tempeſtatis dicitur finis eius. & hoc modo finis non eſt cauſa, nec iſto modo hic accipitur. Alio modo capitur finis pro illo, qđ finit intentionem agentis in producendo effectum, & eſt bonum conſequens ad ipſum effectum, & hoc modo eſt cauſa, & etiam hoc modo accipitur hic. Et diuiditur quia quidam eſt finis quo. ſ. qui ordinatur ad ulteriorem finem proſequendum. & reſpectu præcedentium dr̃ finis. & reſpectu ſequentium, quæ mediante ipſo acquiruntur, dr̃ finis quo, ut pecunia acquiſita per multa media dr̃ finis eorum, & ut ualet ad alios fines dr finis quo. Alius eſt finis gr̃a cuius, & eſt finis acquiſitus in ratione ultimi, & inquantũ eſt cauſa mediorũ præcedentium, & utriq; iſtorum finium conuenit definitio finis ſecundũ iñ, ꝙ uterq; eſt gr̃a cuius reſpectu mediorum præcedentiũ Idem. n. materialiter pōt dici finis quo, & finis gr̃a cuius, reſpectu diuerſorũ.

Secundo ſciendũ. ꝙ locus a cauſa finali eſt habitudo ipſius ad ſuum effectum. Et tenet affirmatiue ſic, Beatitudo eſt bona, ergo uirtus eſt bona. Maxima. Cuius Modus arg. a cã Finali ad effectum.
D finis bonus eſt, ipſum quoq; bonum eſt. Et ratio eſt. quia bonitas rei ſumitur ex bonitate ſui finis, & eadem eſt bonitas finis, & mediorum ordinatorum ad finẽ, ideo, ſi finis ſit bonus, media in finem ordinata ſunt bona. Negatiue tenet ſic, interfectio hominis eſt mala, ergo gladius eſt malus Maxima. Cuius finis malus eſt, ipſum quoq; malum eſt, & econtra, locus ab effectu cauſa finalis eſt habitudo ipſius ad ſuam cauſam, & tenet affirmatiue, & negatiue; & poteſt argui per ipſum conuertendo argumenta, & maximas prius poſitas.

Tertio ſciendum, ꝙ finis poteſt dupliciter conſyderari. Vno modo materialiter ſecundum id quod eſt, non per reſpectum ad media quorum eſt finis. Alio modo conſyderatur formaliter, & in ratione finientis, & ſic importat reſpectum ad media, quæ finit, & hoc modo bonitas finis in ratione finis includit bonita- Finis cõſyderatio duplex.

tem mediorum, quæ ordinantur in ipſum. Et arguendo per locum a cauſa finali E
non ſufficit, ꝙ finis ſecundum ſe ſit bonus ad inferendum bonitatem effectus, ſed requiritur, ꝙ ſit bonus in ratione finientis, quia ſolum illo modo habet ratione cauſæ finalis.

Quid p ef fectū cāç finalis intel ligatur. Quarto ſciendum, ꝙ effectus cauſæ finalis eſt medium ordinatum ad aliquem finem acquirendum, ſicut uirtus ordinatur ad beatitudinem. Sed duplicia ſunt media ordinata in finem, quia quædam ſunt media ordinata per ſe, & alia ſunt media ordinata ſolum per accidens. Media per ſe ordinata ſunt illa, ſine quibus finis non poteſt acquiri, ſicut eſt uirtus reſpectu beatitudinis. Sed media per accidens ſunt illa ſine quibus finis poteſt acquiri, ut eſt inebriatio reſpectu ſanitatis, quæ quãq; eſt medium accidentaliter, quo ſanitas acquiritur. Et locus ab effectu cauſæ finalis ſolum tenet in mediis per ſe, & non in mediis per accidens, quia non ſequitur, inebriatio eſt mala, ergo ſanitas eſt mala.

Argumen. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Nullum malum eſt finis, quia finis ha F bet rationem boni, cum ſit appetibilis ab efficiente, tñ aliquod malum eſt gratia cuius aliquid fit, ut qñq; interfectio innocentis eſt gratia cuius aliquid fit, ergo iſta definitio conuenit aliis a definito. Secundo ſic. Non ſequitur eleemoſyna eſt bona, ergo furari ad dandum eleemoſynam eſt bonum, & tamen ibi arguitur a cã finali conſtructiue, ergo iſte locus non tenet affirmatiue. Tertio ſic. Non ſequitur, ꝑfectio non eſt, ergo ſecuris non eſt, quia antecedens poteſt eſſe uerum conſequente exiſtente falſo, ergo locus a cauſa finali non tenet negatiue.

Quarto ſic. Bonitas finis non dependet a bonitate mediorum, ſed econtra. ergo a bonitatem mediorum non ſequitur bonitas finis, ergo locus ab effectu cauſæ finalis non tenet affirmatiue reſpectu huius prædicati bonum. Quinto ſic. Non ſequitur, aliquis homo non eſt bonus, ergo beatitudo non eſt bona, uel homo eſt malus, ergo felicitas eſt mala, & tamen ibi arguitur ab effectu cauſæ finalis ad ſuam cauſam, homo.n. productus eſt propter habitudinem acquirẽdam, ergo G locus ab effectu cauſæ finalis non tenet negatiue.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dr̃, ꝙ licet malũ ſub ratione mali non ſit finis, inquantum tñ eſt apparens bonum poteſt habere rationem finis. & hoc mõ malũ ſub ratione boni apparentis eſt gratia cuius aliquid fit, & iſto mõ eſt finis, ideo iſta definitio non conuenit aliis a definito. Ad ſecundum dr̃, ꝙ licet elemoſyna ſecundum ſe ſit bona, tñ elemoſyna ex furto non eſt bona in ratione finientis, quia eſt non finis acquiſitus per bona media. Ad tertium dr̃, ꝙ locus a cauſa finali non tenet reſpectu huius prædicati eſſe ſed ſolum reſpectu horum prædicatorum, bonum, & malum eo, ꝙ finis & effectus eius non habent conuenientiam in eſſe. ſed quantum ad eſſe finis eſt extrinſecus ſuo effectui, ſed habent conuenientiam quãtum ad bonitatem, quia eadẽ eſt bonitas finis, & effectus. ideo ibi nõ bene arguitur per locum a cauſa finali. Ad quartum dr̃, ꝙ licet bonitas finis non dependeat ex parte mediorum in genere cauſæ finalis, tamen dependet ab ipſis effectiue: H & dato, ꝙ non cauſetur ab ipſis, adhuc poſſet ſequi illatiue ex bonitate mediorum bonitas ipſius finis, eo ꝙ media capiunt bonitatem ex parte finis. Ad quintum dicitur, ꝙ licet aliquis homo ſit malus, hoc tamen non eſt ex effectu beatitudinis, quia nõ diſponit ad talem finem per liberum arbitrium, ſed deuiat a tali fine, & priuat ſe bono, ad quod erat ordinatus. ideo ibi non arguitur ab effectu cauſæ finalis. Et ſic patet de locis a cauſa & ab effectu.

De hoc in 1. Ethic.

Quid Generatio, quid Corruptio, & ipſarum Loci.

Generatio eſt progreſsio a non eſſe ad eſſe. Locus a generatione eſt habitudo ipſius generationis ad ſuum generatum, & eſt conſtructiuus

A ſtructiuus, & deſtructiuus.conſtructiue ſic arguitur, generatio domus eſt bona, ergo domus eſt bona. Locus a generatione, Maxima, Cuius generatio bona eſt, ipſum quoque bonum eſt. deſtructiue ſic. Generatio latronum eſt mala, ergo latro eſt malus. Locus a generatione, Maxima, Cuius generatio mala eſt, ipſum quoque generatum malum eſt. E conuerſo autem eſt de loco a generato. Corruptio eſt progreſsio ab eſſe ad non eſſe. Locus a corruptione eſt habitudo corruptionis ad corruptum. & conſtructiuus & deſtructiuus. Conſtructiue, arguitur ſic. Corruptio Antichriſti eſt bona, ergo Antichriſtus eſt malus. Locus a corruptione. Maxima, Cuius corruptio bona eſt, ipſum corruptum malum eſt. Deſtructiue ſic, corruptio domus eſt mala, er-
B go domus eſt bona, Maxima. Cuius corruptio mala eſt, ipſum bonum eſt. E conuerſo eſt de loco a corrupto.

Poſtquam Auctor determinauit de locis a cauſa & eff ctu, hic conſequenter determinat de locis a generatione & corruptione. Et prius de loco a generatione, quia ipſa ſe habet, ut habitus corruptio uero ut priuatio, ratione cuius primo definit generationem dicens, Generatio eſt progreſsio de non eſſe ad eſſe, capitur ibi progreſsio, generaliter pro mutatione in commun, & non ſpecialiter pro motu progreſsiuo. ideo ibi progreſsio ponitur loco generis. Et ponitur a nō eſſe ad eſſe, ad explicandum terminos generationis, quia non eſſe eſt terminus a quo ipſius, eſſe uero eſt terminus ad quem. Vnde omnis motus, & mutatio habent cognoſci per ſuos terminos, & per ſuum terminum ad quem accipit ſpe-
C ciem & differentiam ab aliis. ideo iſti termini ponuntur in iſta definitione ad differentiam omnium aliorum ſpecierum motus.

Primo ſciendum, quòd generatio dupliciter accipitur. uno modo ſpecialiter, prout eſt mutatio de non eſſe ſubſtantiæ ad eſſe ſubſtantiæ, & ſic ſolum reperitur in ſubſtantiis. Alio modo accipitur generaliter pro quacunque mutatione de non eſſe ad eſſe, ſiue ſit ad eſſe ſubſtantiæ, ſiue accidentis. Et hoc modo generatio conuenit tam ſubſtantiis, q̃ accidentibus, & generatio ſubſtantiæ eſt generatio ſimpliciter dicta. generatio uero accidentis eſt generatio ſecundum quid & imperfecta. hic autem ſumitur communiter generatio, tam pro generatione ſubſtantiæ, quàm pro generatione accidentis, quia ad utranq; tenet locus a generatione, & etiam utrique conuenit definitio generationis prius poſita, licet per prius conueniat generationi ſubſtantiæ. Gñatio duplex ſubſtantialis, & accidentalis.

Secundo ſciendum, ꝙ locus a generatione eſt habitudo ipſius ad generatum.
D Et tenet affirmatiue, ut generatio domus eſt bona, ergo domus eſt bona. Maxima, Cuius generatio eſt bona, ipſum quoque bonum eſt. cuius ratio eſt, quia generatio intrinſece terminatur ad eſſe geniti. ideo generatio dicit unum & idem eſſe cum ipſo genito. ideo, ſi generatio ſit bona bonitate, quæ eſt ex parte geniti, ad quod terminatur, oportet genitum eſſe bonum, & ſi ſit mala erit malum, & e contra, eo ꝙ dicunt unum & idem eſſe, ſed generatio importat ipſum in fieri, & genitum in facto eſſe. Et tenet iſte locus negatiue ſic, generatio furis eſt mala, ergo fur eſt malus. Maxima, Cuius generatio eſt mala, ipſum quoque malum eſt. Et proportionaliter poteſt definiri locus, a generato ad generationem. & tenet affirmatiue & negatiue & formantur argumenta & maximæ ſimiliter ſecundum ipſum, ſit ſecundum locum a generatione. Modus ar. a gñatione negatiue.

Quid corruptio. Tertio ſciendum eſt, ꝙ corruptio eſt progreſsio ab eſſe ad non eſſe, ut corru- E
ptio Socratis eſt progreſsio a ſuo eſſe ad non eſſe. Et capitur progreſsio pro mutatione in communi loco generis. Deinde ponitur ab eſſe ad non eſſe, quia eſſe eſt terminus a quo corruptionis, & non eſſe, eſt terminus ad quem. & ab illo non eſſe capit corruptio ſpeciem & differentiam a generatione, & ab aliis motibus. Et quia non eſſe rei eſt oppoſitum eſſe rei, ideo corruptio, quæ eſſentialiter importat non eſſe rei, eſt quodam modo oppoſita rei, quæ corrumpitur, & inde eſt ꝙ a corruptione ad corruptum arguitur reſpectu diuerſorum prædicatorum, & econtra, licet in loco a generatione ſemper arguatur reſpectu eiuſdem prædicati in antecedente, & conſequente.

Modus arg. a corruptione. Quarto ſciendum eſt, ꝙ locus a corruptione eſt habitudo ipſius ad ſuum corruptum. Et tenet affirmatiue ſic, Corruptio Antichriſti eſt bona, ergo Antichriſtus eſt malus. Maxima, Cuius corruptio eſt bona, ipſum quoq; malum eſt [illegible], quia corruptio & corruptum opponuntur inter ſe, ſicut eſſe, & non eſſe, quia a cor- F
ruptio dicit non eſſe corrupti in fieri, ſed, ſi unum oppoſitorum fuerit bonum, alterum erit malum, ideo, cum corruptio ſit bona ipſum corruptum erit malum, & econtra, ſi corruptum ſit bonum, corruptio erit mala. Et tenet negatiue, ut corruptio domus eſt mala, ergo domus eſt bona. Maxima Cuius corruptio eſt mala ipſum quoq; bonum eſt, quia corruptio non dicitur mala, niſi inquantum opponitur bono, & eſt corruptiua boni. Et locus a corrupto eſt habitudo ipſius ad ſuam corruptionem, & tenet affirmatiue & negatiue. & formantur argumenta & maxime eius ſimiliter, ſicut in loco a corruptione.

Argumen. Contra prædicta arguitur primo ſic. Generatio domus poteſt eſſe domo non exiſtente, ergo, ſi illa generatio, ſit bona domus non erit bona cum domus nondum ſit, ergo non ſequitur affirmatiue per locum a generatione, generatio domus eſt bona, ergo domus eſt bona. Secundo ſic. Non ſequitur. latro eſt malus, ergo generatio eius eſt mala, quia poteſt ſtare ꝙ habuerit perfectam generatio- G
nem, ergo locus a generato non tenet negatiue. Tertio ſic. Corruptio opponitur corrupto, & tenet locus a corruptione ratione diſconuenientiæ corruptionis ad corruptum, & non gratia conuenientiæ, ergo ille locus eſt extrinſecus, cum terminus inferens ſit extrinſecus termino illato, & ita hic male ordinatur inter locos intrinſecos. Quarto ſic. Nõ ſequitur, corruptio Chriſti fuit bona, ergo Chriſtus fuit malus, quia antecedens eſt uerum, & conſequens falſum. ergo locus a corruptione non tenet conſtructiue. Quinto ſic. Non ſequitur Antichriſtus non eſt bonus, ergo corruptio eius eſt bona, cum antecedens ſit uerum, & conſequens falſum, & tamen ibi arguitur negatiue a corrupto ad corruptionem. ergo iſte locus non tenet negatiue.

Solutiões. Ad argumenta. Ad primum dr̃, ꝙ qñ generatio cuiuſcunq; rei præcedit ipſum genitum, ipſa non eſt bona bonitate finis, niſi aptitudinaliter, quia ſolum habet bonitatem in actu, qñ genitum habet bonitatem in actu. & eo mõ, quo ipſa eſt H
bona. ſ. ſm aptitudinem, etiam genitum, quod in ipſa includitur in fieri, dicitur eſſe bonum ſecundum aptitudinem. & ſimiliter qñ eſt genitum in actu, & tranſiuit generatio, ſi genitum ſit bonum in actu etiam generatio eius poteſt dici bona in actu, eo ꝙ genitum includit eſſe, quod eſt terminus intrinſecus, & eſſentialis generationis, ratione, cuius ipſa poteſt ipſa dici bona. Ad ſecundum dr̃, ꝙ licet hõ malus poſsit habere bonam generationem & perfectam quantum ad bonitatem formæ & originis, tamen nunquàm habet bonam generationem bonitate finis, quæ quidem bonitas eſt bonitas ipſius geniti, & de illa ſolum hic intelligit.

Ad tertium dicitur, ꝙ locus a corruptione ſimpliciter eſt extrinſecus, quia tenet cã diſconuenientiæ termini inferentis cum termino illato, quod ſufficit ad locum

A cum extrinſecum & habet reduci ad locum contradictorie oppoſitorum. Sed pp conuenientiam,generationis,& corruptionis iſte locus hic enumeratur inter locos intrinſecos, & etiam a multis ponitur locus intrinſecus ſecundum habitudinem terminorum, ſi ſumeretur habitudo extrinſeca termini illati. Ad quartum dicitur, ꝙ licet corruptio Chriſti fuerit bona quo ad nos,tamen fuit mala ſecundum ſe.& inquantū fuit deſtructiua uitæ Chriſti,ideo in ratione corruptionis,& per reſpectum ad non eſſe, ſeu ad corruptum, non fuit bona. & in iſtis locis ſemper debet argui de bonitate uel malitia, quæ conuenit per ſe corruptioni & corrupto,& non de bonitate per accidens. Ad quintum dicitur, quòd conſequentia non ualet, quia non ponitur ipſum corruptum in antecedente,quia illa negatiua de ſe nihil ponit in eſſe, ſed bene ſequeretur. Antichriſtus eſt malus, ergo corruptio eius eſt bona in aptitudine.

B *Quid Vſus, ac Locus ab uſibus ſit, & communiter Accidentium diſtinctione propoſita, de eius Locis diſſeritur.*

VSus ut hic ſumitur, eſt operatio rei ſiue exercitium ipſius, ut ſecuris operatio eſt ſecare,equi equitare eſt exercitium. Locus ab uſibus eſt habitudo ipſius operationis ad id, cuius eſt operatio ſiue uſus, & eſt conſtructiuus & deſtructiuus. conſtructiue ſic, equitare, ſiue ſcindere eſt bonum, ergo equus eſt bonus, uel ſecuris eſt bona. Locus ab uſibus, Maxima, Cuius uſus bonus, ipſum quoque bonum eſt, Deſtructiue ſic,occidere hominem malū eſt, ergo occiſor eſt malus, Locus ab uſibus, maxima, Cuius uſus malus eſt, ipſum quoque eſt malum. Communiter accidentia ſumuntur dupliciter. Quædam C .n.ſunt quæ aliquando ſe conſequuntur, & aliquando non, ut cōptus & adulter, & ab his non ſumitur locus dialecticus, ſed ſophiſticus. Alia ſunt, quorum alterum ſemper conſequitur alterum, ut pœnitere ſequitur deliquiſſe. & ab his ſumitur locus dialecticus, & tenet conſtructiue & deſtructiue, Conſtructiue ſic, iſtū pœnitet,ergo deliquit. Locus a cōiter accidentibus, Maxima, Si communiter accidentiū poſterius ineſt & primum infuit. Deſtructiue ſic. Iſte non deliquit, ergo iſtum non penitet. Locus a cōiter accidentibus,Maxima,Si accidētium communiter prius non ineſt, nec poſterius.

D Poſtquam Auctor determinauit de loco a generatione,& corruptione,hic conſequenter determinat de locis ab uſibus, & communiter accidentibus, ratione cuius primo diffinit uſum dicens, ꝙ uſus eſt operatio ſiue exercitium ipſius rei. Cuius ratio eſt, quia uſus eſt illæ, quo utens utitur re uſitata uel inſtrumento eius. ideo dicitur uſus de utor uteris, ſed operatio ſiue exercitium ipſius rei eſt illud quo agens principale utitur ſuis inſtrumentis,ut ſecare eſt illud quo homo utitur ſecuri,& equitare quo utitur equo, ergo uſus conuenienter dicitur operatio, ſiue exercitium ipſius rei. Et poteſt capi dupliciter. Vno modo ſpecialiter ſolum pro operatione rei, qua agens principale utitur rebus ſibi ſubordinatis. Alio modo generaliter pro quacunque operatione rei, ad quam res ipſa eſt ordinata,& iſto modo accipitur. Quid uſus

Primo ſciendum eſt, quòd uſus dupliciter poteſt conſyderari. Vno modo per

Vſus, duplex conſyderatio. reſpectum ad utentem, Alio modo per reſpectum ad rem uſitatam, cuius dicitur uſus, ut ſecare qui eſt uſus ſecuris, poteſt comparari ad hominem, qui ipſa ſecuri utitur, & ad ipſam ſecurim, & per comparationem uſus ad rem uſitatam, ſumitur locus dialecticus qui dicitur ab uſibus, & non per comparationem eius ad ipſum utentem, eo, quod uſus maiorem habet conuenientiam & habitudinē cum uſitato, quàm cum utente. non enim ſequitur, equitare eſt bonum, ergo equitans eſt bonus, nec econtra. E

Modus arg. ab uſibus. Secundo ſciendum, quòd locus ab uſibus eſt habitudo ipſius uſus ad uſitatum. Et tenet affirmatiue ſic, ſecare eſt bonum, ergo ſecuris eſt bona. Maxima, Si uſus ſit bonus, & uſitatum eſt bonum, cuius ratio eſt. quia omne ens, productum eſt propter ſuam operationem, & denominatur bonum propter bonitatem ſui operis, quia illa eſt bonitas ſui finis in executione. ideo, ſi uſus eſt bonus, uel operatio rei ſit bona, ipſum uſitatum erit bonum. Et tenet negatiue ſic, occidere eſt malum, ergo occiſor eſt malus. Maxima, Si uſus eſt malus, uſitatum eſt malum. Et uocatur iſte locus ab uſibus in plurali, & non ab uſu in ſingulari, eo quod eodem argumento poteſt argui a pluribus uſibus, ut dicendo, equitare eſt bonum, trahere aratrum eſt bonum, & ſic de aliis uſibus equi, ergo equus eſt bonus, non tamen ſemper oportet in quolibet argumento ponere plures uſus. Et ſimiliter tenet locus ab uſitato ad ipſum uſum affirmatiue, & negatiue ſicut locus ab uſu. F

Cōiter accidentia. Tertio ſciendū, q duplicia ſunt cōmuniter accidētia, quędā.n.ſunt, quæ cōtingenter, & nō ſemper ſeinuicē conſequūtur, ut in homine, magnus & fortis, & pulcher, & bonum. Alia ſunt, quę ſemper, & neceſſario ſe conſequuntur, eo q habent inter ſe neceſſariā habitudinem. & iſta ſunt duplicia. quædam.n. ſunt quæ conſequuntur conuertibiliter, ut in homine riſibile, & flebile, & in brutis habere cornua, & habere duos dentes, uel non habere duos dentes ſuperiores. Alia uero ſunt, quæ ſe conſequuntur neceſſario, & non couertibiliter, ut ſunt delinquere, & pœnitere, uel non mingère, & habere plumas. unde dicuntur talia communiter accidentia, quia ſimul plura talia uni accidunt. Et a communiter accidentibus, quæ neceſſario ſe conſequūtur ſumitur locus dialecticus, non autē ab aliis quę ſe cōſequuntur contingenter, ſed ab ipſis ſumitur locus ſophiſticus. G

Modus arg. a communiter accidētibus. Quarto ſciendum eſt, q locus cōiter accidentibus eſt habitudo unius communiter accidentiū ad reliquum. Et in accidentibus, quæ ſe conſequuntur conuertibiliter, tenet tā affirmatiue q̄ negatiue, ab utroq; latere ad alterū, ut riſibile eſt, ergo flebile eſt. Maxima, Poſito uno cōiter accidentium ſe conſequentiū conuertibiliter, ponitur reliquum pp conuertibiliter eorum. Et ēt deſtructo uno deſtruitur reliquum. Sed in his, quæ conſequūtur ſeinuicem neceſſario, & non conuertibiliter, arguendo a poſteriori ad prius, iſte locus tenet affirmatiue tantum, & non negatiue, ut pœnitet. &, ergo peccauit, uel auis habet plumas, ergo non mingit. Maxima, Si communiter accidentium poſterius ineſt, neceſſe eſt primum in fuiſſe. Sed arguēdo a priori ad poſterius non tenet affirmatiue, quia poſito priori uel communiori, non oportet ponere poſterius. Sed tenet negatiue ſic, non deliquit, ergo non pœnitet. Maxima, Priori communiter accidentium deſtructo, remouetur poſterius. H

Argumen. Sed contra prędicta arguitur primo ſic, Intelligere, uel uelle, eſt operatio hominis, & tamen non eſt uſus, quia in tali operatione nihil utitur ipſo homine, ergo definitio uſus nō conuenit ſoli definito. Sc̄do ſic. Vſus uel operatio eſt cauſa finalis ipſius rei, quia eſt gratia cuius res ſit. eo q unūquodq; productū ſit pp ſuā operationē, ergo arguēdo ab uſibus eſt locus a cauſa finali, & per conſequēs male ponitur iſte locus ab illo diſtinctus. Tertio ſic. Non ſequitur. Equitare eſt

A eſt bonum, ergo equus claudus, uel cæcus eſt bonus, & tamen ibi arguitur ab uſu ad uſitatum affirmatiue, ergo iſte locus non tenet affirmatiue. Quarto ſic. Non ſequitur. Deum pœnitet, ergo peccauit, quia antecedens eſt uerum cũ ipſe dixerit, pœnitet me feciſſe hominem, & conſequens falſum. ergo locus a communiter accidentibus non tenet affirmatiue. Quinto ſic. Non ſequitur, Beata Virgo nõ peccauit, ergo ipſam non pœnituit, & ſimiliter de multis Sanctis, ergo locus a cõmuniter accidentibus non tenet negatiue a priori ad poſterius.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ ſi capiatur uſus proprie pro operatione, qua ut ens utitur uſitata, ſic intelligere hominis, uel uelle non eſt uſus eius, ſed ſi capiatur generaliter pro quacunque operatione rei, ad quam ipſa ordinatur, tunc aliquo mõ poteſt dici uſus, & hoc modo hic capitur. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet uſus rei ſecundum eſſe in intentione agentis ſit cauſa finalis ipſius rei, non tamen ſecundum ꝙ eſt in executione, ſed eſt effectus & operatio rei uſitatæ, & hoc mõ ab ipſo ſumitur locus ab uſu, qui cõiter diſtinguit a cauſa finali. Solutio.

B Ad tertium dicitur, quòd equitare in communi non eſt uſus equi claudi uel cæci, ſed eſt uſus equi in communi. ideo ibi non bene arguitur ab uſu ad uſitatũ. ſed ſic debet argui, equitare equi claudi eſt bonum, ergo equus claudus eſt bonus, & ſicut conſequens eſt falſum, ita & antecedens.

Ad quartum dicitur, ꝙ ſi capiatur proprie pœnitere, ut eſt pœnitentiam agere pro peccato commiſſo uoluntarie, ſic Deum non pœnituit, ſed, ſi capiatur ſecundum ſimilitudinem, prout eſt ſimilitudinarie dolere de aliquo, ſic Deum pœnituit, & hoc modo non ſumitur hic, ſed primo modo.

Ad quintum dicitur, ꝙ licet Beata Virgo & multi Sancti in propria perſona nõ peccauerint, tamen primi parentes peccauerunt, tõc cuius ipſi pœnituerunt.

C

De Locis Extrinſecis.

De Oppoſitis Relatiue, & Locis in ipſis.

SEquitur de locis extrinſecis. Quid ſit autẽ locus extrinſecus dictũ eſt prius. Locorũ autẽ extrinſecorum, alius eſt ex oppoſitis, alius a maiori, alius a minori, alius a ſimili, alius a proportione, alius a tranſumptione, alius ab actuoritate, Item oppoſitorũ quatuor ſunt ſpẽs, ſcilicet oppoſitio relatiua, contraria, priuatiua, & cõtradictoria. Relatiue oppoſita ſunt, quorum alterum non poteſt ſtare ſine reliquo, ut pater, & filius. Locus a relatiue oppoſitis eſt habitudo unius correlatiuorum ad alterum, & eſt conſtructiuus, & deſtructiuus. Conſtructiue ſic, pater eſt, ergo filius eſt, & econuerſo, Deſtructiue, ſic, pater nõ

D eſt, ergo, filius non eſt, & econuerſo. Locus a relatiue oppoſitis, Maxima, Poſito uno relatiuorum, ponitur & reliquum, & deſtructo uno, deſtruitur & reliquum.

Poſtquam Auctor determinauit de locis intrinſecis, hic conſequenter determinat de locis extrinſecis, Cuius rõ eſt quia locus eſt habitudo termini inferentis ad terminum illatum ſed locus intrinſecus dicit perfectiorẽ habitudinem illorũ terminorũ, q̃ locus extrinſecus, ideo locus extrinſecus poſtponitur loco intrinſeco. Et quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, & de uno, habet clarior cognitio pp cognitionem alterius. & locus intrinſecus & extrinſecus opponunt. ideo poſt locos intrinſecos conuenienter Auctor immediate determinat de Loci extrĩ ſeci ĩ ſpẽs partitio.

de locis extrinſecis. Et preſuppoſita definitione loci extrinſeci primo diuidit locū E
extrinſecum per locum ab oppoſitis, a maiori, a minori, a ſimili, a proportione, a tranſumptione, & ab auctoritate. quarum ſpecierum definitiones, & differentiæ ſatis patebunt inferius.

Quid locus extrinſecus, & ab oppoſitis & quot eius ſpecies.

Primo ſciendū, ꝙ locus extrinſecus eſt qñ terminus inferens eſt extra ſubſtantiā termini illati, & ratione differentiæ illorum terminorum ſumitur uirtus probatiua, argumenti, ſed in loco ab oppoſitis ueriori modo terminus inferens eſt extra ſubſtantiam termini illati, ideo inter locos extrinſecos Auctor prius terminat, de loco ab oppoſitis, q̄a ille uerius participat rōne loci extrinſeci. Et locus ab oppoſitis eſt habitudo unius oppoſitorū ad reliquū. ideo diuidi habet ſecūdū diuiſionē oppoſitorū, & rōne ipſorū oppoſitorū hic diuidit oppoſitionē per quatuor ſpecies. ſ. per oppoſitionem relatiuam, contrariam, priuatiuam, & contradictoriam. Cuius diuiſionis ſufficientia & definitiones membrorum ſatis patent in Poſtprædicamentis. Et eodem modo ſumuntur quatuor ſpecies oppoſitorum. F
quia quædam ſunt relatiua, alia contraria, alia priuatiua, & alia contradictoria, & inter iſta prius determinatur de relatiuis, & de loco ſumpto ab ipſis.

Secundo ſciendum, ꝙ relatiua ſunt quorum eſſe eſt ad aliud ſe habere, & eſſe unius totum refertur ad aliud, & econtra. Et poſſunt hæc relatiua dupliciter conſyderari. Vno modo inquantū referunt̄ inter ſe, & ſimul ponunt̄ in eſſe, & ſub forma relationis. & hoc modo ſunt ſimul natura, & ſic ab ipſis ſumit̄ locus a relatiuis, & non a relatiue oppoſitis. Alio mō conſyderant̄ inquantum habent inter ſe repugnantiam ad ſimul eſſe in uno ſubiecto reſpectu eiuſdem, & hoc modo dicuntur relatiue oppoſita, & ab ipſis hoc modo ſumitur locus a relatiue oppoſitis.

Modus arg. a relatiuis.

Tertio ſciendum eſt, ꝙ locus relatiuis eſt habitudo relatiuorum ad ſua correlatiua. Et tenet iſte locus affirmatiue & negatiue, Affirmatiue ſic. pater eſt, ergo filius eſt. Maxima. Poſito uno relatiuorum, neceſſario ponitur reliquum. Cuius ratio eſt, quia totum eſſe relatiui eſt ſe habere ad aliud, ergo ad hoc ꝙ G
unum relatiuorum habeat eſſe, oportet ſuum correlatiuum eſſe ad, quod refertur. ideo poſito uno correlatiuorum, neceſſario ponitur ſimul reliquum. Sed negatiue tenet ſic, pr̄ non eſt, ergo filius non eſt. Maxima deſtructo uno relatiuorū, deſtruitur reliquum. Relatiua enim poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt.

Modus arg. a relatiue oppoſitis.

Quarto ſciendū, ꝙ locus a relatiue oppoſitis eſt habitudo unius relatiue oppoſitorū ad reliquū, & tenet affirmatiue ſic, Socra. eſt pater Platonis, ergo non eſt filius eius. Maxima. Poſito uno relatiue oppoſitorum in uno ſubiecto, ab eodē remouet̄ reliquum, eo ꝙ relatiue oppoſita nunq̄ permittunt ſe in eodem ſubiecto reſpectu eiuſdē, & inquantū oppoſita ſunt. Sed iſte locus non tenet negatiue a negatione unius relatiue oppoſitorū de uno ſubiecto ad affirmationē alterius, quia non ſequit̄, Socrates non eſt filius Platonis, ergo eſt pater eius. Et iſte locus a relatiue oppoſitis eſt ſimpliciter extrinſecus, quia ibi ſumit̄ uirtus probatiua ratione diſcōuenientiæ termini inferentis cum termino illato. Et locus a relatiuis ſecundū aliquo ponitur extrinſecus, eo ꝙ unū relatiuorū ſecūdum eſſe eſt H
extrinſecū alteri. Sed ſecūdū alios ponit̄ intrinſecus, quia terminus inferēs infert terminū illatū ratione conuenientiæ eorū in eſſe, & ſub forma relationis. & habet reduci ad locū a deſcriptione, quia unum relatiuorum eſt de definitione alterius, & ut dicunt, ſolum ponitur hic inter locos extrinſecos cauſa conuenientiæ relatiuorum & relatiue oppoſitorum, & utraque pars eſt ſatis probabilis.

Argumen.

Sed cōtra prædicta arguitur primo ſic. In omni loco dialectico terminus inferens debet inferre terminū illatū, ſed unū oppoſitorū nunq̄ infert aliud, ſed ſemper infert & importet negationem & deſtructionem alterius, ergo nullus locus eſt ab oppoſitis. quod eſt contra diuiſionem loci extrinſeci. Secundo ſic.

Maius

A Maius dicitur correlatiue ad minus, & econtra, & etiam ſimile ad ſuum ſimile relatiue opponitur, ergo locus a maiori, a minori, & a ſimili ſunt relatiue oppoſita, ergo male ponuntur illi loci diſtincti ab aliis, ergo prædicta diuiſio nõ ualet. Tertio ſic. In omni loco dialectico eſt habitudo antecedentis ad conſequens, & termini inferentis ad terminum illatum, ſed antecedens, & conſequens ſunt relatiua inter ſe, ergo omnis locus eſt a relatiuis inter ſe, ergo omnis locus eſt a relatiuis. & ſic male ponitur unus locus ſpecialis. Quarto ſic. Non ſequitur, pater Socratis eſt, ergo filius Socratis eſt. & tamen ibi arguitur ab uno relatiuorum ad reliquum, ergo iſte locus non tenet affirmatiue. Minor patet, quia pater in communi, & filius dicuntur correlatiue, ergo pater, & filius eius dicuntur correlatiue, & ſic ibi arguitur a relatiuis. Quinto ſic. Non ſequitur, Socr. eſt pater hominis, ergo nõ eſt filius hominis, & tamen ibi arguitur a relatiue oppoſitis affirmatiue, ergo ille locus non tenet affirmatiue.

B Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd unum oppoſitorum non poteſt inferre aliud affirmatiue. ſed bene infert aliud negatiue, eo quòd negationem alterius includit. ideo poſito uno in aliquo ſubiecto, deſtruitur reliquum in eodem ſubiecto. Ad ſecundum dicitur, quòd licet maius dicatur correlatiua ad minus, & ſimile ad ſimile, tamen in loci a maiori, minori, & a ſimili non ſumitur uirtus probatiua ratione relatiuæ oppoſitionis, ſed ratione maioritatis, & minoritatis, & ſimilitudinis. ideo illi loci diſtinguuntur a loco a relatiue oppoſitis. Ad tertium dicitur, quod antecedens, & conſequens ſecundum illas intentiones dicuntur correlatiue inter ſe, ſed non ſemper dicuntur correlatiue ſecundum id, quod ſunt, quod tamen requiritur in loco a relatiue oppoſitis. ideo non omnis locus debet dici, a relatiuis. Solutio.

Ad quartum dicitur, ꝙ pater Socratis non dicitur correlatiue ad filium Socratis, ſed tantum dicitur correlatiue ad filium ſuum. Et licet pater in communi dicatur correlatiue ad filium in communi, tamen non dicitur correlatiue ad filium C acceptum cum determinatione ſpeciali, ſicut pater in communi, & iſte filius non dicuntur correlatiue inter ſe, ideo ibi non arguitur per locum a relatiue oppoſitis. Ad quintum dicitur, ꝙ ibi non arguitur per locum a relatiue oppoſitis, quia Socrates in antecedente, & conſequente non dicitur pater, & filius reſpectu hominis accepti pro eodem ſuppoſito determinato, & tamẽ in relatiue oppoſitis oportet ꝙ ſemper fiat comparatio reſpectu eiuſdem. ideo bene ſequeretur a relatiue oppoſitis. Socrates eſt pater hominis, ergo non eſt filius eiuſdem hominis. Cõparatio in relatiue oppoſitis.

De Contrarietate, Contrarÿs, & Priuatiue oppoſitis, ſuis arguendi Locis, ſeu maximis.

D Contrarietas eſt contrariorum oppoſitio, ut albus, niger. Contrariorum, quædam ſunt mediata, ut albũ nigrum, inter quæ ſunt medij colores, quædam ſunt immediata, ut ſanum, & ægrum circa animal. Locus a contrariis eſt habitudo unius contrariorum ad reliquum, & tenet deſtructiue, & conſtructiue. conſtructiue ſic, hoc animal eſt ſanum, ergo non eſt ægrum. uel hoc corpus eſt album, ergo non eſt nigrum. Locus a contrariis, Maxima, Poſito uno contrariorum, remouetur reliquum ab eodem. Deſtructiue tenet tantum in contrariis immediatis cum conſtantia ſubiecti, ut hoc animal non eſt ſanum, ergo eſt ægrum. Locus a contrariis immediatis, Maxima, Remoto

uno contrariorũ immediatorũ, ponitur reliquum manente ſubiecto. E

Priuatiue oppoſita ſunt, quæ habent fieri circa idem ſubiectum tẽpore determinato, & ordine irregreſsibili, ut cæcitas, & uiſus circa oculum. Locus a priuatiue oppoſitis eſt habitudo priuationis ad habitum, uel habitus ad priuationem, & tenet conſtructiue, & deſtructiue, conſtructiue ut Socrates eſt uidens, ergo non eſt cæcus. uel eſt cæcus, ergo non eſt uidens. Locus a priuatiue oppoſitis, Maxima, Poſito uno priuatiue oppoſitorum, remouetur reliquum ab eodem. Deſtructiue uero non tenet niſi cum conſtantia ſubiecti, & tempore determinato a natura. Catulus.n.leonis non eſt cæcus, neque uidens ante nonum diem. Et puer non dicitur edentulus, neque dentulus ante tem F
pus determinatum a natura.

Quid ſit cõtrarietas. Poſtq̃ Auctor determinauit de relatiue oppoſitis, hic conſequenter determinat de loco a contrarijs. & conſequenter de loco a priuatiue oppoſitis. Et pro cognitione loci a contrarijs, primo diffinit cõtrarietatẽ. & deinde contraria. unde cõtrarietas eſt contrariorũ oppoſitio, uel repugnantia, ut repugnantia albi & nigri. Cõtraria uero ſunt formæ ſub eodẽ genere maxime repugnãtes, q̃ mutuo ab eodẽ ſubiecto ſe expellunt, cui uiciſsim inſunt, niſi alterum inſit a natura. unde duplicia ſunt cõtraria, quędã ſunt mediata, inter quę cadit mediũ eiuſdẽ generis participãs rõne utriuſq; extremorũ, ut inter albũ & nigrũ ſubit rubeum, & alijs medii colores, alia ſunt immediata, inter quæ non cadit mediũ eiuſdẽ generis, & neceſſe eſt ſemper alterũ eorũ uerificari de proprio ſubiecto ipſorũ, ut ſanum & ęgrum ſunt contraria immediata per carentiam medii, uel per participationẽ, G
licet bene habeant mediũ per abnegationem, quia de lapide poteſt utrunque uere negari. Et ab utriuſque illorum contrariorum ſumitur locus dialecticus.

Modus arg. p locũ a cõtrarijs affirmatiue. Primo ſciendum, ꝙ locus a cõtrarijs eſt habitudo unius contrariorum ad reliquum. Et tenet affirmatiue ſic, Socrates eſt ſanus, ergo Socrates non eſt ęger. Maxima, poſito uno contrariorum in aliquo ſubiecto, ab eodem remouetur alterum. Cuius ratio eſt, quia contraria deſtruuntur ſe mutuo, & ſe expellunt ab eodem ſubiecto, eo ꝙ unum importat negationem alterius. ideo poſito uno in uno ſubiecto, neceſſario remouetur reliquum. Et non ſolum ualet affirmatiue iſte locus arguendo tñ ab uno cõtrariorum, ſed etiam a pluribus contrarijs, ponendo plura contraria in conſequente, ut iuſtitia eſt uirtus. ergo iniuſtitia eſt uitium, & propter hoc iſte locus uocatur a contrarijs in plurali numero.

Duæ cõdõnes ad recte arg per locũ a contrarijs. Secundo ſciendum, quòd iſte locus in contrarijs immediatis tenet negatiue duabus conditionibus obſeruatis. Prima eſt, ꝙ ponatur conſtantia ſubiecti, defectu cuius non ſequitur, Adam non eſt æger, ergo eſt ſanus. Secunda conditio eſt, ꝙ arguatur reſpectu ſubiecti determinati, defectu cuius non ſequitur, H
iſte lapis eſt, & non eſt ſanus, ergo eſt æger, quia non eſt determinatum ſubiectum illorum contrariorum. ſed poſita conſtantia ſubiecti determinati ſemper ualet negatiue, ut arguendo ſic, animal eſt, & non eſt ſanum, ergo eſt ægrũ. Maxima, deſtructo uno contrariorum immediatorum in ſubiecto determinato exiſtente, ponitur reliquũ, eo ꝙ reſpectu illius ſubiecti neceſſe eſt ſemper eſſe aliquod illorum contrariorum. Sed in contrarijs mediatis iſte locus non tenet negatiue, niſi poſita conſtantia ſubiecti determinati cum abnegatione unius contrariorum, & omnium intermediorum, ut hic, corpus mixtum eſt, & non eſt album

nec

A nec medio colore coloratum, ergo eſt nigrũ. Maxima. Remoto uno contrariorum, & omnibus intermediis a ſub ecto determinato, neceſſe eſt ponere reliquũ.

Priuatiue oppoſita.

Tertio ſciendum, ꝙ priuatiue oppoſita ſunt quæ habent fieri circa idem ſubiectum ordine irregreſsibili, & tempore determinato a natura, ut uiſus, & cæcitas circa oculum. Et intelligitur hæc definitio de priuatiue oppoſitis perfecta priuatione, in quibus priuatio negat habitum, & principia habitus ſimul, & non de illis, quæ opponuntur priuatiue priuatione imperfecta, in quibus priuatio negat habitum tantum, & relinquit principia habitus, & motus, & quies ſcientia, & ignorantia, quia in illis poteſt eſſe regreſſus de priuatione in habitum, ut de quiete fit regreſſus in motum. Sed priuatiue oppoſita accepta communiter definiuntur ſic priuatiue oppoſita ſunt, quorum unum dicit negationem alterius cum aptitudine ad ipſum. Cuius ratio eſt, quia priuatiue oppoſita ſunt habitus, & priuatio. priuatio autem dicit negationem habitus cum aptitudine ad ipſum, ut cęcitas reſpectu uiſus.

B

Locus arg. a priuatiue oppoſitis.

Quarto ſciendum eſt, ꝙ locus a priuatiue oppoſitis eſt habitudo priuationis ad habitum, & econtra. Et tenet affirmatiue ſic, Socrates eſt uidens, ergo non eſt cęcus. Maxima, poſito habitu in ſubiecto remouetur priuatio eius ab eo, eò ꝙ unum illorum importat ſemper deſtructionem alterius, & remotionem. Et tenet negatiue, poſita conſtantia ſubiecti determinati, & determinato tempore in quo debet eſſe habitus, ut Socrates eſt, & non eſt uidens, ergo eſt cæcus. Maxima. Deſtructo uno priuatiue oppoſitorum in ſubiecto apto nato, & tempore determinato, neceſſario ponitur reliquum. Sed non ſequitur, Antichriſtus non eſt uidens, ergo eſt cæcus, quia non ponitur conſtantia ſubiecti, nec ſequitur, lapis eſt, & non eſt uidens, ergo non eſt cæcus, quia non arguitur reſpectu ſubiecti determinati, quod aptum natum ſit ad ſuſcipiendum habitum uel priuationem, nec ſequitur, puer nouiter natus eſt, & non habet dentes, ergo eſt edentulus. quia ibi non
C ponitur tempus determinatum ipſius habitus, quæ tamen in conditiones requiruntur ad debite arguendum negatiue per locum a priuatiue oppoſitis.

Argumen.

Sed contra prædicta arguit̃ primo ſic. Aliquod animal eſt medio mõ ſe hñs inter ſanũ & ęgrũ, quod dr̃ corpus neutrũ, ergo inter ſanũ & ægrũ eſt corpus mediũ per participationem, ergo mala dr̃, ꝙ cõtraria immediata ſunt ſanum & ægrum. Scd̃o ſic. Poſito ſcuto pro media parte albo, & pro media parte nigro, non ſequitur hoc ſcutũ eſt albũ, ergo non eſt nigrum, quia ſimul eſt album & nigrum, ergo locus a contrariis non tenet affirmatiue. Tertio ſic. Non ſequitur, hoc lignũ eſt, & non eſt ęgrum, ergo eſt ſanum. & tñ eſt ſubiectum determinatũ, cum ſit unũ ens in numero, ergo locus a contrariis immediatis non tenet negatiue. Quarto ſic. Non ſequitur, homo mouetur, ergo non quieſcit. quia homo motus in naui mouetur & quieſcit, & tamen ibi arguitur a priuatiue oppoſitis affirmatiue, ergo ille locus non tenet conſtructiue. Quinto ſic. Non ſequitur, dormiens eſt non
D uidens, ergo eſt cæcus, dato ꝙ ponantur omnes conditiones prius poſitæ, ergo locus a priuatiue oppoſitis non tenet negatiue poſitis illis circunſtantiis.

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ, ſi conſyderentur ſanum & ægrum quantum ad diſpoſitionis præcedentes ſanitatem & ægritudinem, uel quãtum ad operationes ſequentes, ſic inter ſimpliciter ſanum, & ſimpliciter ægrum datur medium, quod dicitur neutrum, ſed illud non eſt eiuſdem generis proprii cum extremis, ſed ſi conſyderentur ſanum & ægrum formaliter, ut ſanum dicit adæquationem humorum, & ægrum inadæquationem, inter ipſa non eſt medium, quia inter æquale & inæquale non poteſt dari medium. ideo ſunt contraria immediata. Ad ſecundum dicitur, quòd ſcutum pro media parte album, & per media parte nigrum, nec ſimpliciter album, nec ſimpliciter

ſimpliciter nigrum, quia non eſt unū coloratum in eſſe colorati. ideo antecedēs argumenti eſt falſum ſicut & conſequens. Ad tertium dicitur, q; ibi non arguit reſpectu ſubiecti determinati, quia licet hoc lignum ſit ſubiectum determinatū in numero, tamen non eſt ſubiectum determinatum illorum contrariorum. ſ. ſani & ægri. Ad quartum dicitur, q; licet homo motus in naui moueatur ſecundū motum alterius & per accidens, non tamen mouetur motu proprio & per ſe, ſed quantum ad motum proprium quieſcit, & eo modo, quo mouetur motu alterius non quieſcit, quiete oppoſita motui alterius. Ad quintum dicitur, q; ſi capiatur non uidens, ut negat actū uidendi, ſic dormiens eſt non uidens, ſed ſic uidens nō opponitur priuatiuæ cæco, ſed, ſi capiatur ut negat habitum uiſus, ut opponitur cæco, ſic dormiens non eſt non uidens, quia habet habitum potentiæ uiſiuæ. ideo antecedens eſt falſum, ſicut & conſequens. E

Hoc modo mouentur planetæ, motu raptus.

De Contradictione, ipſiusque locis. F

Contradictio eſt oppoſitio, cuius ſecundum ſe non eſt medium, inter eſſe enim & non eſſe non eſt medium. Locus a cōtradictorie oppoſitis eſt habitudo unius contradictorie oppoſitorum ad reliquum, ut Socratem ſedere non eſt uerum, ergo Socratem non ſedere eſt falſum. Maxima, Si unum contradictorie oppoſitorum eſt uerum, reliquum eſt falſum, & econuerſo. Sunt autem & alia oppoſita quæ dicuntur diſperata, quæ non ſunt oppoſita ſecundum aliquod genus prædictæ oppoſitionis, ſed ſunt diuerſa, ut homo & aſinus, & a talibus ſumitur argumentum ſic, Socrates eſt homo, ergo nō eſt aſinus, locus a diſperatis. Maxima, De quocunque ad unum diſperatorum abſtractiue, ab illo remouetur reliquum. Dicitur notanter abſtractiue, quia ſi concretiue ſumerentur, tunc non ſequeretur. quia non ſequitur, hoc non eſt album, ergo non eſt quantum, ſed bene ſequitur, hoc eſt albedo, ergo non eſt quantitas. G

Quid contradictio.

Poſtquam Auctor ſuperius determinauit de locis a cōtrariis, & priuatiuis, hic conſequenter determinat de locis contradictoriis, & conſequenter de locis a diſperatis. & ad cognoſcendum locum a contradictoriis primo ſic definit contradictionem dicens, q; contradictio eſt oppoſitio cuius ſecundum ſe non eſt dare medium, & ratio eſt, quia contradictio eſt oppoſitio contradictorium, ſed in contradictoriis unum eſt ens, & aliud ſimpliciter non ens, quia unum importat ſimpliciter negationem alterius, ut homo & non homo, ſed inter ens & non ens non poteſt dari medium. quia omne, quod eſt uel apprehenditur, uel eſt ens, uel aliud ab ente, ideo in contradictione non poteſt dari medium. & hoc conuenit ſibi ſecundum ſe, inquantum eſt prima oppoſitionum, & non participatione ab aliqua oppoſitione priori. ideo per hoc ipſa differt ab aliis. H

Primo ſciendum, q; duplex eſt contradictio. quædam eſt contradictio propoſitionum, & de propoſitionibus contradictoriis ſatis determinatum eſt in primo tractatu. Alia eſt contradictio terminorum, de qua determinatum eſt in poſt Prædicamentis. Et ſunt termini contradictorii, quorum unus dicit ſimplicem negationem alterius, ut homo, & non homo, ſedet, & non ſedet, & ſic de ſimilibus, & ſecundum utranq; contradictionem ſumitur locus dialecticus, & utriq; conuenit definitio prius poſita. Sed in contradictione propoſitionum debet argui reſpectu

A ctu horũ prædicatorũ, uerũ, & falſum, in alia aũt arguitur ab affirmatione unius
contradictorium ad negationem alterius de aliquo ſubiecto uel econtsa.

Secundo ſciendum, ꝙ locus a contradictoriis eſt habitudo unius cõtradicto- Locus ar.
riorum ad reliquum. Et tenet affirmatiue ſic. Socratem currere eſt uerum, ergo a contra-
Socratem non currere eſt falſum. Maxima, Si unum contradictoriorum eſt uerũ, dictoriis.
reliquum eſt falſum. Et in terminis contradictoriis ſic, Socrates eſt hõ, ergo So-
crates non eſt non homo. Maxima, poſito uno contradictoriorum in aliquo ſub-
iecto neceſſario remouetur reliquum, quia unum importat ſimplicem negatio-
nem alterius. ideo non poſſunt de eodem uerificari. Et tenet negatiue iſte locus
formando argumenta & maximas per oppoſitum ad præcedentes. Et non ſolum
ualet iſte locus in ſimplici conſequentia, ſed et ualet in conſequentia ecõtrario,
quæ eſt, qñ in aliqua conſequentia ex antecedente ſequitur conſequens, & ex
oppoſito conſequentis infertur oppoſitum antecedentis, ut hic, ſi homo eſt, ani-
B mal eſt. ergo, ſi non eſt animal, non eſt homo. Sed ſecundum iſtum locum non ua
let conſequentia in ipſo, quæ eſt, quando in aliqua conſequentia ex oppoſito an-
tecedentis infertur oppoſitum conſequẽtis, ſed iſta conſequentia ſolum tenet in
alijs oppoſitis a contradictoriis, ut bene ſequitur, ſi iuſtitia eſt, uirtus eſt, ergo, ſi
iniuſtitia eſt, uitium eſt.

Tertio ſciendum, ꝙ diſperata ſunt illa, quæ de ſeinuicem non poſſunt uerifica
ri, ut homo, & aſinus. Et dicuntur diſperata a dis, quod eſt diuiſum, & ſeparatus,
ta, tum, quaſi diuerſa entia adinuicem ſeparata ratione cuius non poſſunt de ſe-
inuicem uerficari. quia in uera prædicatione requiritur prædicatum ineſſe ſub-
iecto, & omnia generaliter eo modo, quo non poſſunt uerificari de ſe inuicẽ, di-
cuntur diſperata. Et ſi aliqua uno modo uerificentur, & alio modo non, ut
quantitas & qualitas in concreto de ſeinuicem uerificantur, ut dicendo, quale
eſt quantum, & in abſtracto non uerificantur, ſolum ſunt diſperata eo modo,
C quo de ſe inuicem non uerificantur ſcilicet in abſtracto, & non ſunt diſperata in
concreto, quia non ſunt hoc modo ſeparata ſecundum prædicationem.

Quarto ſciendum, quòd locus a diſperatis eſt habitudo unius diſperatorũ ad Locus a
reliquum. Et tenet affirmatiue ſic, Socrates eſt homo, ergo Socrates non eſt aſi- diſperatis
nus. Maxima, Cuicunq; conuenit unum diſperatorũ, ab eodem remouetur reli- affirmati-
quum. Cuius ratio eſt, quia diſperata non poſſunt de ſeinuicem uerificari. ideo ue, nõ tñ
non poſſunt de eodem tertio uere prædicari, quia, ſi uere prædicarentur de ali- ualet.
quo tertio, poſſent aliquo modo de ſe inuicem prædicari. ſed non tenet iſte lo-
cus negatiue, quia non ſequitur. Socrates non eſt aſinus; ergo eſt equus.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic Inter eſſe & non eſſe, quæ ſunt contra- Argumen.
dictoria, eſt contradictio media, & et relatio illorum extremorũ, ergo inter con-
tradictoria poteſt dari medium, & ſic male dicitur, quòd in contradictione non
eſt dare medium. Secundo ſic. Non ſequitur, pluuiam eſſe cras non eſt uerum
D ergo pluuiam cras non eſſe eſt falſum, quia nullum illorum, cras pluet, & cras
non pluet, eſt uerum, uel falſum, ergo locus a contradictoriis non tenet negati-
ue, arguendo in propoſitionibus contradictoriis. Tertio ſic. Non ſequitur, homo
eſt animal, ergo homo non eſt animal, & tamen ibi arguitur in terminis contra-
dictoriis, ergo iſte locus non tenet affirmatiue in terminis cõtradictoriis. Quar-
to ſic. Omnia oppoſita continentur ſub aliquo genere oppoſitionis, ſed nihil eſt
in genere, quin ſit in aliqua eius ſpecie, ſed diſperata ſunt oppoſita, ergo conti-
nent ſub aliis oppoſitis, & ſic male hic ſeparant ab aliis. Quinto ſic. Non ſequiẽ,
hõ eſt pr̃, ergo non eſt dñs. & tñ ibi arguitur a diſperatis affirmatiue, qa pr̃ & dñs
ſunt ſpecies relationis abinuicem ſeparatæ, ergo ille locus non tenet affirmatiue.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ licet inter eſſe, & non eſſe, & Solutio.
inter

inter alia contradictoria ſit medium ſecundum rationem, ut eſt contradictio, uel relatio medians, tamen inter ipſa nullum eſt medium ſecundum rem, & de quo non uerificetur unum extremorum. Ad ſecundum dicitur, ꝙ eodem modo, quo ponitur non eſſe uerum, cras pluuiam eſſe, eo modo ſequitur, cras pluuiam non eſſe, non eſſe uerum, quia nullum illorum eſt determinate uerum, eo quòd ſunt de futuro contingenti, ſed, ſi unum ponatur falſum determinate, aliud poteſt poni uerum determinate, & ſic ibi poteſt ualere locus a contradictoriis. Ad tertium dicitur, quòd ibi termini contradictorii ſubiiciuntur, & arguendo per illum locum debent ſemper prædicari. ideo ibi non debite arguitur per locum a contradictoriis. Ad quartum dicitur, quòd licet diſperata uirtualiter includant aliquam oppoſitionem, eo quòd ſunt diuiſa, & omnis diuiſio, & diſtinctio ſecundũ Boethum in oppoſitione fundatur, tamen non ſunt oppoſita formaliter, quantum ad ſuas formas proprias. ideo aliter ſumitur locus ab ipſis quàm ab aliis oppoſitis. Ad quintum dicitur, ꝙ licet dominus & pater in abſtracto, & ſecundum ſuas eſſentias ſint ſpecies ſeparatæ, tamen in concreto, & ſecundum eſſe in ſubiecto, non ſunt adinuicé diſperata, quia illo modo nõ ſemp inter ſe ſeparant. E F

In particulari tractatu.

De Maiori, ac Minori, deq; Similitudine, ac Proportione, & ipſarum Locis, ac Diſcrimine.

MAius prout hic ſumitur, eſt illud quod ſuperponitur alij in potentia uel in uirtute. Minus autem eſt quod ſupponitur illi. Locus a maiori eſt habitudo maioris ad minus. & eſt ſemper deſtructiuus, ut Rex non poteſt expugnare hoc caſtrum, ergo nec miles. Locus a maiori, maxima. Si illud quod magis uidetur ineſſe non ineſt, nec id quod minus uidetur ineſſe erit. Locus a minori eſt habitudo minoris ad maius, & eſt ſemper conſtructiuus, ut miles poteſt expugnare caſtrum, ergo & rex, Locus a minoris, maxima, Si id quod minus uidetur ineſſe ineſt, & id quod magis uidetur ineſſe, inerit. G

Similitudo eſt conuenientia rerum penes ſpeciem. uel eſt rerũ differentium eadem qualitas. Locus a ſimili eſt habitudo unius ſimilis ad reliquum & tenet conſtructiue & deſtructiue, conſtructiue ſic, ſicut riſibile ineſt homini, ita hinnibile ineſt equo, ſed riſibile ineſt ut proprium homini, ergo hinnibile ineſt ut proprium equo. Locus a ſimili, Maxima, De ſimilibus idem eſt iudicium, uel ſi unus ſimile ineſt & reliquum. Deſtructiue ſic. Sicut ineſt riſibile homini, ſic ineſt hinnibile equo, ſed riſibile non ineſt homini ut genus, ergo hinnibile non ineſt equo ut genus. Locus a ſimili, Maxima. Si unum ſimile non ineſt, nec reliquum. H

Proportio eſt rerum differentium eadem habitudo. Locus a proportione eſt habitudo unius proportionabilium ad reliquum, ut ſicut ſe habet rector nauis ad nauem, ita ſe habet rector ſcolarium ad ſcolas, ſed rector nauis eſt eligendus non ſorte ſed arte. ergo rector ſcolariũ eſt eligendus non ſorte ſed arte. Locus a proportione, Maxima, De proportionabilibus idem eſt iudicium. Differt autem locus iſte a loco

A a ſimili, quia in loco a ſimili accipitur comparatio ſecundum ſimilitudinem inhærentiæ, in loco autem a proportione accipitur comparatio ſecundum habitudinem.

Poſtquam Auctor determinauit de locis ab oppoſitis, hic conſequenter determinat de locis a maiori, a minori, a ſimili, & proportione. qui habent inter ſe conuenientiam. Et ad cognoſcendum locum a maiori, & a minori, primo explicat quid ſit maius, & minus. Vnde maius poteſt capi dupliciter, uno modo proprie pro illo quod ſuperponitur alteri in potentia, uel uirtute quãtum ad aliquam operationem, ut Rex ſuperponitur militi, & econtra. Minus eſt quod ſupponitur alteri in potentia. uel uirtute quantum ad aliquam operationem, ut comes Regi. Alio modo dicitur maius quod excedit alterum in potentia & uirtute quantum ad uerificationem locutionis, eo ꝙ habet maiore habitudi-
B nem ad aliud extremum propoſitionis quod maius ſibi uidetur conuenire quam alteri. Et econtra. Minus eſt quod ſupponitur alteri in potentia & uirtute quantum ad uerificationem locutionis, eo quòd minus uidetur conuenire cum altero extremo propoſitionis, quam ipſum maius, ſicut miles minus conuenit cum illo accidente, debellare caſtrum quàm Rex, & hoc ultimo modo ſumuntur hic maius, & minus.

Quid maius ac minus.

Primo ſciendum eſt, ꝙ locus a maiori eſt habitudo maioris ad minus. Et tenet negatiue tm̃ & non affirmatiue, ut Rex non põ debellare ciuitates, ergo nec miles. Maxima, Si illud quod magis uidetur ineſſe non ineſt; nec illud quod minus; & econtra. Locus a minori eſt habitudo ipſius ad maius. Et tenet affirmatiue tm̃ & non negatiue, ut comes põt uincere ciuitatẽ, ergo & rex. Maxima, Si illud quod minus uidetur ineſſe ineſt, & illud quod magis. Et in iſto loco poteſt argui dupliciter. Vno modo comparando duo ſubiecta ad unum prædica-
C tum, ut in exemplo dato. Secundo modo, comparando unum ſubiectum ad duo prædicata, ut Rex poteſt debellare ciuitatem, ergo poteſt debellare caſtrũ. Tertio modo, comparando duo ſubiecta ad duo prædicata, ut miles poteſt debellare ciuitatem, ergo Rex poteſt debellare caſtrum. Et ſimiliter uariantur argumenta tripliciter in locis a maiori, a ſimili, & a proportione.

Modus arguendi per locũ a maiori ad minus, & econtra.

Secundo ſciendum eſt, ꝙ ſimilitudo eſt rerum differentium eadem qualitas. Et non ſufficit ad ſimilitudinẽ eadẽ qualitas in genere, quia ſic album, & nigrum eſſent ſimilia, nec requiritur eadem qualitas in numero, quia res differentes in numero ſemper habent diuerſas qualitates in numero, quia accidens uariatur ſecundũ numerũ ſui ſubiecti, ſed requiritur eadẽ qualitas in ſpecie, ſicut duo alba dicuntur ſimilia. Et non capitur hic ſimilitudo proprie ſolũ pro ſimilitudine accidentali, quæ eſt rerum differentium una qualitas accidentialis, ſed capitur generaliter tam pro ſimilitudine accidentali, ꝙ eſſentiale. unde ex definitione prædi-
D cta patet, ꝙ ubicunque eſt ſimilitudo, ibi eſt diſſimilitudo, quia ſimilitudo eſt rerum differentium, & res differentes ſemper habent diſſimilitudinem inter ſe.

ſimilitudo & ad eã requiſita.

Tertio ſciendum, ꝙ locus a ſimili eſt habitudo unius ſimilium ad reliquum. Et tenet affirmatiue & negatiue. Affirmatiue ſic, ſicut animal ineſt homini, ſimiliter ineſt equo, ſed ineſt homini ut genus, ergo ineſt equo ut genus. Maxima, De ſimilibus ſimile eſt iudicium. & ratio eſt, quia quicquid cõuenit uni ſimilium inquantum eſt ſimile, etiam conuenit alteri, quia, ſi non ſibi conueniret in hoc eſſet diſſimilitudo, & per iſtum locum debet argui ſemper a ſimilibus inquantum ſimilia ſunt, & non inquantum diſſimilia. negatiue autem ſic ſemper, ut Socrates non eſt hinnibilis, ergo Plato non eſt hinnibilis. Maxima, quicquid remouetur ab uno ſimilium inquantum ſunt ſimilia, & a reliquo.

Locus a ſimili affirmatiue & negatiue.

Quid ꝓportio, & de mó arg.

Quarto ſciendum, ꝙ proportio eſt rerum differentium reſpectu alicuius eadem comparacio uel habitudo, ſicut comparatio duorum ad quatuor, & trium ad ſex eſt ſimilis comparatio, quià utrobiq; comparatur medietas ad ſuum totum. Et Locus a proportione eſt habitudo unius proportionabilium ad reliquũ, & tenet affirmatiue ſic. ſicut ſe habent quatuor ad duo, ita ſex ad tria, ſed quatuor ſunt dupla duorum, ergo ſex ſunt dupla trium. Maxima de proportionabilibus idem eſt iudicium. Et tenet negatiue ſic, ſicut ſe habent duo ad tria, ita quatuor ad ſex, ſed duo non ſunt dupla trium, ergo quatuor non ſunt dupla ad ſex. Et per iſtum locum poteſt argui a commutata proportione hoc modo, ſicut ſe habent duo ad quatuor, ita tria ſe habent ad ſex, ergo commutando proportionem ſicut ſe habent duo ad tria, ita quatuor ad ſex, ſed duo excedunt medietatem trium, ergo quatuor eſt plusquàm medietas ſenarij. E

Argumen.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Deus non poteſt peccare, ergo homo non poteſt peccare, & tamen ibi arguitur per locum a maiori negatiue, ergo ille locus non tenet negatiue. Secundo ſic. Non ſequitur, Socrates poteſt portare decem libras, ergo poteſt portare centum, uel poteſt trahere paruam nauem, ergo, & magnam. & tamen ibi arguitur a minori ad maius affirmatiue, ergo ille locus non tenet affirmatiue. Tertio ſic. Similitudo non eſt qualitas, ſed relatio, ergo non eſt rerum differentium eadem qualitas. Quarto ſic. Non ſequitur, ſicut oculus eſt in corpore, ita intellectus in anima, ſed oculus eſt pars integralis corporis, ergo intellectus eſt pars integralis animæ. & tñ ibi arguitur per locum a ſimili affirmatiue, ergo ille locus non tenet affirmatiue. Quinto ſic. Non ſequitur, ſicut ſe habet ſonus ad auditum, ita color ad uiſum, ſed ſonus ab auditu percipitur in tenebris, ergo color a uiſu percipitur in tenebris. & tamen ibi arguitur per locum a proportione affirmatiue, ergo ille locus non ualet affirmatiue. F

Solutiões.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ ibi non arguitur a maiori negatiuæ, quia licet Deus excedat hominem quantum ad uirtutem operandi, non tamen excedit ipſum quantum ad conuenientiam, & habitudinem cũ illo extremo locutionis, quod eſt peccare. ideo non eſt maius in uirtute quantum ad uerificationé locutionis reſpectu illius extremi, quia non ſibi magis uidetur ineſſe quàm homini, quia ſibi nullo modo conuenit. Ad ſecundum dicitur ſimiliter, ꝙ ibi non arguitur a minori, quia non arguitur ab illo quod minus uidetur ineſſe, uel quod habet minorem apparentiam ueritatis. Ad tertium dicitur, ꝙ licet ſimilitudo non ſit formaliter qualitas, tamen dicitur qualitas materialiter, quia qualitas eſt materiale fundamentum eius, & unitas ſpecifica qualitatis eſt eius proximum fundamentum. Ad quartum dicitur, ꝙ ibi non arguitur a ſimilibus inquantum ſimilia ſunt, ideo non arguitur per locum a ſimili. In hoc enim conueniunt oculus, & intellectus, quia uterq; dicitur pars, ſed in hoc differunt, & habent diſſimilitudinem, quia oculus eſt pars quantitatiua, & integralis, intellectus uero pars poteſtatiua. unde non ſequitur habent ſimilitudinem in aliquo, ergo habent ſimilitudinem in iſto, niſi arguatur ſemper manendo in ratione ſimilitudinis. Ad quintum dicitur, ꝙ ibi non arguitur a proportionalibus inquantum habent proportionem, ſed inquantum habent diſproportionem; quia color & ſonus in hoc habent proportionem, quod uterque eſt obiectum unius ſenſus, ſed habent diſproportionem, & diſsimilitudinem in modo quo ſentiuntur ab ipſis ſenſibus. quia color non diffunditur ad uiſum niſi per medium illuminatum, ſonus uero diffunditur ſine lumine per medium, quod poteſt faciliter moueri, & rareſieri, ſicut per aerem uel per ignem. G H

Côueniũt oculus, & intellectus.

A *De duplici Tranſumptione, & Auctoritate, & ſuis Locis.*

TRanſumptio eſt duplex. Quædam enim eſt, quando dictio uel oratio ſignificans unum, tranſumitur ad ſignificandum aliud propter ſimilitudinem aliquam in eis repertam, ut ridere tranſumitur ad ſignificandum florere, cum dicitur pratum ridet. Oratio autẽ transfertur cũ dicitur, littus aratur, pro, opera perditur, ſicut ſolet dici alicui qui incaſſum laborat, & iſta tranſumptio pertinet ad Sophiſticum, & non ad Dialecticum. Eſt alia tranſumptio, ut quãdo ſumitur nomẽ magis notum pro alio minus noto, ut ſi debeat probari, quòd philoſophus non inuidet, & fiat translatio ad hoc nomen ſapiens, di-
B cendo ſapiens non inuidet, ergo Philoſophus non inuidet, & iſta pertinet ad Dialecticum. Locus a tranſumptione eſt habitudo tranſumpti unius ad aliud, ut ſapiens non inuidet, ergo Philoſophus non inuidet. Locus a tranſumptione. Maxima. Quod alicui conuenit ſub nomine magis noto, eidem conuenit ſub nomine minus noto. Differt autem locus iſte a loco a nominis interpretatione, quia in loco a nominis interpretatione accipitur definitio, ſiue deſcriptio nominis, uel expoſitio eius, ut Philoſophus exponitur per hoc, quod dico, amator ſapientiæ. In loco autam a tranſumptione non accipitur expoſitio nominis, ſed pro uno nomine minus noto, ſumitur aliud ma-
C gis notum, uel aliquid aliud, per, quod facile probatur.

Auctoritas, ut hic ſumitur eſt iudicium ſapientis in ſcientia ſua, unde a rei iudicio ſolet denominari locus iſte. Locus ab auctoritate, eſt habitudo ipſius auctoritatis ad id, quod per eam probatur, & tenet conſtructiue ſolum, ut Aſtronomus dicit, cœlum eſſe uolubile, ergo cælum eſt uolubile. Locus ab auctoritate. Maxima, Vnicuiq; experto in ſua ſcientia eſt credendum.

Poſtquàm Auctor prius determinauit de locis a maiori, a minori, a ſimili, & a proportione, hic conſequenter determinat de locis a tranſumptione, & ab auctoritate. Et pro cognitione loci a tranſumptione hic Auctor primo diuidit tranſumptionem dicens, ꝙ duplex eſt tranſumptio, una eſt, quando dictio uel oratio De multiplici tranſumptiones.
D proprie unum ſignificans tranſumitur ad ſignificandum aliud propter aliquam ſimilitudinem in ipſis repertam, ut ridere proprie ſignificat actum oris, & tranſumitur per quandam ſimilitudinem ad ſignificandum floritionem prati, quia utrobiq; eſt ſimilitudo lætitiæ. alia eſt, quando res ſignificata ſub nomine minus noto iterum ſumitur ſub nomine magis noto, ut ſi ponatur ſapiens pro philoſopho. & differunt iſtæ duæ tranſumptiones. quia in prima ſumitur una uox pro diuerſis rebus, in ſecunda uero ſumuntur diuerſæ uoces pro una re tantum, & a prima tranſumptione ſumitur locus ſophiſticus, & a ſecũda dialecticus. ideo de ſecunda eſt ſolum hic ad propoſitum.

Vbi primo ſciendum, ꝙ locus a trãſumptione eſt habitudo unius nominis magis noti ad aliud nomen minus notum. Et tenet quatuor modis, primo ſubiicien- Modus arg. a trae

 do

ſumptione do nomen magis notum affirmatiue, ut ſapiens currit, ergo Philoſophus currit. E
q̄druplex. Maxima, quicquid conuenit al:cui ſub nomine magis noto, ſibi conuenit ſub nomine minus noto. Cuius ratio eſt, quia nomen magis notum & minus notum in tranſumptione, dicunt idem realiter & conuertibiliter. ideo quicquid uerificatur de uno, etiam uerificatur de alio, & de quocunque prædicatur unum ſiue affirmatiue, ſiue negatiue, etiam & reliquum. ſecundo modo tenet prædicando affirmatiue. tertio ſubiiciendo negatiue, quarto prædicando negatiue. Et poſſunt formari argumenta, & maximæ, ut prius dictum eſt.

Secundo ſciendum, q̄ ſecundum aliquos locus a tranſumptione ponitur locus intrinſecus. Cuius ratio eſt, quia nomen magis notum, & nomen minus notum in tranſumptione dicunt idem realiter conuertibiliter, & propter illam unitatem & identitatem rei ſignificatæ ualet conſequentia ab uno ad reliquum, ideo terminus inferens in iſto loco ratione conuenientiæ, & non ratione diſconuenien-

Oppoſitio Boeth. & Pet. Hiſp. tiæ habet uirtutem inferendi terminum illatum. Sed ſecundum Boethium, & Petrum Hiſpanum hic ponitur locus extrinſecus, quia licet in tranſumptione nomen magis notum, & nomen minus notum eandem rem importent, tamen ſumitur probabilitas ex parte nominis magis noti, inquantum eſt magis notum. & quòd ſit magis notum alio non eſt ex parte rei ſignificatæ, ſed ex parte modi, ideo terminus inferens, ſecundum quod ab eo ſumitur uirtus probatiua, eſt extrinſecus termino illato, quia terminus inferens ut eſt magis notus quàm terminus illatus ſub tali ratione differt ab ipſo, & ſibi eſt extrinſecus. & utraque opinio ſatis uidetur probabilis. F

Quid auctoritas. Tertio ſciendum, q̄ auctoritas eſt iudicium ſiue dictum ſapientis in ſua ſcientia experti, ut cum Aſtronomus iudicat Solem eſſe maiorem tota terra, hæc propoſitio ſic iudicata uel dicta ab Aſtronomo dicitur auctoritas eius, ſic, q̄ eſſe dictū uel iudicatum a tali ſapientiæ, quod relinquitur in tali propoſitione eſt formale auctoritatis. Vnde propter excellentiam ſapientiæ uel cognitionis alicuius ſapientis propoſitio ab eo dicta uel probata accipit quandam euidentiam ueritatis ſuæ, ratione cuius magis creditur ab aliis, quàm ſi non eſſet dicta a tali ſapientię. Et talis credulitas uel apparentia ueritatis in propoſitione nominat auctoritatem. Dupliciter tamen accipitur auctoritas. Vno modo pro excellentia ſcientiæ aut cognitionis ſapientis. Alio modo pro excellentia apparentiæ ueritatis, quam ſumit propoſitio per hoc quod dicitur uel iudicatur eſſe uera a ſapiente, & hoc ultimo modo ſumitur hic auctoritas. G

Locus ab auctoritate Quarto ſciendum, q̄ locus ab auctoritate eſt habitudo ipſius auctoritatis ad propoſitionem cui conuenit auctoritas. Et tenet affirmatiue tantum, ut Aſtronomus dicit Solem eſſe maiorem tota terra, ergo Sol eſt maior tota terra. Maxima, Cuilibet experto in ſua ſcientia credendum eſt. Cuius ratio eſt quia ſi ſapiens dicat aliquam propoſitionem inquantum ſapiens eſt expertus in ſua ſcientia, tunc oportet illam propoſitionem eſſe ueram, quia ſi diceret aliquam propoſitionem falſam in hoc non eſſet ſapiens. uel expertus. Sed non tenet iſte locus negatiue, quia non ſequitur, Ariſto. non dixit eſſe decem orbes cœleſtes, ergo non ſunt ponendi decem orbes. H

Argumen. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Ab unitate ſignificati ſumitur unitas ſigni, ergo unius rei ſignificatæ non ſunt multa ſigna, ergo in tranſumptione non ſunt plura nomina eiuſdem rei. & ſic male ponitur ſecundus modus trāſumptionis. Secundo ſic. Nō ſequitur, homo eſt animal, ergo humanitas eſt animal, & tamen ibi arguitur a tranſumptione, quia homo & humanitas idem ſignificant, & homo eſt nomen magis notum, ergo locus a tranſumptione non tenet affirmatiue. Tertio ſic. Propoſitio non capit ueritatem ab homine dicente uel iudicante ipſam

A ſam eſſe ueram, quia propter noſtrum affirmare, uel negare nihil mutatur in re, ergo propter auctoritatem dicentis non datur ueritas proportionis, ergo a tali auctoritate nõ ſumitur locus dialecticus. Quarto ſic. Non ſequitur. Philoſophus dicit mundum eſſe æternum, & nunq̃ incepiſſe, ergo mundus nunquàm incepit ergo locus ab Auctoritate non tenet affirmatiue. Quinto ſic. Bene ſequitur, Ariſt. dicit tempus non fuiſſe ante motum, ergo tempus non præceſsit motum, & tamen ibi arguitur ab auctoritate negatiue. ergo ille locus non tenet negatiue.

Ad argumẽta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ licet ab unitate ſignificati ſumatur unitas in ſpecie ipſius ſigni, non tamen numeralis unitas. ideo unius ſignati poſſunt eſſe plura ſigna in numero, licet non in ſpecie. ideo unius rei poſſunt eſſe plura nomina ſignificatiua. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet homo, & humanitas ſignificent idem ſecundum eſſentiam, non tamen ſub eodem modo eſſendi, quia humanitas ſignificat eſſentiam hominis abſtractiue, & non per reſpectum ad ſup B poſita. ideo inter ipſa duo nõ eſt tranſumptio, & quia in tranſumptione oportet ꝙ duo nomina habeant idem ſignificatum ſub eodem eſſe, quare ibi non arguitur per iſtum locum. Ad tertium dicitur, ꝙ licet oratio dicta a ſapiente non capiat ab eo ueritatem, tamen capit ab eo apparentiam, & confirmationem ſuę ueritatis, & ratione cuius apparentiæ efficitur probabilis, & apparens uera alijs hominibus. quare ab ipſa ſumitur locus dialecticus.

Ad quartum dicitur, ꝙ ibi non arguitur ab auctoritate. quia hoc Ariſtote non dicit inquantum fuit expertus in ſua ſcientia, nec in hoc tenetur. ideo non arguitur affirmatiue per locum ab auctoritate. Ad quintum dicitur, ꝙ ibi non arguitur negatiue per iſtum locum, quia hoc uerbum dicit, importat ibi auctoritatem, & ad hoc, ꝙ negetur auctoritas oportet negare ipſum uerbum ad arguendum negatiue per locum ab auctoritate, quod tamen non fit in illo argumento, ſed ibi arguitur affirmatiue, & eſt bona conſequentia. Solutio.

C

De Locis Medijs.

De Locis a Coniugatis, & a Caſibus.

SEquitur de locis mediis, Quid autem ſit locus medius dictum eſt prius. Locorum autem mediorum, alius a coniugatis, alius a caſibus, alius a diuiſione. Coniugata. & caſus differunt, quia uniuocum, ſiue principale, ſiue abſtractum, quod idem eſt, dicitur coniugatum cũ ſuo denominatiuo, ut iuſtitia ac iuſtus. Caſus autem dicuntur ea, quæ cadunt a principali, ut iuſtum & iuſte a iuſtitia. & hanc differentiam aſsignat Ariſtoteles in Topicis in Secundo. Locus a coniugatis eſt ha D bitudo unius coniugatorum ad reliquum ut iuſtitia eſt bona, ergo iuſtum eſt bonum, & econuerſo locus a coniugatis. Maxima. Quod conuenit uni coniugatorum, conuenit, & reliquo, uel ſi unum coniugatorum ineſt & reliquum ineſt. Locus autem a caſibus eſt habitudo unius caſus ad alium, ut iuſtum eſt bonum, ergo quod iuſte ſit bene fit, & ecõuerſo, locus a caſibus. Maxima. Quod uni caſui cõuenit, cõuenit & reliquo.

Poſtquàm Auctor determinauit de locis intrinſecis, & extrinſecis, hic conſequenter determinat de locis mediis. Cuius ordinis ratio eſt, quia medium per

participationem præſupponit cognitionem ſuorum extremorum, quia ſine illis faciliter cognoſci non poteſt, ſed locus medius eſt medium per participationem reſpectu loci intrinſeci,& extrinſeci, ideo conuenienter poſt determinationem de locis ex intrinſeci & extrinſecis. Auctor hic determinat de locis medus Et præ ſuppoſita definitione loci medii prius poſita Auctor hic diuidit locum medium, quia alius eſt a coniugatis, alius a caſibus, & alius a diuiſione, inter quos primo determinat de loco a coniugatis. E

Locus medius i ſuas diuiditur ſpecies.

Quæ nā cō iugata dicantur.

Vbi primo ſciendum eſt, q coniugata ſunt concretum, & abſtractum eius, ut iuſtitia,& iuſtum. Et dicuntur coniugata quaſi ſub uno iugo ſignificationis poſita, quia concretum,& abſtractum conueniunt in re ſignificata, eo q eandem formam important, ut albedo,& album, ſed differunt in modo ſignificandi, quia abſtractum ſignificat illam formam ſine cadentia ad ſubiectum,& cum præciſione ſubiecti, concretum uero ſignificat eam cum cadentia & inhærentia ad ſuum ſubiectum.& de iſtis ſatis dictum eſt circa definitionem denominatiuorum. F

Locus a cō iugatis.

Secundo ſciendum, q locus a coniugatis eſt habitudo unius coniugatorum ad reliquum. Et tenet affirmatiue ſic, iuſtitia eſt uirtus, ergo iuſtus eſt uirtuoſus. Maxima, ſi abſtractum prædicatur de abſtracto,& concretum de concreto. Cuius ratio eſt, quia concreta realiter idem ſignificant cum abſtractis, ideo, ſi unum abſtractum uerificetur de alio, oportet etiam concretum eius uerificari de concreto alterius, non tamen in iſtis poteſt argui reſpectu eiuſdem prædicati, quia abſtractum.& concretū partim conueniunt & partim differunt. ideo non oportet idem prędicatum ſub eodem modo ſignificandi de utroq; uerificari, ut non ſequitur iuſtitia eſt uirtus, ergo iuſtum eſt uirtus. Et tenet etiam iſte locus negatiue ſic, iniuſtitia non eſt uirtus, ergo iniuſtus nō eſt uirtuoſus. Maxima, ſi abſtractum negetur de abſtracto,& concretum negatur de concreto.

Caſus q̄ dicantur.

Tertio ſciendū, q caſus dicuntur adiectiuum nominis cum ſuo aduerbio, ut iuſtum,& iuſte. Et dicuntur caſus a cado, dis, quia ambo ſimul cadunt a principali, ſcilicet ab abſtracto, ut iuſtus & iuſte a iuſtitia. Et licet in cōiugatis unū cadat ab alio, non tñ ambo cadunt ab uno tertio ſicut in caſibus,& licet etiam adiectiuum & ſuum aduerbium poſſent dici coniugata, quantum ad id a quo ſumitur nomen ſiue quantum ad rationem impoſitionis nominis, quia ſunt ſub uno iugo ſignificationis poſita, tamen quantum ad id cui nomen imponitur ſeu attribuitur non dicuntur coniugata, ſed magis proprie caſus nominantur. G

Locus a caſibus.

Quarto ſciendū, q locus a caſibus eſt habitudo unius caſus ad reliquum. Et tenet affirmatiue ſic, iuſtus eſt uirtuoſus, ergo qd̄ iuſte fit uirtuoſe fit. Maxima, ſi cōcretū affirmetur de cōcreto,& aduerbium de aduerbio. Negatiue ſic, fortis nō eſt debilis, ergo quod fortiter fit non debiliter fit. Maxima, ſi concretum negetur de concreto,& aduerbium de aduerbio, eo q concretum & aduerbium idem ſignificat, licet diuerſimode. Et uocatur iſte locus a caſibus in plurali, quia arguendo per iſtum locum ponuntur plures caſus tam in antecedente quàm in conſequente, ut prius patuit,& etiam ſimiliter eſt de loco a coniugatis. H

Argumē.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Abſtractū eſt cauſa formalis concreti, ergo arguēdo a coniugatis eſt locus a cā formali & intrinſeco,& per cōſequens locus a coniugatis nō eſt locus medius. Secundo ſic. Nōn ſequitur, homo eſt animal, ergo humanitas eſt animalitas, cum antecedens ſit uerum,& conſequens falſum, ergo locus a coniugatis non tenet affirmatiue. Tertio ſic. Non ſequitur cæcitas eſt inſenſibilitas, ergo cæcus eſt inſenſibilis, cum antecedens ſit uerū,& cōſequens falſum, ergo iſte locus non tenet affirmatiue. Quarto ſic. Non ſequitur, quantitas non eſt qualitas, ergo quantū nō eſt quale, uel albedo non eſt dulcedo, ergo album nō eſt dulcedo, ergo iſte locus nō tenet negatiue. Quinto ſic. Nō ſequ tur,

A tur, iuſtus eſt liberalis, ergo, quod iuſte fit liberaliter fit, quia antecedens poteſt eſſe uerum conſequente exiſtente falſo. ergo Locus a caſibus nõ tenet affirmatiue.

Ad argumenta. Ad primũ iſtorũ dicitur, ꝙ, ſi conſideretur abſtractum inquantum eſt forma concreti tantum, & ſibi dat eſſe, ſic eſt cauſa formalis eius, & facit locum intrinſecum. Sed ſi conſideretur ut partim conuenit cum eo, & partim differt, ſic facit locum medium. Ad ſecundum dicitur, ꝙ duplex eſt abſtractum, quoddam eſt, quod abſtrahitur a ſuis inferioribus, ut animalitas, humanitas, & ſic de aliis, aliud eſt, quod abſtrahitur a ſuo ſubiecto tantum, & non a ſuis inferioribus, ut color & albedo, & tale prædicatur de ſuis inferioribus, licet non de ſuo ſubiecto. Et arguendo per locum a coniugatis ſemper debet argui reſpectu abſtracti, quod abſtrahitur a ſuo ſubiecto tantum, & non a ſuis inferioribus, quia illud non poteſt prædicari de ipſis, ideo non debite arguitur, homo eſt animal, ergo humanitas eſt animalitas, animalitas enim deſignatur cũ præciſione ſubiecti

B & ſuorum inferiorum, rõne cuius non uerificatur de humanitate. Ad tertium dicitur, ꝙ, ſi inſenſibile neget ſenſibilitatẽ cuiuſlibet ſenſus, ſic non ſequitur, cæcus eſt inſenſibilis ſed ſi neget tantum ſenſibilitatem ſenſus uiſus, ſic cæcus poteſt dici inſenſibilis, & iſto modo bene ualet iſta conſequentia. Ad quartum dicitur, ꝙ arguendo per locum a coniugatis negatiue a duobus abſtractis oportet illa abſtracta eſſe diuerſa tam ſecundum eſſentiam quàm ſecundum eſſe, modo quantitas & qualitas non ſunt diuerſa ſecundum eſſe, licet bene ſecundum eſſentiam, quia conueniunt in ſubiecto, ideo ibi non bene arguitur per locum illum. nec econtra argui poteſt affirmatiue, quantum eſt quale, ergo quantitas eſt qualitas. Ad quintum dicitur, ꝙ locus a caſibus, & etiam a coniugatis ſolum tenet in prædicationibus per ſe, & non in prædicationibus per accidens. modo, dicendo ſic, iuſtus eſt liberalis. eſt prædicatio, per accidens, quare ibi non arguitur debite per illum locum. No. rhſicnem.

C

De Multiplici diuiſionum acceptione, ac Locis.

Diuiſionum alia fit per negationẽ. alia ſine negatione. per negationẽ, ut Socrates, aut eſt homõ, aut eſt nõ homo, ſed non eſt non homo, ergo eſt homo. Locus a diuiſione. Maxima. Si aliqua duo ſufficiẽter condiuidunt aliquid, tertium poſito uno remouetur reliquũ, & remoto uno, ponitur reliquum. Alia diuiſio eſt, quæ no eſt per negationẽ. Et hæc fit ſex modis, tribus per ſe, & tribus ꝑ accidens, prima diuiſio per ſe eſt generis in ſpecies, ut animaliũ, aliud rationale, aliud irrationale. ſecunda eſt totius integralis in partes integrales, ut domus, alia pars eſt tectũ. alia paries, alia fundamentũ. tertia eſt uocis in ſuas ſigni

D ficationes, ut canis, aliud latrabile, aliud marinũ, aliud cæleſte ſidus. Triũ per accidẽns, una eſt diuiſio ſubiecti in accidẽtia, ut animalium, aliud ſanũ, aliud ægrũ. ſecunda accidẽtis in ſubiecto, ut ſanorũ, aliud eſt homo, & aliud eſt brutum. tertia eſt accidentium in accidentia, ut alborum, aliud calidum, aliud frigidum. Locus a diuiſione eſt habitudo unius condiuidentium ad aliud, ut ſi Socrates eſt animal, aut rationale aut irrationale, ſed non eſt irrationale, ergo eſt rationale. Locus a diuiſione. Maxima Poſito uno membrorum diuidentium in aliquo ſubiecto, remouetur reliquum, & ſimiliter formetur argu-

mentum in qualibet alia diuiſione conſtructiue, & deſtructiue. E

Sciendum eſt autem quòd in toto iſto tractatu non ſunt niſi unum & uiginti loci, quorum decem ſunt intrinſeci, ſeptem extrinſeci, & tres medij, quæ poſſunt his uerſibus haberi.

Carmina pro locis omnibus.

Diffi. deſcrip. interpres, totum quoq; cauſa.
Cor. genc. uſus, communiter acci.
Sic in regula Auctor, & a ſimili maior minor quæ ſunt extra
Oppoſitiones, tranſump. proportio ſic ſociata.
Sunt medii tantum diuiſio coniuga caſus.
Per ſpecies genera, ſpecies per ſingula ſcindunt. F
Per partes totum, Voces per ſignificatum.
Cuncta per oppoſita ſubiectum qualia ſcindunt.
Quale per uſias, per qualia qualia findunt.

Diuiſionũ alia ꝑ negationé alia ꝑ affirmationem fit, & qũo differũt.

Poſtquàm Auctor determinauit de locis a coniugatis, & a caſibus, hic conſequenter determinat de loco a diuiſione, ratione cuins primo diſtinguit ſpecies ſeu modos diuiſionis, ipſam diuiſionem ſic diuidendo dicens, ꝙ diuiſionũ, quædam fit per negationem, ut lapis eſt homo, uel non homo, alia uero per affirmationem, ut animalium, aliud eſt rationale, aliud irrationale. Iſtæ diuiſiones ſic inter ſe differunt, quia diuiſio, quæ fit per negationem, ſemper fit per duo membra tantum, & per immediata, quia datur per contradictoria, inter quæ nullum eſt medium. ſed diuiſio, quæ fit per affirmationem, quandoque datur per duo mébra tantum, quandoq; uero per plura. neque ſemper fit per oppoſita ſimpliciter, G & proprie, licet membra diuiſionis inter ſe includant aliquam oppoſitionem. nec ſemper fit per immediata, quod patet dicendo, coloratorum, aliud album, aliud nigrum, aliud médio colore coloratum.

Diuiſionũ ꝑ affirmationé, alia ꝑ ſe, & hęc triplex eſt.

Primo ſciendum, ꝙ diuiſio facta per affirmationem iterum diuiditur, quia quędam eſt diuiſio per ſe, alia uero per accidens. Et diuiſio per ſe fit tribus modis, quia quædam eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies, uel differentias, ut animalium, aliud homo, aliud brutum, uel animalium, aliud rationale, aliud irrationale. Secunda eſt totius integralis in ſuas partes integrales, ut domus, alia pars eſt tectum, alia paries, & alia fundamentum. Tertio diuiſio eſt uocis multiplicis in ſuas ſignificationes, ut canis, alius latrabilis, alius ſydus cœleſte, aliud belua marina.

Alia ē diuiſio ꝑ accñs & hæc triplex eſt.

Secundo ſciendum, ꝙ diuiſio per accidens eſt triplex. Prima eſt ſubiecti in accidentia, ut animalium, aliud ſanum, aliud ægrum. Secunda eſt diuiſio accidentis in ſubiecta, ut ſanorum, aliud homo, aliud bru:um. Tertia eſt accidentis in accidentia, ut ſanorum, aliud calidum, aliud frigidum. Et dicuntur iſtæ diuiſiones per H accidens, quia membra diuidentia non per ſe diuidunt ipſum totum, ſed habent diuidere ipſum inquantum accidunt ſuis partibus per ſe. Et licet diuiſio ſubiecti ſecundum naturam non ſequatur cauſaliter ex diuiſione accidentis, ſed magis econtra, ex diuiſione ſubiecti cauſatur diuiſio accidentis, tñ quandoq; quo ad nos ex diuiſione, & diſtinctione accidentium ſubiecti ſumitur diuiſio, & diſtinctio partium totius. Ideo ſubiectum poteſt diuidi per ſua accidentia, & accidentia per ſua ſubiecta, uel accidens per alia accidentia, quæ accidu.t ſuo ſubiecto.

Locus a diuiſione.

Tertio ſciendum, ꝙ locus a diuiſione eſt habitudo unius diuidentium ad reliquum. Et in diuiſione, quæ fit per duo membra immediata, tñ tenet affirmatiue,

ab

A ab affirmatione diuiſi compoſitione unius membrorum ad negationẽ alterius, vt Socrates eſt homo uel non homo, ſed Socrates eſt homo, ergo Socrates non eſt non homo. Maxima, poſito uno diuidentium immediatorum in aliquo ſubiecto, ab eodem remouetur reliquum, & cauſa eſt, quia talia membra ſunt oppoſita. Et tenet etiam negatiue negatione unius ad negationem alterius, ut Socrates eſt rationalis, uel irrationalis, ſed non eſt irrationalis, ergo eſt rationalis. Maxima, deſtructo uno membrorum diuidentium immediatorum, neceſſario ponitur reliquum. Sed in diuiſione, quę datur per plura membra, iſte locus ſemper tenet affirmatiue, ab affirmatione unius ad negationem alterius, non ſimpliciter tamen tenet negatiue, niſi arguatur a negatione omnium aliorum membrorum diuidentium ab illo quod oportet probari, ut hęc pars domus eſt tectum paries, uel fundamentum, ſed non eſt paries, uel fundamentum, ergo eſt tectum.

B Quarto ſciendum, ꝙ membra diuidentia alicuius diuiſionis poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundum proprias rationes eorum, & iſto modo ſemper ſunt oppoſita, & ſeparata, & ſic ab ipſis ſumitur locus extrinſecus, ſcilicet locus ab oppoſitis uel diſparatis. Alio modo conſiderantur inquantum partim cõueniunt cum diuiſo, & partim differunt, & iſto modo hic conſiderantur, & ſic faciunt locum medium, qui uocatur a diuiſione. Et quandoq; in argumentis iſtius loci ponitur explicite diuiſio alicuius totius, Aliquando uero non explicatur ipſa diuiſio, ſed præſupponitur, & ſemper oportet præſupponere conuenientiam diuiſi cum illo, de quo affirmantur, uel negatur illa membra diuidentia. Mẽbra diuiſionis op põné quo habent.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Omnis diuiſio fit per aliquas partes, ſed negatio non eſt pars alicuius, ergo nulla diuiſio fit per negationem. Secundo ſic. Omne totum compoſitum eſt ex partibus in quas diuiditur, quia ut dicit Boethus, omne totum reſoluitur in ea ex quibus componitur, ſed genus non com-

C ponitur ex ſuis ſpeciebus, cum præcedat illas, ergo nulla eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies. Tertio ſic. Significata uocis accidunt ipſi uoci, cum ipſa uox ſit de genere qualitatis, & ſignificata quandoque de alio genere, ergo diuiſio uocis non eſt per ſe. Quarto ſic. Accidentia non ſunt partes ſubiecti, quia non componunt ipſum, ergo, cum omnis diuiſio ſit totius in ſuas partes, ſequitur, ꝙ non eſt diuiſio ſubiecti in accidentia. Quinto ſic Non ſequitur animalium, aliud rationale, aliud irrationale, ſed lapis non eſt animal rationale, ergo eſt animal irrationale, ergo locus a diuiſione non tenet negatiue. Argumẽ. hoc uerũ ẽ ẽt naturaliter ut patet, 1. de generati. per totum.

Ad argumẽta. Ad primum dr̃, ꝙ licet negatio formaliter, & per ſe ſumpta nõ ſit pars alicuius diuiſi, tñ negatio ſumpta cũ alio habet modum partis, ſm ꝙ ſumitur pro affirmatione oppoſita, & inquantum ſumitur pro oppoſito illius qđ ipſa negat põt eſſe mẽbrum diuiſionis, & ſumitur pro parte unius totius diuiſi. Solutiões.

Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet omne totum actuale componatur ex partibus in

D quas diuiditur, non tamen totum potentiale, quod eſt adhuc ens in potentia, cuiuſmodi eſt genus. Ad tertium dicitur, ꝙ licet ſignificata accidant uoci ſecundũ ſe conſideratæ, ut eſt in genere qualitatis, non tñ accidunt uoci ſignificatiuę inquantum ſignificatiua eſt, & inquantum ſunt ſignificata eius, & ideo hoc modo diuiſio eius in ſuas ſignificationes eſt diuiſio per ſe. Ad quartum dicitur, ꝙ licet omnis diuiſio per ſe fiat in partes totius, non tamen diuiſio per accidens, ſed ſufficit, ꝙ fiat per accidentia, quæ determinant ipſum totũ ad diuerſas partes eius. Ad quintum dr̃, ꝙ in loco a diuiſione oportet ponere affirmationem diuiſi cum affirmatione, uel negatione unius membrorũ diuiſionis de ſubiecto cõſequẽtis, qđ tñ non fit in iſto argumento, quia animal nõ affirmatur ibi de lapide. dẽt. n. dicit ſic, ſi lapis eſt animal, & non eſt animal rõnale, ergo eſt aĩal irrationale. ideo non bñ arguitur per locũ a diuiſione. Et hæc de Locis dialecticis dicta ſufficiant.

VERSORII PARISIENSIS EXPOSITIO,

IN SEXTVM TRACTATVM PETRI HISPANI.

SVMMA TRACTATVS.

De ſyllogiſmorum multiplicitate, ac diſputationum uarijs generibus, & illarum inſtrumentis, ſeu ſyllogiſmis diuerſis, de quinque Metis ipſarum terminis, uel intentis finibus. Fallaciarum item tam in dictione, quàm F
extra numerus iuxta triplex potentialis genus fallaciæ indictione fundans oſtenditur, De ſingulis demum fallacijs ſpeciali cõſideratione agitur.

Syllogiſmorum diuiſione præpoſita, quid ex illis Demonſtratiuus, quid Dialecticus, quid item Sophiſticus, ſeu Litigioſus Syllogiſmus ſit, oſtenditur.

SYllogiſmorum; alius demonſtratiuus, alius dialecticus, alius ſophiſticus ſiue litigioſus. Syllogiſmus demonſtratiuus eſt, qui ex primis, ue- G
ris, & immediatis eſt ſyllogizatus, aut ex talibus, quæ per aliqua prima, & uera principium ſuæ cognitionis ſumpſerunt. Dialecticus eſt, qui ex probabilibus eſt ſyllogizatus. Sophiſticus, ut definitur ab Ariſtotele in
1. Elec. c. j. & aliis pleriſq; in locis. Huius libri. Elenchis, eſt qui apparet eſſe ſyllogiſmus, & non eſt, aut qui eſt ſyllogiſmus, ſed non eſt conueniens rei.

ISTE eſt Sextus Tractatus magiſtri Petri Hiſpani, in quo poſtquam ipſe in H
Quinto Tractatu determinauit de ſyllogiſmo dialectico, hic conſequenter incipit determinare de ſyllogiſmo ſophiſtico. Ratio ordinis eſt, quia ſyllogiſmus dialecticus fit ex probabilibus ſimpliciter, ſophiſticus uero fit ex probabilibus apparenter, ideo ſyllogiſmus dialecticus præcedit ſyllogiſmum ſophiſticum. Et, quia ſyllogiſmus ſophiſticus eſt, id, de quo in hoc tractatu principaliter conſideratur, ad quem cætera hic conſyderata habent attributionem, ideo eſt ſubiectum iſtius tractatus. Et non nominatur hic tractatus de Fallacijs, eo q; fallacia ſit ſubiectum eius. Sed quia fallacia eſt principium ſyllogiſmi ſophiſtici, eſt enim fallacia locus ſophiſticus. Et ſicut locus dialecticus eſt principium ſyllogiſmi dialectici, ita locus ſophiſticus eſt principium ſyllogiſmi ſophiſtici. Et per hoc

habetur

A habetur cauſa materialis huius tractatus. Et cauſa finalis eius eſt perfecta cognitio ſyllogiſmi ſophiſtici quantum ad compoſitionem, & ſolutionem eius. Sed eius cauſa formalis eſt duplex. ſ. forma tractatus, & forma tractandi. Forma tractandi eſt modus procedendi, ſed forma tractatus eſt diuiſio huius tractatus in ſuas partes. Primo enim determinat de ſyllogiſmo ſophiſtico in communi. Secundo uero in ſpeciali oſtendendo qualiter fit in ſingulis fallacijs.

Omnium ſpecierum ſyllogiſmi ſufficientia.

Primo ſciendum, ꝙ ad cognoſcendum ſyllogiſmum ſophiſticum in communi præſuppoſita definitione ſyllogiſmi prius poſita, Auctor prius diuidit ſyllogiſmum in communi, per ſyllogiſmum demonſtratiuum, dialecticum, & ſophiſticum. cuius diuiſionis ſic habetur ſufficientia. quia omnis ſyllogiſmus cõtractus ad aliquam materiam fit in aliqua materia ſpeciali. uel ergo fit in materia neceſſaria. & ſic eſt demonſtratiuus, uel fit in materia probabili, & hoc eſt dupliciter. uel fit in materia probabili ſimpliciter, & ſic eſt ſyllogiſmus dialecticus, B uel probabili apparenter, & ſic eſt ſophiſticus. Et non eſt hæc diuiſio generis in ſuas ſpecies, eo ꝙ non datur per differentias formales, ſed per differentias materiales, quia ſumitur ex parte materiæ, ad quam contrahitur ſyllogiſmus, ſicut circulus diuiditur per circulum aureum, & argenteum, & æneum, & ſic ibi eſt diuiſio ſubiecti in accidentia, quia eſſe in auro, uel argento, uel in ære accidit circulo. ita ſimiliter hæc diuiſio ſyllogiſmi eſt ſubiecti in accidentia Nec eſt diuiſio analogi, nec uocis in ſuas ſignificationes, quia ſyllogiſmus non dicitur æquiuoce de iſtis tribus ſpeciebus, licet tamen ſyllogiſmus demonſtratiuus ſit perfectior ex parte materię quàm dialecticus, & dialecticus quam ſophiſticus, & etiam ex parte finis, quia demonſtratiuus ordinatur ad ſcientiam, dialecticus ad opinionem, & ſophiſticus ad apparentem ſcientiam.

Quid ſyllogiſmus demõſtratiuus, ac duplici illius ſorte.

Secundo ſciendum, ꝙ ſyllogiſmus demonſtratiuus, qui dicitur demonſtratio, eſt qui ex primis, ueris & immediatis eſt ſyllogizatus, aut ex talibus, quæ per C aliqua prima uera principium ſuæ cognitionis ſumpſerunt. In qua definitione præſupponitur ſyllogiſmus loco generis, & totum reſiduum, quod dat intelligere, ꝙ ſyllogiſmus demonſtratiuus procedit ex neceſſarijs, ponitur ad differentiã ſyllogiſmi ſophiſtici & dialectici, & ibi ponuntur duæ partes, ad explicandum diuerſos modos demonſtrationis. Eſt enim quædam demonſtratio propter quid & potiſsima, quæ procedit ex primis, ueris, & immediatis & indemonſtrabilibus, quæ tangitur cum dicitur ex primis, ueris, alia eſt demonſtratio, quæ procedit ex præmiſsis neceſſarijs, non indemonſtrabilibus, ſed quæ poſſunt demonſtrari per aliquas propoſitiones priores, ut eſt demonſtratio. Quia, & hæc tangitur per illam particulam, aut ex talibus quæ per aliqua prima & uera &c. Et dicuntur prima uera, quæ per ſeipſa & non per alia fidem habent & cognitionẽ ut prima principia, quæ per ſeipſa cognoſcuntur & non per alia.

Quid ſyllogiſmus dialecti. ex diuerſis ꝓbabiliũ generibus ſũptus.

Tertio ſciendum, ꝙ ſyllogiſmus dialecticus eſt, qui ex probabilibus eſt ſyllo-D gizatus. In qua definitione ſubintelligitur ſyllogiſmus loco generis, & ponitur ſyllogizatus ad differentiam ſyllogiſmi ſophiſtici peccantis in forma, qui non eſt ſyllogizatus, niſi apparenter tantum. Et ponitur ex probabilibus, ad differẽtiam ſyllogiſmi ſophiſtici peccantis in materia, qui licet ſit ſyllogizatus, non tamen ex probabilibus, ſed ex apparentibus tantum, & ad differentiam ſyllogiſmi demonſtratiui, qui procedit ex neceſſarijs, & non ex probabilibus. Et eſt probabile illud, quod uidetur omnibus uel pluribus uel ſapientibus uerum. Et ponuntur illæ tres particulæ propter diuerſa genera probabilium, quia quoddã eſt probabile, quod apparet uerum omnibus, ut quod omnis mater diligit filium, aliud eſt quod uidetur pluribus, & non omnibus, ut ꝙ omnis homo deſiderat ſcire, aliud eſt quod uidetur ſapientibus tantum, ut ꝙ Sol ſit maior tota terra.

terra. Et ſyllogiſmus dialecticus ſemper procedit ex aliquo iſtorum probabiliū, E
ut ſatis uiſum eſt in locis dialecticis.

Triplex ſyllogiſmus ſophiſt. Quarto ſciendum, ꝙ triplex eſt ſyllogiſmus ſophiſticus.ſ.peccans in materia
tantum, in forma tantum, in forma & materia ſimul. Syllogiſmus ſophiſticus
peccans in materia tantum eſt, qui procedit ex præmiſsis falſis uel aliqua falſa-
& eſt in debita forma ſyllogiſmi, ut omnis homo eſt ſpecies. Socrates eſt ho-
mo, ergo Socrates eſt ſpecies. Syllogiſmus peccans in forma tantum, eſt qui
procedit ex præmiſsis ueris, ſed non in debita forma ſyllogiſmi ordinatis, ut ho-
mo eſt ſpecies. Socrates eſt homo, ergo Socrates eſt ſpecies. Sed ſyllogiſmus
peccans in materia & forma ſimul eſt qui non eſt in debita forma ſyllogiſmi, &
procedit ex præmiſsis falſis, uel aliqua falſa, ut omnis homo eſt animal, nullū
riſibile eſt homo, ergo nullum riſibile eſt animal. Et definitur ſic ſyllogiſmus ſo-
phiſticus in communi, ſyllogiſmus ſophiſticus eſt apparens ſyllogiſmus, & non
exiſtens, quia, ſi ſit peccans in materia tantum, & non in forma, apparet eſſe F
ex probabilibus, & per hoc apparet eſſe dialecticus & tamen non eſt. &, ſi ſit
1. Elenc. ca. 1. peccans in forma uel in utroque, eſt apparens ſyllogiſmus. Sed ſecundum Ari-
ſto. ſic definitur. Syllogiſmus ſophiſticus eſt, qui ex apparentibus ſyllogizatus
eſt, aut ex probabilibus, uel apparentibus eſt apparens, & ibi tangitur peccans in
materia tantum cum dicitur, ex apparentibus ſyllogizatus eſt, & peccans in for-
ma tantum cum dicitur, ex probabilibus eſt apparens, & peccans in utroque, cū
dicitur, ex apparentibus eſt apparens.i.ex apparenter probabilibus. Et per hoc
patet quid ſit ſyllogiſmus ſophiſticus, de quo eſt hic ad propoſitum, & quomodo
differt ab alijs ſpeciebus ſyllogiſmi.

Argumen. Contra prædicta arguitur primo ſic. Syllogiſmus tentatiuus eſt bonus ſyllo-
giſmus, & tamen non ponitur in iſta diuiſione ſyllogiſmi, ergo ipſa eſt inſuffi-
ciens. Secundo ſic. Aliquis eſt ſyllogiſmus falſigraphus, qui non ponitur in iſta
diuiſione, ergo diuiſum excedit membra diuidentia. G

Tertio ſic. Demonſtratio ad impoſsibile procedit ex falſis, quia capit oppo-
ſitum concluſionis probandæ cum uno uero ad inferendum unum manifeſte fal
ſum, ergo iſta definitio ſyllogiſmi demonſtratiui non ſibi conuenit, & ſic non
conuenit omni contento ſub definito. Quarto ſic. Syllogiſmus dialecticus quan-
doque ſit ex propoſitionibus neceſſarijs, ergo non ſemper eſt ex probabilibus
ſyllogizatus.

Quinto ſic. Omne quod eſt non ens, nullam habet apparentiam, ſed ſyllogiſ-
mus ſophiſticus eſt non exiſtens, ergo non eſt apparens, cum apparentia præſup-
ponat eſſe, ergo contra definitionem eius.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet ſyllogiſmus tentatiuus ex parte
finis diſtinguatur ab iſtis ſyllogiſmis, non tamen ex parte materiæ, & iſta diui-
ſio ſumitur ex parte materiæ ſyllogiſmi. ideo hic non ponitur tentatiuus. Vnde
ſyllogiſmus tentatiuus quandoque ſit ex neceſſariis, quandoq; ex probabilibus, H
quandoque ex impoſsibilibus, quia ſit ex his, quæ uidentur & conceduntur a re-
ſpondente, & ex probabilibus reſpondenti, quæ quandoque ſunt neceſſaria,
quandoque probabilia, & quandoq; impoſsibilia. Eſt.n.ſyllogiſmus tentatiuus,
qui ex his, quæ uidentur reſpondenti ſyllogizatur, & quæ neceſſe eſt eum ſcire,
qui ſe ſimulat habere ſcientiam, ex communibus. Ad ſecundum dicitur, quod
Syllogiſmus falſigraphus. ſyllogiſmus falſigraphus, eſt qui procedit ex principijs alicuius ſcientiæ malæ
intellectis, aut ex oppoſitis principiorum, ideo ſit in eadem materia, ſicut ſyllo-
giſmus demonſtratiuus, ideo poteſt intelligi per ipſum. Ad tertium dicitur, ꝙ
Oīum demſtrationū notitia. hic non definitur demonſtratio in communi, quæ diuiditur per demonſtrationē
oſtenſiuam & ad impoſsibile, ſed definitur demonſtratio oſtenſiua tantum, quę
diuiditur

A diuiditur per demonſtrationem propter quid. & quia eſt, & demonſtratio propter quia, iterum diuiditur per demonſtrationem potiſsimam, & non potiſsimam, & demonſtratio quia eſt, diuiditur per demonſtrationem procedentem ab effectu, & per demonſtrationem quæ procedit a cauſa remota ideo demonſtratio ad impoſsibile non continetur ſub definito huius definitionis. Ad quartum dicitur, quòd licet ſyllogiſmus dialecticus, quandoq; fiat ex neceſſarijs apprehenſis ſub modo probabilium & contingentium, non tamen fit ex neceſſarijs apprehenſis ſub modo neceſſarij, & inquantum habent neceſſariam habitudinem ad concluſionem, quia ſic, eſſet demonſtratio. Ideo iſte ſyllogiſmus ſemper procedit ex probabilibus, uel ex acceptis ſub modo probabilium. Ad quintũ dicitur, quòd ſyllogiſmus ſophiſticus non dicitur non ens ſimpliciter, ſed nõ exiſtens talis qualis apparet, quia apparet dialecticus & non eſt, ſed bene eſt ſyllogiſmus ſimpliciter exiſtens, ſicut auricalcum eſt non exiſtens aurum, ſicut appa-
B ret, ſed tamen eſt ens ſimpliciter exiſtens.

Quid diſputatio, & eius quatuor ſpecies, uidelicet, doctrinalis, dialectica, tentatiua, ac ſophiſtica, & quibus inſtrumentis, ſeu Syllogiſmis ſingulæ fiant. Et quid Syllogiſmus tentatiuus.

Diſputatio eſt actus ſyllogiſticus unius ad alterum ad aliquod propoſitum oſtendendum. Diſputationis quatuor ſunt ſpecies, ſcilicet doctrinalis, dialectica, tentatiua, & ſophiſtica. Diſputatio doctrinalis eſt, quæ ſyllogizat ex proprijs principijs uniuſcuiuſque diſciplinæ, & non ex his quæ uidentur reſpondenti. & huius diſputatio- De hoc 1. Elēch. c. 1.
C nis inſtrumentum eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus. Diſputatio dialectica eſt, quę ex probabilibus ſyllogizat, & eſt collectiua contradictionum, & eius inſtrumentum eſt ſyllogiſmus dialecticus. Tentatiua uero diſputatio eſt, quæ ſyllogizat ex his quæ uidentur reſpondenti, & neceſſe eſt eum ſcire qui ſe ſimulat habere ſcientiam. Huius autem diſputationis inſtrumentum eſt ſyllogiſmus tentatiuus. Syllogiſmus tentatiuus eſt, qui procedit ex his quæ uidentur reſpondenti. Diſputatio ſophiſtica eſt, quæ procedit ex his, quæ uidentur probabilia, & non ſunt. Huius autem diſputationis inſtrumentum eſt ſyllogiſmus ſophiſticus.

D Poſtq̃ Auctor præmiſit definitionem ſyllogiſmi ſophiſtici, & oſtendit differentiam eius ab alijs ſyllogiſmis, hic conſequenter agit de cauſa finali eius, oſtẽdendo quomodo ordinatur ad quinque metas diſputationis ſophiſticæ. Sed, quia ſyllogiſmus ſophiſticus prius ordinatur ad ſophiſticam diſputationẽ, & mediante diſputatione ducit ad illas metas, ideo prius uidendum eſt diſputatione quã de metis. Eſt autem diſputatio actus ſyllogiſticus unius ad alterum ad aliquod propoſitum oſtendendum. In qua definitione explicatur cauſa formalis diſputationis cum dicitur, actus ſyllogiſticus. actus.n. ſiue actio ſe habet ut genus & forma communis eius, & ſyllogiſticus, ſe habet ut differentia. & ſumitur hæc differentia ab inſtrumento, quo fit talis actio.ſ.a ſyllogiſmo, & per hoc, q dicitur, unius ad alterum.ſ. opponentis ad reſpondentem, explicatur cauſa efficiens diſputationis.

Quid diſputatio & quinq; ad eam requiſita.

ſputationis.& per hoc ꝙ dicitur, ad aliquod propoſitum oſtendendum, explicatur finis immediatus & propinquus diſputationis, quia in omni diſputatione oſtenditur aliquid de aliquo. Vnde in diſputatione quinque requiruntur. ſ. opponens, qui diſputat, reſpondens, cui diſputatur, & illud de quo diſputatur, & actio diſputandi & inſtrumentum, & quo fit talis actio ſcilicet ſyllogiſmus. Et omnia iſta ſufficienter explicantur ex prædicta definitione. E

Diſputationis ſpẽs.

Primo ſciendum, ꝙ diſputatio diuiditur per diſputationem doctrinalem, dialecticam, tentatiuam, & ſophiſticam. Quarum habetur ſufficientia. quia omnis diſputatio fit uel ad ſumendũ experimentum de habitu generato, uel ad generationem habitus. ſi primum, ſic eſt tentatiua, ſi ſecundum, hoc eſt dupliciter, uel fit ad generationem habitus in opponente, & ſic eſt ſophiſtica, quæ fit ad acquirendum apparentem ſcientiam, uel generationem habitus in reſpondente, & hoc dupliciter. uel talis habitus eſt certus, & ſine formidine de oppoſito, & ſic eſt diſputatio doctrinalis, quæ eſt generatiua ſcientiæ. uel eſt habitus incertus F & cum formidine de oppoſito, & ſic eſt diſputatio dialectica, quæ eſt generatiua opinionis. Et ſic patet ꝙ iſte diſputationes differunt ſecundum ſuos fines, quia doctrinalis eſt generatiua ſcientiæ, & dialectica eſt generatiua opinionis. & tentatiua eſt acceptiua experimenti ſcientiæ reſpondentis, & ſophiſtica eſt gñatiua deceptionis in reſpondente, & apparentis ſapientiæ in opponente. Et etiam differunt ſecundum ſuas metas, ut patebit in ſuis definitionibus, & etiam ſecundũ inſtrumenta quibus fiunt, quia diſputationis doctrinalis inſtrumentum eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus, & dialecticæ ſyllogiſmus dialecticus, & tentatiuæ ſyllogiſmus tentatiuus, & ſophiſticæ ſophiſticus ſyllogiſmus.

Quę diſputatio doctrinalis, ac dialectica.

Secundo ſciendum, ꝙ diſputatio doctrinalis eſt, quæ ex propriis principijs alicuius ſcientiæ ſyllogizat, & nõ ex his quæ uidentur reſpondenti. Cuius ratio eſt quia diſputatio doctrinalis eſt generatiua ſcientiæ, ſed generandum ſcientiam oportet arguere & procedere ex proprijs principijs ſcientiæ, quæ gñatur, & non G ex his quæ uidentur reſpondenti, & oportet ipſum addiſcentem credere. & per hoc differt hæc diſputatio a dialectica, quæ procedit ex aliquibus communibus & etiam a tentatiua & ſophiſtica. Et quia diſputatio doctrinalis eſt quidam motus rationis, qui ordinatur ad ſcientiam tanquam ad ſuum finem, ideo ſecundũ diuiſionem ſcientiarum, in quibus eſt diſputatio doctrinalis. habet diuidi in ſuas ſpecies. Sed diſputatio dialectica eſt, quæ procedit ex probabilibus, & eſt collectiua contradictionum. Et ratio eſt, quia diſputatio dialectica fit ad generandum opinionem, ſed opinio generatur ex communibus & probabilibus, & ex probabilibus poteſt argui ad utranq; partem contradictionis, ipſa dicitur collectiua contradictionum, & ſecundum tres fines dialecticæ. Diſputatio dialectica habent tres ſpecies, quia quędam eſt ad obuiationem, alia eſt ad exercitationem, alia eſt ad philoſophicam diſciplinam, quæ iterum poteſt diuidi ſecundum quatuor prædicata, de quibus fit. H

Diſputatio tẽtatiua ac ſophiſtica.

Tertio ſciendum, ꝙ diſputatio tentatiua, eſt quæ ex his q̃ uidentur reſpondenti ſyllogizat, & quæ neceſſe eſt ſcire qui ſe ſimulat habere ſcientiam. Cuius ratio eſt, quia iſta diſputatio fit ad habendum experimentum. de ſcientia reſpondentis, ſed experiẽtia ſuæ ſcientiæ ſumitur arguendo ex his quæ uidentur, & ſunt probabilia rñdenti, ideo iſta diſputatio procedit ex probabilibus rñdẽti, & nõ procedit ex neceſſarijs cõtingentibus aut impoſsibilibus, niſi inquãtũ ſunt probabilia ipſi reſpondenti. Et quia in qualibet ſcientia præſupponuntur principia cõia, & ignorãtẽs communibus neceſſe eſt propria principia ignorare, ideo hæc diſputatio habet fieri ex communibus principijs, quæ neceſſe eſt ipſum ſcire, qui habet aliquam ſcientiam. Et diuiditur in ſuas ſpecies hæc diſputatio ſecundum diuerſas

De hoc uidẽ 1. Poſt t.c. 24. & ibi p ſcribente.

A ſas ſpecies de quibus diſputatur. Sed diſputatio ſophiſtica eſt quæ ex apparenter probabilibus ſyllogizat. Cuius ratio eſt, quia ipſa fit ad generandum apparentem ſcientiam, quæ habet generari producendo ex apparentibus. Et diuiditur in quinque ſpecies ſecundum, ꝙ fit, & ualet ad quinque metas. ſ. ad redargutionem, & ad falſum, & ſic de aliis.

Quarto ſciendum. ꝙ diſputatio in cōmuni poteſt dupliciter conſiderari. Vno mō ſecundum id quod eſt actus ſyllogiſticus ad aliquod propoſitum oſtēdendū. & iſto modo diſputatio doctrinalis eſt perfectior omnibus aliis diſputationibus, quia perfectius oſtendit aliquid eſſe, & ibi eſt uerior actus ſyllogiſticus, deinde dialectica. tertio tentatiua, & ultimo ſophiſtica. Alio modo quantum ad interpretationem nominis diſputationis, quæ dicitur quaſi diuerſorum putatio: & hoc modo perfectius dicitur de diſputatione ſophiſtica, in qua opponens & reſpondens intendunt diuerſos fine, quia opponens intendit uincere, & reſpon- B dens non uinci, inde dicitur de tentatiua, tertio de dialectica, & ultimo de doctrinali. Et licet iſtarum ſpecierum una ſit perfectior aliis, tamē hęc diuiſio proprie non eſt analogi in ſua analogata, eo ꝙ diſputatio in communi non conuenit uni membrorum per alterum, ſed eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies ſecundum modum, ſicut genus, & ſpecies reperiuntur in ſecundis intentionibus. Diſputatiō nū duplex cōparatio.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Aliqua diſputatio fit per inductionē, & ſic diſputatio eſt actus inductiuus, ergo male dicitur in definitione diſputationis, ꝙ diſputatio eſt actus ſyllogiſticus. Secundo ſic. Diſputatio ſophiſtica fit ad generandum deceptionem in reſpondente, ergo non fit ad oſtendendum aliquid. ergo definitio diſputationis non conuenit cuilibet diſputationi. Tertio ſic. Diſputationes diſtinguuntur ſecundum ſuos fines, ſed diſputatio doctrinalis & dialectica ordinantur ambæ ad ſcientiam. quia diſputatio dialectica fit ad acquirendam diſciplinam, ergo iſtæ duæ ſpecies inter ſe male diſtinguuntur. Argumen.

C Quarto ſic. Diſputatio doctrinalis quandoque procedit ab effectu ad ſuam cauſam, ſed effectus non eſt principium, ergo non ſemper procedit ex propriis principiis alicuius ſcientiæ. Quinto ſic. Oppoſitio non habetur ſimul de duobus contradictoriis, quia non poſsibile duo contradictoria opinari, ſed diſputatio dialectica eſt generatiua opinionis, ergo determinate fit ad unam partem contradictionis, ergo male dicitur. ꝙ eſt collectiua contradictionum,

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ licet aliqua diſputatio fiat per inductionem tanquam per inſtrumentum imperfectum & incompletum, non tamen tanquàm per inſtrumentum perfectum & completum, ſed ſyllogiſmus eſt illud inſtrumentum completum. Et poſſet etiam dici, ꝙ ibi capitur ſyllogiſmus in communi pro argumentatione, & non ſpecialiter, ut diſtinguitur contra alias ſpecies argumentationis. Ad ſecundum dicitur, quòd licet diſputatio ſophiſtica ex conſequenti genere deceptionem reſpondentis, tamen primo, & per ſe D fit ad oſtendendum aliquam concluſionem ipſi reſpondenti. Ad tertium dicitur, ꝙ diſputationes diſtinguuntur ſecundum ſuos fines proprios. modo, ſcientia non eſt finis proprius dialecticæ diſputationis, ſed opinio, licet bene ex conſequenti ordinetur ad ſcientiam, ad quam opinio diſponit intellectum. Ad quartum dicitur, ꝙ licet effectus non ſint principia eſſendi ſuarum cauſarum, tamen bene ſunt principia cognoſcendi. ideo demonſtratio procedens ab effectibus poteſt dici procedere ex propriis principiis alicuius ſcientiæ, & etiam diſputatio doctrinalis. quæ fit per demonſtrationem. Ad quintum dicitur, quòd licet diſputatio dialectica non ſimul & ſemel poſsit generare firmam opinionem duobus de contradictoriis, tñ pōt probabiliter oſtendere utrunq; ad cauſandum dubitationē de utroq; cōtradictoriorū, rōne cuius dr̄, collectiua cōtradictionum. Solutio.

Metæ

Metæ Quinque Redargutio, ſ. Falſum, Inopinabile, Solæciſmos, Nugatio, ad quæ Sophyſtica diſputatio per Syllogiſmum Sophyſticum tendit, quid ſint. E

Vide. j. Eléc. ca 4. & eodé cap.

Syllogiſmus ſophiſticus ordinatur ad quinque metas, quæ ſunt redargutio, falſum, inopinabile, ſolœciſmus, & nugatio. eſt meta incõueniens quoddam ad quod opponens ſophiſta nititur uideri ducere reſpondentem. Redargutio eſt prænegati conceſsio, uel præconceſsi negatio in eadem diſputatione, ut argumentationis facta. Vnde, niſi in argumentationis hoc quis faciat, non propter hoc erit redargutus. ſimiliter in diuerſis diſputationibus. Falſum ut hic ſumitur, eſt manifeſte falſum. nam, ſi Sophiſta ducat reſpondentem ad falſum occultum, non propter hoc aſſequitur ſuum finem. Inopinabile eſt, quod eſt contra opinionem omnium, uel plurium, uel maxime Sapientum, ut matrem non diligere filium. Solœciſmus eſt uitium in contextu partium orationis, contra regulas artis. Grammaticæ factum, ut uir, mea. Nugatio eſt unius & eiuſdem ex eadem parte inutilis repetitio, ut homo homo currit. dico autem ex eadem parte, quia ſi in diuerſis partibus idem repetatur, non eſſet nugatio, ut homo homo, riſibile eſt riſibile. dico autem inutilis repetitio, quia ſi idem repetatur ad maiorem expreſsionem, laudis, affectionis, uel uituperii, non eſſet nugatio, ut Deus deus meus, latro latro quo uadis. iſti autem quinque fines ordinantur ulterius ad unum finem principalem, qui eſt apparens ſapientia, & non exiſtens. Sophiſta autem non ducit ad iſtos fines ſuum reſpondentem, niſi per eos deueniat ad ultimum finem principalem, qui eſt apparens ſapientia. Et cum quilibet debet præmeditari ſuum finem, ideo determinatio finium debet præcedere determinationem fallaciarum.

Quid meta.

Poſtq̃ Auctor determinauit de ſyllogiſmo ſophiſtico, qui ordinatur ad diſputationem ſophiſticam, & de diſputatione ſophiſtica, quæ ordinatur ad quinq; metas ſecundum quas diſtinguitur, hic conſequenter determinandum eſt de illis metis. Et eſt meta inconueniens, ad quod opponens ſophiſta nititur uideri ducere reſpondentem. Cuius ratio eſt, quia meta proprie dicta dicitur terminus agri uel ſpacii. Et dicitur de metior tiris, quia ſecundum tales terminos uel fines ſpacium menſuratur, ideo in diſputatione ſophiſtica meta eſt terminus, ultra quem non procedit diſputatio ſophiſtica, ſed ille terminus eſt incõueniẽs ad quod opponens ducit reſpondentem, quia habito tali inconueniente ceſſat ſophiſtica diſputatio. Et dicitur uideri ducere reſpondentem, quia opponens non ſemper appetit ducere reſpondentem ad inconueniens ſimpliciter, ſed ſibi ſufficit quod aſtantibus uideatur ipſum ducere ad inconueniens. Et ratio eſt quia per hoc uidetur ſapiens, & acquirit apparentem ſapientiam, quæ eſt finis eius. ipſe. n. magis appetit uideri ſapiens, & non eſſe, quàm eſſe & non uideri.

A Primo ſciendum, q quinque ſunt metę, ſ. redargutio, falſum, inopinabile, ſolœciſmus, & nugatio. Quorum ſic habetur ſufficientia. quia omnis meta eſt inconueniens concluſum contra reſpondentem, uel illud inconueniens ſe tenet ex parte ſermonis, uel ex parte rei. ſi ex parte rei, hoc eſt dupliciter, uel ſe tenet ex parte rei abſolute, & ſic eſt falſum, uel reſpectiue, & hoc eſt dupliciter. uel ſumitur per reſpectum ad dicta reſpondentis, uel ad opinionem illorum quos inſequitur. ſi primum, ſic eſt redargutio, ſi ſecundum, ſic eſt inopinabile. Si ex parte ſermonis, hoc eſt dupliciter. uel ſe tenet ex parte ſubiectæ orationis, & ſic eſt nugatio, uel ex parte ſuorum accidentium, & ſuę congruitatis, & ſic eſt ſolœciſmus. Et quia meta eſt inconueniens, ad quod opponens nititur uideri ducere reſpondentem. & nullum eſt manifeſtius inconueniens, quàm concedere ſimul contradictoria, & negare, quod fit in redargutione. ideo redargutio eſt perfectior, & prior inter omnes metas, deinde falſum, & conſequenter aliæ per ordinem. — Quinque metæ.

B Secundo ſciendum, q redargutio eſt præconceſsi negatio, uel prænegati conceſsio ui argumentationis, & in eadem diſputatione. Cuius ratio eſt quia redargutio dicitur a rexi, quod eſt iterum, & arguo is. quia fit cum reſpondens arguit, & reprehendit ſcipſum, & hoc fit negando præconceſſum, & concedendo prænegatum, ideo bene dicitur præconceſsi negatio, & econtra. Et dr̃ ui argumentationis, quia ſi aliquis ſuſtinendo unum problema in diſputatione uoluntarie cõcedat duo contradictoria, non propter hoc dicitur redargutus. Et dr̃ in eadem diſputatione, quia ſi in diuerſis diſputationibus reſpondens concedat prænegatum, uel neget præconceſſum in alia diſputatione, non propter hoc ducitur ad metam, quia non ducitur ad inconueniens quod appareat aſsiſtentibus. & licet cencedens duo contradictoria ſemper concedat aliquod falſum, quia contradictoriorum unum ſemper eſt falſum, non tamen ducitur ad mettam falſi, quia non concedit aliquod manifeſte falſum, quia ambo contradictoria ſunt quandoque obſcura, & per hoc diſtinguitur redargutio a meta falſi. — Quid Redargutio & eius a Falſo diſtictio. Qñ qs uere redargutus dici poſsit & qñ non.

C Tertio ſciendum, q meta falſi, eſt manifeſte falſi conceſsio, ut ſi concedatur ignem non eſſe calidum. Et dr̃ manifeſte falſi, quia, ſi concedatur falſum obſcurum non uidebitur inconueniens aſsiſtentibus, ideo non erit aliqua meta diſputationis ſophiſticæ, quia opponens ſophiſta, qui appetit uideri ſapiens, per hoc non acquiret apparentem ſapientiam. Sed inopinabile dicitur, quod eſt contra opinionem omnium, uel plurium, uel ſapientum, uel illorum quos inſequitur. Et eſt meta inopinabilis conceſsio alicuius talis inopinabilis. unde quando reſpondens concedit illud, quod eſt contra opinionem illorum. coràm quibus fit diſputatio dato, q illud ſit uerum, ducitur apparenter ad inconueniens, & ibi eſt meta diſputationis, uel etiam ſi concedat aliquid contra opinionem doctorum, quos inſequitur quamuis hoc ſit uerum ſecundum opinionem aliorum, ducitur tamen apparenter ad inopinabile. — Quid falſum.

D Quarto ſciendum, q ſolœciſmus eſt uitium in oratione contra regulas artis Grammaticæ factum, ut uir mea, uel ſponſa meus, q pertinet ad Grammaticum inquantum dicit incongruitatem orationis, ſed inquantum impedit ueritatem propoſitionis, quæ concluditur in argumentatione, conſideratur a Logico, & conceſsio talis orationis eſt meta ſolœciſmi. & quia omnis meta habet concludi in paralogiſmo contra reſpondentem, ideo barbariſmus, qui fit in literis, & in ſyllabis, & dictionibus, corripiendo ſyllabam longam, & econuerſo, & non fit primo in oratione ſicut ſolœciſmus. nec poteſt concludi contra reſpondentem, ideo barbariſmus non eſt una meta, ſicut ſolœciſmus. Sed nugatio dicitur unius & eiuſdem, & ex eadem parte inutilis repetitio. ut homo homo currit, & dicitur ex eadem parte, quia ſi in diuerſis partibus idem repetatur, ut in ſubie- — Quid ſolœciſmus ac barbariſmus, ac nugatio.

do prædicato, non eſt nugatio. Et dicitur inutilis, quia ſi ex eadem parte eidem reputatur cauſa ornatus, uel maioris expreſsionis ſententiæ, non erit nugatio, ut dicendo Deus Deus meus, euge, & ſic de aliis. Et per hoc patet quæ & quot ſunt metæ. B

Argumen. Contra prædicta arguitur primo ſic. Nullum inconueniens eſt finis, cum non habeat rationem boni, ſed meta eſt finis proximus diſputationis ſophiſticæ, ergo meta non eſt inconueniens, ut dicitur in eius definitione. Secundo ſic Non loqui, uel tacere eſt una meta diſputationis ſophiſticæ, & tamen non eſt aliqua illarum, ergo non ſunt tantum quinque metæ. Tertio ſic. Ille qui ſolum concedit duo contradictoria ducitur ad metam redargutionis, & tamen non eſt ibi præcones, ſi negatio, nec econtra ergo contra definitionem redargutionis. Quarto ſic. Omne manifeſte falſum eſt inopinabile, cum ſit contra opinionem omnium, quibus eſt manifeſte falſum, ergo meta falſi non diſtinguitur a meta inopinabili, ſed ſub ea continetur. Quinto ſic. Solem eſſe maiore tota terra eſt contra opinionem plurium, & illam concedens concedit aliquod inopinabile, & tamen ibi non eſt meta, cum ſit inconueniens concedere uerum, ergo meta inopinabilis non eſt conceſsio cuiuſlibet opinabilis. F

Solutiões. Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ licet inconueniens concluſum contra reſpondentem non habeat rationem boni ſimpliciter habet, tamen rationem boni apparentis, quia uidetur ſophiſtæ eſſe bonum, quia ualet ad acquirendum apparentem ſcientiam, & hoc ſufficit ad rationem finis, ꝙ uel ſit bonus ſimpliciter, uel apparenter tantum.

Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet non loqui ſit meta, tamen eſt generalis, & non ſpecialis diſtincta ab illis, quia dum reſpondens tacet, ducitur ad eadem metam ad quam duceretur ſi loqueretur. Ad tertium dicitur, ꝙ licet reſpondens concedendo duo contradictoria non neget aliquid, tamen bene ex conſequenti, quia concedendo ſecundum contradictoriorum, negat alterum prius conceſſum.

Ad quartum dicitur, ꝙ licet manifeſte falſum ſit inopinabile tamen diuerſis rationibus dicitur falſum, & inopinabile, quia reſpectu rei ſignificatæ oratio dicitur falſa, & reſpectu audientium, & opinionis dicitur inopinabilis, & etiam aliquid bene eſt inopinabile, quod tamen non eſt falſum, quia, cum aliquando falſum ſit probabile, & inopinabile ſuum contradictorium erit inopinabile, ideo falſum, & inopinabile ſunt metæ diſtinctæ. Ad quintum dicitur, ꝙ ſi concedatur illa propoſitio coram ſapientibus a quibus cognoſcitur eſſe uera non eſt inconueniens, ſed poteſt eſſe apparens inconueniens ſi concedatur coram illis, quibus eſt inopinabilis, quia conceditur aliquid contra opinionem eorum, ideo per hoc reſpondens ducitur apparenter ad aliquod inconueniens.

Quid Fallacia, & de Fallaciarum tam in dictione quam extra dictionem multiplicitate ac Numero. H

De hoc ui de .1. Eléc. cap. 5. Fallacia eſt idoneitas decipiẽdi, faciens credere de ente, ꝙ ſit nõ ens & de non ente, ꝙ ſit ens mediante fantaſtica uiſione, Fallaciæ ſunt tredecim, quarum ſex ſunt dictione, & ſeptem extra dictionem. In dictione ſunt Aequiuocatio Amphibologia, Compoſitio, Diuiſio, Accẽtus, & Figura dictionis. Et ſeptem extra dictionem ſunt. Antecedens. Secundum quid ad ſimpliciter. Ignorantia, Elenchi, Petitio principii, Conſequens Non cauſa, ut cauſa, Secundum plures interrogationes ut unam. Quod autem ſint ſex in dictione probat Ariſtoteles inductiue

A ctiue, & ſyllogiſtice, inductiue ſic, Aequiuocatio fit aliquo iſtorum ſex modorum, amphibologia fit aliquo iſtorum ſex modorum, & ſic de aliis, ergo omnis fallacia in dictione fit aliquo iſtorum ſex modorum. Syllogiſtice ſic. omnis deceptio facta ex eò quòd eiſdem dictionibus uel orationibus non idem ſignificamus, fit aliquo iſtorum ſex modorum, ſed omnis fallacia in dictione fit ex eò q eiſdem dictionibus, uel orationibus non idem ſignificamus, ergo omnis fallacia in dictione fit aliquo iſtorum ſex modorum. iſte ſyllogiſmus eſt in primo modo primæ figuræ. Probatio maioris. Omnis multiplicitas dictionis fit aliquo iſtorum ſex modorum, ſed omnis deceptio facta ex eo quòd
B eiſdem dictionibus, uel orationibus non idem ſignificamus, fit ex multiplicitate dictionis uel orationis, ergo omnis deceptio facta ex eo quòd eiſdem dictionibus uel orationibus non idem ſignificamus, fit aliquo iſtorum ſex modorum, & hæc fuit maior. Probatio minoris. Omnis multiplicitas dictionis fit ex eo quòd eiſdem dictionibus uel orationibus non idem ſignificamus, ſed omnis fallacia in dictione fit ex multiplicitate dictionis, uel orationis, ergo omnis fallacia in dictione fit ex eo quòd eiſdem dictionibus uel orationibus non idem ſignificamus, & hæc fuit minor. Et illi duo ſyllogiſmi ſunt in primo modo primæ figuræ.

Poſtquam Auct determinauit de ſyllogiſmo ſophiſtico in communi. & de
C cauſa finali eius, ſ. de diſputatione litigioſa, ſeu ſophiſtica, & de quinque metis eius, quæ quidem ordinantur ad ultimum finem ipſius ſophiſtæ. ſ. ad apparentem ſapientiam, hic conſequenter determinat de fallaciis, per quas ad prædictas metas ſyllogiſmi ſophiſtici ordinantur. & prius Auctor determinat de fallacia in communi, & conſequenter de ſingulis in ſpeciali. Primo ergo ſic diffinit fallaciam dicens. Fallacia eſt idoneitas decipiendi faciens credere de non ente q ſit ens, & de ente, q ſi ens mediante fantaſtica uiſione.

quid fallacia.

Primo ſciendum, q fallacia dupliciter accipitur. Vno modo paſsiue pro deceptione eius, qui paralogizatur, & definitur ſic. Fallacia eſt deceptio imperiti in arte ſophiſtica propter ignorantiam artis ſophiſticæ. Alio modo capitur fallacia pro principio actiuo talis deceptionis, ut eſt locus ſophiſticus, in quo fundantur argumenta ſophiſtica, & iſto modo capitur in iſta definitione, & non primo modo. Vnde ſicut locus dialecticus eſt ſedes argumenti dialectici, uel eſt
D id, a quo conueniens elicitur argumentum, ita ſimiliter fallacia eſt ſedes, uel illud a quo elicitur argumentum ſophiſticum. Et ſicut in eodem loco dialectico plura argumenta dialectica fundantur, ſic in eadem fallacia plures fundantur paralogiſmi. & ſic locus dialecticus diuiditur per locum maximam, & locum differentiam maximæ, ſic in qualibet fallacia locus maxima, & locus differentia maximæ per ſimilitudinem reperitur, ut in fallacia æquiuocationis, maxima ſecundum quam fiunt paralogiſmi eius eſt, Omnis dictio actualiter una, habent tantum unum ſignificatum, & locus differètiæ maximæ eſt æquiuocatio termini, uel terminus æquiuocus.

Quæ nam fallacia ad phs cõſideretur.

Ponũt aliq doctores aliud membrũ qđ uſ coincidere cũ primo membro.

Secundo ſciendum, q in omni fallacia eſt cauſa apparentiæ & cauſa defectus, & ſub cauſa conueniẽtiæ latet defectus, ſicut in æquiuocatione ſub unitate uocis

In oĩ fallacie eſt ali-

quid cã apparẽtię, & aliquid cã defectus.

latet pluralitas ſignificatorum. Cauſa apparentiæ fallaciarum in communi eſt, quæ mouet ad credendum, quod non eſt. Et cauſa defectus eſt, quæ falſificat creditum. vnde etiam ratione cauſæ apparentiæ fallacia habet, ꝙ ſit idoneitas decipiendi, quia pp talem apparentiam ſumitur aptitudo ad decipiendum, & ratione cauſæ effectus facit credere de non ente, ꝙ ſit ens, quia per iſtam cauſam cõpletur deceptio, licet originaliter proueniat a cauſa apparentiæ. ideo iſtæ duæ cauſæ ſatis explicantur in definitione fallaciæ. Et dicitur mediante fantaſtica uiſione, quia intellectus purus non permixtus ſenſui aut fantaſiæ non decipiť, ſed per reflexionem ad fantaſiam multotiens decipitur. Eſt autem fantaſtica uiſio, ut hic ſumiť, cognitio intellectus reflexi ad fantaſiã, & nõ ſolũ cognitio fantaſiæ. E

Penes qd in diſputatiõe ſophiſtica cã apparẽtiæ ſumatur, & quõ diuidatur.

Tertio ſciendum, ꝙ in diſputatione ſophiſtica duo ſunt a quibus poteſt ſumi cauſa apparentiæ ad decipiẽdum. Primum, ſcilicet res de quibus diſputatur, quarum multotiens ignorantur habitudines. Secundum eſt, dictiones uel uoces per quas fit diſputatio, quarum ſignificatio, uel multiplicitas ſæpe ignoratur. Et ſic cauſa apparentiæ fallaciæ, quandoque ſumitur a rebus, quãdoque a dictionibus, & ſecundum hoc fallacia in communi diuiditur, per fallaciam in dictione, & per fallaciam extra dictionem. Fallacia in dictione eſt quæ ſumit ſuam cauſam apparentiæ ex parte dictionis. Et fallacia extra dictionem eſt, quæ ſumit ſuam cauſam apparentiæ ex parte rei. Et magis dicitur fallacia extra dictionẽ quàm fallacia rei, quia res non cadunt in diſputatione, nec cauſant deceptionem reſpondentis niſi per relationem ad dictiones, ideo per negationem huius, quod eſt habere cauſam apparentiæ in dictione, & per relationem ad dictionem, dicitur fallacia extra dictionem. Et inter illas fallacias prius determinatur de fallaciis in dictione, quia licet res ordine naturæ præcedant dictiones, non tamen præcedũt in diſputatione ſophiſtica, quia res non cadunt in diſputatione niſi per uoces. ideo per uoces prius contingit cauſari deceptionem reſpondentis. F

Nota pulchrũ dictũ.

Fallaciarũ in Dictione ſpecies.

Quarto ſciendum, ꝙ fallacia in dictione diuiditur per fallaciã æquiuocationis, amphibologiæ, compoſitionis, diuiſionis, accentus, & fallaciã figuræ dictionis. Quarum ſic habetur ſufficientia, quia omnis fallacia in dictione fit ſecundum aliquod multiplex, uel, ergo fit ſecundum multiplex, actuale, uel potẽtiale, uel fantaſticum. Si ſecundũ multiplex actuale, hoc eſt dupliciter. uel ſecundũ multiplex actuale dictionis incõplexæ, & ſic eſt æquiuocatio, uel orationis, & ſic eſt amphibologia. Si ſecũdum multiplex potentiale, hoc eſt dupliciter, uel fit in dictione, & ſic eſt accentus, uel in oratione, & hoc eſt dupliciter, uel illa oratio eſt continue prolata, & ſic eſt fallacia compoſitionis, uel diſcontinue, & ſic eſt fallacia diuiſionis. Si ſecundũ multiplex fantaſticũ, ſic eſt fallacia figuræ dictionis. Et probatur iſte numerus fallaciarum in textu per inductionem, quæ ſatis clara eſt, & per ſyllogiſmum, cuius uirtus conſiſtit in hoc, quòd omnis deceptio facta per hoc, quòd eadem dictio, uel oratio plura ſignificat fit aliquo iſtorum ſex modorum, ſed omnis fallacia in dictione fit per hoc, quod una dictio uel oratio plura ſignificat, quia fit quando eiſdem nominibus, uel orationibus non idem ſignificamus, ergo omnis fallacia in dictione fit aliquo iſtorum ſex modorum. Et ſic patet, ꝙ hæc definitio eſt ſufficiens. G H

Argumẽta

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Idoneitas decipiendi eſt naturalis potentia, ſed fallacia non eſt naturalis potentia, cum non ſit in prædicamẽto qualitatis, quia eſt ens rationis ergo male diciť, ꝙ fallacia eſt idoneitas decipiendi. Secundo ſic. Impoſſibile eſt credere de nõ ente, ꝙ ſit ens, quia nullus põt credere, ꝙ unũ cõtradictoriorũ uerificeť de alio, cum nõ poſſit credere duo contradictoria ſimul eſſe uera uel falſa, ergo fallacia nõ facit credere de non ente, ꝙ ſit ens. Tertio ſic. Ois fallacia eſt in illo, qui decipiť, cum ſit deceptio quædam, ergo nulla

eſt

A eſt in dictione, uel extra dictionem. Quarto ſic. Omne argumentum ſophiſticum fit de rebus, & per uocis, ergo omnis fallacia, & deceptio eſt in rebus, & in dictionibus, ergo nulla eſt in dictionibus tantum. Quinto ſic. Fallacia amphibologiæ capit ſuam cauſam apparentiæ ex parte orationis tantum, & non ex parte dictionis, & ſimiliter cõpoſitio, & diuiſio, ergo male ponſitur fallaciæ in dictione. Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet idoneitas decipiendi ſe tenens ex parte intellectus ſit naturalis potentia, non tamen idoneitas decipiendi, quæ ſe tenet ex parte rerum, uel dictionum, ſed eſt naturalis potentia tantum, ſecundũ modum, cum ſit ens rationis, conſequens dictiones, quæ ſunt ſigna rerum, uel aliqui reſpectus rerum, qui ſunt entia rationis, & de tali idoneitate intelligitur, ꝙ fallacia eſt idoneitas decipiendi, & talis non eſt in aliquo prædicamento. Ad ſecundum dicitur, ꝙ de non ente capto formaliter ſub forma nonentis non poteſt credi, quòd ſit ens, uel econtra, tamen de non ente capto materialiter, aliquis B poteſt credere, quòd ſit ens, & de ente, quòd ſit non ens. Ad tertium dicitur ꝙ, ſi capiatur fallacia, ut eſt effectus paralogiſmi, & deceptio reſpõdentis, ſic eſt in decepto ſemper, ſed ſi capiatur pro loco ſophiſtico, qui eſt principium paralogiſmi, ut hic ſumitur, ſic non eſt in decepto, ſed eſt in rebus, uel in dictione ſecundum ſuam cauſam apparentiæ. Ad quartum dicitur, ꝙ licet fallacia fiat de rebus, & in dictione, non tamen quælibet ſumit ſuam cauſam apparentiæ in rebus, & in dictione ſimul, ſed aliqua in rebus tantum alia uero in dictione tantum, & per hoc ſumitur hæc diuiſio.

Ad quintum dicitur, ꝙ ſi capiatur dictio pro uoce incomplexa tantum, ut diſtinguitur contra orationem ſic amphibologia non ſit in dictione, ſed, ſi capiatur dictio pro uoce ſignificatiua, quæ dicendo profertur, ſiue ſit complexa, ſiue incomplexa, ſic amphibologia ſit in dictione, & hoc modo ſumitur hic dictio.

C *Multiplex Triplex, Actuale ſcilicet, Potentiale, ac Fantaſticum, & de quo primo differendum ſit.*

Secundum autem, ꝙ vult Alexander in commento ſupra librum Elenchorũ, triplex eſt multiplex. Aliud.n. eſt multiplex actuale, aliud potẽtiale, & aliud fantaſticũ. Multiplex actuale, eſt quando dictio, uel oratio eadẽ ſecundũ ſubſtantiã, & ſcđum modũ proferendi, diuerſa ſignificat, dictio, ut in æquiuocatione, ut canis, oratio, ut in amphibologia, ut liber Ariſt. Multiplex, potentiale eſt, quando dictio, uel oratio eadẽ ſecundum ſubſtantiam, diuerſa tamen ſecundũ modũ proferendi diuerſa ſignificat dictio, ut in accentu, ut populus, cuius prima ſyllaba, D poteſt eſſe breuis, uel longa, & ſecundũ hoc diuerſa ſignificat, oratio, ut in cõpoſitione, uel diuiſione, ut quicquid uiuit ſemper eſt. alium.n. habet modum proferendi prout eſt diuiſa, & prout eſt compoſita, ut poſtea patebit. De multiplici fantaſtico uidebitur in fallacia figuræ dictionis. Et quia multiplex actuale ueriori modo eſt multiplex quam potentiale, & potentiale quàm fantaſticũ, ideo prius dicendum eſt de fallaciis facientibus multiplex actuale, quàm de aliis, & poſtea de potentiali, & ultimo de fantaſtico. Vnde prius dicendum eſt de æquiuocatione, & amphibologia, quàm de aliis fallaciis in dictione, quia in De hoc. 1. elench. ca. 12.

æquiuocatione,& amphibologia eſt multiplex actuale, & per conſe- E quens eadem dictio,uel oratio ſecundũ ſubſtantiã,& nõ ſecundũ modum proferendi,in aliis aũt nõ,in his.n.plus eſt de identitate quam in aliis.Item adhoc prius eſt dicendũ de æquiuocatione quam de amphibologia,quia æquiuocatio fit in dictione,amphibologia aũt in oratione dictio aũt prior eſt oratione.Sciendum eſt,ꝙ fallacia dupliciter accipitur.qñq; n.fallacia idem eſt,qđ cauſa decipiendi,& qñq; idem eſt, quod deceptio facta ex illa cauſa.Et hic primo modo ſumitur fallacia.

Quid multiplex.

Poſtquàm Auctor determinauit de definitione fallaciæ in communi,& de diſtinctione fallaciarum in dictione,quarum numerus,& ordo ſumitur ſecundum diuerſos modos multiplicis,hic conſequenter declarat modos multiplicis ad maiorem declarationem illius numeri,& ordinis fallaciarum in dictione,& eſt mul- F tiplex dictio,uel oratio uere, uel apparenter plura ſignificans, & ſic ad aliquod multiplex ſemper requiritur unitas uocis, & pluralitas ſignificatorum.Et dicitur multiplex quaſi multa plicans in uuum, quia in una uoce multa plicantur ſignificata,ſed diuerſimode,tamen ſecundum diuerſas rationes multiplicis.

Multiplex quoddã actuale qđdam potẽtiale, qđdam fantaſticum.

Primo ſciendum,ꝙ multiplex diuiditur per multiplex actuale,potentiale,& fantaſticum quorũ ſic habetur ſufficientia, quia in omni multiplici,eſt unitas uocis cum pluralitate ſignificatorum,uel ergo habet plura ſignificata ſimpliciter, uel apparenter tantum,ſi ſecundum,ſic eſt multiplex fantaſticum,ſi primũ,hoc eſt dupliciter,uel tale multiplex habet actualem unitatem uocis,& ſic eſt multiplex actuale,uel potentialem tantum, & ſic eſt potentiale.Et, quia multiplex dicitur,quaſi in unum multa plicans ſignificata,& perfectius uniuntur plura ſignificata,in multiplici actuali,ubi eſt actualis unitas uocis,quàm in potentiali, ubi eſt potentialis unitas tantum.& in potentiali ueriori modo multa in unum G plicantur,ꝙ̃ in fantaſtico,ubi ſolum plura ſunt ſignificata apparenter tantum, ideo iſtorum multiplicium actuale præcedit potentiale, & potentiale fantaſticũ, & hinc eſt,ꝙ fallaciæ peccantes ſecundum multiplex actuale præcedunt alias.

Quid multiplex actuale.

Secundo ſciendum, ꝙ multiplex actuale eſt dictio, uel oratio una ſecundum ſubſtantiam,& modum proferendi diuerſa ſignificans.Exemplum de dictione, ut canis exemplum de oratione,ut liber Ariſtote. unde in dictione, uel in oratione dictio ſe habet,ut materia, & ſuba, & modus proferendi, ſe habet per modum formæ,ideo dictio ſecundum ſubſtantiam.& modum proferendi eſt materialiter,& formaliter una,& quia a forma ſumitur actualis unitas rei,ideo talis uox eſt actualiter in una,& inde uocatur multiplex actuale,& tale multiplex ponit ſimul & in actu omnia ſua ſignificata,ſicut hoc nomen canis ſimul & in actu dat intelligere ſua ſignificata,& tamen non ponit ea copulatiue,uel diſiunctiue. quia ſi poneret copulatiue,tunc iſta oratio canis currit,eſſet æquiualenter una co- H pulatiua.& tunc uel ambæ partes eſſent ſimul ueræ,& tunc eſſet ſimpliciter uera,& non diſtinguenda,ſed ſimpliciter concedenda,uel aliqua pars eſſet falſa,& tunc tota copulatiua eſſet falſa,& ſimpliciter neganda,& non diſtinguenda.Et ſi poneret ea diſiunctiue,illa propoſitio æquiualeret uni diſiunctiuæ,uel ergo aliqua pars eſſet uera, & tunc eſſet ſimpliciter concedenda, quia hoc ſufficit ad ueritatem diſiunctiuæ,uel ambæ partes eſſent ſimpliciter falſæ, & ſic eſſet ſimpliciter falſa, & nunquàm eſſet diſtinguenda, quod eſt contra illud quod dicetur in ſolutione paralogiſmorum æquiuocationis,& ideo tale multiplex actuale,licet ponat omnia ſua ſignificata, in actu, & coniunctim, ut uniuntur in una uoce,non tamen copulatiue,uel diſiunctiue.

Tertio

A Tertio ſciendum, ꝙ multiplex potentiale eſt dictio uel oratio eadem ſecundũ uocem, & diuerſa ſecundum modum proferendi plura ſignificans. Exemplum de dictione, ut populus, qui cum habet primam breuem, ſignificat collectionem gentis, & cum habet primam longam, ſignificat arborem quandam. Exemplum de oratione, ut Socra. currens neceſſario currit, quia ſecundum diuerſos modos proferendi neceſſario poteſt referri ad currens, uel etiam ad currit, & ſic ibi ſunt diuerſa ſignificata ſecundum compoſitionem, & diuiſionem, & quia in tali multiplici eſt tñ unitas materię, & uocis, & non eſt unitas formæ uel modus proferendi, a qua unitate formæ ſumatur actualis unitas dictionis, ideo talis dictio uel oratio eſt tantum potentiale una, & non actualiter, unde dicitur multiplex potentiale, quia ibi plicantur multa ſignificata in uoce, quæ eſt tantum potentialiter una.

Quid multiplex potentiale.

Quid multiplex fantaſticum.

Quarto ſciendum, ꝙ multiplex fantaſticum eſt dictio unum ſignificans, quæ uidetur aliud ſignificare propter conuenientiam eius in parte cum alia dictione, B ſicut uigere ſignificat ſimpliciter qualitatem, quia ſignificat habere uigorem. ſed quia ſimiliter terminatur ſicut agere, & agere ſignificat actionem, ideo uigere uidetur ſignificare actionem, licet tamen non ſignificet. Et dicitur tale multiplex fantaſticum, quia talis dictio ſecundum ueritatem non habet plura ſignificata, ſed ſolum ſecundum fantaſticam apparentiam. Dicitur enim fantaſia a fanos, quod eſt apparitio, eò quod ſecundum fantaſia fiunt multæ apparitionis, ideo fantaſticum idem eſt.

Pro hac fãtaſiæ minꝰ recta interpretatione u. de Ariſt. 2. de Aïa. te cõ. 162.

Contra prędicta arguitur primo ſic. Vnius ſigni eſt tantum unum ſignificatum, quia ab unitate ſignificati ſumitur unitas ſigni. ergo una dictio uel oratio non poteſt plura ſignificare, ergo contra diffinitionem multiplicis. Secundo ſic. Sicut ſe habent actus & potentia, ita actuale & potentiale, ſed potentia præcedit actum, cum aliquid prius ſit in potentia quam in actu, ergo multiplex potentiale præcedit actuale, & non econtra. Tertio ſic. Significatio eſt forma eſſentialis dictionis. C ergo dictio uel oratio plura ſignificans diuerſa formaliter, ergo multiplex actuale non eſt formaliter una dictio, & actualiter plura ſignificans, ſed formaliter diuerſa. Quarto ſic. De ratione multiplicis eſt pluralitas, ſed maior eſt pluralitas & actualior, quando dictio uel oratio eſt diuerſa ſecundum modum proferendi, & ſecundum ſignificata, quàm quando ſolum plura ſignificat, ergo tale multiplex magis debet dici actuale ꝙ illud, ubi eſt ſolum pluralitas ſignificatorum. Quinto ſic. In omni multiplici eſt pluralitas ſignificatorum, ſed multiplex fantaſticum non habet plura ſignificata, quare non eſt diſtinguendum. ergo malè dicitur, ꝙ multiplex fantaſticum eſt unum multiplex.

Argumẽ.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ licet ab unitate ſignificati ſumatur unitas formalis ſigni, non tamen unitas materialis, ſed ex parte ipſius uocis, quæ efficitur ſignum. ideo unum ſignum materialiter poteſt habere diuerſa ſignificata, quamuis non ſit unum formaliter, & inquantum eſt ſignum.

Solutio.

D Ad ſecundum dicitur, quòd licet in eodem potentia præcedat actum non tamen in diuerſis, ſed actus ſimpliciter præcedit potentiam, ideo actuale præcedit potentia e in diuerſis. & ſic eſt in propoſito. Ad tertium iſtorum dicitur, ꝙ ſi conſyderetur dictio in ratione ſigni, tunc ſignificatio eſt forma eſſentialis eius, quia reponitur eam in eſſe ſigni. Sed ſi conſyderetur quantum ad uocem, quæ uox dicendo profertur (unde dicitur dictio) ſic ſignificatio non eſt forma eſſentialis eius, ſed modus proferendi, & ſignificatio eſt forma accidentalis, & hoc modo hic dicitur dictio uel oratio una inquantum habet reſpectum ad talem formam. ideo multiplex actuale poteſt eſſe dictio actualiter una plura ſignificans. Ad quartum dicitur, quòd ad multiplex actuale non ſufficit actualis pluralitas ſignificatorum, ſed cum hoc requiritur actualis unitas uocis. ideo licet multi-

Actus, ſimpliciter prior eſt potẽtia, in uno aũt, & codẽ econtra.

plex potentiale habeat pluralitatem actualem ſignificatorum formæ uocis, tamen non habet actualem unitatem uocis, ideo non debet dici multiplex actuale. Ad quintum dicitur, quòd multiplex fantaſticum non habet plura ſignificata ſecundum rem, ſed bene ſecundum apparentiam, & hoc ſufficit ad hoc q ſi multiplex fantaſticum. E

De fallacia Aequiuocationis, & illius tribus modis, ſeu Speciebus.

De hoc ui de.2. Elēc. cap.4.

AEquiuocatio eſt multiplicitas dictionis eiuſdem ſecundū ſubſtantiam & modum proferendi, ut in hoc nomine canis. Sciendum eſt q in qualibet fallacia eſt duplex cauſa.ſ.cauſa apparentiæ, & cauſa defectus. cauſa apparentiæ in qualibet fallacia eſt, quæ mouet ad credendum id, quod non eſt credendum, cauſa defectus eſt, quæ oſtendit creditum eſſe falſum. Cauſa apparentiæ in æquiuocatione eſt unitas dictionis eiuſdem ſecundum ſubſtantiā & modum proferendi diuerſa ſignificātis. cauſa defectus ſiue falſitatis eſt diuerſitas ſignificatorum. Vnitas. n. prædicta in æquiuocatione mouet ad credendum, quod non eſt. ſ. unitatem ſignificandi. diuerſitas autem oſtendit creditum eſſe falſum. Aequiuocationis tres ſunt modi. Sed primo uidendum eſt quid ſit fallacia æquiuocationis. Vnde fallacia æquiuocationis eſt deceptio proueniens ex eo q aliqua dictio manens una ſecundum ſubſtantiam & ſecundum modum proferendi, diuerſa ſignificat. F

Primus modus æquiuocatiōis.

Primus autē modus prouenit ex ſignificatione uel conſignificatione dictionis. Ex ſignificatione ſic paralogizatur, omnis canis currit, ſydus cœleſte eſt canis, ergo ſydus cœleſte currit. Solutio. utraq; p̄miſſarum eſt duplex, quia hic nomen canis eſt multiplex æquiuoce ſignificans aīal latrabile, ſydus cœleſte, & piſcē marinū, & ſic maior unō mō eſt uera, & alio mō falſa, & ſimiliter minor. Vel ſic. oē expediens eſt bonum, malum eſt expediens, ergo malū eſt bonum. Solutio. expediens dicitur æquiuoce. Vno modo idem eſt, quod bonū. alio mō idem, quod neceſſarium, quod accidit in minus malum, quod oportet fieri ad euitandum maius malū, unde utraque præmiſſarū eſt duplex, quia uno mō eſt uera, alio modo eſt falſa. G

Aliud exēplum.

Exēpla de conſignificatione.

Ex conſignificatione paralogizatur ſic. Iſte pannus eſt de Anglia, Anglia eſt terra, ergo iſte pannus eſt terra. non ſequitur, quia prima eſt duplex, ex eo q hæc prepō ſitio de, poteſt dicere circunſtantiam cauſæ materialis, & ſic eſt falſa, uel poteſt dicere locum & originem, & ſic eſt uera. Vel ſic, in quocūque eſt ægritudo, ipſum eſt animal, ſed in humorum inadæquatione eſt ęgritudo, ergo humorum inadæquatio eſt animal. Prima eſt duplex, quia hæc præpoſitio in, poteſt dicere cauſam efficientem, & ſic eſt falſa, uel cauſam formalem, ſiue ſubiectum in quo eſt, & ſic eſt uera. Similiter dicendum eſt de minori. Vel ſic proprium eſt qualitati ſecundum eam ſimile uel diſsimile dici, ſed ſecundum ſimilitudinem H

A nem dicitur aliquis ſimilis, uel diſsimilis, ergo ſimilitudo, uel diſsimilitudo ſunt qualitates, quod eſt falſum immo ſunt relationes. Prima eſt duplex, eo ꝙ hæc præpoſitio ſecundum, poteſt dicere circunſtantiam cauſæ efficientis, & ſic eſt uera, quia duæ qualitates eiuſdem ſpeciei faciunt unam ſimilitudinem, & ſic qualitas eſt cauſa efficiens ſimilitudinis. ſi autem dicat circunſtantiam cauſæ formalis, ſic eſt falſa, quia qualitas non eſt cauſa formalis ſimilitudinis. & econuerſo dicendum eſt de minori. Similiter omne ſanum eſt animal, urina eſt ſana, ergo urina eſt animal. utraque præmiſſarum eſt duplex, quia ſanum dicitur de animali, ut de ſubiecto, & de urina ut deſignante, uel indi-
B cante, de cibo, ut de efficiente, de diæta, ut de conſeruante, & ſic alio & alio modo ſanitas ad hæc comparatur, & ſecundum hoc habet diuerſas ſignificationes. Ex conſignificatione ſic paralogizatur. Quicũque ſanabatur ſanus eſt, laborans ſanabatur, ergo laborans ſanus eſt. Aliud exẽplum. Minor eſt duplex, ex eò ꝙ hoc participium laborans pôt dicere præſens tempus, & ſic eſt uera, & tunc eſt ſenſus, laborans nunc ſanabatur. ſi autem dicat præteritum, ſic eſt falſa, & ſic eſt ſenſus, laborans tunc ſanabatur. & econuerſo dicendum eſt de concluſione. Laborans .n. æquiuocum eſt ad laborantem nunc, & ad laborantem tunc. eodem modo eſt hic, quicunque ſurgebat ſtat, ſedens ſurgebat, ergo ſedens ſtat. Et eodem modo reſpondendum eſt ſicut reſponſum fuit ad
C alium paralogiſmum. Alio autem modo poteſt fieri econuerſo, quando dictio pôt teneri materialiter, uel conſignificatiue, ſicut hic, Deus eſt ubique, ubique eſt aduerbium, ergo Deus eſt aduerbium. Dicendum, ꝙ prima eſt duplex, eò ꝙ hæc dictio ubique, poteſt teneri materialiter, uel conſignificatiue. ſi materialiter, ſic eſt falſa, ſi conſignificatiue, ſic eſt uera, ſed non ſequitur concluſio.

Secundus modus æquiuocationis prouenit ex tranſumptione dictionis. unde tranſumptio ut hic ſumitur, eſt acceptio dictio ſignificantis unum ex impoſitione ad ſignificandum, aliud per ſimilitudinem. Et ſecundũ iſtum modum ſic formatur paralogiſmus. Quic- Secundus æquiuocationis modus.
D quid ridet habet os, pratum ridet, ergo pratum habet os. Prima eſt duplex, eò ꝙ hoc uerbum ridet, poteſt teneri proprie & ex impône, uel tranſumptiue. ſi proprie, ſic eſt uera & non ſequitur concluſio, ſi tranſumptiue, ſic eſt falſa, & ſic ſequitur concluſio. hoc.n. uerbũ ridere eſt æquiuocũ ad ridere & ad florere, quia ridere ſignificat ex prima impône riſum ab ore emittere. florere.n. ſignificat per quandam tranſumptionẽ, Florere.n. & ridere quandam ſimilitudinem habent, quia utrobique denotatur gaudium, & ideo ridere tranſumitur ad florere ut uult Ariſt. ideo ſumentes aliquam ſimilitudinem transferuntur.

Quicquid

Quicquid currit habet pedes, qua currit, ergo aqua habet pedes. utra- B
que præmiſſarum eſt duplex, quia hoc uerbum currit, uel tenetur proprie, uel tranſumptiue. currere. n. & labi aſsimilantur in uelocitate motus, ſecundum quod, currit ſumitur proprie, ſic maior eſt uera, & minor falſa, ſi tranſumptiue, tunc eſt econuerſo.

Tertius modus prouenit ex eo quod aliqua dictio plura ſignificat compoſita, ſeparata uero unum ſolum, ut hæc dictio immortale, uno modo dicitur quaſi non potens mori, alio modo dicitur, quaſi potens non mori. & ſecundum hoc formatur ſic paralogiſmus. Omne immortale eſt perpetuum, ſed omne potens non mori eſt immortale, ergo omne potens non mori eſt perpetuum. Vtraque præmiſſarum eſt duplex, cum hoc nomen immortale ſit æquiuocum, ut dictum eſt. F
Item, omne corruptibile eſt perpetuum, ſed omne potens non corrumpi eſt incorruptibile, ergo omne potens non corrumpi eſt perpetuum. Vtraque præmiſſarum eſt duplex, eo quod incorruptibile, uno modo idem eſt quod non potens corrumpi, & ſic incorruptibile eſt perpetuum, & ſic maior eſt uera, & minor falſa. Alio modo idem eſt quod potens non corrumpi, ut primus modo potuit non corrumpi, & in hoc ſenſu maior eſt falſa, & minor uera. Et ſic ſoluendi ſunt paralogiſmi æquiuocationis per diſtinctionem paralogiſmorum ſecundum æquiuocationem, ut prius patuit. Recta ſolutio eſt manifeſtatio ſyllogiſmi falſi, & propter quid eſt falſus, & hoc contingit dupliciter ſcilicet, uel diſtinguendo, uel aliquam præmiſſarum interimendo. G
ſecundo modo reſpondendum eſt ad omnes peccantes in materia. & ad omnes orationes in utroque peccantes, reſpondendum eſt utroque modo ſcilicet diſtinguendo aliquam præmiſſarum, & interimendo, non ſecundum idem, ſed ſecundum diuerſa.

Modus cõmunis ſoluendi quoſcũq; paralogiſmos.

Aequiuocatiõis fallacia qd.

Poſtq̃ Auctor determinauit de numero fallaciarum in dictione, & de modis multiplicibus ualentibus ad cognitionem illius numeri, hic conſequenter in ſpeciali determinat de qualibet fallaciarum in dictione. Et primo de fallacia æquiuocationis, quæ per hoc quod peccat ſecundum multiplex actuale præcedit omnes alias peccantes ſecundum multiplex potẽtiale, & fantaſticum, & diſtinguitur ab ipſis. & per hoc quod peccat ſecundum multiplex actuale dictionis diſtinguitur ab H
amphibologia, quæ peccat ſecundum multiplex actuale orationis. Ideo Auctor primo determinat de fallacia æquiuocationis, primo ſic definiens æquiuocationem. Aequiuocatio eſt quando dictio actualiter una plura ſignificat, ut canis ſignificat canem latrabilem, piſcem marinum, & ſydus cœleſte. Et dicitur actualiter una ad differentiam accentus, in quo dictio potentialiter una plura ſignificat. & eſt duplex æquiuocatio ſ. a caſu, & a conſilio, ut dictum eſt in Anteprædicamentis, & ſecundum talem æquiuocationem ſumitur fallacia æquiuocationis.

Quæ cauſa apparẽtiæ, & de-

Primo ſciendum, quod cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt actualis unitas dictionis plura ſignificantis propter quam unitatem credimus, quod ſicut dictio eſt actualiter una ſecundum uocem, quod habeat unum ſignificatum. & ſumitur hæc maxima,

A xima, unius uocis in actu eſt tm̃ unũ ſignificatũ. Sed eius cauſa defectus eſt plura litas ſignatorum dictionis unius ſecundũ actũ Et ſecundũ has cauſas dupliciter definit fallacia æquiuocationis. Primo ſic ex parte cauſæ apparẽtiæ, q̃ eſt idoneitas decipiẽdi proueniẽs ex actuali unitate dictionis plura ſignantis. Et ex parte cauſæ defectus definit ſic, q̃ eſt deceptio proueniẽs ex pluralitate ſignatorũ dictionis actualiter unius. prima tñ definitio meliorẽ, q͂a definit fallaciã in cõne principii, & loci ſophiſtici, in ſcdo uero ut cãtur mediãte ſyllogiſmo ſophiſtico. fectus ĩ æquoca tione, & eius duplex deſcriptio.

Secundo ſciendum eſt, q̃ fallaciæ æquiuocationis tres ſunt modi uel ſpecies. Primus modus ſumitur, quando.ſ. dictio actualiter una principaliter, & ſecundũ impoſitionem plura ſignificat, ut canis ſignificat ex impoſitionem eius plura ſignificata. & hoc uerbum diſcere, uno modo idem eſt qđ docere, & dare diſciplinam, alio modo idem eſt quod doceri, & ſuſcipere diſciplinam, & ſecundum hunc modum ſic paralogizatur. Quicunq; diſcunt ſunt ſapientes, ignorantes diſcunt, ergo ignorantes ſunt ſapientes. Soluitur ſic. utraque præmiſſarum eſt duplex, quia diſcere poteſt capi pro docere, uel pro doceri, ſi in utraq; præmiſſarum capiatur pro docere, ſic maior eſt uera, & minor eſt falſa, & ſequitur concluſio. ſed, ſi utraq; teneatur pro doceri, tunc maior eſt falſa & minor eſt uera, & iterum bene ſequitur concluſio, ſed ſicut ipſa eſt falſa, ita & aliqua præmiſſarum. & iſtis duobus modis eſt bonus ſyllogiſmus, & non committitur fallacia æquiuocationis. Si autem in maiori teneatur pro docere. & in minori pro doceri, utraque præmiſſarum eſt uera, nec ſequitur concluſio, ſed committitur fallacia æquiuocationis propter æquiuocationem medii, & ideo ibi non eſt bonus ſyllogiſmus, quia non eſt unitas medii ſecundum rem, nec ibi ſunt tres termini tantum. & huiuſmodi multa exempla ponuntur in textu. Tres ſunt æquiuocationis modi & đ primo.

B

Tertio ſciendum eſt, q̃ ſecundus modus ſumitur qñ dictio actualiter una unũ ſignificat principaliter, & aliud tranſumptiue, ut ridere principaliter, ſignificat apertionem & actũ oris, tranſumptiue, floritionẽ prati, & currere principaliter ſignificat motũ uelocẽ pedum animalis, & trãſumptiue ſignificat fluxum aquæ. Et ſm̃ hunc modum ſic paralogizatur. Quicquid currit habet pedes, aqua currit, ergo aqua habet pedes. Solutio, utraq; præmiſſarum eſt duplex, quia currit, poteſt capi proprie, & trãſumptiue. ſi capiatur in utraq; præmiſſarum proprie, maior eſt uera, & minor falſa, & ſi in utraq; teneatur tranſumptiue, ſic maior eſt falſa. & minor uera, & his modis neceſſario ſequitur concluſio, & eſt bonus ſyllogiſmus. ſed, ſi in maiori accipiatur proprie, & in minori, tranſumptiue, tunc ambæ præmiſſæ ſunt ueræ, nec ſequitur concluſio, ſed committitur fallacia æquiuocationis propter æquiuocationem medii. Et in iſtis paralogiſmis, qñ eſt æquiuocatio in medio quod ponitur in utraq; præmiſſarum, ſic utraq; præmiſſarum eſt, diſtinguenda. Sed, quando æquiuocatio eſt in maiori extremitate ſolum, tunc debet diſtingui maior præmiſſa, & concluſio in q̃bus ponitur maior extremitas Et quando eſt in minore debet diſtingui minor præmiſſa cum concluſione. Secundus modus,

C

D

Quarto ſciendũ, q̃ tertius modus eſt qñ dictio ſimplex tantũ unũ ſignificat, & tñ compoſita plura ſignificat ut mortale tm̃ unũ ſignificat. ſ. aptum natum mori, & tñ immortale plura ſignificat per hoc, q̃ hæc præpoſitio in addita mortali poteſt negare actũ tm̃, & relinquere aptitudinẽ, & ſic immortale ſumitur priuatiue. Vel poteſt negare actum. & potentiam ſimul, & ſic immortale tenetur negatiue, & ſecundum hunc modum paralogizatur ſic. Omne immortale eſt perpetuũ. potẽs nõ mori eſt immortale, ergo potens non mori eſt perpetuum, quod eſt falſum. Soluitur ſic utraque præmiſſarum eſt diſtinguenda, quia immortale capi negatiue, & priuatiue. ſi in utraque capiatur negatiue. maior eſt uera. & minor falſa, ſi in utraque priuatiue, eſt econtra, & ſemper eſt bonus ſyllogiſmus. Sed, Tertius æquiuocationis modus.

ſi in

ſi in maiore teneatur negatiue,& in minore priuatiue,utraq; præmiſſarum eſt uera & non ſequitur concluſio impediente fallacia æquiuocationis. & ſimiliter de ista dictione incorruptibile fieret paralogiſmus. Et horum modorum ſic habetur ſufficientia quia omnis modus æquiuocationis, uel eſt ſecundum æquiuocationem dictionis compoſitæ,& ſic eſt tertius modus,uel ſimplicis, & hoc eſt dupliciter.uel talis æquiuocatio prouenit ex impoſitione dictionis ad plura ſignificata, & ſic eſt primus modus,uel ex tranſumptione,& ſic eſt ſecundus modus. E

Modorum triū æquocatiōis ſufficientia.

Argumen. Contra prædicta arguitur primo ſic. Iſta dictio homo, actualiter una plura ſignificat,quia ſignificat Socratem, Platonem, & cæteros homines,cum repreſentat ipſos, & tñ ibi non eſt æquiuocatio, ergo contra definitionem æquiuocationis. Secundo ſic. Vnitas dictionis plura ſignificantis eſt cauſa cognitionis plurium ſignificatorum, & magis cauſat cognitionem quam dictio uniuoca, ergo ipſa non eſt cauſa deceptionis, uel fallaciæ. Tertio ſic. Diuerſitas ſignificatorum ſe tenet ex parte rei, ergo, ſi iſta diuerſitas ſit cauſa defectus fallaciæ æquiuocationis, ſua cauſa defectus erit extra dictionem. ergo non erit fallacia in dictione. Quarto ſic. Arguendo ſic, omnis canis currit, quædam ſtella eſt canis, ergo quædam ſtella currit. in maiore,canis diſtribuitur pro omnibus ſuis ſuppoſitis. ergo illa ſimpliciter eſt falſa, & debet negari. ergo plures paralogiſmi in primo modo huius fallaciæ non debent ſolui per diſtinctionem, ut dictum eſt. Quinto ſic. Analogum per ſe poſitum ſtat pro ſuo ſignificato famoſiori, ergo dictio ſignificans unum principaliter, & aliud ex conſequenti ſemper ſumitur pro principaliori ſignificato. ergo non poteſt teneri æquiuoce, & per conſequens paralogiſmi ſecundi modi non debent ſolui per diſtinctionem,ſed negando aliquam præmiſſarum. F

Solutiōes. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ hæc dictio homo, non repreſentat, uel ſignificat particulares homines ſecundū ſe, ſed ſolum inquantum cōueniunt in cōi conceptu hominis, ideo non ſignificat ipſos ſub modo plurium, ſed ſolū ut conueniunt in uno, quia primo & per ſe homo ſignificat hominem in communi. Ad ſecundum dicitur, ꝙ unitas dictionis plura ſignificantis reſpectu cognoſcentis plures ſignificationes eius, eſt cauſa cognitionis, ſed reſpectu ignorantis diuerſas ſignificationes eſt cauſa deceptionis. Ad tertium dicitur, ꝙ omnes fallaciæ generaliter cōueniunt in illo communi. ſ. ꝙ habent cauſam defectus ex parte rei, ideo non dicuntur in dictione, uel extra dictionem ex parte cauſæ defectus,ſed tantum ex parte cauſæ apparentiæ, quæ quandoq; eſt in dictione,& quandoque in re.ideo licet cauſa defectus æquiuocationis ſit in re, non propter hoc eſt fallacia extra dictionem. Ad quartum dicitur,ꝙ ibi canis,diſtribuitur pro omnibus ſuppoſitis unius ſuorum ſignificatorum, ſed non pro ſuppoſitis omniū ſuorum ſignificatorum. Cuius ratio eſt, quia terminus æquiuocus unica diſtributione diſtribui non poteſt pro ſuppoſitis plurium ſignificatorum, quia unitas diſtributionis præſupponit unitatem ſignificationis.ideo,ſecundum quód iſte terminus poteſt capi pro diuerſis ſignificatis, poteſt diuerſimode diſtribui pro ſuppoſitis illorum. ideo talis propoſitio eſt diſtinguenda. Ad quintum dicitur, ꝙ propoſitio in qua ponitur analogum non eſt neceſſario diſtinguenda, ſed quo ad bene eſſe & ad clariorem ſolutionem & cognitionem paralogiſmi melius eſt eam diſtinguere quam concedere,uel negare ſimpliciter.& dato ꝙ eſſet uera pro utroque ſenſu uel falſa, adhuc poſſet diſtingui a reſpondente, ne ipſe uideretur ignorare multiplicitatem & æquiuocationem dictionis,uel orationis. G H

Nota rōnē

A *De Amphibologia, & eius Tribus ſpeciebus ſeu modis, cum ex eius, tum ex Ariſtotelis' ſententia recepti. Aliquarum item obiectionum ad hominem ſolutio.*

Amphibologia eſt multiplicitas orationis eiuſdem ſecundũ ſubam & ſecundum modum proferendi diuerſa ſignificantis. Fallacia aũt amphibologiæ eſt deceptio proueniens ex identitate orónis eiuſdem ſecundũ ſubſtantiã, & ſecundũ modum proferendi diuerſa ſignificantis. Cauſa apparentiæ eſt identitas orónis eiuſdẽ ſecundũ ſubſtantiam & modum proferendi. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas ſignificatorum. Et dicitur amphibologia ab amphi, quod eſt dubium, & bole
B ſententia, quaſi dubia ſententia. Amphibologiæ tres ſunt modi.

De ãphibologia uide & Eléc. c. 4

Primus modus prouenit ex eo ꝙ aliqua oratio principaliter plura ſignificat, ut liber Ariſto. Hæc. n. oratio eſt duplex. uno modo idẽ eſt quod liber editus ab Ariſtotele. alio modo idem eſt, quod liber poſſeſſus ab Ariſtotele. Et formatur ſic paralogiſmus. Quicquid eſt Ariſtotelis poſsidetur ab Ariſtotele, iſte liber eſt Ariſtotelis. ergo poſsidetur ab Ariſtotele. Vtraque præmiſſarum eſt duplex, ut dictum eſt.

Primus ãphibolog. modus eſt ex eo ꝙ oratio una principaliter plura ſignificat.

Secundus modus amphibologiæ, prouenit ex tranſumptione orationis. Tranſumptio autem orationis eſt, quando oró proprie ſignificans unum tranſumitur ad ſignificandum aliud pp aliquam ſimilitudinem repertã in ipſis, ut litus aratur, tranſumitur ad operam perdi.
C Et formatur ſic paralogiſmus. Quicquid aratur aratro ſcinditur, litus aratur, quando indocilis docetur, ergo, quando indocilis docetur, litus aratro ſcinditur. Minor eſt duplex, quia litus arari ſignificat proprie terram ſcindi. tranſumitur autem ad operam perdi. & eſt ſimilitudo in hoc, quòd qui litus arat operam perdit & fruſtra laborat.

Scđus amphibo. modus ex trãſumptione orónis fit.

Tertius modus amphibologiæ prouenit ex eo, ꝙ aliqua oratio compoſita, plura ſignificat, ſeparata uero unum ſolum, ut ſeculum ſcit. Hæc. n. oratio eſt duplex. ſignificat. n. ꝙ aliquis ſciat ſeculum, uel ꝙ ſeculum habeat ſciam de aliquo. & ideo iſta oró eſt duplex, ex eo ꝙ hoc uerbum ſcit, poteſt ordinari cum hoc quod eſt ſeculum a parte ante,
D & ſic eſt uera, & ſic non ſequitur concluſio, uel a parte poſt, & ſic eſt falſa, & ſic ſequitur concluſio. Similiter hic, quicquid aliquis ſcit hoc ſcit, quia hæc dictio hoc, poteſt ſupponere ſcit, uel apponere. Similiter hic, quoſcunque uellem me accipere, uellem ꝙ acciperent me, pugnantes uellem me accipere, ergo uellẽ, quòd pugnantes acciperẽt me. Maior eſt duplex, quia hæc dictio me, poteſt ordinari cum iſto uerbo accipere a parte ante, & ſic eſt uera, & non ſequitur concluſio, uel a parte poſt, & ſic eſt falſa, & ſequitur concluſio. Similiter iſta, dictio pugnantes, poteſt ſupponere, uel apponere. Similiter hic, quicquid

Tertius ãphibolog. modus ex orónis cõpoſitæ ſeu diuiſe diuerſa ſignificantis ſumitur.

quid uidet aliquis hoc uidet, columnam aliquis uidet, ergo columna uidet. Maior eſt duplex, ut dictum eſt in alijs. Similiter hic, quicumq; ſunt epiſcopi ſunt ſacerdotes, aſini ſunt epiſcopi, ergo aſini ſunt ſacerdotes. Vtraque præmiſſarum eſt duplex, ex eo ꝙ hæc dictio epiſcopi, poteſt eſſe nominatiui, uel genitiui caſus. Quod autem deceptio facta ex diuerſitate caſus faciat amphibologiam patet, quia caſus datus eſt dictioni ad hoc ut ordinetur cum alia dictione, ſed ordinatio dictionis cum alia dictione facit fallaciam amphibologiæ; & non fallaciam æquiuocationis, hoc.n.patet ab Ariſtot. formante paralogiſmos amphibologiæ ſecundum diuerſitatē caſus, & non æquiuocationis. E

Ariſt. amphib. tres ex ſnia mo di 2. Elencho. cap. 4. Secundum ꝙ Ariſtote. ponit tres modos communes æquiuocationi & amphibologiæ. Primus modus eſt quando dictio, uel oratio plura principaliter ſignificat, dictio, ut canis, oratio, ut liber Ariſtotelis. Secundus modus eſt, quando ſic ſoliti ſumus dicere ſecundum tranſumptionem tranſumptio in dictione, ut ridere, in oratione, ut litus aratur. Tertius modus eſt, quando compoſitum plura ſignificat, ſeparatum uero unum ſolum. exemplum in æquiuocatione, ut in his dictionibus, immortale, incorruptibile, exemplum in amphibologia, ut in iſta oratione, ſeculum ſcie. In omnibus enim iſtis compoſitum plura ſignificat, ſeparatum uero unum ſolum. F

Obiectio. Quæritur de diſtinctione iſtorum trium modorum communium, quorum primus eſt, quantū ad æquiuocationem, quando unū nomen ſeu oratio principaliter plura ſignificat, ſecundus prouenit ex trāſumptione, tertius eſt, quando unū nomen compoſitum plura ſignificat, ſimplex uero unum ſolum, ut immortale, incorruptibile. & hoc totum uerum. Sed tunc obiicitur. Deceptio proueniens ex conſignificatione dictionis non cōtinetur ſub aliquo iſtorum modorum in æquiuocatione, uerbi gratia, ſicut in hoc ſyllogiſmo, Quicunque ſanabatur ſanus eſt, laborans ſanabatur, ergo laborans ſanus eſt. non continetur ſub tertio modo, quia laborans non eſt dictio compoſita, nec ſub ſecundo, quia hæc dictio laborans non tenetur tranſumptiue, nec ſub primo, quia primus modus prouenit ex principali ſignificatione, ſed hæc dictio laborans non ſignificat principaliter tempus, ſed ex conſequenti per accidentia, ergo illa deceptio facta ex conſignificatione non eſt ſub aliquo iſtorum trium modorum. G

Solutio prima. Solutio. deceptio facta ex conſignificatione dictionis continetur ſub primo modo æquiuocationis. Ad hoc quod obiicitur dicendum, ꝙ primus modus prouenit ex principali ſignificatione, appellata hic, quicquid ex eadem impoſitione importatur per dictionem, ſed ex eadem impoſitione ſignificat quælibet dictio ſignificationem & ſua accidentia. Ille enim, qui impoſuit hoc nomen H

A men lapis ad ſignificandum lapidem, ſub tali genere,ſub tali numero impoſuit,& ſic eandem impoſitione impoſuit impoſitor, quia hæc dictio laborantes,importat ſuum ſignificatum,& conſignificatum,& ſic de aliis. Vel dicendum, ꝙ principalius ſiginficatio ponitur in primo modo æquiuocationis, & amphibologiæ ad remouendum tranſumptionem in eis,quia tranſumptio ſignificatur per dictionem non principaliter,unde ridere non principaliter ſignificat florere,ſed tranſum ptiue per quandam ſimilitudinē,& hęc dictio laborans ſignificat prę-ſens tempus,& præteritum imperfectum. Item, quæritur quare deceptio facta ex quibuſdam accidentibus facit æquiuocationem. & ex quibuſdam amphibologiam. Solutio dico,ꝙ quædam ſunt accidentia, quæ conſequuntur dictionem non abſolute,ſed prout eſt ordinabilis cum alia dictione, ſicut caſus, numerus, quia ordinantur dictiones adinuicem per talia accidentia, male enim diceretur, homines currit, quia ibi non eſt debitus numerus, nec debitus caſus,& deceptio ex talibus accidentibus eſt deceptio in oratione,& ſic eſt in amphibologia,& non in æquiuocatione. Sed ſunt alia accidentia abſolute quæ conſequuntur dictionem per ſe,ut tempus,& genus,& per talia accidentia non ordinantur dictiones adinuicem, quia ſicut bene dicitur, homo currit,ita bene dicitur, homo currebat. Vnde licet tempus uarietur,manet tamen eadem conſtructio,& ideo non conſtruuntur me C diante tempore,& ſic deceptio ex talibus accidentibus fit in dictione, & ita in æquiuocatione,& non in amphibologia.

Queſtio & ſolu.

B

Poſtquàm Auctor determinauit de fallacia æquiuocationis quæ fit ſecundum multiplex actuale dictionis, hic conſequenter determinat de fallacia amphibologiæ,quæ fit ſecundum multiplex actuale orationis,primo ſic definiens amphibologiam. Amphibologia eſt multiplicitas orationis unius, & eiuſdē ſecundum ſubſtantiam,& materiam,& formam,ſiue ſecundum literas,& ſyllabas. & modū proferendi,eſt enim amphibologia,quando oratio actualiter una plura ſignificat, ut hæc oratio liber Ariſt. manens una actualiter plura ſignificat per hoc, ꝙ genitiuus Ariſt. poteſt conſtrui in habitudine cauſæ efficientis uel in habitudine poſſeſsionis. & etiam cauſæ finalis. Et oportet, ꝙ talis multiplicitas primo proueniat ex parte orationis. & non propter multiplicitatem alicuius ſuorum termi-D norum abſolute,ſed ꝙ proueniat ratione compoſitionis terminorum. Et dicitur amphibologia ab amphi,quod eſt dubium,& bole, quod eſt ſententia,quaſi dubia ſententia uel dubius ſermo. ſententia enim proprie eſt orationis, & ſignificatum,uel ſignificatio eſt dictionis in complexæ, & ſecundum talem amphibologiam ſumitur una fallacia ſpecialis diſtincta ab aliis per hoc, ꝙ habet ſpeciales cauſas apparentiæ,& defectus.

Quid amphibologia.

Primo ſciendum eſt,ꝙ cauſa apparentię huius fallaciæ eſt actualis unitas orationis diuerſa ſignificantis,propter quam unitatem credimus,ꝙ ſicut talis oratio habet unitatem uocis,& modum proferendi,ꝙ ita habeat unicum ſignificatum. Et per hoc ſumitur una maxima in hac fallacia, in qua fundantur omnes paralogiſmi huius fallaciæ. Sed eius cauſa defectus eſt diuerſitas ſignificatorū eiuſdē orationis

Quæ cā apparētię huius fallacię ac duplex eā definiēdi modus.

orationis. Et ſecundum has cauſas hæc fallacia duobus modis definitur. ex par- E
te cauſæ apparentiæ primo ſic definitur. Fallacia amphibologiæ eſt idoneitas
decipiendi proueniens ex actuali unitate orationis plura ſignificantis. Et ex par-
te cauſæ defectus definitur, ſic ꝙ eſt deceptio proueniens ex multiplicitate ſen-
ſum eiuſdem orationis.

Tres huius fallaciæ modi, & de primo.

Secundo ſciendum, ꝙ huius fallaciæ ponuntur tres modi communes, ſicut in fallacia æquiuocationis. Primus modus eſt, quando oratio actualiter una principaliter plura ſignificat, ut iſta oratio contingit tacentem dicere, quia tacentem poteſt regi de li dicere a parte ante in ratione ſuppoſiti, & eſt ſenſus, ꝙ tacens dicit aliquid, uel poteſt regi a parte poſt in ratione appoſiti, & ſic eſt ſenſus, contingit dicere aliquem eſſe tacentem. & ſimiliter de iſta contingit cæcum uidere, ſecundum quam ſic paralogizatur. Quemcunq; contingit uidere, contingit habere uiſum, ſed contingit cæcum uidere, ergo contingit cæcum habere uiſum. Solutio. maior eſt duplex, quia cęcum poteſt ſupponere huic uerbo uidere, & eſt ſen- F
ſus, ꝙ cęcus poſſit uidere, & ſic minor eſt falſa, & bene ſequitur cōcluſio, nec cōmittitur aliqua fallacia, uel poteſt opponere huic uerbo uidere, & eſt ſenſus, ꝙ contingit uidere aliquem cæcum, & ſic non ſequitur concluſio, quia cæcum in maiore ponitur ex parte medii, & in concluſione ponitur ex parte minoris extremitatis. Similiter ſolueretur iſte paralogiſmus. Quemcunq; contingit dicere contingit loqui tacentem contingit dicere, ergo tacentem contingit loqui, & ſimiliter iſte. Quoſcunq; uellem me accipere, uellem, ut ipſi acciperent me, inimicos uellem me accipere. ergo uellem ut inimici acciperent me.

Secundus Modus.

Tertio ſciendum, ꝙ ſecundus modus eſt, qñ oratio actualiter una principaliter unum ſignificat, & tranſumptiue aliud, ſicut hæc oratio, litus aratur, proprie ſignificat terram aratro ſcindi. & tranſumptiue ſignificat operam perdi, & ſimiliter iſta, Lauare laterem. de qua ſic paralogizatur. Quicunq; lauat laterem habet aquam, caſtigans mulierem lauat laterem, ergo caſtigans mulierem habet G
aquam. Soluitur ſic. utraq; præmiſſarum eſt duplex, quia lauare laterem poteſt ſumi proprie, & tranſumptiue pro perdere operam, ſi in utraq; teneatur proprie, maior eſt uera, & minor falſa, & ſi in utraq; tranſumptiue, eſt econtra, ſed, ſi in maiore teneatur proprie, & in minore tranſumptiue utraq; præmiſſarum eſt uera, ſed non ſequitur concluſio, ſed committitur fallacia amphibologiæ iſto tertio modo, & non duobus aliis, & ſimiliter ſoluitur iſte paralogiſmus. Quicunq; haurit aquas cribro eſt iuxta aquam, ſed clericus ſine libro addiſcens haurit aquas cribro, eſt iuxta aquam.

Tertius Modus.

Quarto ſciendum, ꝙ tertius modus huius fallaciæ ſumitur, qñ oratio per ſe ſumpta unum ſignificat, & compoſita, cum alio plura ſignificat, ut iſta oratio, aſini ſunt tantum unū ſignificat, & qñ ſibi additur epiſcopi, dicendo, aſini ſunt epiſcopi, plura ſignificat, quia epiſcopi poteſt eſſe nominatiui caſus pluralis numeri, & conſtrui in habitudine cauſæ formalis, uel poteſt eſſe genitiui caſus ſingula- H
ris numeri, & conſtrui in habitudine cauſæ finalis uel poſſeſſoris, & ſimiliter de iſta, quod aliquis uidet hoc uidet ſecūdum quām paralogizatur ſic, quod aliquis uidet hoc uidet columnam aliquis uidet, ergo columnam uidet. Soluitur ſic. Maior eſt duplex, eo ꝙ hoc pronomen hoc, poteſt ſupponere huic uerbo uidet, & tunc eſt ſenſus, quod aliquis uidet hoc quod uidetur uidet, & tunc bene ſubſumitur minor, & conſequitur concluſio. & ſicut ipſa eſt falſa, ita & maior, & non committitur fallacia. uel pōtopponi ſiue poni poſt illud uerbum uidet, & tunc maior eſt uera, & eſt ſenſus, ꝙ aliquis uidet ipſe uidet hoc, & ſic non ſequitur concluſio, ſed committitur amphibologia, & ſimiliter diceretur de iſto paralogiſmo, quod aliquis ſcit hoc ſcit ſeculum aliquis ſcit, ergo ſeculum ſcit. Soluitur eodem modo

A modo ſicut præcedens. Vnde iſtorum modorũ ſit poteſt dari ſufficientia, ſicut de modis æquiuocationis quia eodem modo ponuntur. unde iſtarum fallaciarum ponuntur tres modi communes. Prius eſt quando dictio, uel oratio principaliter plures ſignificat. Secundus modus eſt quando dictio uel oratio principaliter unum, & aliud tranſumptiue. Tertius modus eſt cum dictio ſimplex uel oratio tantum unum ſignificat, iuncta uero cum alio plura ſignificat.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Hæc oratio, canis currit, actualiter plura ſignificat, & tamen ibi non eſt amphibologia, ſed æquiuocatio, ergo contra definitionem amphibologiæ. Secundo ſic. Amphibologia eſt dubia ſententia, ſed in quolibet paralogiſmo cuiuslibet fallaciæ eſt dubia ſententia, ergo ſecundum amphibologiam non ſumitur una fallacia ſpecialis ab aliis diſtincta. Tertio ſic. Oratio habens unicum ſenſum bene habet actualem unitatem orationis, & tamen illa actualis unitas non poteſt cauſare fallaciam amphibologiæ, ergo actualis unitas Argumen.
B orationis nõ eſt cauſa apparentiæ huius fallaciæ. Quarto ſic. Vna oratio tantũ ſignificat compoſitionem ſuorum extremorum, ſed compoſitio extremorum propoſitionis eſt tantum una, quia duorum eſt tantum una compoſitio, ergo nulla oratio principaliter plura ſignificat ergo contra primum modum huius fallaciæ. Quinto ſic diuerſorum generum diuerſæ ſunt ſpecies, ſed æquiuocatio, & amphibologia ſunt diuerſa genera, ergo habent diuerſas ſpecies ſub ſe, & non habent aliquos modos communes ſicut dictum eſt.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ illa oratio canis currit plura ſignificat ex conſequenti ratione unius termini æquiuoci, ſed non ſignificat plura primo, & per ſe ratione multiplicitatis orationis, quod tamen requirit ad amphibologiam. Ad ſecundum dicitur, ꝙ non quælibet dubia ſententia dicitur amphibologia, ſed ſolum dubia ſententia, quæ prouenit primo ex multiplicitate orationis. ideo licet in paralogiſmis aliarum fallaciarũ ſit dubia ſententia, nõ Solutiões.
C tamen eſt amphibologia, quia illa interpretatio nõ eſt cõuertibilis. Ad tertiũ dr, ꝙ nõ quælibet actualis unitas orationis ponitur cauſa apparentiæ huius fallaciæ, ſed ſolũ actualis unitas orationis plura ſignificantis, ad fallaciam. n. ſemper requiritur ꝙ habeat cauſam apparentię coniunctam cum ſua cauſa defectus, quę latet ſub tali apparentia. Ad quartum dr, ꝙ licet duorũ extremorum ſit tantũ una compoſitio ſecundum numerum materialem poſſunt tamen eſſe plures in ſpecie ſecundum, ꝙ duo extrema ſub diuerſis habitudinibus poſſunt inter ſe componi. ideo una oratio poteſt principaliter habere plures ſenſus. Ad quintum dr, ꝙ æquiuocationis, & amphibologiæ non ſunt ſimpliciter eędem ſpecies, ſed ſunt aliquo modo adinuicem ſimiles, eo ꝙ eodẽ modo diſtinguuntur. unde iſti modi cõmunes aliter ſunt in ęquiuocatione & in amphibologia, quia ut ſunt in dictione ſunt modi ęquiuocationis, & ut ſunt in oratione ſunt modi amphibologię.

De compoſitionis fallacia, & eius Duobus modis.

D SEquitur de fallaciis facientibus multiplex potẽtiale. ſ. de cõpoſitione, diuiſione, & accẽtu. Et prius de cõpoſitione quã de aliis, quia paralogiſmi ſunt efficaciores ſecundũ compoſitionẽ ad finẽ ſophiſticum, qui eſt apparens ſapientia & non exiſtens, ideo prius dicendũ eſt de compoſitione quám de aliis. Compoſitio eſt eorum quæ debent diuidi, falſa unio. Diuiſio uero eſt eorum quæ debent cõponi, falſa diuiſio. Fallacia compoſitionis eſt idoneitas decipiendi, proueniens ex identitate orationis unius, & eiuſdem ſecundum materiam, &

De hoc. 2 Elench. ca 1. & in pleriſq; aliis locis & primo eiuſdé cap. 5.

ſecūdum ſitum magis debitum partibus in oratione poſitis. Cauſa ap B
parentiæ huius fallaciæ, eſt oratio diuiſa habens identitatem in mate-
ria cum oratione compoſita, cauſa falſitatis, ſiue defectus eſt diuerſi-
Notabile pulchrum. tas ſenſus compoſiti aut diuiſi. Notandum, quòd quando oratio eſt ue
ra in ſenſu diuiſo, & falſa in ſenſu compoſito, tunc eſt fallacia compoſi
tionis, Dicitur tamen oratio compoſita, quando determinatio deter-
minat determinabile illud quod magis aptum natum eſt determinari.
Similiter dicitur oratio compoſita. quando dictiones ordinantur ſe-
cundum ſitum magis debitum. Et dicitur oratio diuiſa, quando deter-
minans determinat illud determinabile, quod non eſt magis aptum na
tum determinari, uel quando dictiones ordinantur ſecundum ſitum
minus debitum. unde ſumitur hæc oratio gratia exempli. Quicquid ui F
uit ſemper eſt, in iſta oratione ſunt duo determinata. ſ. hoc uerbum ui-
uit, & hoc uerbum eſt, & eſt una determinatio. ſ. ſemper. ſi ergo, hæc
determinatio. ſ. ſemper, determinat hoc uerbum eſt, quod ponitur a
parte prædicati, ſic dicitur oratio compoſita, quia tunc determinatio
determinat determinabile, quod magis aptum natum eſt determinari.
quia illud uerbum eſt, ponitur in ſitu determinatio. ſ. in prædicato, ſi
autem determinat hoc uerbum uiuit, ſic dicitur diuiſa, quia determi-
nat illud determinabile, quod eſt minus aptum natum determinari,
quia illud uerbum uiuit, non ponitur in ſitu determinato ipſius uer-
bi, & tunc dictiones ordinantur ſecundum ſitum minus debitum. G

Fallaciæ cōpoſitionis modi duo. Iſtius fallaciæ duo ſunt modi. Primus modus prouenit ex eo quòd
aliquod dictum poteſt ſupponere pro ſe toto. uel pro parte ſui, & ſecun
dum iſtum modum paralogizatur ſic. Quęcunq; poſsibile eſt ambula-
re, poſsibile eſt, ꝙ ambulet ſedentē poſsibile eſt àmbulare, ergo poſsi-
bile eſt ꝙ ſedens ambulet. Ad hoc dicendum, quòd minor eſt duplex,
quia, ſi hoc dictum, ſedentem ambulare ſupponit pro ſe toto huic præ
dicato, poſsibile eſt. i. ſedens ſedendo poteſt ambulare, tunc eſt compo
ſita, & falſa, ſicut etiam eſt impoſsibile dicere, quòd ſedens ambulet, ſi
autem iſtud dictum ſupponat pro parte ſui, tunc eſt diuiſa, & uera, &
non ſequitur concluſio, & eſt ſenſus ſedētem poſsibile eſt ambulare. i.
ſedens nunc habet potentiam poſtea ambulet. Et ſimiliter. Quem- H
cunq; eſt poſsibile ſcribere, poſsibile eſt, quòd ipſe ſcribat, non ſcriben
tem ſcribere eſt poſsibile, ergo poſsibile eſt quòd non ſcribens ſcribat.
Dicendum eſt ad iſtum paralogiſmum ſicut ad primum.

Secundus modus prouenit ex eò quòd aliqua determinatio pōt re-
ferri ad diuerſa. Et penes iſtum modum paralogizatur ſic, Quicunque
ſcit literas, nunc didicit eas, ſed iſte antiquus Grammaticus ſcit literas,
ergo nunc didicit eas. Dicendum, quòd maior eſt duplex, quia hæc
determinatio

A determinatio nunc, poteſt determinare hoc uerbum didicit, & ſic eſt compoſita & falſa, & ſequitur concluſio, uel poteſt determinare hoc uerbum ſcit, & ſic eſt diuiſa & uera, & non ſequitur concluſio. Similiter hic, Quod unum ſolum poteſt ferre, plura poteſt ferre, ſed, quod non plura poteſt ferre poteſt unũ ferre, ergo, quod non põt plura ferre plura poteſt ferre. Dicendum, ꝙ maior eſt duplex, quia hæc determinatio ſolum, poteſt determinare hoc uerbum poteſt, & ſic maior eſt falſa & compoſita, & eſt ſenſus, ꝙ illud, quod poteſt ferre unum, cum alio poteſt ferre plura, uel poteſt determinare hoc uerbum ferre, ſic maior eſt falſa & compoſita, & eſt ſenſus uerus, & propoſitio diuiſa uera ſub hoc ſenſu, ꝙ poteſt iam ferre unum ſolum & ferre nõ plura,
B poteſt plura ferre. Similiter, tu ſcis tantum tres homines currere, poſito caſu, quòd ſex currant, & neſcias de tribus. hæc eſt duplex, quia hæc dictio tantum, poteſt determinare hoc uerbum ſcis, uel currere. ſi determinat hoc uerbum currere, ſic eſt compoſita & falſa, ſi ſcis, ſic eſt diuiſa & uera, & paralogizatur ſic. Tu ſcis tantum tres homines currere, poſito caſu, ꝙ ſex currant, ſed quicquid ſcitur hoc eſt uerum, ergo tantum tres homines currere eſt uerum. Maior eſt duplex ut iam dictum eſt.

Poſtq̃ Auctor determinauit de fallacijs peccantibus ſecundũ multiplex actuale, ſ. de æquiuocatione & amphibologia. hic conſequenter determinat de fallacijs peccantibus ſecundum multiplex potentiale in quibus ſolum eſt potentialis unitas ipſius multiplicis, ratione cuius ſunt imperfectiores alijs. & inter illas primo determinat de fallacia compoſitionis, primo notificans quid ſit compoſitio & diuiſio. unde uir ſufficit ad propoſitum, compoſitio accipitur dupliciter. uno modo ut eſt ordinatio partium orationis ſecundum ſitum magis debitum partibus in oratione poſitis, & ſic eſt in qualibet oratione compoſita uera uel falſa. Et dicitur ſitus magis debitus, qui magis occurrit intellectui, & magis conuenit dictionibus ſecundum ſuos modos ſignificãdi & enunciandi, ut qñ determinatio determinat ſuum determinabile, eo modo quo magis eſt nata ipſum determinare, uel inter diuerſa determinabilia determinat illud, qđ magis habet determinare. & ecõtra, diuiſio eſt ordinatio partiũ orõnis ſecundũ ſitum minus debitũ. Alio mõ capitur compoſitio magis ſpecialiter, ut ſolũ reperitur in oratione cõpoſita falſa, & diuiſio in diuiſa falſa, & hoc mõ ſic definit. Compoſitio eſt eorum, quæ
D diuidi debent falſa unio, & diuiſio eſt eorũ quę componi debent falſa ſeparatio. *De compõne ac diuiſione.*

Primo ſciendum, ꝙ a compoſitione ultimo modo capta denominatur fallacia compoſitionis, & a diuiſione ſumitur fallacia diuiſionis, Et eſt fallacia compoſitionis idoneitas decipiendi proueniens ex materiali unitate orationis diuiſæ ueræ cum compoſita falſa. Et eius cauſa apparentiæ eſt materialis unitas orationis diuiſæ ueræ cum compoſita falſa. ratione cuius creditur, ꝙ ſicut oratio in ſenſu diuiſo eſt uera, ſic in ſenſu compoſito, cum tñ ſit falſa. pp quam unitatem etiam creditur, ꝙ ſicut oratio compoſita falſa bene infert concluſionem, ꝙ ita diuiſa uera inferat ipſam, & ſic in paralogiſmis huius fallaciæ ratione diuiſæ ueræ apparet ibi eſſe probabilitas præmiſſarum, & ratione compoſitæ falſæ apparet ibi eſſe bonitas conſequentiæ. Sed cauſa defectus huius fallaciæ eſt diuerſitas ſi- *Fallacia cõpõnis & diuiſionis intellectus.*

 gñificatorum

gnificatorum orationis diuiſæ ueræ, & compoſitæ falſæ. Ex quibus apparet, ꝙ paralogiſmi, in quibus oratio diuiſa eſt uera & compoſita falſa fiunt ſecundum fallaciam compoſitionis. & econtra, quando compoſita eſt uera, & diuiſa falſa, ſumitur fallacia diuiſionis. E

Duo fallaciæ cōpoſitionis modi.

Secundo ſciendum, ꝙ huius fallaciæ compoſitionis ſunt duo modi. Primus modus eſt. qñ una determinatio diuerſimode refertur & determinat idem determinabile, ſecundū quē ſic paralogizatur, omne rudibile, uel riſibile eſt aſinus, Socrates eſt rudibilis, uel riſibilis, ergo Socra. eſt aſinus. Solutio. Maior eſt duplex, quia illa coniunctio, uel, poteſt determinare rudibile, uel riſibile tanq̄ partes ſubiecti unius propoſitionis, & ſic coiungit inter terminos, & maior eſt compoſita & falſa, & bene ſequitur concluſio, & eſt ſenſus maioris omne illud quod eſt rudibile, uel riſibile eſt aſinus. uel poteſt disiungere ipſa tanquam duo ſubiecta duarum propoſitionum, & ſic disiungit inter propoſitiones, & ſic maior eſt diuiſa uera, quia eſt una disiunctiua, cuius altera pars eſt uera, ſed tunc non ſequitur cōcluſio, ſed committitur fallacia compoſitionis, & poſſet etiam diſtingui minor. Et ſimiliter hic, quæcunque habent quatuor unitates ſunt quatuor, duo & duo non habent quatuor unitates, ergo duo & nō ſunt quatuor unitates, ergo duo & duo non ſunt quatuor. Solutio. Minor eſt duplex, quia illa coniunctio &, poteſt coniungere inter terminos, & ſic minor eſt compoſita & falſa, & ſequitur concluſio, uel inter propoſitiones, & ſic minor eſt diuiſa & uera, cum ſit copulatiua cuius ambæ partes ſunt ueræ. & ſic non ſequitur concluſio. Et ſimiliter hic, omne poſſibile poteſt eſſe uerum, ſedentem currere eſt poſſibile, ergo ſedentem currere eſt uerum, & ſic illa, ſedens currit, erit uera. Solutio. Minor eſt duplex, quia ille modus poſſibile, poteſt determinare hoc dictum, ſedentem currere acceptum ſub compoſitione ſuarum partium, & ſic eſt compoſita, & falſa, & ſequitur concluſio, uel acceptum ſub diuiſione earundem partium, & ſic eſt diuiſa & uera, & non ſequitur concluſio, ſed committitur fallacia. F G

Cōpoſitionis ac diuiſiōis diſpō in modalibus quō exercēda, ac intelligenda ſit.

Tertio ſciendum, ꝙ in aliqua propoſitione modali dictū ſumitur ſub compōne. qñ ſubiectū dicti ſecundū ſuum materiale & formale ſimul componitur cum prædicato dicti. & ſumitur ſub diuiſione, quādo ſubiectum ſecundū ſuū materiale tantum componitur cum prædicato dicti, & ſecundū ſuū formale ab ipſo diuiditur, ut dicendo, ſedentē currere eſt poſſibile, currere, poteſt componi cum ſedente pro ſuo materiali & formali ſimul. ſ. pro ſubiecto ſeſſionis, quód eſt ſuum materiale, & pro forma ſeſſionis ſiue ſedentis, quod eſt ſuum formale, & tūc eſt modalis compoſita, & debet dictum continue proferri non pauſando inter partes dicti. ſed, ſi currere. componatur cum ſedente pro ſuo materiali tantum & non pro formali, tunc eſt diuiſa, & debet proferri prolatiōne diſcontinua, faciendo pauſam inter ſedentem & currere. &, quando dictum ſtat ſub compoſitione ſubijcitur pro ſe toto, eo ꝙ ſubijcitur ſecūdum quamlibet compoſitionē, quæ poteſt importari per ipſum. &, qñ ſtat ſub diuiſione, tunc ſolum ſubijcitur pro parte ſui, & non pro ſe toto. unde in iſtis de poſſibili modalibus quæ fiunt ex terminis contrariis, uel oppoſitis in ſenſu compoſitio ſunt falſæ, & in diuiſo ſunt ueræ, ut album eſſe nigrum eſt poſſibile, uidentem eſſe cæcum eſt poſſibile, ens eſſe nonens eſt poſſibile, & econtra eſt de illis de impoſſibili. H

Secundus modus.

Quarto ſciendum, ꝙ ſecundus modus huius fallaciæ ſumitur, qñ una determinatio refertur ad diuerſa determinabilia, uel unum determinabile ad diuerſas determinationes, ſecundum quem ſic paralogizatur. Quicquid uiuit ſemper eſt, Socrates uiuit, ergo Socrates ſemper eſt. Solutio. Maior eſt duplex, quia illa determinatio ſemper, poteſt determinare hoc uerbum eſt, & ſic eſt compoſita & falſa, & ſequitur concluſio, & dicitur tunc compoſita, quia in oratione aduer-

 bium

A bium habet determinare principalius uerbũ, & quia illud uerbum eſt principalius uerbũ, in tali oratione, ideo aduerbiũ ponitur in ſitu magis debito qñ refertur ad ipſum, uel poteſt determinare hoc uerbũ uiuit, & ſic maior eſt diuiſa & uera, & non ſequitur concluſio. Et ſimiliter hic, omne, quod eſt, neceſſario eſt, Socrates eſt, ergo Socrates neceſſario eſt. Solutio. Maior eſt duplex, eo ꝙ neceſſario poteſt determinare hoc uerbum eſt, ſecundo loco poſitum, & ſic eſt compoſita & falſa, & ſequitur concluſio, uel poteſt determinare hoc uerbum eſt primo poſitũ, & ſic eſt diuiſa & uera, nec ſequitur concluſio.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Hæc compoſitio, homo eſt animal, & tamen non falſa unio diuidendorum ergo male diffinitur compoſitio. Secundo ſic. Materialis unitas orationis compoſitæ & diuiſæ eſt unitas realis cum ſit unitas uocis, ergo, ſi ſit cauſa apparentiæ huius fallaciæ, ſequitur, ꝙ hæc fallacia ſumit cãm apparentiæ ex parte rei. & ſic non erit fallacia in dictione. Tertio ſic. Quando modus determinat dictũ pro ſe toto, uel pro parte ſui ibi una determinatio refertur ad diuerſa determinabilia, quia totũ dictũ, & pars eius differunt. ergo primus modus nõ differt a ſecundo. Quarto ſic. Vnius determinationis eſt tantum unũ determinabile, ſicut unius determinabilis eſt tantũ una determinatio. ergo eadẽ determinatio nunq̃ determinat diuerſa determinabilia. & ſic male ponitur ſecundus modus. Quinto ſic. Aliqui paralogiſmi fiunt in fallacia compoſitionis, per hoc, ꝙ coniunctio coniungit inter terminos, uel inter propoſitiones, & tamen ille modus hic non ponitur. ergo inſufficienter ponuntur modi huius fallaciæ. — Argumen.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ, ſi capiatur cõpoſitio pro unione affirmatiua prædicati cum ſubiecto, ſic ibi eſt compoſitio, homo eſt animal, ſed, ſi capiatur compoſitio pro ordinatione partium orationis in ſitu magis debito in oratione compoſita falſa, ſicut hic capitur compoſitio, ſic in illa propoſitione nõ eſt compoſitio, neque hic eſt diuiſio, ut hic capitur, homo non eſt aſinus. Ad C ſecundũ dicitur, ꝙ licet illa materialis unitas ſit realis, tamẽ nõ cõſyderatur hic in ratione ſigni habentis plura ſignificata, ideo iſta cauſa apparentiæ non ſumitur a parte rei. Ad tertiũ dicitur, ꝙ modus determinans dictũ pro ſe toto, uel pro parte ſui ſemper refertur ad idem determinabile, licet diuerſimode, quia ſemper determinat ipſum dictũ, ſed aliquando determinat ipſum ratione totius, & quandoque ratione partis. Ad quartum dicitur, ꝙ licet una determinatio in una acceptione intellectus non poſſit referri ad diuerſa determinabilia, quia nõ poſſunt, ab uno intellectu plura ſimul intelligi, tamen ſecundum plures acceptiones intellectus, quæ fiunt a pluribus hominis, uel ab uno homine ſucceſsiue, eadem determinatio poteſt referri ad diuerſa determinabilia. — Solutiões.

Ad quintum dicitur, ꝙ licet ille modus non enumeretur explicite in textu, tamen intelligitur implicite in primo modo, & paralogiſmi facti fiunt ſecundum primum modum huius fallaciæ, ut prius patuit.

D

De diuiſionis fallacia, ac modis eius duobus.

DE fallacia diuiſionis. Quid ſit diuiſio dictũ eſt prius. Fallacia diuiſionis eſt idoneitas decipiẽdi, prouenıens ex eo quòd oratio aliqua compoſita eſt uera, & diuiſa falſa, una & eadẽ manens ſecundum materiam, differens ſecundum formam. diuerſa ſignificat, quæ creditur eſſe uera in ſenſu diuiſo, eò ꝙ ueritatem habet in ſenſu compoſito. Cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt oratio compoſita habens identitatem in materia cũ oratione diuiſa. uel cauſa apparentiæ eſt idonei- — Vide ad hoc 1. Elec. c. 5. & i pleriſque alijs locis.

tas orationis eiuſdem ſecundum ſubſtantiam,& ſitum minus debitum E
Cauſa defectus eſt diuerſitas ſenſus diuiſi a ſenſu compoſito. Iſtius fallaciæ duo ſunt modi.

Primus modus. Primus modus prouenit ex eo,ꝙ aliqua coniunctio poteſt copulare inter terminos uel propoſitiones. Et ſecundum iſtum modum paralogizatur ſic. Quæcunque ſunt duo,& tria, ſunt duo, & ſunt tria. quinque ſunt duo & tria,ergo quinue ſunt duo,& quinque ſunt tria. Ad hoc dicendum,ꝙ minor eſt duplex,quia hæc coniunctio,&.poteſt coniungere,& copulare inter terminos, uel inter propoſitiones ſi inter terminos,ſic eſt uera,& compoſita,& eſt ſenſus,duo, & tria ſimul iuncta faciunt quinque.ſi inter propoſitiones,ſic eſt falſa,& diuiſa,& eſt ſenſus,quòd duo ſunt quinq; perſonæ, & quòd tria ſunt quinq; pſonæ,quod eſt falſum. Similiter eſt hic. Quæcunq; ſunt duo, & tria ſunt paria,& imparia,quinq; ſunt duo,& tria,ergo quinq; ſunt paria,& imparia. Dicendum,quòd minor eſt duplex,quia ibi poteſt eſſe copulatio inter terminos,& ſic eſt uera,& cõpoſita,& eſt ſenſus quinq; ſunt duo & tria inſimul coniuncta,uel eſt copulatio inter propoſitiones, & ſic eſt falſa,& diuiſa,& eſt ſenſus,quinq; ſunt duo, & quinq; ſunt tria,qđ eſt falſum. Similiter hic, omne animal eſt rationale irrõnale, ſed non omne animal eſt rõnale,ergo oẽ animal eſt irrõnale. Dicendum,quòd maior eſt duplex,ex eò quòd iſta coniunctio uel, põt cõiungere inter terminos,& ſic eſt uera,& compoſita, uel inter propoſitiones, & ſic G eſt falſa,& diuiſa. Similiter hic,omne animal eſt ſanum,uel ægrum,uel ſic,omnis ſubſtantia eſt corporea,uel incorporea,uel ſic, omnis linea eſt recta,uel curua. Vnde omnes iſtæ ſunt ueræ, quando coniunctio coniungit inter terminos,& ſunt compoſitæ.ſed ſunt falſę,quando cõiunctio coniungit inter orationes,& propoſitiones,& diuiſę.quia coniunctio per ſe primo eſt coniunctiua partium orationis, & ex conſequenti coniungit orationem cum oratione.

Secundus modus. Secundus modus huius fallaciæ diuiſionis prouenit ex eò ꝙ aliqua determinatio poteſt referri ad diuerſa,ut hic,quo uidiſti hunc percuſſum hoc percuſſus eſt,ſed oculo uidiſti hunc percuſſum, ergo oculo percuſſus eſt. Dicendum ꝙ minor eſt duplex,quia iſte ablatiuus oculo,poteſt determinare hoc participium percuſſus,& ſic eſt diuiſa, & H falſa,& eſt ſenſus tu uidiſti hunc percuſſum oculo,& ſic ſequitur concluſio,uel poteſt determinare hoc uerbum uidiſti,& ſic eſt compoſita & uera,& tunc eſt ſenſus, tu uidiſti cum oculo hunc percuſſum, ſed tunc non ſequitur concluſio.

Ordo fallaciæ diuiſionis ad alias. Poſtquàm determinatum eſt de fallacia compoſitionis, hic conſequenter determinat de fallacia diuiſionis. Cuius ordinis ratio eſt, quia fallaciæ adinuicem ordinantur ſecundum ordinem ſuarum cauſarum apparentiæ, ꝙ habentes perfectiorem

A fectiorem cauſam apparentiæ præponuntur aliis, ſed in fallacia compoſitionis maior eſt cauſa apparentiæ quàm in fallacia diuiſionis, quia maior eſt apparentia, ꝙ, ſi oratio diuiſa ſit uera, ꝙ compoſita ēt ſit uera, q̄ econtra, ſi cõpoſita ſit uera, ꝙ diuiſa ſit uera, eo, ꝙ in diuiſa partes ordināiur in ſitu minus debito, & in cõpoſita in ſitu magis debito. & maior eſt apparētia, ſi orõ, in qua partes minus debitæ ordinantur, ſit uera, ꝙ alia, in qua ordinantur magis debitæ ſit uera, quàm econtra. ideo in fallcia compoſitionis maior eſt cauſa apparentiæ quam in fallacia diuiſionis, ratione cuius bene ei præponitur.

Primo ſciendum, ꝙ fallacia diuiſionis eſt idoneitas decipiendi proueniens ex materiali unitate orationis compoſitæ ueræ cũ diuiſa falſa. Et eius cauſa apparentiæ eſt illa materialis unitas orationis compoſitæ ueræ, & diuiſæ falſæ. propter quam unitatem credimus, ꝙ ſicut illa oratio eſt uera in ſenſu compoſito, ꝙ etiam ſit uera in ſenſu diuiſo, cum tamen in illo ſenſu ſit falſa. Et ēt propter il-
B lam unitatem credimus, ꝙ ſicut diuiſa falſa bene infert concluſionē, quòd etiam compoſita uera bene inferat concluſionem. Et ſic ex parte compoſitæ ueræ ſumitur apparens probabilitas præmiſſarum, & ratione diuiſæ falſę apparet probabilitas conſequentiæ. Sed cauſa defectus huius fallaciæ eſt diuerſitas ſignificatorũ orationis compoſitæ, & diuiſæ.

Quid fallacia diuiſionis.

Secundo ſciendum, quòd oratio compoſita, & diuiſa dupliciter inter ſe differunt. Primo, quia in oratione compoſita partes ordinantur ſecundum ſitum magis debitum, ideſt ſecundum ſitum, in quo de uirtute ſermonis citius accipiũtur, ſed in oratione diuiſa partes ordinantur ſecundum ſitum minus debitum. Secunda differentia ſumitur ex parte modi proferendi. nam oratio compoſita habet proferri prolatione continua, & oratio diuiſa habet proferri prolatione diſcontinua. diſcontinuando dictiones, quæ abinuicem diuiduntur. & hæc ſunt, ſecunda differentia eſt ſignũ primæ, ut dicendo, omnis propoſitio uera eſt, ſi uera pona-
C tur in ſubiecto, ſic illa oratio eſt diuiſa & uera, & debet proferri prolatione diſcõtinua, faciendo pauſam inter ſubiectum, & uerbum, ſed, ſi teneatur ex parte prædicati, eſt compoſita, & falſa, & debet proferri prolatione continua.

Orõnis cõpoſitæ ac diuiſæ diſcrimen.

Tertio ſciendum, quòd huius fallaciæ ſunt duo modi. Primus modus eſt, qñ eadem determinatio diuerſimode determinat idem determinabile. Secundum quem modum paralogizatur ſic, omne qđ impoſsibile eſt eſſe album, impoſsibile eſt recipere albedinem, ſed nigrum eſſe album eſt impoſsibile, ergo nigrum recipere albedinem eſt impoſsibile, qđ eſt falſum. Solutio. Minor eſt duplex. quia illud dictũ, albũ eſſe nigrũ, põt diuerſimode determinari per illum modum impoſsibile, uno mõ inquantum ſtat ſub compoſitione, & ſubiicitur ſecũdum ſe totum, & ſic minor eſt cõpoſita, & uera, & non ſequitur cõcluſio, ſed cõmittitur iſta fallacia, alio modo poteſt determinari ut accipitur ſub diuiſione ſuarum partium, & ſubiicitur pro parte ſui ſ. pro compoſitione ſui prædicati cum materia
D ſui ſubiecti, & ſic eſt diuiſa, & falſa, & bene ſequitur concluſio. Et ſimiliter diſtinguerentur iſti parologiſmi. Sedentem currere eſt impoſsibile, omne album eſſe coloratum eſt neceſſarium, & ſic de aliis modalibus, quæ in ſenſu diuiſo ſunt falſæ, & in ſenſu compoſito ſunt ueræ. Aliter ſic paralogizatur. quicquid eſt tãtundē, & amplius, eſt æquale alicri, ſed magis eſt tantundem, & amplius, ergo magis eſt æquale. Solutio. Minor eſt duplex, quia illa coniunctio &, poteſt coniungere inter terminos, & determinare illa quæ coniungit tanquàm partes unius prædicati, & ſic minor eſt compoſita & uera, & non ſequitur concluſio. uel poteſt coniungere inter propoſitiones, & coniungere ea quæ per eam copulantur tanquàm diuerſa prædicata plurium propoſitionum, & ſic minor eſt diuiſa, & falſa, quia eſt una copulatiua, cuius una pars eſt falſa, & hoc modo ſequitur cõ-

Duo huius fallaciæ ſũt modi & de primo.

 cluſio.

A ta,& diuiſa uariantur penes uerum, & falſum,ut patet ex prædictis. Ad tertium dicitur, ꝙ licet in oratione compoſita, & diuiſa dictiones ſecundum ſe eodem modo proferantur, non tamen eodem modo quo ad unionem earum inter ſe, quia quandoque diuiduntur adinuicem,& quandoque componuntur.

Ad quartum dicitur, ꝙ coniunctio primo, & per ſe eſt coniunctiua partium orationis,ſed bene ex conſequenti coniungit orationes. Et quia ſolũ coniungit ex conſequenti tantum inter orationes,ideo, quando ſic accipitur, ordinatur in ſignificato minus debito, & facit orationem diuiſam.

Ad quintum dicitur, quòd licet in illo paralogiſmo eadem determinatio diuerſimode determinet idem determinabile, & tamen hoc non fit cum uariatione partium orationis ſecundum ſitum magis debitum, quia illa oratio de uirtute ſermonis poteſt accipi æqualiter, prout ille actus præcedit uerbum, & ſequitur.ideo ibi non eſt uariatio ſenſus compoſiti, & diuiſi,quæ tamen præſupponi-

B tur in omnibus modis huius fallaciæ.

De Fallaciæ Accentus natura, & eius Modis.

Sequitur de fallacia accentus. Accentus eſt certa lex, & regula ad eleuandũ, uel deprimendũ ſyllabã uniuſcuiuſq; dictionis. Et iſte accentus diuiditur in accentũ grauem,acutum, & circunflexum.Grauis eſt qui deprimitur in fine.Acutus eſt qui in fine eleuatur,uel acuitur. Circunflexus eſt qui acuitur, & deprimitur ſimul. Vel circunflexus eſt qui procedit ab imo, & procedit in altum, & finaliter tendit in imum,ut Ieruſalem. Fallacia accentus eſt idoneitas decipiendi proue-

C niens ex multiplicitate dictionis eiuſdem ſecundum ſubſtantiam,diuerſe ſecundum modum proferendi diuerſa ſignificantis. Cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt unitas dictionis ſecundum materiam,uel ſecundũ ſubſtantiam ſolum.Cauſa defectus eſt diuerſitas ſignificatorum. Iſtius fallaciæ ſunt duo modi. Vide ad hoc.2.Elé. cap.6.

Primus modus ꝓuenit ex eo quòd aliqua dictio pót ꝓferri diuerſis accentibus,ut hic,oĩs populus eſt arbor,gens eſt populus, ergo gẽs eſt arbor. Dicendũ,qd maior eſt duplex, quia prima ſyllaba huius dictionis populus, pót ꝓferri longa, & ſic eſt uera, & non ſequitur concluſio,uel pot eſſe breuis,& ſic eſt falſa, & ſequitur concluſio. Similiter hic,omnis ara eſt in tẽplo,ſtabulũ porcorũ eſt ara,ergo ſtabulũ porco- Fallaciæ accentus. Primus modus.

D rum eſt in templo. Dicendum eſt hic ſicut prius dictum eſt. Similiter hic,Quicquid hamatur,hamo capitur,mulier hamatur,ergo mulier hamo capitur. Dicẽdũ,ꝙ maior eſt duplex eo quòd hæc dictio hamatur, poteſt proferri cũ aſpiratione,uel ſine aſpiratione. ſi primo mó ſic eſt uera,& non ſequitur concluſio,ſi ſecundo mõ ſic eſt falſa, & ſequitur concluſio.uel ſic,quoſcunq; uiros iuſtum eſt pendere,dignum eſt pęnam pati,ſed iuſtos uiros dignum eſt pendere, ergo iuſtos uiros dignũ eſt pœnam pati.Vnde utraque præmiſſarum eſt duplex, eo quòd hæc dictio pendere poteſt proferri media longa, uel media breui.

Secũdus modus prouenit ex eo ꝙ aliqua uox poteſt eſſe dictio, uel E
oratio, ut hic, tu es qui es, ſed quies eſt requies, ergo tu es requies. Dicendum, ꝙ maior eſt duplex, eo ꝙ qui es pŏt eſſe dictio. uel oratio. ſi ſit dictio, tunc eſt falſa, & ſequitur concluſio, ſi orõ, tunc eſt uera, & nõ ſequitur concluſio. Similiter hic quicquid fecit Deus inuite, fecit Deus coacte, ſed Deus fecit uinum in uite, ergo Deus fecit uinũ coacte. Dicendum, ꝙ maior eſt duplex, eo ꝙ inuite pŏt eſſe oratio, uel dictio. ſi dictio ſic eſt uera, & non ſequitur cõcluſio, uel pŏt eſſe orõ, & ſic eſt falſa, & ſequitur concluſio. Similiter hic, Quicunque habet dilectionẽ ſupernam, habet dilectionem Dei, uſurarius habet dilectionem ſupernam, ergo uſurarius habet dilectionem Dei. Dicendum, ꝙ F
hæc dictio ſupernã pŏt capi dupliciter. Vno mõ ut eſt dictio, et ſic minor eſt falſa, & ſequitur cõcluſio, alio modo pŏt eſſe orõ, & ſic eſt uera, & non ſequitur cõcluſio. Similiter, hic metuo longas pereunte noctes lydia dormis. Vnde hæc dictio metuo, pŏt eſſe dictio, uel oratio.

Ordo huius fallaciæ ad alias.

Poſtquam Auctor determinauit de fallacijs cõpoſitionis & diuiſionis, hic conſequenter determinat de fallacia accentus. Cuius ordinis ratio eſt, quia fallaciæ debent ordinari ſecundum ſuas cauſas apparentiæ, ſed maior eſt cauſa apparentiæ in fallacia compoſitionis & diuiſionis, q̃ in fallacia accentus, ideo illæ fallaciæ conuenienter præponuntur iſti. Et ꝙ in ipſis ſit maior cauſa apparentiæ, patet, quia in fallacijs in dictione ſumitur cauſa apparentiæ ab unitate uocis multiplicis, ſed in fallacijs compoſitionis & diuiſionis, ubi manent ſimplices dictiones actualiter eædem, licet uarientur orationes, eſt maior unitas uocis multipli- G
cis q̃ in fallacia accentus, ubi uariantur actualiter dictiones & orationes, ideo poſterius ponitur fallacia accentus.

Quid accentus.

Primo ſciendum, ꝙ accentus eſt certa lex, uel regula ad eleuandum, uel deprimendum quamlibet ſyllabam alicuius dictionis. per hoc ꝙ dicitur certa regula, explicatur cauſa formalis eius. & per hoc ꝙ ponitur, ad eleuandum, uel deprimendum, explicatur ſua cauſa finalis. & per hoc ꝙ dicitur, ſyllabam uniuſcuiuſq; dictionis, explicatur ſua cauſa materialis in qua, quia accentus primo conuenit ſyllabis, & per ſyllabas dictionibus, & per dictiones orationibus. Et dicitur accentus, quaſi ad aliud cantus, quia talis menſura eleuationis, uel depreſsionis eſt quidam cantus ordinatus ad exprimendum conceptus mentis. Et diuiditur per grauem, acutum, & circunflexum. Cuius diuiſionis ratio eſt. quia omnis accentus eſt ſimplex, uel mixtus. ſi ſimplex, hoc eſt dupliciter. uel ſit cum depreſsione uocis, & ſic eſt grauis, uel cum eleuatione, & ſic eſt acutus ſi eſt mi- H
xtus ex eleuatione & depreſsione, ſic eſt circunflexus. & horum definitiones ſatis patent in textu. unde hic non conſyderatur accentus inquantum eſt paſsio uocis ſignificatiuæ abſolute, ſicut in Grammatica, ſed conſyderatur inquantum diuerſitas accẽtus eiuſdem dictionis eſt cum pluralitate ſignificatorum, ratione cuius poteſt ſumi una fallacia.

(Margin: Diuiſionis ratio.)

Fallacia accentus.

Secundo ſciendum, quòd fallacia accentus eſt idoneitas decipiendi proueniẽs ex materiali unitate dictionis diuerſæ ſecundum modũ proferendi, & ſecundum ſignificata. Et eius cauſa apparentiæ eſt materialis unitas dictionis plura ſignificantis. rõne cuius credit, ꝙ ſicut illa uox eſt materialiter una, ꝙ ita habeat unum accentum, & unum ſignificatũ. Et per hoc ſumitur una maxima in hac fallacia,

in qua

A in qua fundatur omnes paralogiſmi huius fallaciæ. Sed cauſa defectus eius eſt diuerſitas ſignificatorũ illius dictionis diuerſæ in modo proferendi. Et per hoc patet, ꝙ accentus non eſt cauſa apparentiæ nec cauſa defectus huius fallaciæ, ſed cõcomitatur cãm defectus, quia ſecundũ plures accentus dictio habet plura ſignificata, & hæc diuerſitas accentus eſt ſignũ diuerſæ ſignificationis. Et licet ſint quatuor accidentia dictionis ſ. literarum, numerum, ſpũs, tempus, & accentus, tñ ab aliis non ſumitur una fallacia ſicut ſecundum accentum. Vnde per numerũ literarũ non ſũtur una fallacia, quia uariatio tali numero non manet identitas uocis, ſed ſecundum ſpiritum uel aſpirationem dictionis, quæ deſignatur per H, & per tempus, ſecundum, ꝙ aliqua ſimilia habent duo tempora, ſi ſit longa, uel unum, ſi ſit breuis, poteſt cauſari iſta fallacia, ſed hoc eſt ſolum inquantum uariatio ſpiritus, uel temporis cauſat uariationem accentus, & modi proferendi. ideo iſta fallacia melius determinatur ab accentu quàm ab aliis. Et in omnibus paralogiſmus

Dictionũ uel literarũ accidentia quatuor.

B huius fallaciæ fit uariatio accentus, non autem ſpiritus, uel temporis.

Tertio ſciendũ, ꝙ huius fallaciæ duo ſunt modi. Primus modus eſt, quando dictio potentialiter una poteſt regi diuerſis accentibus ſecundum quem ſic paralogizatur, quicunq; uult pendere uult ſuſpendi, ſed tortor pendens hominem uult pendere, ergo tortor uult ſuſpendi. Solutio. utraq; præmiſſarum eſt duplex. quia pendere uno modo poteſt capi neutraliter, ut uenit de pendeo des, & ſic habet mediam longam, alio modo actiue, ut uenit a pendo dis, & ſic habet longam breuem. & ſi in utraq; præmiſſarum ſumatur neutraliter, maior eſt uera, & minor falſa, & ſi in utraq; teneatur actiue. eſt econtra. & in iſtis duobus modis ſequitur cõcluſio. Sed, ſi in maiore ſumatur naturaliter, & in minore actiue, utraq; præmiſſarum eſt uera, & non ſequitur concluſio, ſed committitur fallacia accentus. Et ſimiliter diceremus de iſto paralogiſmo, omnis populus eſt arbor gens eſt populus, ergo gens eſt arbor, diſtinguendo ambas præmiſſas.

Duo huius fallaciæ modi, & ꝗ primo.

C Quarto ſciendum, ꝙ ſecundus modus fit, qñ aliqua uox poteſt eſſe dictio, uel oratio. ſecundũ quem modum ſic paralogizatur quicquid præſtat alteri dat alteri, unus lapis præſtat alteri, ergo unus lapis dat aliquid alteri. Solutio utraq; præmiſſarum eſt duplex, quia præſtat põt eſſe dictio, uel orõ. ſi in utraq; præmiſſarum ſumatur, ut dictio, maior eſt uera, & minor falſa. & ſi in utraq; præmiſſarum ſumatur, ut oratio, eſt econtra, & iſtis duobus modis ſequitur concluſio. Sed, ſi in maiore teneatur ut dictio, & in minore, ut oratio, ambæ præmiſſæ ſunt ueræ, & non ſequitur concluſio. Similiter põt diſtingui de illa orõne, Metuo longas pereunte noctes Lidia dormis, quia metuo poteſt eſſe unum uerbum tãtum, & ſic idem eſt quod timeo, alio modo poteſt eſſe duo pronomina. ſ. me, & tuo tertio modo poteſt eſſe unum nomen cum una interiectione ſ. metu & o. quarto modo poſſunt eſſe tres dictiones. ſ. duo pronomina cum una interiectione. ſ. me tu. & o, & ſecundum hoc ſi paralogizatur. Quicunque dicit Metuo longas pereunte noctes Lidia dormis dicit ſe timere, ſed dicens me tuo longas pereunte noctes Lidia dormis, non dicit ſe timere, ergo non dicens ſe timere dicit ſe timere. Soluitur diſtinguendo præmiſſas ſecundum diſtinctionem propoſitam.

Secundus modus.

D

Sed contra prædicta arguitur Primo ſic. Accentus eſt depreſſio, uel eleuatio ſyllabæ alicuius dictionis, cùm accentus acutus ſit eleuatio, & grauis depreſſio ſyllabæ. ergo non eſt regula ad eleuandum. uel deprimendum ſyllabam. Secundo ſic. Omne graue, uel acutum eſt corpus, nullus accentus eſt corpus, ergo nullus accentus eſt grauis, uel acutum.

Argumen.

Tertio ſic. Nulla fallacia ſumitur ab illo qđ impedit deceptionem, ſed accentus impedit deceptionem, quia ſecundũ diſtinctos, & diuerſos accentus alicuius dictionis cognoſcuntur diuerſa ſignata eius, ergo ſecundum accentum non ſumitur

mitur aliqua fallacia. Quarto ſic. In iſto paralogiſmo, omnis populus eſt arbor. E
gens eſt populus. ergo gens eſt arbor, committitur fallacia æquiuocationis, quia populus ſignificat æquiuoce arborem. & collectionem gentis, ergo non eſt in primo modo huius fallaciæ. Quinto ſic. In iſto argumento, quicquid habet ſupernam dilectionem habet amorem Dei, uſurarius habet ſupernam dilectionem, ergo habet amorem Dei. non eſt una dictio materialiter, quia ſupernam aliter ſcribitur quando eſt una dictio, & quando eſt plures dictiones, ergo male ponitur exemplum illud in ſecundo modo huius fallaciæ.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ accentus ſecundum ſuum materiale bene eſt eleuatio, uel depreſsio alicuius ſyllabæ, ſed tñ ſecundum ſuum formale bene eſt lex uel regula uel menſura talis eleuationis uel depreſsionis. Ad ſecundum dicitur, ꝙ, ſi capiatur graue, & acutū proprie, ſic omne graue uel acutū eſt corpus, ſed ſi capiatur tranſumptiue, ut hic ſumitur, maior eſt falſa. Dicitur enim accentus grauis ſecundum ſimilitudinem, quia ſicut corpus graue mouetur deorſum, ita, & accentus grauis, & ſicut corpus leue rendit ſurſum; ita accentus acutus ſecundum ſimilitudinē, & ſicut corpus dicitur acutum, quia faciliter pungit, & penetrat ſenſum tactus, ſic accentus dicitur acutus, quia faciliter penetrat auditum per eleuationem ſyllabę. Ad tertium dicitur, ꝙ licet reſpectu cognoſcentis diuerſitatem accentus, & ſignificatorum dictionis, diuerſus accentus impediat deceptionem, tñ reſpectu cognoſcentis pluralitatem ſignificatorum dictionis conſequenter plures accentus bene poteſt cauſari deceptionem. Ad quartum dicitur, ꝙ, ſi capiatur generaliter æquiuocatio pro quacunque pluralitate ſignificatorum eiuſdem dictionis, ibi eſt æquiuocatio, licet ſi capiatur pro pluralitate ſignificatorum, quæ eſt cum actuali unitate uocis, ſicut capitur in fallacia æquiuocationis, ſic nō eſt ibi æquiuocatio. Ad quintum dicitur, ꝙ licet lr ſupernā, uarietur in numero literarum ſecundum ſcripturam, tñ eſt uariatio minima in pronuntiatione literarum, & ſyllabarum, idō dicitur manere eadem uox materialiter G

Figuræ Dictionis Fallacia, & tribus eius ſpeciebus ſiue modis.

Ad hoc uide primo Elēch. ca. vj. & alibi.

SEquitur de fallacia figuræ dictionis. Fallacia figuræ dictionis ultimo loco ponitur inter fallacias in dictione, quia facit multiplex fantaſticum. Figura eſt quæ termino, uel terminis clauditur. termino, ut circulus, terminis, ut triangulus, quadrangulus. Et ſimilitudinarie hic ſumitur. Fallacia figuræ dictionis eſt ſimilitudo dictionis cum dictione penes finalem terminationem in parte non idem ſignificante. Et facit multiplex fantaſticum. Eſt autem multiplex fantaſticum, quādo aliqua dictio ſignificat unum. & uidetur ſignificare aliud propter ſimilitudinem quā habet in parte cum alia dictione, ut uidere, ſignificat paſsionem, & uidetur ſignificare actionem propter hoc ꝙ eſt ſimile huic uerbo agere. Cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt ſimilitudo dictionis in parte cum alia dictione non idem ſignificante. Cauſa defectus huius fallaciæ eſt diuerſitas eorum, quæ uidentur eſſe ſimilia. Iſta autem ſimilitudo fit tribus modis. ſ. uoce, ſignificatione, & ſuppoſitione, & ſecundum hæc tres ſunt modi huius fallaciæ. H

Primus modus. Primus modus prouenit ex ſimili terminatione dictionis cum alia dictione, ut. Qualiſcūq; eſt muſa, talis eſt poeta, ſed muſa eſt feminini generis,

A generis, ergo poeta eſt fœminini generis. Dicendum, ꝙ non ſequitur, ꝙ, ſi aliqua ſint eiuſdem terminationis, ꝙ ſint propterea eiuſdem generis. Similiter hic, Omnis aqua eſt humida, fluuius eſt aqua, ergo fluuius eſt humida. Dicendum, ꝙ non oportet ꝙ, ſi fluuius ſit aqua, ꝙ, ergo quicquid dicatur de aqua, ꝙ hoc etiam dicatur de fluuio ſub eadem terminatione. Vel ſic, Omnis homo eſt albus, mulier eſt hō, ergo mulier eſt albus. Vnde in omnibus prædictis paralogiſmis maſculinum interpretatur fœmininū, aut ſi formetur ſic paralogiſmus, Muſa & poeta ſimiliter terminātur, ſed muſa eſt fœminini generis, ergo & poeta, tunc non eſt ibi fallacia figuræ dictionis, ſed fallacia conſequentis a communiter accidentibus, ut poſtea patebit. B

Secundus modus prouenit ex mutatione unius prædicamenti in aliud. uel quando una ſpecies unius prædicamenti mutatur in aliam ſpēm, ut hic. Quicquid heri emiſti hodie comediſti, carnes crudas heri emiſti, ergo canes crudas hodie comediſti. Dicendum eſt, ꝙ non ſequitur, quia quicquid dicit rem de prædicamento ſubſtātiæ, crudum dicit rem de prædicamento qualitatis, & ſic proceditur de uno prædicamento in aliud. Similiter hic, Quicquid heri uidiſti hodie uides, ſed uidiſti heri album, ergo album hodide uides. Dicendum, ꝙ non ſequitur, quia album ſignificat per modum qualitatis, quicquid uero C dicit rem de prædicamento ſubſtantiæ. Similiter hic, Do tibi ſolum denarium, ſed ſolum denarium non habeo, ergo do tibi quod non habeo. Dicendum, ꝙ hæc dictio ſolum, dicit relationem, quia, ut habetur in. Secundo Elenchorum, ſolum, dicitur quaſi non cum alio, & hæc dictio, quod dicit ſubſtātiam, & ſic proceditur a relatione ad ſubſtantiam, Similiter eſt hic, Aliquis dat cito equum, ſed non habet cito equum, ergo aliquis dat cito quod non habet. Dicendum, ꝙ non ſequitur, quia cito, dicit modum actus ſiue qualitatem, & quod, dicit ſubſtantiam, & ſic proceditur a qualitate ad ſubſtantiam. Similiter quando proceditur ad una ſpecie unius prędicamēti ad aliam, ut quantoſcunq; digitos heri habuiſti, hodie habes, decem digitos heri habui D ſti, ergo decē digitos hodie habes, poſito ꝙ unum amiſeris. Dicendum ꝙ non ſequitur, quia hæc dictio quantoſcunq;, dicit quantitatem continuam, & hæc dictio decem, dicit quantitatem diſcretam. *Secundus modus.*

Tertius modus prouenit ex diuerſa ſuppoſitione termini, ut homo eſt ſpecies, ergo aliquis homo eſt ſpecies. Et hic, hō eſt digniſsima creaturarum, ergo aliquis homo eſt digniſsima creaturarum, hic eſt proceſſus a ſimplici ſuppoſitione ad perſonalem. Similiter hic, oīs homo eſt animal, ergo omnis homo eſt hoc animal. Similiter hic, animal eſt Socrates, animal eſt Plato, & ſic de aliis, ergo animal eſt oīs homo, *Tertius modus.*

hic

hic ſit proceſſus a pluribus determinatis ad unam determinatam. Et E
iſte modus ſolet appellari uniuocus, quia ille terminus animal uniuoce æqualis ſic ſe habet ad omnia ſuppoſita. unde in qualibet præmiſſarum ſupponitur pro uno, in concluſione uero pro pluribus, & ſic uariatur eius ſuppoſitio. Et intelligendum eſt quòd in prædictis, quale quid interpretatur in hoc aliquid, id eſt, commune uel uniuerſale interpretatur ſingulare. Si enim animal eſt hoc aliquid, ſi tunc arguitur, animal eſt Socrates, animal eſt Plato, & ſic de aliis, ergo animal eſt omnis homo eſt bonum argumentum, ſicut hic, Socrates currit, Plato currit, & ſic de aliis, ergo omnis homo currit. Similiter hic non ſequitur quando fit proceſſus ab immobili ſuppoſitione ad mobilem, ut omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt hoc animal, & ſic de aliis. Hos tres modos ponit Ariſt. dicens, quòd figura dictionis fit, quando interpretatur F
non idem uel diuerſorum, ut maſculinum, fœmininum, uel neutrum, uel econuerſo, & rurſum quid interpretatur quale uel quantum. iterum quando commune interpretatur ſingulare, uel hoc aliquid.

Figura q d, unde figura dictionis.

Poſtquàm Auctor determinauit de fallaciis peccantibus ſecundum multiplex actuale, & potentiale, hic conſequenter determinat de ultima fallacia in dictione, quæ peccat ſecundum multiplex fantaſticum, ſcilicet de fallacia figuræ dictionis pro cuius intellectu deſcribitur in textu figura proprie dicta. Figura eſt quæ termino, uel terminis clauditur, termino, ſicut circulus, quod unica linea circulari clauditur, & terminis, ſicut triangulus & quadrangulus. Vnde talis figura proprie dicta eſt determinatio ſubſtantiæ uel quantitatis in ſubſtantia, & tranſum- G
ptiue per ſimilitudinem ad talem figuram terminatio dictionis dicitur figura dictionis, ſiue terminatio ſit ex parte uocis, ſiue ſignificationis uel modi ſignificandi. Et ideo figura dictionis eſt ſimilis terminatio duarum dictionum & ſecundum talem ſimilitudinem terminationum ſumitur multiplex fantaſticum, quod eſt dictio tantum unum ſignificans, quæ propter ſimilitudinem cum alia dictione uidetur aliud ſignificare. ut prius dictum eſt.

Figuræ dictionis natura, quiq; eius modi ſint.

Primo ſciendum, quod ſecundum tale multiplex ſumitur fallacia figuræ dictionis, quæ eſt idoneitas decipiendi proueniens ex ſimili terminatione dictionis cum alia dictione non idem ſignificante, ſiue proueniens ex ſimili figura duarum dictionum inter ſe diſſimilium. Et eius cauſæ apparentiæ eſt ſimilis figura, uel terminatio unius dictionis cum alia dictione non idem ſignificante, propter quam ſimilitudinem credimus, quod ſicut illæ dictionis conueniunt in ſimili terminatione uel figura, quod etiam conueniant in ſignificato uel in aliquo modo ſignificandi, in H
quo diſconueniunt. & inde poteſt cauſari deceptio penes hanc fallaciam. Sed cauſa defectus eſt diuerſitas dictionum conuenientium in ſimili figura. Et quia iſta fallacia ſumitur ex ſimili terminatione dictionum inter ſe, & illa terminatio fit tripliciter. ſ. in uoce, in modo ſignificandi, & in ſignificatione duarum dictionum, ideo ſecundum hoc ſumuntur tres modi huius fallaciæ.

Primus figuræ dictionis modus.

Secundo ſciendum, quod primus modus huius fallaciæ eſt, quando propter ſimilem terminationem uocis creditur conuenientia dictionum in ſignificato, uel in modo ſignificandi. exemplum primi, ſecare & uigere ſimiliter terminantur. ſed ſecare ſignificat actionem, ergo uigere ſignificat actionem. ibi propter ſimilem terminationem uocis illarum dictionũ põt credi conuenientia earum in ſignifica-

A to.ſ ꝙ utraque ſignificet actionem. exemplum ſecundi, ut qualis eſt muſa talis eſt poeta, ſed muſa eſt fœ minini generis, & ergo & poeta. ibi pp ſimilem terminationem uocis creditur conuenientia illarum dictionum in modo ſignificandi, qui eſt genus. Et ſoluuntur iſti paralogiſmi negando conſequentiam, quia propter ſimilem terminationem uocis aliquarum dictionum non ſequitur conuenientia earum in ſignificato modo, uel modo ſignificandi.

Tertio ſciendum, ꝙ ſecundus modus huius fallaciæ eſt, qñ propter ſimilitudinem duarũ dictionum in aliquo modo ſignificandi creditur conuenientia earum in ſignificato, uel in modo ſignificandi. Et ſecundũ hunc, modũ, q fiq; mutatur res unius prædicamenti in rem alterius, uel una ſpecies in aliã quantum ad ſubſumptionem. exemplũ primi, ut quicquid heri uidiſti hodie uides, album heri uidiſti, ergo album hodie uides. ibi propter ſimilitudinem illius quod diſtribuitur per quicquid, & album, quod ſignificat per modum concreti, & per hoc ꝙ aliquo B modo ſignificat per modum ſubſtantiæ, creditur ꝙ ſub illo diſtributo ſubſtantia quicquid, bene ſumatur album, quod ſignificat qualitatem, & ita ſubſtantia mutatur in qualitatem quantum ad ſubſumptionem. Similiter hic, quicquid heri emiſti hodie comediſti, crudas carnes heri emiſti, ergo carnes crudas hodie comediſti. Exemplum ſecundi. quandocunque comediſti fuiſti homo, ſed decies comediſti, ergo decies fuiſti homo. quandocunq; & decies conueniũt in hoc, ꝙ utrunque ſignificat per modũ quantitatis, ſed quandocunq e, diſtribuit pro re ſe habente per modũ quantitatis continuæ, & decies ſignificat per modum quantitatis diſcretæ, & ideo ſub diſtributiuo quantitatis continue ſumitur diſcretum; & ſic una quantitas mutatur in aliam quantum ad ſubſumptionem. Similiter hic, quemcunq; diligis eſt amicus tuus, matrem diligis. ergo mater eſt amicus tuus. ibi propter conuenientiam in modo ſignificandi ſubſtantiæ creditur que mater, & illud diſtributiuum quemcunque, habeant conuenientiam in C genere, quod tamen eſt falſum. Et ſoluuntur omnes iſti paralogiſmi negando cõſequentiam, quia propter ſimilitudinem aliquarũ dictionũ in modo ſignificandi non ſequitur conuenientia earum in ſignificato, uel in alio modo ſignificandi.

Quarto ſciendum, ꝙ tertius modus ſumitur, quando propter ſimilitudinem duarum dictionum in ſignificatione creditur conuenientia earum in modo ſignificandi. exemplum, ut omne animal eſt album, Plato eſt animal, ergo Plato eſt album. ibi propter conuenientiam Platonis & animalis in ſignificato infertur conuenientia eorum in genere. Similiter hic, omnis petra eſt alba, lapis eſt petra, ergo lapis eſt alba. Similiter hic, omnes homines currunt, Socrates eſt homo, ergo Socrates currunt. ibi propter ſimilem ſignõnem Socratis & hominis infertur ſimilitudo eorum in modo ſignificandi qui eſt numerus. Similiter hic, animal eſt Socrates, animal eſt Plato, & ſic de alijs. ergo animal eſt omnis homo. ibi propter conuenientiam animalis cum Socrate & Platone in anteceD dente creditur ꝙ habeat ſimilem ſuppoſitionem in antecedente & conſequente, & tamen arguitur a pluribus ſuppoſitionibus determinatis ad unam determinatam reſpectu huius termini animal. Et ſoluuntur paralogiſmi negando conſequentiam, quia propter ſimilem ſignificationem duarum dictionum non ſequitur conuenientia in quolibet modo ſignificandi. Et cum dicitur in textu ꝙ iſte modus prouenit ex diuerſa ſuppoſitione, per diuerſam ſuppoſitionem intelligitur diuerſitas in alijs modis ſignificandi. Vnde in hoc modo apparentia ſumitur a ſimili ſignificatione dictionum, & cauſa defectus ſumitur ex diſsimili modo ſignificandi.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Nullus terminus clauditur termino uel terminis, ſed figura eſt terminus quantitatis, ergo figura non clauditur termino

Secundus modus.

Tertius modus.

Argumen.

mino,uel terminis. Secundo ſic. In circulo nullus eſt terminus in actu, ſed ſunt E
infiniti termini in potentia, quia in linea circulari ſecundum potentiam ſunt in
finita puncta, ergo male dicitur, q circulus clauditur uno termino tm̃. Tertio
ſic. Sicut eſt terminatio dictionis ita eſt terminatio orationis, ſed nulla eſt fal-
lacia figuræ orationis, ergo nulla debet poni fallacia figuræ dictionis. Quarto
ſic. Res unius prædicamenti nunquam mutatur in rẽ alterius prędicamenti, ſicut
ſubſtantia nunquam mutatur in accidens, nec econtra, ergo male dicitur in ſecũ
do modo, q res unius p̃dicamẽti mutatur in rem alterius prædicamenti. Quin-
to ſic. Deceptio quæ prouenit ex parte ſignificatorum alicuius dictionis proue-
nit ex parte rei, ergo eſt fallacia extra dictionem, & non ſit ibi deceptio in illa
fallacia, ergo male ponitur tertius modus huius fallaciæ.

Solutio — Ad argumenta. Ad primum dicitur, q figura materialiter capta pro quanti
tate figurata non eſt terminus reſpectu qualitatis terminantis ipſam, licet ſit ter
minus reſpectu materiæ, ſed figura capta formaliter pro qualitate, quæ eſt ter- F
minatio quantitatis, bene eſt terminus, ſed hic primo modo accipitur figura. Ad
ſecundum dicitur, q licet linea circularis non claudatur aliquo termino, quia in
ſe eſt terminata, tamẽ circulus, qui eſt ſuperficies rotunda incluſa in linea circu-
lari, bene clauditur uno termino. ſ. linea circulari, quæ eſt circũferentia eius. Ad
tertium dicitur, q oratio non habet primo, & per ſe figuram, uel terminationem,
ſed ſolum ex conſequenti per ſuas dictiones, ideo non ponitur fallacia figuræ
orationis alia a fallacia figuræ dictionis. Ad quartum dicitur, q res unius prædi-
camẽti non poteſt ſecundum ſuam eſſentiam mutari in rem alterius prędicamẽ-
ti, ſed bene ſecundum ſubſumptionem q̃n. ſ. ſub ſigno diſtributiuo debet ſumi res
unius prædicamenti, & ſumitur res alterius prædicamenti. Ad quintum dicitur,
quod, ſi cõſyderentur ſignificata dictionum ſecundum ſe, & in ratione rerum, ſic
ab ipſis ſumuntur fallaciæ extra dictionum. ſed, ſi conſyderentur inquantum p
ſignificata prouenit ſimilitudo dictionum, bene poſſunt cauſare fallaciam in di- G
ctione. & hoc modo ſit in iſta fallacia. non. n. eſt inconueniens q ſecundum di-
uerſas cauſas apparentiæ ſint in eodem paralogiſmo diuerſæ fallaciæ. undq om-
nes paralogiſmi huius fallaciæ aliquo modo peccant penes fallaciam accidentis,
licet non ratione cauſæ apparentiæ huius fallaciæ. Et hæc de fallacijs dictionũ.

De Fallacijs Extra Dictionem.

Quot, & quæ ſint extra dictionem Fallaciæ, & de earum ab his quæ In dictione ſunt differentia.

De hoc uide 1. Elencho. cap. 4. & alibi in pleriſq; locis.

SEquitur de fallaciis extra dictionem, quæ ſunt ſeptem, ſcilicet acci-
dens, ſecundum quid ad ſimpliciter, ignorantiam Elẽchi, petitio H
principii, conſequens, non cauſa ut cauſa, ſecundum plures interroga-
tiones ad unam. Differunt autem iſtæ fallaciæ a fallaciis in dictione,
quia fallaciæ in dictione habent cauſam apparentiæ ex parte uocis, ſed
fallaciæ extra dictionem habent cauſam apparentiæ, & defectus ex par
te rei, & non ex parte uocis. & propter hoc dicuntur extra dictionem.

Ordinis ratio.

Poſtquam Auctor determinauit de fallacijs in dictione, hic conſequenter de
terminat de fallacijs extra dictionum. Cuius ordinis ratio eſt, quia fallaciæ in-
ter ſe ordinantur ſecundum, quòd habent maiorem, uel minorem cauſam appa-
rentiæ, ſed fallaciæ in dictione habent maiorem cauſam apparentiæ, quam fal-
laciæ

A laciæ extra dictionem,& magis proprie, & facilius poſſunt cauſare deceptionem reſpondentis,quia magis proprie,& facilius poſſunt cauſari deceptiones reſpondentis propter multiplicitatem dictionis,uel orationis ſi ignoret ipſam, q̃ propter diuerſas habitudines rerum.Modo, fallaciæ in dictione cauſant deceptionem,ſecundum uoces,fallaciæ uero extra dictionẽ cauſant deceptionem ex parte rerum.ſed in diſputatione uoces præcedunt res,quæ mediantibus uocibus in diſputatione accipiuntur.

Primo ſciendum,ꝙ fallacia in dictione, & fallacia extra dictionem inter ſe cõueniunt,& differunt. Vnde conueniunt in hoc,quia omnes habent cauſam defectus ex parte rei,ſed differunt tripliciter.Primo, quia fallaciæ in dictione ſumunt cauſam apparentiæ ex parte uocis ſignificatiuæ.ſ.dictionis, uel orationis multiplicis,fallaciæ uero extra dictionem ſumunt cauſam apparentiæ ex parte rei ſignificatæ per uocẽ.unde ſecundũ diuerſas habitudines rerum,quæ a reſpon- Fallaciç in dictione & extra dictionem, conuenientia ac differentia.
B dente ignorantur,poteſt ſumi cauſa apparentiæ, & etiam cauſa defectus fallaciæ extra dictionem.Secũdo differunt in modo decipiẽdi.quia fallaciæ in dictione magis decipiunt hominẽ cum aliis diſputando, q̃ per ſeipſum conſyderando, quia hõ per ſe cõſiderans non ignorat multiplicitatem dictionis, uel orationis,quando capit eam æquiuoce,fallaciæ uero extra dictionẽ magis decipiunt hominem per ſeipſum cõſyderando,qñ homo ignorat habitudines rerũ, & per ſeipſum ſyllogizando decipit ſeipſum.Tertio differunt quantum ad ſolutiones ſuorum paralogiſmorum,quia omnes paralogiſmi fallaciarum in dictione debẽt ſolui per diſtinctionem alicuius præmiſſarum,excepta in fallacia figuræ dictionis, in qua ſoluuntur per interemptionem conſequentiæ,ſed in omnibus fallaciis extra dictionem omnes ſoluuntur per interemptionem,uel conſequentiæ,uel præmiſſarum, unde in omnibus iſtis ſoluuntur negando conſequentiam,niſi in fallacia petitionis principii,ubi ſoluuntur negando antecedens.

C Secundo ſciendum,ꝙ ſolutio paralogiſmis eſt manifeſtatio ſyllogiſmi falſi. Et diuiditur per ſolutionem rectam, & per ſolutionem apparentem Apparens ſolutio eſt manifeſtatio ſyllogiſmi falſi non oſtendendo propter quid eſt falſus, ut ſi negetur conſequentia ſyllogiſmi dicendo in generali, ꝙ ibi eſt fallacia accidentis,non oſtendendo in ſpeciali,cauſam propter quam ibi cõmittitur fallacia. Sed ſolutio recta eſt manifeſtatio ſyllogiſmi falſi oſtendendo propter quid eſt falſus, ut qui oſtendit in ſpeciali in aliquo paralogiſmo propter quid eſt aliqua fallacia. Et, quia ſyllogiſmus poteſt dici falſus dupliciter.ſ. ſecundum pręmiſſas, quando aliqua præmiſſarum eſt falſa. & ſecundum illationem, quando eſt ſyllogiſmus,peccans in forma,ideo dupliciter poteſt fieri ſolutio,quæ eſt manifeſtatio ſyllogiſmi falſi.ſ.oſtendendo falſitatem præmiſſarum, aut defectum conſequentiæ. Solutio paralogiſmorũ duplex.

Tertio ſciendum,ꝙ priuſquam Auctor in ſpeciali determinet de fallaciis ex-
D tra dictionem,primo enumerat ipſas in generali dicens, ꝙ ſunt ſeptem.ſ.accidens,ſecundũ quid ad ſimpliciter,ignorantia Elenchi, petitio principii,conſequens,nõ cauſa,ut cauſa,& ſm plures interrogationes ut unam. Quarũ ſic habetur ſufficientia. quia omnis fallacia extra dictionẽ peccat contra Elenchũ. uel ergo peccat in probatione,& ſic eſt petitio principii,uel in illatione,& hoc eſt dupliciter uel in ea eſt apparenter conſequentia ſyllogiſmi, uel enthymematis, ſi primum,hoc eſt dupliciter.uel eſt ibi apparentia cõſequentis ſyllogiſmi oſtenſiui,& ſic eſt accidens,uel ſyllogiſmi ad impoſsibile,& ſic eſt fallacia non cauſæ, ut cauſæ.Si uero ſit apparenter conſequentia & habitudo localis,hoc eſt quadrupliciter.uel ibi eſt apparenter locus a parte in modo ad ſuũ totum,& ſic eſt fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter,uel habitudo partium integralium ſimul ſum- Septẽ ſunt fallaciæ extra dictionem.

ptarum ad ſuum totum,& ſic eſt ignorantia Elenchi, vel eſt ibi habitudo conuertibiliu m,& ſic eſt fallacia conſequentis, ubi creditur conuertibilitas antecedentis,& conſequentis,eò ꝙ unum ſequitur ad aliud. uel ibi eſt habitudo totius integralis ſuam partem apparenter tantum, & ſic eſt fallacia ſecundum plures interrogationes ut unam. E

quomodo entis multiplicem diuiſionē ſequitur fallaciarū extra dictionem numerus ppoſitus.

Quarto ſciendum,ꝙ aliter ex parte rerum, & entis diuiſionum, poteſt ſumi numerus fallaciarum extra dictionē,eò ꝙ ſumunt cauſam apparentiæ ex parte rei ſecundum diuerſas habitudines partiū entis,ideo ſecundum plures diuiſiones entis poſſunt diſtingui adinuicē.Vnde prima diuiſio eſt qua ens diuiditur in ſubſtantiam,& accidens ſecundum q̄ accipitur ibi fallacia accidentis. Alia eſt diuiſio entis penes perfectum, & imperfectum, & ſm conuenientiam membrorum eius ſumitur fallacia ſm quid ad ſimpliciter. Tertia diuiſio eſt per oppoſitum & non oppoſitum, ſm quam ſumitur ignorantia Elenchi. Quarta diuiſio eſt per idem,& diuerſum,ſecundum quam ſumitur petitio principii. Quinta eſt penes prius,& poſterius,ſecundum quam ſumitur fallacia conſequentis. Sexta eſt penes cauſam, & effectum ſiue non cauſam ſecundum quam ſumitur non cauſa ut cauſa.Septima diuiſio entis eſt per unum,& multa ſm quam ſumitur fallacia ſm plures interrogationes.ut unam.Et,quia inter iſtas fallacias maior eſt idoneitas decipiendi,& cauſa apparentiæ in fallacia accidentis,q̄ in aliis, ideo de ipſa eſt prius determinandum,Ex quibus patet ordo, & differentia fallaciarum extra dictionem a fallaciis in dictione,& etiam patet numerus,& ordo earum inter ſe. F

Argumen.

Contra prædicta arguitur primo ſic Fallacia extra dictionem cauſantur a rebus,& fallaciæ in dictione cauſantur a dictionibus,ſed res præcedunt dictiones, cum ſint cauſæ earum,ergo fallaciæ extra dictionem debent præcedere fallacias dictione.Secundo ſic.Fallacia ſolum cauſat deceptionem in diſputatione litigioſa.ſed nullus per ſe conſyderando facit ſibiipſi diſputationem litigioſam, ergo male dictum eſt,ꝙ fallaciæ extra dictionem decipiunt hominem per ſeipſum conſyderando.Tertio ſic. Omnes paralogiſmi peccantes in forma debent ſolui per diſtinctionem,ut dicitur.in 2.Elenchorum,ergo paralogiſmi extra dictionem.cū ſint peccantes in forma,debēt ſolui per diſtinctionē, & nō per negationem,ſicut prius dictum eſt.Quarto ſic. Fallacia conſequentis eſt pars fallaciæ accidentis, quia ubicunque eſt conſequens ibi eſt accidens.ſed pars non diſtinguitur contra ſuum totum,ergo illæ duæ fallaciæ non diſtinguuntur inter ſe,nec ſunt ſeptem fallaciæ extra dictionem.Quinto ſic.Illa fallacia eſt prima inter fallacias extra dictionem, quæ magis peccat contra Elenchum.ſed ignorantia.Elenchi magis peccat contra Elenchum omnibus aliis,ergo ipſa eſt prima inter omnes fallacias extra dictionem.& non fallacia accidentis. G

Ad argumenta.Ad primum dicitur,ꝙ licet res ordine naturæ præcedant dictiones,& ſecundum ſe,& non tñ præcedunt ſm, ꝙ cadunt in diſputatione litigioſa,ſed magis ſequunt̄,iō non oportet fallacias extra dictionē præcedere alias. H

Solutiões

Ad ſecundum dicitur,ꝙ licet homo non faciat ſcienter ſibiipſi diſputationem litigioſam, tñ ignoranter poteſt ſibiipſi facere diſputationem ſophiſticam, & ſeipſum decipere arguendo,& rñdendo ſibiipſi.Ideo ad tale inconueniens euitādum optimum eſt cognoſcere fallacias extra dictionem, ne homo per ſuam argumentationem conducat ſeipſum in errores.Ad tertiū dicitur,ꝙ licet in paralogiſmi fallaciarum extra dictionē poſſint ſolui p diſtinctionē diuerſarū habitudinum eiuſdem rei, tñ non per diſtinctionem alicuius propoſitionis multiplicis, de qua intelligitur,quòd non habent ſolui per diſiunctionem,& de diſtinctione generaliter capta pro diſtinctione rerum. & uocum multiplicium intelligitur dictum Ariſt.in 2.Elencho. Ad quartum dicitur, quòd licet conſequens ſit pars accidenta-

A accidentalis,& materialis accidentis,eo quòd in oībus paralogiſmis fallaciæ conſequentis reperitur eſſe fallacia accidentis ſecundum aliam cām apparentiæ, & non econtra,quia in aliquibus eſt accidens,ubi tamē nō eſt conſequēs,tamen fallacia cōſequentis nō eſt pars formalis accidētis, ſed eſt ab ipſa formaliter diſtincta. Ad quintum,dr̄,quòd negatur maior,quia iſtæ fallaciæ non ordinantur inter ſe,ſecundum quòd magis peccant,uel deficiunt contra Elenchum, & ſecundū ſuas cās defectus,ſed ordinantur ſecundum ſuas cauſas apparentiæ,ut dictum eſt.

De Fallacia accidentis, & illius Modis.

Primo elē cho. ca. 4.

Inter has primo dicendum eſt de Fallacia accidentis. Vnde accidens prout hic ſumitur idem eſt quod extraneū, in parte idem, & in parte diuerſum,ut hic, homo eſt ſpecies, Socrates eſt homo, ergo Socrates
B eſt ſpecies. homo.n.eſt in parte idē cū ſpecie.ſ.cū ſumitur pro re uniuerſali,& in parte eſt diuerſum a ſpē.ſ.quando ſumitur pro ſuppoſitis. Notandum ꝙ in fallacia accidentis ſunt iſta tria.ſ.accidens, res ſubiecta,& attributū.Exemplū,ut homo eſt ſpēs, Socrates eſt homo, ergo Socrates eſt ſpēs. hoc medium homo,eſt res ſubiecta, & minor extremitas eſt accidens,& maior extremitas eſt attributum.Cauſa apparentiæ eſt conuenientia aliquorum duorum in aliquo tertio ſecundū partem, ſiue eſt partialis identitas aliquorum duorum. Cauſa defectus eſt diuerſitas eorundem. Huius fallaciæ tres ſunt modi.

Primus fallaciæ accidētis modus.

Primus modus ꝓuenit ex eo quòd aliquid uere ꝑdicatur de aliquo
C ſubiecto, & propter hoc creditur uere dici de accidente eius a quo eſt diuerſum, uel, quando aliquid primo attribuitur rei ſubiectæ in præmiſsis,& poſtea attribuitur eius accidenti in concluſione, ut hic,hō eſt ſpecies,Socrates eſt homo,ergo Socrates eſt ſpēs.Dicendū quòd nō ualet. quia ille terminus ſpecies, qui eſt attributum, aſsignantur in eſſe Socrati, qui eſt accidens.eo quòd dicitur de homine, qui eſt res ſubiecta. Similiter hic,animal eſt genus, homo eſt animal, ergo homo eſt genus.Similiter hic,Omne æs eſt naturale,ſtatua eſt æs,ergo ſtatua eſt naturalis.non ſequitur, quia naturale uere prædicatur de ære, & propter hoc attribuitur in concluſione ſtatuæ,quod non fit uere.Similiter hic,cognoſco coriſcum,coriſcus eſt ueniens, ergo cognoſco uenientē.
D Dicendum,quòd non oportet, quòd ſi cognoſcas coriſcū ſecundū ſe, quòd propter hoc cognoſcas ipſum ſub illo accidente,qđ eſt ueniens.

Secundus modus.

Secundus modus prouenit ex particulari idētitate aliquorum duorū in aliquo tertio. Vel quando aliquod cōe prædicatur de aliquibus duobus,cū quibus eſt in parte idē, & in parte diuerſum,& propter hoc illa duo creduntur eſſe eadē inter ſe,ut hic,Socrates eſt homo,Plato eſt homo,ergo Socrates eſt Plato. Similiter hic, homo eſt animal,equus eſt animal,ergo equus eſt homo.Dicēdū ꝙ non oportet ꝙ, ſi aliqua duo conueniant in aliquo tertio,quòd propter hoc conueniant inter ſe.

Tertius modus. Tertius modus prouenit, quando ex duobus aliquibus diuiſim ſumptis male infertur aliquod coniunctum ſecundum accidens, ut iſte eſt albus, & eſt monachus, ergo eſt albus monachus. Similiter hic, Iſte canis eſt pater, & eſt tuus, ergo eſt pater tuus. non ſequitur, quia licet illa conueniant in aliquibus ſecundum partem, tamen ſecundũ aliam partem differunt. Et ſciendum ꝙ non licet inferre ex diuiſis coniunctim, ut habetur Secundo Peri Hermenias, quando prædicantur diuerſa accidentia ſubinuicem per accidens conuenientia, ſicut album eſſe monachum. ſimiliter quando duo prædicantur, quorum ſecundum intelligitur in primo, ut uniuerſale in ſuo ſpecialiori ut iſte eſt homo, & eſt animal, ergo eſt homo animal. quia animal intelligitur in homine ſicut album in homine albo. Sed in omnibus alijs licet ex diuerſis inferre coniunctum. Vnde notandum, ꝙ, quando aliqua duo accidentia prædicantur de aliquo, quorum primũ in ſubiecto eſt per alterum & non per ſe, ex talibus diuiſim captis non licet inferre coniunctum, uel econtra, ut iſte eſt albus, & eſt monachus, ergo eſt albus monachus. nam albedo non eſt in ſubiecto ſecundum ſe, ſed ſecundũ habitum. Similiter ex coniunctis non licet inferre diuiſum, quando illa quæ coniunguntur diminuunt de ratione alterius, ut ille homo eſt mortuus, ergo eſt homo & mortuus. In omnibus autem aliis licet ex coniunctis inferre diuiſum, ſed illud ultimum argumentum facit fallaciam ſecundũ quid ad ſimpliciter. Accidens ſic definitur ab Ariſtotele. accidens eſt quod eſt extraneũ in parte idẽ & in parte diuerſum. Secundum accidens autem fiunt paralogiſmi, qñ idem ſimiliter fuerit aſsignatum ineſſe rei ſubiectæ & accidenti, ut hõ eſt ſpecies, Socrates eſt homo, ergo Socrates eſt ſpecies. hõ.n. ſecundum ꝙ ſibi conuenit eſſe ſpeciem, aliter capitur a modo per quem conuenit Socrati & Platoni, quia conuenit ei eſſe ſpeciem, ut eſt eſſentia quædam cõmunis prædicabilis de pluribus, & prout eſt in pluribus, ſic eſt in Socrate & Platone, & ſic eſt Socrates accidens, homo uero res ſubiecta, & ſpecies ſignificatur utriſque ineſſe. Vnde accidens non ſumitur hic, ut definitur a Porphirio, ſed ut dictum eſt.

Sententia Ariſtot. in hac materia.

Accidẽtis uariæ acceptiones. Poſtquam Auctor determinauit de fallaciis extra dictionem enumerando ipſas in generali, hic conſequenter in ſpeciali determinat de ipſis. & primo de fallacia accidentis, quæ efficacior eſt inter omnes fallacias ad decipiendum, ratione cuius ſic primo definit accidens. Accidens eſt quod eſt extraneum rei, ideſt in parte idẽ & in parte diuerſum ab alio. Accidens aũt tripliciter capitur. Vno mõ pro illo quod dicit abſolute naturam accidentis, ut diuiditur contra ſubſtantiã, & ſic non capitur hic. Alio modo ſumitur magis communiter, pro omni illo, qđ aduenit rei, & eſt extra eſſentiam eius & intellectum, & hoc modo inferius dicit accidere ſuo ſuperiori. & iſtis duobus modis non ſumitur hic accidens. Tertio modo accipitur accidens communiter, pro illo quod eſt extraneũ alteri inquantum

A tum ſtat ſub aliquo tertio.& hoc modo non ſolum inferius accidit ſuperiori, ſed ſuperius inferiori, ut ſi Socrates capiatur ſub iſto attributo indiuiduum, homo accidit Socrati, quia eſt ſibi extraneus, inquantum Socrati conuenit intentio indiuidui. hō.n. partim differt cum Socrate. ideo per hoc dicitur ſibi accidens, & pro tali accidenti datur iſta definitio, & ab ipſo ſumitur fallacia accidentis.

Primo ſciendum, ꝙ in fallacia accidentis ſemper tria requiruntur. ſ. attributū, res ſubiecta, & accidens. Attributum eſt maior extremitas, quę in præmiſsis primo attribuitur medio. Res autem ſubiecta eſt illud quod primo ſubiicitur attributo uel in actu, uel in aptitudine. Accidens uero eſt illud quod partim cōuenit & partim differt a re ſubiecta, & accidit ſibi inquantum ſtat ſub tali attributo, ut hic, Socrates eſt indiuiduum, homo eſt Socrates, ergo homo eſt indiuiduum. Indiuiduum eſt attributum, Socrates eſt res ſubiecta, & homo accidit Socrati ea parte, qua Socrates ſtat ſub iſto attributo, quod conuenit Socrati inquantum B differt ab homine, & inde ſumuntur cauſæ huius fallaciæ. Cauſa apparentiæ eius eſt partialis conuenientia accidentis cum re ſubiecta, propter quam creditur, ꝙ accidens conueniat cum re ſubiecta, ea parte qua ſibi conuenit attributū. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas accidentis, & rei ſubiectæ, uel ipſius medii, quod ſecundum diuerſas rationes conuenit cum extremis. Et ſecundum hoc ſic definitur hæc fallacia, ꝙ eſt idoneitas, decipiendi proueniens ex partiali prouenientia accidentis cum re ſubiecta, quæ tamen differunt ſecundum diuerſas rationes. unde ſemper committitur hæc fallacia, quando propter conuenientiam duorum in uno tertio ſecundum diuerſas rationes creditur conuenientia eorum inter ſe, aut quando unum negatur ab alio, ea parte, qua differt a ſuo accidente, & propter hoc negatur de ſuo accidente.

Tria ad fallaciæ accidētis naturā requiruntur.

Secundo ſciendum, ꝙ huius fallaciæ ponuntur tres modi. Primus modus eſt, quando accidens eſt inferius rei ſubiectæ. & propter hoc proprium attributum C rei ſubiectæ attribuitur inferiori eius, ſecundum quem hic paralogizatur, animal eſt genus, homo eſt animal, ergo homo eſt genus. ibi genus eſt attributum conueniens animali ea parte qua differt ab homine, & per hoc infertur de homine, quia accidit animali, ut ſtat ſub illo attributo. Et ſimiliter hic. omne æs eſt naturale, ſtatua eſt æs, ergo ſtatua eſt naturalis. naturale enim conuenit æri ut eſt ens in actu, & ſtatua ſibi conuenit inquantum eſt in potentia ad figuram eius, & ita accidit ei prout ſtat ſub illo attributo. Et ſimiliter hic. homo eſt animal. equus eſt animal, ergo equus eſt homo. equus. n. accidit animali conſyderato. ut conuenit cum homine. & ſimiliter, homo non eſt indiuiduum, Socrates eſt hō, ergo Socrates non eſt indiuiduum. ibi indiuiduum negatur ab homine ea parte qua differt a Socrate. Et omnes iſti paralogiſmi ſoluuntur negando cōſequentiam, quia non oportet, ꝙ, ſi aliquid dicatur, uel negatur de ſuperiori ea parte qua differt ab inferiori, ꝙ propter hoc negetur, uel affirmetur de inferiori, quia ibi medium D non tenetur ſub eadem ratione in duabus præmiſsis.

Tres ſunt huius fallaciæ modi, & de primo.

Tertio ſciendum, ꝙ ſecundus modus eſt, quando accidens eſt ſuperius rei ſubiectæ, & ita, ꝙ conuenit inferiori ea parte qua differt a ſuperiori, infertur de ſuperiori, ut hic, Socrates eſt indiuiduum, homo eſt Socrates, ergo homo eſt indiuiduū. Similiter hic homo eſt ſpecies, ſubſtantia eſt hō, ergo ſubſtantia eſt ſpecies. ibi ſpecies, attribuitur homini ea parte qua differt a ſubſtantia, ideo ſubſtantia accidit homini, ut ſtat ſub illo attributo. Et ſimiliter hic iſte eſt monachus, & eſt albus, ergo iſte eſt monachus albus. albus. n. eſt accidens ſuperius, accidētale huic homini, & differt ab ipſo hoīe inquantū ſibi ineſt hoc attributum monachus. unde ꝑ hoc, ꝙ iſte hō ponitur albus ſm ſe infertur, ꝙ ſit albus ſecundum habitum. & ſic conſequētia nō ualet, & ſimiliter hic, iſte canis eſt pater, & eſt tuus, ergo eſt

Secundus modus.

pater tuus,& etiam in aliis arguendo a diuiſis ad coniuncta, & iſti paralogiſmi B ſoluuntur negando conſequentiã,quia nõ oportet,ſi aliquid cõueniat inferiori ea parte,qua differt a ſuo ſuperiori,ꝙ propterea cõueniat ſuperiori.Et non ſemper oportet, ꝙ ad committẽdum iſtum modum ſumatur illud quod ſimpliciter eſt ſuperius,ſed ſufficit,ꝙ ſit ſuperius uel ſecundum rem,uel ſecũdum modum.

Tertius modus.

Quarto ſciendum,ꝙ ultimus modus huius fallaciæ eſt,qñ accidens eſt conuertibile reſpectu rei ſubiectæ,ut hic,riſibile eſt proprium,hõ eſt riſibilis,ergo homo eſt proprium.uel ſic,riſibile eſt qualitas, homo eſt riſibilis, ergo homo eſt qualitas ibi proprium conuenit uni conuertibilium ea parte, quã differt ab alio & propter hoc infertur de alio,& ſimiliter hic, homo eſt quoddam incomplexũ. animal rõnale eſt homo,ergo animal rationale eſt quoddam incomplexum . ibi animal rationale accidit homini ut ſtat ſub hoc attributo incomplexum , quod conuenit homini inquantum differt a ſua definitione,& propter hoc infertur de ipſa.Et ſoluuntur iſti paralogiſmi negando conſequentiam,quia ſi aliquid affir- F matur,uel negatur de uno conuertibilium ea parte qua differt ab alio,nõ oportet propter hoc, ꝙ affirmetur, uel negetur de alio.Et hæc aſsignatio modorum huius fallaciæ,& accidentis,& rei ſubiectæ ponuntur ſecundum Petrum Hiſpanum in magnis fallaciæ eius,licet hic in textu ponatur alia aſsignatio ipſorum, quia hic in textu uideri poteſt.

Argumẽ.

Contra prædicta arguitur primo ſic.Nulla eſt fallacia ſubſtantiæ , ergo nulla eſt fallacia accñtis per locum a ſimili,ergo contra prædicta.Secundo ſic.In omni ſyllogiſmo medium eſt in parte idem,& in parte diuerſum cũ extremis, ergo,ſi accidens ſit quod eſt in parte idem,& in parte diuerſum ſequitur, ꝙ in quolibet ſyllogiſmo erit accidens,quod tamen eſt falſum.Tertio ſic illud quod eſt de eſſentia rei non eſt accidens eius,omne ſuperius eſt de eſſentia inferioris,ergo nullum ſuperius accidit ſuo inferiori . Quarto ſic.Arguendo ex puris affirmatiuis in ſecunda figura committitur fallacia accidentis,& tamen iſte modus non enũ G meratur inter iſtos modos,ergo male aſsignantur.Quinto ſic.Arguendo a diuiſis ad coniuncta eſt bona conſequentia,ut patet in Secundo Peri Hermenias, ergo a diuiſis ad coniuncta non eſt fallacia accidentis.

Solutiões.

Ad argumenta.Ad primum dicitur, ꝙ hic non capitur accidens,ut diſtinguitur contra ſubſtantiam,ſed capitur pro extremo, uel non neceſſario , ideo nõ ſequitur,ꝙ,ſi nulla ſit fallacia ſubſtantiæ , ꝙ nulla ſit fallacia accidentis Ad ſecundum dicitur,ꝙ licet in omni ſyllogiſmo medium partim conueniat , & partim differat ab extremis,tamen in bono ſyllogiſmo non accipitur,ut conueniens & differens ab ipſis,ſed in utraque præmiſſarum ſub eadem ratione tenetur,& extremitates in ipſo uniuntur ſub eadem ratione,& non ſub diuerſis,aliter non ſequeretur unio extremitatum inter ſe. Ad tertium dicitur, ꝙ licet nullum ſuperius accidat ſimpliciter,& abſolute ſuo inferiori,tamen bene accidit ſibi comparatiue,quia reſpectu ad unum tertium , quod conuenit inferiori prout differt H a ſuperiori. Ad quartum dr̃,ꝙ arguendo ex puris affirmatiuis in ſecunda figura committitur primus modus prius aſsignatus,& medium eſt res ſubiecta & inferius eius ſibi accidit ut ſtat ſub maiori extremitate.Et licet tale medium non ſubiiciatur acta maiori extremitati,tamen ſubiicitur in aptitudine,& efficitur ſubiectum eius reducendo ad primam figuram conuerſione maioris . Ad quintum dicitur,ꝙ arguendo debite a diuiſis ad coniuncta,uel econtra eſt bona conſequentia,ſed non quando arguitur indebite,ſed tunc committitur fallacia accidentis. Et ad arguendum debite a diuiſis a coniuncta requiritur primo, ꝙ prædicatorum diuiſorum unum ſit potentiale,& determinabile, reliquũ actuale,& determinans.Secundo requiritur,ꝙ potentiale præponatur actuali,ſiue determinabile determinationi.

Debitus arguẽdi modus a diuiſis ad cõiũcta,& ecõtra.

A determinationi. Et econtra arguendo a coniunctis ad diuiſa requiritur, ꝙ in coniunctis unum non ſit determinatio priuans uel diminuens reſpectu alterius, ſed contrahens tantum, ideo non ſequitur, eſt bonus faber, ergo eſt bonus.

De Fallacia ſecundum quid ad Simpliciter & eius Modis.

SEquitur de fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter. Dictũ ſecundum quid, appellatur hic determinatione diminuens de ratione, uel de eſſe cui adiungitur, ut cùm dico homo mortuus, mortuum enim diminuit de ratione hominis. Dictũ ſimpliciter, appellatur aliquid non diminutum, ut homo. Fallacia ſecundũ quid ad ſimpliciter eſt idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti conuenientia dicti ſecundum B quid ad dictum ſimpliciter. Cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt conuenientia huius dicti, quod eſt ſecundũ quid, ad illud, quod eſt ſimpliciter, & econuerſo. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas ſignificatorum. Fit autem hæc fallacia tot modis quot modis, contingit addere alicui determinationem diminuentem.

Hoc colli-ge.2 Elec. cap.8.& alibi multis in locis.

Quot modis fiat.

Primo modo ſecũdum partim in modo, ut ille eſt homo mortuus, ergo eſt homo. non ſequitur, quia mortuũ diminuit de ratione hominis. Et hic, chimera eſt ens opinabile, ergo chimera eſt ens. non ſequitur, quia opinabile diminuit de ratione huius, quod eſt eſſe.

Secundo modo ſecundum partem integralem, ut Aethiops eſt albus ſecundum dentes, ergo eſt albus.

C Tertio modo in his quæ ſunt ad aliquid, ut diuitiæ non ſunt bonæ male utenti, ergo diuitiæ nõ ſunt bonæ. non ſequitur. licet enim diuitiæ comparatæ ad aliquid non ſint bonæ, tamen in ſe ſunt bonæ.

Quarto modo in his, quæ ſecundũ locum ſunt, ut bonum eſt mactare patrem in triualis, ergo bonum eſt mactare patrem ſuum. Vel ſic. Bonum eſt uti dieta in locis ægrotatiuis, ergo bonum eſt uti diæta.

Quinto modo in his quæ fiunt ſecũdum tempus ut bonum eſt ieiunare in quadrageſima, ergo bonum eſt ieiunare. Vel ſic. Expedit alicui mederi quando ægrotat, ergo expedit alicui mederi. non ſequitur, quia licet expediat mederi ſecundum quid, non tamen ſimpliciter.

D Sciendum eſt autem, quòd in omnibus iſtis inſpiciendum eſt ad contradictionem, ut ſi aliquis reſpondens dicat, quòd non expedit mederi, & opponens aſſumat, quòd expedit mederi quando ægrotat, non contradicit ei, ſed ſtat in fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter. Et ſciendum, quòd eadem eſt fallacia, ſi ex eo, quod eſt ſecundum quid inferatur ſimpliciter, & econuerſo. Et intelligendum eſt, quòd iſta fallacia quando fit ab eſſe ſecundum quid, ut in pluribus fit affirmatiue, ſed quando fit a dicto ſimpliciter ut in pluribus, arguitur negatiue.

Notabile pulchrum.

Quid ſit dictũ ſecundum quid & ſimpliciter dictũ.

Poſtquam Auctor determinauit de fallacia accidentis. hic conſequenter determinat de fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter, ratione cuius primo uidendum eſt quid ſit dictum ſecundum quid, & dictum ſimpliciter. Vnde dictum ſimpliciter eſt dictio ſumpta ſine determinatione diminuente, ut homo per ſe, uel homo albus, & tale dictum dicitur dictum ſimpliciter, hoc eſt perfectum, & non diminutum. Sed dictum ſecundum quid eſt dictio ſumpta cum determinatione priuatiua, aut diminuente, ut homo mortuus. Et ex beatitudine talis dicti ſecundum quid ad dictum ſimpliciter, ſumitur una fallacia ſpecialis, eo, ꝙ ibi reperiuntur ſpeciales cauſas apparens, & defectus. E

Cauſa apparẽtiæ ac defectus huius fallaciæ in quo conſiſtat.

Primo ſciendum eſt, ꝙ cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt apparens conuenientia dicti ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter, propter quam credimus, ꝙ talia conueniant realiter, & quòd unum contineatur ſub alio, quod tamen falſum eſt. Et eius cauſa defectus eſt diuerſitas illorum dictorum. Et ſecundum hoc ſic definitur hæc fallacia, ꝙ eſt idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti cõuenientia dicti ſm quid ad dictum ſimpliciter. Et debet attendi iſta conuenientia non ex parte uocum, quia tunc iſta fallacia eſſet fallacia in dictione, ſed debet attendi ex parte ſignificatorum, ſecundum, ꝙ habent ſimilitudinem in re ſignificata, & analogiam ſuorum ſignificatorum, ſicut homo pictus, & homo habent quandam proportionem inter ſe, ideo conuenienter ponitur iſta fallacia inter fallacias extra dictionem. F

Quod nã Dictum ſecundũ qd fallaciam fundat.

Secundo ſciendum, ꝙ licet dictum ſecundum quid, in quo ponitur determinatio contrahens tantum, ut homo albus, faciat locum dialecticum. ſcilicet a parte in modo ad ſuum totum, tamen dictum ſecundum quid, quod fit cum determinatione impropria, quæ eſt diminuens, uel priuans, bene cauſat locum ſophiſticum. Et talis determinatio impropria fit quinque modis, quandoq;. n. eſt abſoluta, & quandoq; reſpectiua. ſi primum, hoc eſt dupliciter. uel determinat dictum cui adiungitur ratione totius priuando, uel diminuendo rationem eius, ut homo pictus, uel ens opinabile, uel ratione partis integralis ſui ſubiecti, ut album ſecundum dentes, ſi ſit reſpectiua, ſic eſt tripliciter, quia quædam ſumitur per relationem ad aliquod correlatiuum extrinſecum, ut hic, diuitiæ ſunt malæ male utenti alia reſpectu menſuræ, quæ eſt locus, ut bonum eſt interficere patrem in triualis, alia reſpectu partis temporis, quod eſt menſuræ ſucceſsiua, ut eſt proiicere merces in mari temporis tempeſtatis, & ſecundum has quinque determinationes improprias ponuntur quinque modi huius fallaciæ. G

Modorum quinque ſecundũ qd ad ſimpliciter, expoſitio.

Tertio ſciendum, ꝙ primus modus huius fallaciæ eſt arguendo ſecundum partem in modo diminuentem, ut iſte eſt homo pictus, ergo eſt homo. Secundus modus fit arguendo ſecundum determinationem partis integralis, ut æthiops eſt albus ſecundum dentes, ergo eſt albus. Et ualet in accidentibus quæ determinãt ſibi certã partem integrã ſui ſubiecti, ſicut cæcis determinat ſibi oculũ, & ſimitas naſum, & in accidentibus quæ per indefferentiam in una parte ex conſequenti totum inferunt, ut infirmitas dentis denominat totum hominem infirmum, dum determinatio partis non ſit determinatio diminuens tantum accidentia quæ indifferenter conueniunt omnibus partibus, & per inhærentiam ſunt in una non poſſunt denominare totum ſicut albedo, uel nigredo denominans ſuam partem integralem eſt determinatio diminutio diminnens in iſtis, & facit iſtam fallaciam. Tertius modus fit arguendo cum determinatione reſpectiua facta ad terminum extrinſecum, ut uinum eſt malum febricitanti, ergo eſt malum. Quartus modus fit cum determinatione improprie ſumpta ſecundum locum, ut bonũ eſt interficere patrem in triualis, ergo bonum eſt interficere patrẽ. Quintus modus eſt arguendo ſecundum determinationem temporis, ut bonũ eſt ieiunare in quadrageſima, H

A dragefima,ergo bonum eſt ieiunare ſemper. Et omnes iſti paralogiſmi ſoluũtur negãdo conſequentiã,qa ex dicto ſecundũ quid nõ ſequitur dictum ſimpliciter.

Quarto ſciendum,ꝙ in eiſdem modis, & in eadem fallacia poteſt argui procedendo a dicto ſimpliciter ad dictũ ſecundum quid.Cuius ratio eſt,quia ub cunque reperitur eadẽ cã apparentiæ ibi eſt eadẽ fallacia,& ẽt idem modus,ſed arguendo a dicto ſimpliciter ad dictum ſecundum quid eſt eadem cauſa apparentiæ, ſicut arguendo econtra, quia eſt eadem conuenientia dicti ſimpliciter & ſecundum quid, ideo illo modo cõmittitur iſta fallacia, & modi prius poſiti,ut arguendo ſic,hic non eſt homo, ergo non eſt homo mortuus. uel non eſt animal, ergo nõ eſt aĩal pictũ. Sed magis denoĩatur hæc fallacia ſecundũ qd a ſimpliciter q̃ ecõtra,qa arguẽdo a dicto ſecundũ qd arguitur affirmatiue ſed arguẽdo a dicto ſimpliciter, ut in pluribus arguitur negatiue per iſtã fallaciã, ideo magis denominatur a paralogiſmis, qui fiũt a procedẽdo a ſecundũ qd ad ſimpliciter. Modi Argu.a ſimpliciter ad ſecundũ qd idem.

B Contra prædicta arguitur primo ſic. Homo albus eſt dictum ſumptum ſine determinatione diminuente, & tamẽ non eſt dictũ ſimpliciter, quia dictũ ſimpliciter eſt,quod ſubmittiť ſine additione,iuxta illud, Simpliciter dico qd ſine addito dico, ergo contra definitionẽ dicti ſimpliciter.Secundo ſic. Omne inferius & minus cõmune infert ſuũ ſuperius & magis cõe,ſed dictũ ſecũdũ quid eſt inferius ad dictũ ſimpliciter, ergo bene infert ipſum, ergo arguẽdo a ſecundũ qd ad ſimpliciter nõ cõmittitur fallacia.Tertio ſic. Bene ſequitur,eſt hõ mortuus,ergo eſt mortuus. & tñ arguitur a dicto ſecundũ quid penes primũ modũ huius fallaciæ, ergo male aſsignatur ille modus. Quarto ſic. Ieiunare in quadrageſima eſt ieiunare ſimpliciter, nec illa terminatio tpis diminuit rõnem adiuncti, ergo ibi male arguiť penes quintũ modũ. Quinto ſic. A toto in modo ad ſuam partẽ, & econtra ſunt plures loci dialectici, ergo a dicto ſecundum quid & a dicto ſimpliciter debent ſumi plures fallaciæ,& non una tantum. Argumen.

C Ad argumenta.Ad primum iſtorum dicitur,ꝙ,ſi capiatur dictum ſimpliciter, ut tm̃ ualet ſicut contractẽ ut ſumitur in loco a toto in ,mõ, ſic hõ albus non eſt dictũ ſimpliciter,ſed,ſi capiať dictũ ſimpliciter prout ſimpliciter tãtũ ualet ſicut perfecte & non diminute, ſicut capitur in præſenti paſſu, ſic hõ albus eſt dictum ſimpliciter. Ad ſcd̃m dr̃, ꝙ licet dictũ ſecundũ quid, quod fit cũ determinatione contrahente tm̃,ſit inferius ad dictũ ſimpliciter,non tñ dictum ſecundũ quid,qđ fit cum determinatione diminuente uel priuante, ſed magis opponitur dicto ſimpliciter.Ad tertium dicitur.ꝙ licet homo mortuus ſit dictum ſecundum quid reſpectu hoĩs, quia mortuũ diminuit de ratione hominis, tamen reſpectu mortui eſt dictũ ſimpliciter,quia hõ non diminuit de rõne mortui.ideo ibi non arguitur a dicto ſecundum quid per iſtam fallaciam. Ad quartum dicitur, ꝙ licet in quadrageſima non diminuat de rõne huius, qđ eſt ieiunare abſol ute,tñ bene diminuit reſpectu huius,quod dico bonũ,ideo arguitur cum determinatione diminuẽte ſecundũ tempus. Ad quintum dicitur, negando conſequentiã, quia a toto in D modo & a parte eius ſunt diuerſæ uirtutes probatiuæ, & diuerſæ habitudines locales, ideo ibi ſumitur plures loci dialectici, ſed a dicto ſecundum quid ad ſimpliciter & econtra, eſt tantum una cauſa apparentiæ,ibi non ſunt plures loci ſophiſtici,nec eſt ſimile de ipſis. Solutiões.

De Fallacia Ignorantiæ Elenchi,& eius modis.

Collige hoc ex. 2. Elen. ca. 9. & alibi in pleriſque loco.

ELenchus eſt ſyllogiſmus cõtradictionis unius eiuſdẽ,nõ noĩs tãtũ nec ẽt rei tantum,ſed noĩs,& rei ſimul,nõ ſynonimi,ſed eiuſdem,

&ex

& ex eis quæ data ſunt de neceſsitate, non connumerato eo qđ erat E
in principio ad idem ſecundum idem ſimiliter & in eodem tempore. Elenchus eſt ſyllogiſmus contradictionis. i. ſyllogiſmus concludens contradictoriam propoſitionis datæ a reſpondente. In definitione Elenchi quædam ponũtur ratione ſyllogiſmi, ut ex his quæ data ſunt ex neceſsitate accidere, per, quod remouetur fallacia accidentis, & ponitur non connumerato eo, quod erat in principio, per, quod remouetur petitio principii, ut poſtea patebit. alia ponuntur ratione contradictionis, ut unius & eiuſdem. i. unius ſubiecti & unius prædicati. Vnde niſi eſſet idem ſubiectum & idem prædicatum non eſſet contradictio, ut æthiops eſt niger, æthiops non eſt nigier ſecundum dentes, ex quo non eſt idem prædicatum, ideo non eſt contradictio. Et ſimiliter F
hic, nullus homo mortuus currit, & quidam homo currit non eſt contradictio, quia non eſt ibi idem prædicatum. Item ſecundum idē ad idem ſimiliter & in eodem tempore, ponuntur ratione contradictionis, & cõtra iſtas quatuor partes peccat hæc fallacia quæ dicitur ignorantia Elenchi ſecundum, ꝙ eſt una de tredecim fallaciis. Alio modo accipitur generaliter, & tunc ſic definitur, Ignorantia Elēchi eſt unus defectus generalis ad quem reducuntur omnes aliæ fallaciæ oſtendendo quomodo peccant contra iſtas particulas, ut poſtea patebit. Iſte. n. particulæ non nominis tantum, nec rei tantum, ſed nominis & rei ſimul, non ſynonimi, & ſic de aliis, ponuntur ratione ſyllogiſmi, & ra G
tione contradictionis, quia iſtæ exigunt, ꝙ nomen ſit unum & res una, & ꝙ non ſit nomen ſynonymum. Vnde non eſt ibi contradictio, Marcus currit & Tullius non currit. Nec eſt ibi ſyllogiſmus, omnis gladius ſcindit, quoddam inſtrumentum eſt enſis, ergo quoddam inſtrumentum ſcindit. Fallacia ignorantiæ Elenchi eſt idoneitas decipiē di proueniens ex apparenti obſeruatione particularum definitionis Elenchi, quæ conueniunt ei ratione contradictionis tantum, ſcilicet ad idem ſecundum idem ſimiliter & in eodem tempore. Cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt conuenientia dictorum ſecundum quid ad dicta ſimpliciter. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas eorundem. Vnde huius fallaciæ Elenchi ſunt quatuor modi. H

Primus modus. Primus modus eſt contra hanc particulam ad idem, ut duo ſunt duplum unius & non ſunt duplum trium, ergo ſunt duplum & non duplum, & in utraque præmiſſarum non ſumitur duplum ad idem, & ideo non ſequitur.

Secundus. Secundus modus peccat contra illam particulam ſecundum idem, ut hoc eſt duplum illi ſecundum latitudinem, & non eſt duplum ſecũdum longitudinem, ergo eſt duplum & non duplum. non ſequitur,

A quia duplum nõ ſumitur ſecundũ idẽ, licet ſumatur reſpectu eiuſdem.

Tertius modus peccat contra iſtam particulam ſimiliter, ut homo eſt ſpecies, nullus homo eſt ſpecies, ergo idem eſt ſpecies & non eſt ſpecies. non ſequitur, quia ibi non eſt contradictio in præmiſsis, quia ille terminus hõ, non ſupponit ſimiliter, quia in una ſumitur pro ſuis inferioribus, in alia uero non, ſed pro ſe toto, uel pro ſua forma. Tertius.

Quartus modus peccat contra hanc particulam in eodem tempore, ut manus mea eſt clauſa in hoc inſtanti, & non eſt clauſa in hoc inſtanti, ergo eſt clauſa & non clauſa. non ſequitur, quia non eſt in eodem tempore. Differt autem hæc fallacia a fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter, quia in illa eſt proceſſus ab uno ſecundum quid ſumpto, Quartus.
B ad unum ſimpliciter ſumptum, ut hoc eſt duplum ſecundum longitudinem, ergo eſt duplum, in iſta uero eſt proceſſus a duobus ſecundum quid ſumptis ad duo ſumpta ſimpliciter, ut hoc eſt duplum illi ſecundum longitudinem & non ſecundum latitudinem, ergo eſt duplum & non duplum.

Poſtquam Auctor determinauit ſuperius de fallacia a ſecundum ad quid ſimpliciter, hic conſequenter agit de fallacia ignorãtiæ Elenchi, ratione cuius definit Elenchum ſic. Elenchus eſt ſyllogiſmus contradictionis unius & eiuſdẽ non nominis tantum, ſed rei & nominis ſimul, non ſynonimi, ſed eiuſdem ex his quæ data ſunt de neceſsitate accidere, non connumerato eo q̃ erat in principio. ſ. ad idem ſecundum idem ſimiliter & in eodem tempore. In qua definitione ponitur Quid Elẽchus.
C ſyllogiſmus loco generis, & contradictionis, ponitur ad differentiam ſyllogiſmi non contradicentis poſitioni reſpondentis, & ponitur unius & eiuſdem non nominis tñ, ſed nominis & rei ſimul, non ſynonimi, ſed eiuſdem tam rõne ſyllogiſmi q̃ contradictionis. Ad utrũq; enim requiritur q̃ remaneant idẽ termini ſecũdum rem, & uocem, & per hoc mouentur fallaciæ in dictione. Et ponitur ex his quæ data ſunt de neceſsitate accidere, ratione ſyllogiſmi, in quo debet eſſe neceſſaria conſequentia, & per hoc poteſt remoueri fallacia accidentis, & cæteræ non habentes neceſſariam conſequentiam, deinde ponitur non connumerato eo, quod erat in principio, ratione probationis, quia Elenchus eſt ſyllogiſmus probatiuus, & per hoc remouetur petitio principii, deinde ponitur ad idem ſecundum idem &c. ratione contradictionis tantum, quia illæ conditiones requiruntur ad contradictionem tantum.

Primo ſciendum, q̃ aliter poteſt definiri Elenchus, q̃ eſt ſyllogiſmus dialecticus concluſionis reſpondentis contradictorio. Et ſic ad Elenchum tria requiruntur. ſ. neceſſaria illatio, inquantum eſt ſyllogiſmus, & ſufficiens probatio cõcluſionis, inquantum eſt dialecticus, tertio formalis repugnantia ſuæ concluſionis ad compoſitionem reſpondentis, inquantum eſt contradictorius. Ex quo patet, q̃ Elenchus ultra ſyllogiſmum addit probabilitatem, & ultra ſyllogiſmum dialecticum addit contradictionem, & ita contradictio eſt ultima differẽtia formaliter conſtituens Elenchum. & ideo ſicut ſyllogiſmus dialecticus ſe habet inferius ad ſyllogiſmus in communi, ita Elenchus ad ſyllogiſmum dialecticũ. Et Elenchus dicitur ab en, quod eſt in, pro contra, & Elenchos, quod eſt ſumptio, quaſi ſumptio contra dicta reſpondentis. & ſicut talis Elenchus ſe habeat ad ſyllogiſmum dialecticum ut inferius, ita Elenchus ſophiſticus ad ſyllogiſmum ſophiſticum, Alia Elenchi deſcriptio. Elenchus qn d.
D

phiſticum, & poteſt ſic definiri. Elenchus ſophiſticus eſt ſyllogiſmus ſophiſticus apparenter contradictorius poſitioni reſpondentis. E

Ignorãtiæ multiplex Modus. Secundo ſciendum, q̃ ignorantia in communi dicitur negatio ſcientiæ cum aptitud.ne ad ipſam. Et diuiditur per ignorantiam puræ negationis, quæ eſt pura carentia cognitionis actualis, & habitualis, ſicut eſt in pueris nondum cognoſcentibus. Alia eſt ignorantia prauæ diſpoſitionis, quæ eſt quando aliquid falſo apprehenditur de re aliquo modo cognita, & iſta diuiditur, quia quædã eſt ignorantia ſimplex, quæ eſt ignorantia principiorũ, ſcilicet quando principia falſo apprehenduntur ſimplici apprehenſione ſine diſcurſu, alia eſt compoſita quæ eſt falſa apprehenſio concluſionis mediante diſcurſu. Et dicitur compoſita, quia ibi multa ſimul concurrunt, ſcilicet ignorantia principiorum, & concluſionis. Ignorantia autem Elenchi non eſt ignorantia puræ negationis, nec ignorantia compoſita, ſed eſt ignorantia ſimplicis apprehenſionis, quia fit per ignorantiam alicuius requiſiti ad rationem Elenchi, & talis poteſt capi dupliciter. vno modo generaliter pro quacunque omiſſione cuiuslibet particulæ indifferenter definitionis Elenchi, ſi ſumatur hoc modo ignorantia Elenchi nõ eſt una fallacia ſpecialis, ſed ſic omnes fallaciæ ad ipſum reducuntur. alio modo ſpecialiter ſolum pro omiſſione alicuius illarum quatuor particularum ad idem, ſecundum idem, ſimiliter in eodẽ tẽpore, & hoc modo ab ipſa ſumitur fallacia ignorãtiæ Elẽchi. F

cauſa defectus, & apparẽtię huius fallaciæ. Tertio ſciendum, q̃ cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt apparens obſeruatio conditionum requiſitarum ad unam contradictionem, ratione cuius creditur, q̃ in antecedente paralogiſmi ſit uera contradictio, ubi tamen eſt apparens contradictio tantum, & per illam apparentem contradictionem in conſequente infertur contradictio ſimpliciter. Et eius cauſa defectus eſt omiſſio alicuius illarũ particularum quæ requiruntur ad contradictionem. Et per hoc ſic definitur hæc fallacia, q̃ eſt idoneitas decipiendi proueniens ex apparente obſeruatione particularum definitionis Elenchi, quæ ſibi conueniunt ratione contradictionis. Et licet quælibet fallacia peccat contra uerum Elenchum, quia tamen iſta formaliter, & directe peccat contra contradictionem, quæ ſe habet ut ultima differentia, & forma Elenchi, ideo magis denominatur hæc fallacia ignorantia Elenchi quã quælibet alia fallacia. G

Quatuor modorum huius fallaciæ explanatio. Quarto ſciendum, q̃ huius fallaciæ quatuor ſunt modi. Primus modus ſit, q̃n non arguitur ad idem, ut aer eſt ſupra terram, & non eſt ſupra cœlum, ergo eſt ſupra, & non ſupra. conſequentia non ualet, quia non affirmatur idem de aere comparato ad idem. Secundus modus eſt, q̃n non arguitur ſecundum idem, ut Socrates uidet ſecundum oculum, & non uidet ſecundum naſum, ergo uidet, & non uidet. conſequentia non ualet, quia non affirmatur idem de eodem ſecundũ idem in antecedente, & conſequente. Tertius modus ſit omittendo iſtam particulam, ſimiliter, ut omnis homo eſt indiuiduũ, hõ non eſt indiuiduũ, ergo idẽ eſt indiuiduum, & nõ indiuiduum. cõſequentia nõ ualet, quia ibi homo non tenetur ſimiliter, quia in maiori tenetur pro ſuppoſitis, & in minori pro natura communi. Quartus modus eſt dimittendo illam particulam in eodem tempore, ut Socrates leget cras, & non leget poſt cras, ergo leget, & non leget. non ſequitur, quia ibi non ſit affirmatio, & negatio in eodem tẽpore. Et ſic patet, q̃ iſti quatuor modi ſumunt ſecundũ illas quatuor conditiones in definitione Elenchi poſitas. H

Argumen. Contra prædicta arguitur primo ſic, Contradictio non eſt ſyllogiſmus, ſed Elenchus eſt contradictio, ut dicitur in Primo Elenchorum, ergo male dicitur, quòd eſt ſyllogiſmus.

Secundo ſic. Hæc eſt uera contradictio Marcus currit, Tullius non currit, cum ille propoſitiones repugnent tam in ueritate quam in falſitate, ergo ad Elenchũ, & con-

A & contradictionem non requiritur unitas rei, & nominis ſimul. Tertio ſic. Omnes fallaciæ reducuntur ad ignorantiam Elenchi, ergo male ponitur fallacia ſpecialis, cum ſit communis ad omnes alias. Quarto ſic. Contradictoriæ nõ poſſunt fieri in eodem tpe, ergo ad contradictionem non requiritur, ꝙ affirmatio, & negatio ſint in eodem tempore. Quinto ſic. Ad contradictionem requiritur, ꝙ ſit affirmatio, & negatio eiuſdem de eodem, & tamen non ponitur hic aliquis modus peccans contra illam particulam contradictionis, ergo modi huius fallaciæ non ſunt ſufficienter enumerati.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ, ſi capiatur contradictio formaliter pro ipſa formali repugnantia contradictoriorum, ſic non eſt ſyllogiſmus, ſed, ſi capiatur materialiter pro propoſitione contradicente, uel pro ſyllogiſmo contradictorio ratione ſuæ concluſionis, ſicut contradictio bene eſt ſyllogiſmus. & ſic capitur in Primo Elenchorum. Solutiões.

B Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet ibi ſit contradictio ſecundum rem, non tñ ſecundum modum enunciandi, quia ibi non eſt euidens affirmatio, & negatio eiuſdē de eodem. Ad tertium dicitur, ꝙ, ſi capiatur ignorantia Elenchi communiter pro quacunq; ignorantia cuiuſlibet particulæ definitionis Elenchi, & ſic fallacia ignorantiæ Elenchi eſt cõis ad omnes alias fallacias, ſed etiam, ſi capiatur ſpecialiter pro ignorantia ultimarum quatuor particularum, ſicut hic accipitur, ſic eſt fallacia ſpecialis, & habet diſtinctam cauſam apparentiæ, & defectus a cauſis aliarum fallaciarum, ut poſſet probari inductiue. Ad quartum dicitur, ꝙ licet duæ contradictoriæ non poſſint formari in eodem tempore, tñ bene poſſunt formari pro eodem tempore affirmando, & negando idem de eodem pro eadē parte temporis. Ad quintum dicitur, ꝙ in fallacia ignorantiæ Elenchi ſemper requiritur, ꝙ ſit apparens contradictio, quia inde ſumitur ſua cauſa apparentiæ, ſed, ſi remoueatur prima conditio contradictionis, quæ eſt, ꝙ ſit affirmatio, & negatio

C eiuſdem de eodem, ibi non eſſet apparens contradictio, ideo non ponitur hic aliquis modus propter omiſſionem illius particulæ contradictionis.

De Fallacia Petitionis Principij.

Petere id, quod eſt in principio, eſt quando concluſio quæ debet ꝓbari ſumitur in præmiſſis. Cum ergo idem ſub eodem nomine non poteſt ſeipſum probare, ut homo currit, ergo homo currit. in talibus enim non eſt petitio principii, ſed talis argumentatio eſt ridiculoſa, nec cadit ſub arte, nec eſt petitio huius quod eſt ĩ principio. aliud eſt enim petere principium, & aliud eſt petere illud qđ eſt in principio, ut dicit Philoſophus Primo Elenchorum, quia petere principium eſt De hoc. 2. Elench. ca. 10. & alibi etiã tractatur.

D quando petitur idem ſub eodem nomine, ut homo currit, ergo homo currit. & iſto modo nulla eſt fallacia, quia non continetur ſub aliqua ſpecie argumentationis, nec ſecundum ueritatem. nec ſecundum apparētiam, ſed talis petitio principii peccat contra ſyllogiſmum ſimpliciter dictum. Sed petere illud quod eſt in principio, eſt quando idem petitur ſub diuerſo nomine, ut animal rationale currit, ergo homo currit. Vel ſic, petere illud quod eſt in principio, eſt quando minus notum ſumitur ad probationem magis noti. Cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt apparens diuerſitas concluſionis a præ-

miſſis

miſsis. Cauſa falſitatis eſt identitas eorundem. Petitur autem illud quod eſt in principio quinque modis, ut patet Octauo Topicorum. E

Primus modus. Primo modo, quando definitum petitur in definitione, & econtra, ut ſi dubitaretur utrum homo currat, uel non currat, fiat argumentū, animal rationale currit. ergo homo currit, nulla eſt ibi probatio, quia quando unum dubitatur neceſſe eſt alterum dubitari, & ita ſi ſumatur unum ad probandum aliud, peccatum eſt.

Secundus. Secundus modus eſt, quando particulari petitur in uniuerſali. ut nullus homo currit, ergo Socrates non currit. Vel ſi aliquis debeat probare, ꝙ omnium contrariorum eſt eadem diſciplina, & aſſumat, omnium oppoſitorum eſt eadem diſciplina, ergo omnium contrariorum eſt eadem diſciplina. hic petitur concluſio in præmiſsis. F

Tertius. Tertius modus eſt, quando uniuerſale petitur in particularibus, ut ſi aliquis debeat probare, quòd omnium oppoſitorum eſt eadem diſciplina, & ſumat iſtam, omnium contradictoriorum, contrariorum, & ſic de aliis eſt eadem diſciplina, ergo omnium oppoſitorum eſt eadem diſciplina. Vel ſic, Socrates currit, Plato currit, & ſic de aliis, ergo omnis homo currit.

Quartus. Quartus mōdus eſt, quando coniunctum petitur in diuiſis, uel ecōtra, ut ſi aliquis debeat probare ꝙ medicina eſt diſciplina ſani, & ægri, & dicatur ſic arguendo, medicina eſt diſciplina ſani, & medicina eſt medicina ægri, ergo medicina eſt diſciplina ſani, & ægri. G

Quintus. Quintus modus eſt, quando unum relatiuorum petitur in alio. ut ſiquis debeat probare, ꝙ Socrates ſit pater Platonis, probetur ſic, Plato eſt filius Socratis, ergo Socrates eſt pater Platonis, non ſequitur, quia hoc aſſumitur quod eſt probandum.

Notabile. Sciendum, ꝙ hæc fallacia non impedit ſyllogiſmum inferentem, ſed probantem, & ita fallacia petitionis peccat contra ſyllogiſmum dialecticum, inquantum dialecticus eſt.

quid ſit petere principium. Poſtquam Auctor determinauit de fallacia ignorantiæ Elenchi, hic conſequenter determinat de fallacia petitionis principii, ratione cuius primo uidendū eſt quid ſit petere principiū, & quid ſit petitio principii. unde petitio in dialecticis eſt interrogatio alicuius præmiſſarum ſyllogiſmi dialectici, quia dialecticus licet in ſyllogizando aſſumat præmiſſas ad probandum concluſionem, tamen aliquando interrogat de ſuis præmiſsis, ratione cuius dicuntur interrogationes & non fit ita proprie petitio de concluſione, quia præmiſsis conceſsis a reſpondente poteſt inferri concluſio non interrogando ipſam. Et quia in argumentatione concluſio eſt primum principium, ratione cuius fit argumentatio, ideo, cum in tali argumentatione petitur concluſio, quæ debet probari, ubi eſt petitio principii, ideo petitio principii eſt, quando idem accipitur ad probandum ſeipſum. H

duplex petitio principii. Primo ſciendum, ꝙ ſecundum Philoſophum Secūdo Elenchorum duplex eſt petitio principii, ſcilicet ſtatim, & non ſtatim. Petitio principij ſtatim eſt quando idem

A do idem ſub eodem nomine ſumitur ad probandum ſcipſum, ut homo currit, ergo homo currit. uel idem ſub duobus nominibus ſynonimis, ut Marcus currit, ergo Tullius currit. & talis petitio principi peccat contra ſyllogiſmum ſimpliciter, quia concluſio non eſt alia a præmiſsis, & non eſt ibi aliqua fallacia, cum idem non habet apparentiam ad probandum ſeipſum. Alia eſt petitio principij non ſtatim, quando idem ſub diuerſis nominibus ſumitur ad probandũ ſeipſum. & talis eſt quando antecedens eſt æque ignotum, uel ignotius conſequente. Vnde in petitione principij ſtatim eſt proprie petere principium, & in petitione principij non ſtatim eſt petere id, quod erat in principio, quia antecedens eſt æque ignotum, uel minus notum q̃ conſequens. ideo ſecundum ſuam notitiam continetur in conſequente, & poteſt probari per conſequens, ideo tunc ad probandũ conſequens petitur illud quod eſt in principio. ſ. antecedens, quod continetur in concluſione, & etiam ſumitur concluſio in tali antecedente ad probandũ ſeipſam.
B Et ſecundum talem petitionem principii committitur hæc fallacia.

Cã apparẽtiæ ac defectus ĩ petitione principii.

Secundo ſciendum, q̀ cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt apparens diuerſitas antecedentis & conſequentis, ratione cuius creditur antecedens eſſe notius conſequente, & habere uirtutem probatiuam conſequentis, cum ſit æque ignotum uel ignotius conſequente. Et non ſufficit quæcunque diuerſitas antecedentis & conſequentis, ſed oportet q̀ ſit cum idẽtitate ipſorum, & etiam quod talis diuerſitas faciat apparẽtiam magis noti & minus noti ex parte nominis & rei. &, quia in nominibus ſynonimis non eſt apparentia magis, & minus noti, ideo in ipſis non reperitur cauſa apparentiæ, ſed cauſa falſitatis huius fallaciæ eſt identitas antecedentis, & conſequentis, & ſecundum hoc ſic definitur hæc fallacia, quòd eſt idoneitas decipiendi proueniens ex apparẽti diuerſitate ſecundum notitiam antecedentis cum conſequente, & peccat iſta fallacia non contra illationem, qui non impedit ſyllogiſmum ſimpliciter, ſed peccat contra probationem & ſyllo
C giſmum dialecticum.

An a definitiõe, locus ſophiſticus ſumatur.

Tertio ſciendum, q̀ definitio dupliciter conſideratur. uno modo inquantum includit principia eſſentialia definiti, quæ ſunt propria cauſa inhærentiæ paſsionis ad ipſum definitum, & hoc modo ab ipſa ſumitur locus demonſtratiuus & non ſophiſticus. Alio modo conſyderatur inquantum ſtat ſub intentione communi definitionis, & hoc dupliciter, uno modo reſpectu prædicatorũ, quæ notiori modo conueniunt definitioni quàm definito, & ſic a definitione ſumitur locus dialecticus. alio modo reſpectu prædicatorum quæ conueniunt notiori mõ ipſi definito q̃ definitioni, & ſic a definitione ſumitur petitio principii, quia ſic antecedens eſt idem in re, & eſt minus notum conſequente. Et eodem mõ arguendo a definito poteſt argui reſpectu prædicatorum quæ notiori modo inſunt definito, uel reſpectu ipſorum quæ minus note ſibi conueniunt. & ſimiliter arguendo ab uniuerſali ad particularia, uel econtra, & ſecundum hoc in iſtis poteſt eſſe lo-
D cus dialecticus, aut petitio principii ſecundum diuerſas rationes.

Quatuor modi ſunt huius fallaciæ.

Quarto ſciendum, quòd huius fallaciæ quatuor ſunt modi. Primus modus eſt, quando definitum petitur in definitione, uel econtra, vt animal rationale currit, ergo homo currit. ibi enim definitum petitur in definitione ſua, & econtra arguendo petitur definitio in definito. Vnde probatio non ualet, quia ſi unum dubitetur, & reliquum. Secundus modus eſt, quando particulare petitur in uniuerſali, & uniuerſale in particulari, ut omnis homo currit, ergo Socrates currit, Plato currit, & ſic de aliis, uel econtra. Tertius modus eſt, quando coniunctũ petitur in diuiſis, uel diuiſa in coniuncto, ut medicina eſt ſani, & ęgri, ergo eſt ſani & eſt ægri. Quartus modus eſt, quando relatiuum petitur in ſuo correlatiuo, ut Socrates eſt pater Platonis, ergo Plato eſt filius Socratis. Et ſoluendo iſtos

paralogiſmos

paralogiſmos debet negari antecedens, cum ſit æque incertum aut magis quam E
conſequens ipſius prius negatuum. Nec debet ſimpliciter negari conſequentia, quia, cum ſit neceſſaria illatio in iſtis paralogiſmis, ſi cõceditur antecedẽs, oportebit concedere cõſequens, quod includitur in ipſo, tamen poteſt dici ꝙ ipſa non eſt probatiua cum negatione antecedentis. Et licet in textu ponantur quinque modi, quia ſecundus modus diuiditur in duos ad maiorem declarationem, tamẽ ſufficienter enumerantur quatuor modi prius poſiti, quia in ipſis cõtinentur omnes modi arguendi huius fallaciæ.

Argumen. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. In petitione principij ſumitur idem ad probandum ſeipſum, ſed idem non habet apparentiam ad probandum ſeipſum, ergo in petitione principij nulla eſt cauſa apparentiæ, nec eſt fallacia.

Secundo ſic. Omnis paralogiſmus peccat in materia, uel in forma, ſed paralogiſmi huius fallaciæ non peccant in forma, cum poſsint eſſe in modo, & figura, nec in materia, cum fiant ex probabilibus, ergo in ipſis non eſt cauſa defectus. F

Tertio ſic. Ab eodem non ſumitur locus dialecticus, & ſophiſticus, ſed a definitione, & ſimiliter a toto in quantitate ſumuntur loci dialectici, ergo ab ipſis non ſumitur locus ſophiſticus. & ſic male ponuntur duo primi modi huius fallaciæ. Quarto ſic. Arguendo a diuiſis ad coniuncta eſt fallacia accidentis, ergo ibi non eſt petitio principii. Conſequentia tenet, quia illi loci ſophiſtici nõ poſſunt eſſe in eodem argumento. Quinto ſic. Hic eſt petitio principii, albedo eſt contraria nigredini, ergo nigredo eſt contraria albedini, & tamen non fit in aliquo iſtorum quatuor modorum, ergo inſufficienter aſsignantur.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd licet idem ſecundum rem, & uocem ſimul non habeat apparentiam ad probandum ſeipſum, tamen idem ſecundum rem, & differens ſecundum uocem, & rationem, bene habet apparentiam probandi ſeipſum inquãtum uidetur magis notum ſub uno nomine quam ſub alio. Ad ſecundum dicitur, quòd licet in paralogiſmis huius fallaciæ præmiſſæ ſint G
ſecundum ſe probabiles, non tamen ſunt probatiuæ concluſionis, quod tamen requiritur ad ſyllogiſmum probatiuum. requiritur enim ꝙ habeat præmiſſas ſecundum ſe probabiles, & ꝙ illæ præmiſſæ habeant uirtutem probandi concluſionem, ideo iſti paralogiſmi peccant in probatione.

Ad tertium dicitur, ꝙ ab eodem modo conſyderato, & reſpectu eiuſdem nõ ſumitur locus dialecticus, & ſophiſticus, ſed bene ab eodẽ diuerſimode conſyderato. modo definitio diuerſimode conſyderatur, ut ab ipſa ſumitur locus dialecticus, & ſophiſticus, & ſimiliter totum in quantitate. Ad quartum dicitur, quòd arguendo a diuiſis ad coniuncta indebite ex parte illationis eſt fallacia accidentis. ex parte uero probationis eſt fallacia petitionis principii. & hoc non eſt inconueniens, ſcilicet quòd in eodem paralogiſmo ſint plures fallaciæ ſecundum

Fallacia accidentis quõ cauſetur. diuerſas rationes. Ad quintum dicitur, quòd committitur quartus modus. licet, & albedo, & nigredo ſub rationibus propriis non ſint relatiua, tamen quantum H
ad intentiones contrariorum poſſunt dici relatiua ſecundum dici. ideo ibi unũ relatiuum petitur in alio.

De Fallacia Conſequentis, & Modis eius multiplicibus.

Collige lec. x. 2. I lec. cul ti. DE fallacia conſequentis dicendum eſt. Secundum conſequens fiunt paralogiſmi, eo ꝙ credimus conſequentiam conuerti, quæ non conuertitur. Fallacia conſequentis eſt idoneitas decipiendi proueniens ex apparentia conſequentiæ conuerſæ quæ non conuertitur.

A Cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt conuenientia unius conſequentiæ ueræ ad aliam non ueram. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas earundē. Et ſciendum, ꝙ bene tenet argumentū a poſitione antecedentis ad poſitionem conſequētis. Huius fallaciæ tres ſunt modi.

Primus modus eſt, quando arguitur a deſtructione antecedētis ad deſtructionē conſequētis, ut ſi homo eſt, animal eſt, ergo ſi homo non eſt, animal non eſt. Vel a poſitione conſequentis ad poſitionē antecedentis. ut ſi mel eſt, rubeum eſt, ergo ſi rubeum eſt, mel eſt. Ad iſtum enim modū reducuntur omnes prauæ argumentationes ab inferiori ad ſuperius deſtructiue. Vnde quotieſcunque fit proceſſus ab inferiori ad ſuperius cum diſtributione ſuperiorum, ut omnis homo currit,
B ergo omne animal currit, ibi cōmittitur iſta fallacia, ut nullus homo currit, ergo nullum animal currit.

Secundus modus ſolet poni ab inſufficiēti indictione ſingularium. ut Socrates eſt animal & econuerſo, Plato eſt animal & econuerſo, ergo omnis homo eſt animal & econuerſo. hic enumerantur omnia ſingularia illius, omnis homo eſt animal, & non huius, omne animal eſt homo, quæ ſignificatur per compoſitionem, huius, quod eſt econuerſo ad hanc, omnis homo eſt animal.

Tertius modus prouenit a communiter accidentibus. Et dicuntur communiter accidentia quæ ſe aliquando conſequūtur, & aliquando
C nō, ut iſte eſt comptus, ergo eſt adulter. Similiter hic. muſa & poeta ſimiliter terminantur, ſed muſa eſt fœminini generis, ergo & poeta. nō ſequitur, quia identitas generis & terminationis aliquādo ſe conſequūtur, & aliquando non, eò, ꝙ non eſt in omnibus, ſed in aliquibus. Si aliquis dicat, ꝙ in hoc ultimo tertio modo non tenet econuerſo, unde ibi non eſt conſequentia, dicendum eſt, quòd ſecundum quoſdam ſumitur conſequentia communiter ad conſequentiam neceſſariam & probabilem, & in iſtis non ſumitur conſequentia neceſſaria, ſed probabilis. Taliter autem ordinantur iſti modi ab Ariſtotele iſto modo ordinato.

D Poſtquam ſuperius determinatum eſt de fallacia petitionis principii, hic conſequenter determinatur de fallacia conſequentis. ratione cuius primo diffinit Auctor antecedens & conſequentiam dicens, ꝙ antecedens eſt categorica uel hypotetica, qua antecedens infertur. Sed conſequēs eſt cōclusio quæ infertur ex antecedente. quod prouenit ex eò, ꝙ antecedens includitur actu uel intellectu in antecedente, ideo ſimul ſequitur ad ipſum antecedens, & habitudo denominans illam ſequelam uocatur conſequentia, & diuiditur per conſequentiam ſimplicem & conſequentiam cōpoſitam Simplex eſt, quando ex uno ſolo antecedēte infertur unum conſequens. Sed conſequentia cōpoſita quatuor modis intelligitur fieri Primo modo, qn̄ facta aliqua conſequentia arguitur a poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis. Secundo modo, qn̄ in aliqua conſequen- Quid cōſequēs & antecedens.

tia arguitur a deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis, & iſtis E
duobus modis debite fit conſequentia compoſita. Tertio modo, quando facta una
conſequentia arguitur a deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequen-
tis. Quarto modo, quando arguitur a poſitione conſequentis ad poſitionem an-
tecedentis, & iſtis duobus modis non ualet conſequentia compoſi a, ſed male cõ-
uertitur conſequentia prius facta, quia conuertitur aliter quàm deberet conuerti.
& ſecundum hoc cauſatur fallacia conſequentis.

Cã apparẽtiæ ac defectus huius fallaciæ.

Primo ſciendum, q; cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt apparens conuertibi-
litas conſequentis cum antecedente, ratione cuius creditur q; bene conuertatur
conſequentia quæ tamen non conuertitur. Sed cauſa defectus eſt diuerſitas con-
ſequentis & antecedentis, propter quam non couertuntur inter ſe, & ſecundum
hoc ſic definitur hæc fallacia conſequentis, quòd eſt idoneitas decipiendi pro-
ueniens ex apparenti conuertibilitate conſequentis cum antecedente. Et ſemper
fit ut dicit Ariſtote. quando credimus conſequentiam conuerti quæ tamen non F
conuertitur. Et quamuis in hac fallacia reperiantur antecedens, & conſequens,
magis dicitur fallacia conſequentis quam antecedentis, eò quòd in paralogiſmis
huius fallaciæ ſemper arguitur æquiualenter a poſitione conſequentis ad poſitio
nem antecedentis. Licet enim arguatur a negatione antecedentis ad negationẽ
conſequentis, quia tamen illa negatio antecedentis ſe habet ut conſequens ad
negationem conſequentis, ideo ibi arguitur æquiualenter a poſitione conſequen
tis ad poſitionem antecedentis.

Primus huius fallaciæ modus.

Secundo ſciendum, q; huius fallaciæ ſunt tres modi. Primus eſt, quando argui-
tur a deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis, uel a poſitione cõ
ſequentis ad poſitionem antecedentis. Exemplum primi, ſi homo eſt, animal
eſt, ergo ſi non eſt homo, non eſt animal. non ſequitur, quia ad negationem an-
tecedentis non ſequitur negatio conſequentis, & ratio eſt. quia antecedens eſt
inferius & minus commune, conſequens uero ſe habet ut ſuperius & magis com G
mune modo deſtructo inferiori, & minus communi, non oportet deſtrui ſuperius
& magis commune, quia illud poteſt manere in aliis inferioribus eius. Exemplũ
ſecundi, ſi pluit terra eſt madida, ergo ſi terra eſt madida pluit. non ſequitur, quia
ad poſitionem conſequentis, quod eſt ſuperius & magis commune, non ſequitur
poſitio antecedentis, quod eſt inferius & minus commune.

Secundus modus.

Tertio ſciendum, q; ſecundus modus fit arguendo ab inſufficienti numero ſin
gularium, ut hic, Socra. currit, Plato currit, ergo omnis homo currit. uel ſic. So-
cra. eſt animal, & e conuerſo, Plato eſt animal, & econuerſo, & ſic de aliis, ergo o-
mnis homo eſt animal, & econuerſo. non ſequitur, quia licet enumerentur ſufficiẽ
ter omnes ſingulares illius uniuerſalis, omnis homo eſt animal, nõ tamen iſtius,
omne animal eſt homo, quæ tamen intelligitur cum dicitur, & econuerſo. & hoc
ſi econuerſo dicat conuerſionem ſimplicem, quia ſi diceret conuerſionem per ac-
cidẽs, bene ſequeretur, quia hæc eſſet uera, omnis homo eſt animal, & econuerſo. H
aliquod animal eſt homo. quia tamen analogum per ſe poſitum ſtat pro famo-
ſiori ſignificato, iddo econuerſo magis tenetur ut dicit conuerſionem ſimplicem.

Tertius modus.

Quarto ſciendum, q; tertius modus fit arguendo a communiter accidentibus
quæ contingenter ſe conſequuntur in aliquo ſubiecto, non tamen de neceſsita-
te ſe conſequuntur ut hic, Socra. eſt magnus, ergo Socrates eſt fortis, uel Socra-
tes eſt pulcher, ergo Socrates eſt bonus, non ſequitur quia licet talia accidentia,
qñq; ſeſe conſequantur in aliquo ſubiecto, non tamen de neceſſitate ſe conſequũ
tur ſemper. & licet in iſto modo arguendi, & in præcedenti conuertatur aliqua
conſequentia actualiter propoſita, tamen ſubintelligitur una implicite quæ con
uertitur in iſtis modis. Et iſtorũ modorũ ſic poteſt haberi ſufficientia, quia in fal-

lacia

A lacia conſequentis ſumitur cauſa apparentiæ ex apparenti conuertibilitate conſequentis,& antecedẽtis,uel ergo illa cõuertibilitas, eſt apparens ratione conſequentiæ iam factæ,& ſic eſt primus modus,uel propter habitudinem terminorum,& hoc dupliciter,uel ſumitur ex habitudine ſingularium ad uniuerſale, & ſic eſt ſecundus modus,uel ex conuenientia accidentium,quæ contingenter conueniunt in eodem ſubiecto,& ſic eſt tertius modus. Sufficiẽtia iſtorũ modorum.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic Conuerſio eſt paſſio propoſitionis,ergo ſoli propoſitionis conuenit,quare iſta fallacia non fit per hoc,ꝙ aliqua conſequentia conuertatur.Secundo ſic.Conſequens actu,& intellectu includitur in antecedente,ergo deſtructo antecedente deſtruitur conſequens, & ſic ualet conſequentia a deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis.Tertio ſic. Poſito poſteriori neceſſario ponitur prius, ſed conſequens poſterius eſt antecedente,ergo poſito conſequente neceſſario ponitur antecedens, quod eſt contra B primum modum huius fallaciæ.Quarto ſic. Singularia alicuius uniuerſalis non ſufficienter enumerata ſequuntur ſuum uniuerſale,ergo arguendo ab inſufficienti numero ſingularium arguitur a poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis,& per conſequens ſecundus modus non diſtinguitur a primo.Quinto ſic. arguendo a communiter accidentis eſt bonus locus dialecticus,ergo ſic arguendo non ſumitur tertius modus huius fallaciæ. Argumenta.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ,ſi capiatur conuerſio prout eſt mutatio prædicati in ſubiectum,& econtra,ſic eſt paſſio propoſitionis ſibi ſoli conueniens. ſed, ſi capiatur pro mutatione antecedentis in conſequens, & econtra,ſic non eſt paſſio propoſitionis, ſed paſſio conſequentiæ, & hoc modo conſequentia bene conuertitur. Ad ſecundum dicitur,ꝙ deſtructo antecedente, bene deſtruitur conſequens partim ſecundum eſſe quod habet in tali antecedente,ſed non deſtruitur uniuerſaliter, & ſecundum ſe totum, quia poteſt manere C in aliis,ideo ex deſtructione antecedentis non poteſt inferri deſtructione conſequentis. Solutio.

Ad tertium dicitur,ꝙ licet ſecundum illationem conſequens ſit poſterius antecedente,tamen ſecundum naturam,& ambitum communitatis conſequens eſt prius antecedente. Ad quartum dicitur,ꝙ licet in ſecundo modo arguatur a poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis,tamen ibi non ſumitur cauſa apparentiæ conuertibilitatis ratione conſequentiæ prius factæ ſicut in primo modo. Ad quintum dicitur,ꝙ arguendo a communiter accidentibus,quæ ſe neceſſario conſequuntur bene eſt locus dialecticus,ſed arguendo ab his, quæ contingenter ſe conſequuntur,ſic eſt tertius modus huius fallaciæ.

De Fallacia ſecundum non Cauſa ut Cauſa.

D SEquitur de fallacia ſecundũ non Cauſam ut cãm. Ad cuius euidentiã ſciendũ eſt,ꝙ duplex eſt ſyllogiſmus.ſ.oſtenſiuus,& ad impoſſibile. Oſtenſiuus eſt qui habet unam ſolam concluſionem. Syllogiſmus uero ad impoſſibile eſt, quando aliquis ſyllogiſtice ducitur ad poſsibile, & propter hoc interimitur aliqua præmiſſarum, quæ erat cauſa illius impoſsibilis. Vnde iſte ſyllogiſmus ſemper habet duas concluſiones,ut cum dicitur eſt ne homo aſinus t hoc conceſſo, Contra, nullus aſinus eſt animal rationale mortale, homo eſt aſinus. ergo hõ non eſt animal rationale mortale,ſed hoc eſt impoſsibile,ergo,& iſta, De hoc originaliter habes li.1. c.3 ut facile uidere eſt.

homo eſt aſinus,& iſte ſyllogiſmus eſt in quarto modo primæ figuræ. E
Sciendum eſt enim,q̄ non cauſa, ut cauſa ſemper ſit in ſyllogiſmo ad impoſsibile.Fallacia aũt ſecundũ nõ cãm,ut cãm ſit,quãdo nõ cã ponitur,ut cauſa, & propter hoc apparet ſequi impoſsibile, & illud quod apparet eſſe cauſa interimitur,ut ſi quæratur,eſt ne Brunellus homo, quo conceſſo,contra nullus aſinus eſt animal rõnale mortale, ſed homo eſt aſinus,& Brunellus eſt homo, ergo hõ non eſt animal rõnale, hoc aũt eſt impoſsibile, ergo Brunellus non eſt homo. In hac enim dicta argumẽtatione eſt non cauſa,ut cauſa, quia interimitur id quod apparet eſſe cauſa,& non eſt.ſ. Brunellus eſt hõ. Cauſa apparentiæ eius fallaciæ eſt conuenientia huius quod apparet eſſe cauſa,& non eſt, cũ F
eo quod eſt cauſa. Cauſa falſitatis in diuerſitas eorundem,tale.n.exemplum ponit Ariſt.huius fallaciæ,ut quærendo ſic ſunt ne anima, & uita idẽ?quo conceſſo,Cõtra,mors,& uita ſunt cẽtraria,ſed mors eſt corruptio,ergo uita generatio,& p cõſequens uiuere eſt generari,ſed hoc eſt impoſsibile,quia quicquid uiuit non generatur,ſed generatũ eſt.ergo anima,& uita ſunt idem. Hæc cõcluſio peccat per fallaciã ſecundũ non cãm ut cauſam,ex hoc enim,q̄ anima,& uita ſunt idem non ſequitur impoſsibile.& ita non debet interim,ſed iſta mors,& uita ſunt contraria.quia in omnibus his, id quod nõ eſt cã apparet eſſe cauſa, quia communicat in terminis cum aliquibus propoſitionibus ex quibus ſequitur impoſsibile.Ex iſtis patet, q̄ iſta fallacia non ſit in ſyllogiſmo G
oſtenſiuo,ut omnis homo currit,Socrates eſt hõ,& Sol eſt in Cãcro, ergo Socrates currit.hic non eſt fallaciæ non cauſæ,ut cauſæ,quia hæc propoſitio,Sol eſt in Cancro,non eſt cauſa,neque apparet eſſe cauſa,ſicut apparet in ſyllogiſmo ad impoſsibile.

Similis oſtẽſiuus, & p impoſsibile quid.

Poſtquam Auctor determinauit de fallacia conſequentis, hic conſequenter determinat de fallacia ſecundum non cauſam ut cauſam. Et, quia iſta fallacia non ſit in ſyllogiſmo oſtenſiuo,ſed in ſyllogiſmo ad impoſsibile,ideo antequam Auctor oſtendat cauſas huius fallaciæ præmitrit unam diuiſionem ſyllogiſmi dicens,quod ſyllogiſmus diuiditur per ſyllogiſmum oſtenſiuum,& ad impoſsibile.Et dicitur ſyllogiſmus oſtenſiuus. qui unico proceſſu ex duabus præmiſsis infert ſuam concluſionem. Sed ſyllogiſmus ad impoſsibile eſt qui ex duabus H
præmiſsis una manifeſte uera, & alia manifeſte falſa infert unum manifeſte falſum propter cuius falſitatem interimitur aliqua præmiſſarum,& ſic ibi ſunt plures proceſſus,& etiam plures concluſiones Et ſecundum hoc differunt multipliciter ſyllogiſmus oſtenſiuus,& ad impoſsibile.quia in ſyllogiſmo ad impoſsibile ſunt plures proceſſus,& plures concluſiones, in alio uero eſt tantum unus proceſſus,& una concluſio,& quia ſyllogiſmus oſtenſiuus poteſt eſſe, tam ex ueris, quàm ex falſis, ſed ſyllogiſmus ad impoſsibile ſemper habet aliquam præmiſſam falſam,aliter nunquàm concluderet falſum,ut hic omne animal eſt aſinus, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt aſinus.concluſio eſt falſa, ergo aliqua præmiſſarum.non minor. ergo maior, & ſecundum talem proceſſum,

quando

A quando interimitur aliqua præmiſſarum, committitur præſens fallaciæ.

Primo ſciendum, quòd præmiſſa cauſa eſt, quæ neceſſario facit ad illationẽ concluſionis, & qua remota non amplius ſequitur concluſio in tali modo arguendi. Et per oppoſitum præmiſſa non cauſa eſt, quæ conuenit in ſubiecto, uel prædicato cum aliqua præmiſſarum ſyllogiſmi, quæ numerata cum illis nullo modo facit ad illationem concluſionis, & ipſa poſita, uel remota nihilominus ex aliis præmiſsis in tali modo arguendi ſequitur concluſio, ut hic, omnis aſinus eſt rudibilis, omne animal eſt aſinus, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt aſinus illa propoſitio, omnis aſinus eſt rudibilis, ex parte ſui ſubiecti conuenit cum maiore, & adhuc ipſa remota eodem modo ſequeretur concluſio. Ex quo patet quòd ad non cauſam ut cauſam duo requiruntur. Primo, quòd talis præmiſſa non ſit cauſa concluſionis. Secundo, quod habeat apparentiam cauſę propter hoc quòd conuenit cum aliis præmiſsis, ideo, ſi in ſyllogiſmo ponatur B aliqua præmiſſa non cauſa, quæ non conuenit in ſubiecto, uel prædicato cũ aliqua præmiſſarum, ibi non erit non cauſa ut cauſa, licet ibi bene ſit non propter hoc accidere falſum.

Præmiſſa cã concluſionis quæ & quæ nõ cauſa.

Quę ad nõ cauſam, ut cãm requiruntur.

Secundo ſciendum, quòd cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt conuenientia pręmiſſæ non cauſæ cum præmiſſa cauſa in ſubiecto uel prædicato, propter quam credimus quòd ſicut præmiſſa cauſa facit ad illationem concluſionis falſæ, ita præmiſſa non cauſa inferat talem concluſionem, & propter hoc debeat interimi. Et eius cauſa defectus eſt diuerſitas præmiſſæ non cauſæ ab aliis. Et ſecundũ hoc ſic definitur hæc fallacia, quòd eſt idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti conuenientia præmiſſæ non cauſæ cum præmiſſa cauſa. Ex quibus apparet ꝙ hic non committitur fallacia non cauſæ ut cauſæ, Sol eſt in Cancro, omne animal eſt aſinus, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt aſinus. concluſio eſt falſa, ergo aliqua præmiſſarum, & non niſi iſta, Sol eſt in Cancro, illa enim C præmiſſa non cauſa non conuenit in ſubiecto uel prædicato cum aliis præmiſsis, ideo ibi non eſt cauſa apparentiæ huius fallaciæ.

Cã apparẽtiæ ac defectus huius fallaciæ.

Tertio ſciendum, quòd hæc fallacia, ſicut dictum eſt prius, ſemper in ſyllogiſmo ad impoſsibile habet fieri. Cuius ratio eſt, quia hæc fallacia committitur quãdo ex falſitate concluſionis fit male regreſſus ad interimendum aliquam præmiſſarum, quia interimitur una præmiſſa quæ non erat cauſa falſitatis concluſionis. ſed talis regreſſus a falſitate concluſionis ad interimendum aliquam præmiſſarum ſolum fit in ſyllogiſmo ad impoſsibile, & non in ſyllogiſmo oſtenſiuo, ideo iſta fallacia tantum fit in ſyllogiſmo ad impoſsibile. Ideo dicit Ariſtotel. in Secundo Priorum, quòd ſemper in ſyllogiſmo ad impoſsibile ſuperfluit una præmiſſa, quæ nullo modo facit ad illationem concluſionis. & per hoc differt hæc fallacia ab omnibus aliis, & etiam per ſuas cauſas apparentiæ, & defectus.

Cur hęc fallacia in ſyllogiſmo ad impoſsibile ſemper fieri habeat.

D Quarto ſciendum, quòd huius fallaciæ poſſunt aſsignari duo modi. Primus modus eſt, quando præmiſſa non ex parte ſubiecti conuenit cum præmiſſa cauſa, ut hic, omnis aſinus eſt rudibilis, omne animal eſt aſinus, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt aſinus. concluſio eſt falſa, ergo aliqua præmiſſarum, & non niſi iſta, omnis aſinus eſt rudibilis. unde male fit regreſſus a falſitate concluſionis, cum falſitas concluſionis ibi ueniat ex parte huius propoſitionis, omne animal eſt aſinus. Secundus modus prouenit ex conuenientia præmiſſę nõ cauſæ in prædicato cum præmiſſa cauſa, ut omne animal eſt aſinus, omnis equus eſt animal, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt aſinus, concluſio eſt falſa, ergo aliqua præmiſſarum, & non niſi iſta, omnis equus eſt animal.

Duo huius fallaciæ modi.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Omnis ſyllogiſmus eſt oſtenſiuus, quia Argumẽ

oſtendit aliquam concluſionem, ergo ſyllogiſmus ad impoſsibile eſt oſtenſiuus, E
quare diuiſio illa eſt inſufficiens. Secundo ſic. In omni fallacia eſt non cauſa ut cauſa, cum in qualibet antecedens uideatur eſſe cauſa conſequentis, licet tamé non ſit, ergo ſecundum non cauſam ut cauſam non ſumitur aliqua ſpecialis fallacia. Tertio ſic. Sicut ſe habent ens & non ens, ita cauſa & non cauſa, ſed ens & non ens nullo modo conueniunt, ergo nec cauſa & non cauſa. quare cauſa apparentiæ huius fallaciæ non eſt conuenientia non cauſæ cum cauſa. Quarto ſic. Bonus ſyllogiſmus ſimpliciter, & fallacia non poſſunt eſſe ſimul in eodem, ſed ubi eſt non cauſa ut cauſa ibi eſt bonus ſyllogiſmus ſimpliciter, ergo ibi non eſt fallacia ex conuenientia non cauſæ & cauſæ. Quinto ſic. Iſta fallacia prouenit ex parte præmiſſæ non cauſæ, ſed illa ſemper ponitur in primo diſcurſu ſyllogiſmi ad impoſsibile qui eſt oſtenſiuus, ergo in illo cõmittitur iſta fallacia.

Solutiões. Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ licet ſyllogiſmus ad impoſsibile ſecundum primum proceſſum eius ſit oſtenſiuus, non tamen ſecundum totum eius proceſſum, quia ille proceſſus primus finaliter ordinatur ad interimẽdum aliquam præmiſſarum eius ex falſitate concluſionis. F

Ad ſecundum dicitur, ꝙ, ſi capiatur non cauſa ut cauſa generaliter, pro omni illo, quod habet modum non cauſæ, ut cauſæ, ſic in qualibet fallacia reperitur non cauſa ut cauſa. ſed ſi capitur ſpecialiter, ſicut prius definita eſt, ſic ſolũ reperitur in iſta fallacia. Ad tertium dicitur, quòd licet cauſa, & non cauſa formaliter acceptæ quantum ad iſtas intentiones non conueniant inter ſe, tñ materialiter captæ pro præmiſsis ſimili bene poſſunt conuenire in ſubiecto, uel prędicato. Ad quartum dr, ꝙ iſta fallacia non committitur in primo proceſſu ſyllogiſmi ad impoſsibile, ſed in ultima illatione, qñ interimitur præmiſſa, quæ non debet interimi, & ſic ſecundum diuerſa eſt ibi ſyllogiſmus, & fallacia. Ad quintum dr, ꝙ licet præmiſſa non cauſa ponatur in primo proceſſu ſyllogiſmi ad impoſsibile, & ibi ſit cauſa apparentiæ huius fallaciæ, tñ ibi non committitur defectus niſi in ultimo proceſſu deſtruendo præmiſſam quæ non eſt cauſa concluſionis, & ſecundum illum proceſſum talis ſyllogiſmus dicitur ad impoſsibile. G

De Fallacia ſecundum plures Interrogationes, ut unam, & illius Modis.

Colligitur hoc ex primo Elẽch. ca. 3. & alibi etiam.

Propoſitio plures eſt illa in qua plura prædicantur de pluribus, uel plura de uno, uel unum de pluribus, ut Socrates currit, & diſputat, uel ſic, eſt ne hic & hic homo, demonſtrato Socrate & Brunello, uel Socrates, & Plato currunt & diſputant. Propoſitio una autem eſt in qua unum prædicatur de uno, & hoc quadrupliciter, ſiue unum numero, ut homo eſt riſibilis, ſiue unum ſpecie, ut Socrates eſt homo, ſiue unum genere, ut Socrates eſt animal, ſiue unum ſecundũ prius & poſterius, ut homo eſt ens, animal eſt ſanum, ſiue prædicatur plura ex quibus ſit unum, ut homo eſt animal rationale mortale. Secundum plures interrogationes fiunt paralogiſmi, quando ad interrogationes plures, datur una reſponſio. Cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt unitas interrogationis complexæ. Cauſa falſitatis eſt pluralitas ipſius. Duo ſunt modi huius fallaciæ. H

Primus modus. Primus modus eſt, quando plura in ſingulari numero ſubiiciũtur uel prædicantur, ut hic, eſt ne hic & hic homo? demõſtrato Socrate & Brunello,

A Brunello, ſi dicatur ſic, ergo Brunellus eſt homo. ſi non, ergo Socrates non eſt homo. Non enim bene reſpondit quando fecit reſponſionem unam ad interrogationes plures, ſed debet reſpondere, uerum eſt pro uno, & falſum eſt pro alio.

Secundus modus eſt, quando plura in plurali numero ſubiiciuntur, uel prædicantur, ut ſunt ne iſta bona, uel non bona? demonſtratis bono, & nõ bono. ſi dicit bona, ergo bonũ eſt malũ. ſi non bona, ergo bonũ non eſt bonũ, debuiſſet enim reſpondere, bonũ eſt bonũ, & malũ eſt malum. Si autem concedat aliquis homo dari definitiones ſimili modo in ſingulari, & in plurali, ut cæcum eſt aptum natum uidere, & nõ uidet, & cæca ſunt apta nata uidere, & nõ uident, nõ effugiet redar-
B gutionem demonſtrato uno cæco, & altero uidente, & dicatur ſic, ſunt ne illa cæca? uel nõ cæca, ſi cæca, ergo illud eſt cæcum, demonſtrato uno uidente, non enim dicebat illum eſſe cæcum, & illum eſſe uidentem, ſed dabat unam reſponſionem, eo quòd conceſsit quòd ſimilis daretur definitio in ſingulari numero, & in plurali.

Secundus modus.

Poſtquam Auctor determinauit de ſallacia ſecundum nõ cauſam ut cauſam. hic, conſequenter determinat de fallacia ſecundum plures interrogationes ut unam. Et ad oſtendendum quid ſit interrogatio plures, ipſam primo ſic definit. Propoſitio plures eſt in qua prædicantur plura de uno, uel unũ de pluribus, uel plura de pluribus. exemplum primi, ut Socra. currit, & mouetur. exemplum ſecundi, ut Socrates, & Plato currunt. exemplum tertii ut Socrates, & Plato cur-
C runt, & diſputant. Et dicitur talis propoſitio plures, quia deſignantur plures habitudines compoſitionis prædicati cum ſubiecto, & illa propoſitio non habet tantum, unum ſignificatum, ſed plura. Et per oppoſitum propoſitio una eſt in qua prædicatur unum de uno, ſiue illud ſit unum in numero, ut Socra. eſt iſte homo, ſiue ſit unum in ſpecie, ut Socra. eſt homo, ſiue unum in genere, ut Socrates eſt animal, ſiue unum in analogia ut Socrates eſt ens. Et quandoque ponuntur plures dictiones, quæ ſe habent, ut determinatio, & determinabile, & faciunt unum in numero, & tunc propoſitio eſt una ſimpliciter, ut Socra. eſt homo albus, & Socra. eſt animal rationale.

Propõ plures, ac põ una.

Primo ſciendum, ꝙ enunciatio, propoſitio, & interrogatio ſunt idem ſecundũ rem, licet ratione differant, quia dicitur enunciatio, ut eſt ſignificatiua ueri, uel falſi abſolute, & propoſitio, ut eſt alterius oſtenſiua, & ponitur pro alio. ſ. pro concluſione inferenda. ſed dicitur interrogatio, pro quanto ſumitur cum ſigno
D interrogatiuo. Et quia ſunt idem realiter propoſitio, & interrogatio, ideo ſicut aliqua eſt propoſitio una, & aliqua plures, ita etiam eſt quædam interrogatio una, in qua interrogatur unum de uno, & quædam interrogatio plures, in qua interrogantur plura de uno, uel unum de pluribus, uel plura de pluribus. Dupliciter tamen poteſt fieri interrogatio plures, uno modo ſecundum ſignificata tãtum, ut dicendo utrum canis currit, & talis interrogatio plures, cauſat æquiuocationem, uel amphibologiam. Alia autem eſt interrogatio plures ſecundum uoces, & ſignificata ſimul, ut eſt ne Socra. & Brunellus homo? & illa cauſat iſtam fallaciam, & de tali eſt hic ad propoſitum.

Enunciatio, propõ, & interrogatio in quo conueniãt ac differant.

Secundo ſciendum, ꝙ cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt conuenientia interrogationis plures ad interrogationem unam. Rõne cuius credimus, ꝙ ſicut ad

Cauſa defectus, &

appa.ētiæ huius falla ciæ.

interrogationem una datur tantum una reſponſio,ꝙ etiam ad interrogationem plures ſit tantum danda una reſponſio . Et non debet attendi iſta conuenientia ſolum ex parte uocis,ſed etiam ex parte rerum interrogatarum quæ in interrogatione plures accipiuntur per modum unius.Sed cauſa defectus huius fallaciæ eſt diuerſitas interrogatorum,& ſignificatorum interrogationis plures, & ſecundum hoc ſic definitur hæc fallacia,ꝙ eſt idoneitas decipiendi proueniens ex conuenientia interrogationis plures ad interrogationem unam. E

Primus ac ſecũ dus huius fallaciæ modus.

Tertio ſciendum,ꝙ huius fallaciæ ſunt duo modi,primus eſt,quando in interrogatione plures plura in ſingulari numero ſubiiciuntur uel prædicantur , ut ſi quæratur,eſt ne Socrates,& Brunellus homo?ſi detur una reſponſio affirmatiua, tunc infertur,ꝙ Brunellus eſt homo,& ſi negatiua,tunc infertur quod Socra.nõ eſt homo.Secundus modus eſt, quando in tali interrogatione plura ſubiiciuntur,uel prædicantur in plurali numero,ut demonſtrato uno cæco,& uno uidente, ſi quæratur,utrum iſti duo ſunt cæci uel uidentes?ſi dicatur, ꝙ ſic,tunc infertur, ergo cæcus eſt uidens,ſi dicatur,ꝙ non,tunc infertur , ergo uidens non uidet. Et ita,ſi reſpondens det unicam reſponſionem ſemper ducetur ad aliquam metam uere,uel apparenter,unde non debet dari unica reſponſio , ſed plures dicendo demonſtrato cæco,ꝙ ipſe non uidet,& demonſtrato uidente,ꝙ uidet. F

Nota modũ cauſandi decep tionẽ huius fallaciæ.

Quarto ſciendum,ꝙ iſta fallacia per prius cauſat deceptionem in interrogando propoſitiones plures,quam paralogizando, quia ibi fit deceptio reſpondentis quando ad interrogationem plures dat ſolummodo unicam reſponſionem , & ſi non det unam reſponſionem non poteſt paralogizari ſecundum paralogiſmos huius fallaciæ,quamuis illa reſponſio non ſit de eſſentia huius fallaciæ,uel paralogiſmorum,ſed eſt cauſa ſine qua non fieret deceptio.Et,quando reſpondens ad talem interrogationem dat unam reſponſionem poteſt duci uere,uel apparenter ad inconueniens, quia interrogatio plures eſt uera pro utraque parte , uel falſa pro utraque parte,uel uera pro una,& falſa pro alia.ſi ſit uera pro utraque parte, tunc ſi reſpondens reſpondet negatiue poteſt duci uere ad redargutionem , & ſi affirmatiue ducetur apparenter ad inconueniens,quia uidebitur ignorare multiplicitatem interrogatorum.ſi ſit falſa pro utraque parte ſic ſit econuerſo . & ſi in parte uera,& in parte falſa,tunc ſi reſpondens det unam reſponſionem affirmatiue concedit æquiualenter unam copulatiuam, cuius altera pars eſt falſa , & ſic uere ducitur ad redargutionem,& ſic det unam reſponſionem negatiue,tunc negat æquiualenter unam copulatiuam,cuius altera pars eſt uera,& ſic ducetur apparenter tantum ad inconueniens. G

Argumen.

Contra prædicta. Arguitur primo ſic.In iſta,omnis homo currit, prædicatur unum de pluribus , & ibi non eſt propoſitio plures, ergo contra definitionem eius. Secundo ſic . Iſta,Socrates currit , & Plato diſputat, eſt una copulatiua,ergo eſt propoſitio coniunctione una , & per conſequens male dictum eſt ꝙ propoſitio plures. Tertio ſic.In iſta, Socrates eſt homo, & aſinus , prædicatur unum in genere de uno , & tamen ibi non eſt propoſitio una , ergo contra definitionem.Quarto ſic.Quæcunque ſunt plura ſunt in plurali numero,ergo plura nunquam ſubiiciuntur in ſingulari numero prædicantur , & per conſequens male ponitur primus modus huius fallaciæ . Quinto ſic . Tot ſunt modi huius fallaciæ quot modis ſit interrogatio plures , ſed interrogatio plures ſit tribus modis,ut patet ex definitione eius,ergo male ponuntur tantum duo modi huius fallaciæ. H

Solutio.

Ad argumenta . Ad primum dicitur,ꝙ in iſta , omnis homo currit , prædicatur unum de pluribus acceptis per modum unius , quia ibi tenetur pro omnibus particularibus hominibus in quantum continentur ſub ſuo ſignificato

communi

A communi quod eſt humanitas, ſed ibi nõ prædicatur unum de pluribus acceptis per modum plurium, unde illud quod ſubijcitur ibi eſt unũ, licet ſuppoſita pro quibus tenetur ſint diuiſa. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet copulatiua ſit aliquo modo una.ſ.coniunctione,& ſecundũ quid.eſt tamen ſimpliciter plures,quia affirmat plures,categoricas ſimul,quarum una poteſt eſſe uera & alia falſa,& ſimili modo eſt conditionalis & diſiunctiua. Ad tertium dicitur, ꝙ licet homo & aſinus ſint unum in genere,tamen in illa propoſitione, Socra. eſt homo & aſinus, non enumerantur per modum unius in genere, ſed per modum diuerſorum in ſpecie, ideo ibi eſt propoſitio plures. Ad quartum illorum dicitur,ꝙ ſi capiatur numerus pluralis,ut eſt paſsio reium,quæcunque ſunt plura ſunt in plurali numero,ſed ſi capiatur,ut eſt paſsio terminorum ſingularium,& eſt unus modus ſignificandi, ſic plura poſſunt accipi in ſingulari numero non ſemper in plurali. Ad quintum illorum argumentorum dicitur,ꝙ licet in ſpeciali poſsint eſſe tres
B modi huius fallaciæ.uel etiam plures tribus, tamen in generali ſunt tantum illi duo modi prius poſiti, ſub quibus omnes alij ſpeciales modi continentur,quolibet enim illorum tripliciter fit uariatio paralogiſmorum ſecundum triplicẽ modum interrogationis plures.

Quomodo omnes fallaciæ ad ignorantiæ elenchi reducuntur.

POſt hæc autem reducendum eſt omnes fallacias ad ignorantiam elenchi. Reducere autẽ omnes ad ignorantiã elenchi eſt oſtendere qualiter fallacia quælibet peccat contra aliquã particulã in diffinitione elẽchi poſitã,aut rõne ſyllogiſmi,aut cõtradictionis. Sicut enim Argumen. 1.elen.cap. 4.& ĩ multis alijs locis.
C differentia adueniens generi cõſtituit ſpeciem,ita ratio cõtradictionis adueniens ſyllogiſmo cõſtituit elenchum. Vnde quicquid eſt in elencho,aut eſt in eo ratione contradictionis,aut ratione ſyllogiſmi. Dicit enim Ariſtote. ꝙ diuidendum eſt omnes ſyllogiſmos apparentes, & elenchos,aut omnes reducendũ eſt ad ignorantiã elenchi. Acquiuocatio & Amphibologia, & Figura dictionis reducuntur ad ignorantiam elenchi,eò quòd duplex eſſe impedit ſyllogiſmũ & contradictionem. ca.4.primi elench. Sed compoſitio & diuiſio accentus reducuntur ad ignorantiã elenchi, in eo quòd non eſt oratio eadem, uel idem nomen,ſed differens, oportet autem hoc, ſcilicet nomen, & rationem eſſe eadem quemadmodum, & rem ſi debeat eſſe elenchus. Qui uero ſecundum accidens
D fiunt manifeſti ſunt, definito ſyllogiſmo, quia fiunt contra particulam in definitione elẽchi poſitam,ſcilicet neceſſe eſt aliud accidere per ea quæ poſita ſunt & conceſſa. Et ſecundũ hanc fallaciam, quæ eſt ſecundum accidens,artifices, & ſciente ſæpe ab inſciis redarguuntur,facientibus ſyllogiſmos contra ſapientes, nam ſecundum accidens faciunt ſyllogiſmos apparentes. Qui uero fiunt ſecundum quia ad ſimpliciter, reducuntur ad ignorantiam elenchi, quoniam de eodem nõ eſt affirmatio & negatio,ut Ethiops eſt albus ſecundum dentes, ergo eſt albus. Manifeſti autem ſunt ſyllogiſmi qui prius dicti ſunt

& quales

A dum modum proferendi,& ſimiliter in fallacia accentus deficit unitas rei,& no
minis ſimul,& ſic omnes fallaciæ in dictione peccant contra elenchum.

Tertio ſciendum,ꝙ ſimiliter omnes paralogiſmi fallaciarum extra dictionem
peccant contra elenchum. Ad elenchum enim requiritur concluſionem de ne-
ceſsitate accidere,hoc eſt ſequi ex præmiſsis, ſed in fallacia accidentis conclu-
ſio non ſequitur de neceſsitate, ideo peccat contra rationem elenchi. &, quia
fallacia conſequentis eſt pars fallaciæ accidentis, non tamen pars ſubiectiua,
ſed materialis,quia ſe habet, ut inferius ad ipſam ratioñe terminorũ in quibus
fit, ideo conſimiliter fallacia conſequentis peccat contra rationem elenchi.
Sed paralogiſmi fallaciæ ſecundũ quid ad ſimpliciter & ignorantia elenchi non
faciunt contradictionem ſimpliciter,quia in ipſis non eſt affirmatio,nec negatio
eiuſdem de eodem ad idem ſecundum idem ſimiliter,& in eodem tempore, nõ
peccant contra elenchum ratione contradictionis. Sed paralogiſmi petitionis
B principii non de neceſsitate oſtendunt ſuam concluſionem,ſed in ipſis connume
ratur quod erat in principio. Similiter in fallacia non cauſæ, ut cauſæ non fit
probatio concluſionis,ideo illæ fallaciæ peccant contra ſyllogiſmum probatiuũ,
& per conſequens contra elenchum.Item ad elenchum requiritur ratione ſyllo-
giſmi,ꝙ quælibet præmiſſarum ſit propoſitio una,ſed in fallacia ſecundum plu-
res interrogationes ut unam non ſumitur propoſitio una,ſed plures quæ non eſt
propoſitio ſimpliciter,quia eadem eſt ratio propoſitionis,& propoſitionis unius,
ſicut eſt eadem ratio hominis,& hominis unius. ideo illa fallacia peccat contra
elenchum.Et ſic patet inductiue.quomodo omnes fallaciæ reducuntur ad igno-
rantiam elenchi per hoc,ꝙ paralogiſmi earum habent aliquam cauſam defectus
contra elenchum.

Quarto ſciendum,ꝙ in paralogiſmis duplex reperitur cauſa defectus. Prima
eſt ex parte rerum,uel dictionum,quibus fit diſputatio,per quam omnes paralo-
C giſmi deficiunt contra elenchum.Alia autem reperitur ex parte reſpondentis,
quæ eſt ignorantia proprie cauſæ defectus ipſius paralogiſmi propter quem re-
ſpondens decipitur.prima eſt actiua reſpectu deceptionis,ſecunda uero paſsiua,
prima eſt eſſentialis paralogiſmus,ſecunda uero accidentalis,& extrinſeca. & li
cet illa ſit accidentalis, tamen paralogiſmi non poſſunt cauſare deceptionem
reſpondentis ſine tali cauſa defectus, & ideo in qualibet fallacia eſt una cauſa
defectus ex patre noſtri,ut poſſet uideri inductiue, unde in æquiuocatione deci
pimur,eò ꝙ ignoramus pluralitatem ſignificatorum dictionis actualiter eiuſdẽ,
& in amphibologia per hoc, ꝙ ignoramus diuerſa ſignificata orationis actuali-
ter unius,& ſimiliter in qualibet fallacia ignorantis proprie cauſę defectus in
reſpondente eſt cauſa defectus,& deceptionis reſpõdentis.Ex prędictis ergo ma
nifeſtum eſt quę,& quot ſunt fallaciæ tam in dictione quàm extra dictionem,&
quæ ſunt cauſæ apparentiæ,& defectus earum,& quot ſunt modi in qualibet fal
D lacia,& quomodo omnes reducuntur ad ignorantiam elenchi.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic.In ſingulis fallaciis oſtenſæ ſunt cau- Argumen.
ſæ apparentiæ,& defectus earum,ergo,hic ſuperflue determinatur de defectu ea
rum.Secundo ſic. Paſsio ſolum conuenit ſubiecto, ſed contradictio eſt paſsio
enunciationis,ergo non conuenit ſyllogiſmo,neque elencho.Tertio ſic.Nullum
perfectum habet reduci ad imperfectum, ſed magis econtra, ſed fallaciæ in di-
ctione,& fallacia accidentis ſunt perfectiores fallacia ignorantiæ elenchi, ergo.
Quarto ſic.In fallacia ignorãtię elẽchi infertur uera contradictio in concluſione,
ergo illa fallacia non peccat contra rationem contradictionis. Quinto ſic. In
fallacia petitionis principii conſequens neceſſario ſequitur ex antecedente,ergo
male dicitur in textu,ꝙ in petitione principii cõcluſio nõ accidit de neceſsitate.

Ad

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet prius oſtenſæ ſint cauſæ fallaciarum ſecundum ſe, non tamen oſtenſum eſt quomodo illæ cauſæ defectus faciunt defectus contra rationem elenchi. ideo hic non ſuperflue determinatur de cauſis defectus fallaciarum per comparationem ad elenchum. E

Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet contradictio primo, & per ſe ſoli propoſitioni conueniat, tamen ex conſequenti poteſt conuenire ſyllogiſmo ratione ſuæ concluſionis aut alicuius præmiſſarum quę contradicit poſitioni reſpondentis.

Ad tertium dicitur, ꝙ licet fallaciæ in dictione ſint perfectiores fallacię ignorantiæ elenchi, quæ eſt una fallacia ſpecialis non tamen ſunt perfectiores fallacia ignorantiæ elenchi, ut eſt communis ad omnes alias fallacias, quia illa eminenter continet in ſe cauſas omnium aliarum fallaciarum.

Ad quartum dicitur, ꝙ licet in paralogiſmis ignorantiæ elenchi ſit uera contradictio in concluſione, non tamen neceſſario infertur, ſed apparenter ſolum ex apparenti contradictione præmiſſarum. F

Ad quintum dicitur, ꝙ licet in petitione principii concluſio ſequatur de neceſsitate quantum ad illationem non tamen oſtenditur de neceſsitate quantum ad probationem, ut probet ipſam eſſe neceſſariam, quod tamen requiritur ad nerum elenchi, ideo per hoc illa fallacia, ſicut omnes aliæ, reducitur ad ignorantiam elenchi. Et hęc de fallaciis dicta ſufficiant.

A PETRI HISPANI

TRACTATVS SEPTIMVS PARVORVM LOGICALIVM.

Cum Verſorij Pariſienſis Clariſsima expoſitione.

SVMMA TRACTATVS.

Præmittuntur Quædam ad Suppoſitionis naturam cognoſcendam neceſſaria, diuiditur item ſuppoſitio in ſpecies quamplures, & ſingularium B *definitiones explanantur.*

Eorum quæ dicuntur Diuiſio.

EORVM quæ dicuntur, quædam dicuntur cum complexione, ut homo currit, quædam ſine complexione, ut homo, quia eſt terminus incomplexus. In antepdica. ca. 5. & ibi Docto.

C ISTE eſt ſeptimus Tractatus Summularum magiſtri Petri Hiſpani. In quo determinatur de Paruis Logicalibus, & primo de quadã proprietate termini quæ ſuppoſitio dicitur. Qui quidem tractatus prima ſui diuiſione diuiditur in duas partes. In prima P. H. ponit aliqua præambula ualentia ad intelligendum ſuppoſitionem & ſpecies eius. In ſecunda parte determinat de ſuppoſitione. Secunda pars incipit ibi, ſuppoſitio eſt acceptio. Item prima pars diuiditur in duas. In prima ponit duas definitiones. In ſecunda ponit definitionem termini. Eſt ergo prima diuiſio talis. Eorum, quæ dicuntur, quædam dicuntur cum complexione, ut homo currit, quædam ſine complexione, ut homo per ſe, uel animal per ſe. Cuius diuiſionis ratio eſt, quia cuilibet uoci ſignificatiuæ ad placitum correſpondet conceptus ſimplex, uel complexus. ſi D primum, ſic ſunt ea quæ dicuntur ſine complexione, ſi ſecundum, ſic ſunt ea quæ dicuntur cum complexione.

Primo ſciendum, q huius tractatus ſicut & aliorum, quatuor ſunt cauſæ. ſ. efficiens, materialis, formalis, & finalis. cauſa efficiens fuit magiſter Pet. Hiſpa. qui hunc tractatum a diuerſis libris Logicæ extraxit. Cauſa materialis eſt terminus ſupponens, qui dicitur ſubiectum attributionis huius tractatus. Cuius ratio eſt, quia ibi conſideratur uox & ſignificatio, quæ ſunt principia termini ſupponẽtis, & ſuppoſitio quæ eſt proprietas eius, & terminus uniuerſalis & particularis quæ ſunt partes ſubiectiuæ termini ſupponentis, ergo terminus ſupponens eſt ſubiectum huius tractatus. Cauſa autem formalis eſt duplex ſ. forma tractatus, quæ eſt diuiſio huius tractatus in duas partes principales, ut dictum eſt, & forma tractandi, Huius tractatus cãæ.

ſtan li,quæ eſt definitiua, diuiſiua & exemplorum poſitiua. Sed cauſa finalis eſt E
duplex ſcilicet intrinſeca,quæ eſt completa cognitio termini ſupponentis,& extrinſeca,quæ eſt cognitio enunciationis,& cuiuslibet argumentationis.

Suppõnis notitia q̄tũ ualeat. Secundo ſciendum, ꝙ iſte tractatus eſt utilis ad cognoſcendum ueritatem, & falſitatem enunciationis, quia ſuppoſitio eſt quædam proprietas principiorum enunciationis,ex quorum mutatione ſæpe uariatur ueritas, uel falſitas in enunciationibus. Eſt etiam utilis ad argumentationes ſophiſticas cognoſcendas, & ſpecialiter ad argumentationes fallaciæ figuræ dictionis,quæ prouenit ex diuerſa ſuppoſitione terminorum. vnde aliqui hunc tractatum ordinant poſt tractatum fallaciarum,& iſtud communiter eſt in pluribus textibus. Sed melius,ut uidetur, ordinandus eſt poſt tractatum prædicamentorum, quia in iſto tractatu determinatur de termino incomplexo,ſicut in tractatu prædicamentorum. Valet etiam iſte tractatus ad notitiam enunciationis,& fallaciarum, & generaliter ad notitiã cuiuslibet argumentationis. F

Tertio ſciendum,ꝙ hæc diuiſio propter alium, & alium finem ponitur hic,& in anteprædicamentis,quia in antepredicamentis ponitur, ut per ipſam ſciatur quæ ſunt reponibilia in prædicamento,cuiuſmodi ſunt termini incomplexi, ſed hic ponitur,ut per eam ſciatur qui termini ſupponunt, cuiuſmodi ſunt termini incomplexi,& qui non,cuiuſmodi ſunt complexi.

Quarto ſciendum, quòd ſicut dictum eſt in Antepræedicamentis, quòd in diuiſione antepredicamentali,dicibile, quod eſt diuiſum,capitur large,ut idem eſt quod ſignificabile per uocem,& non ut idem eſt,quod prædicabile, ita in iſta diuiſione dicibile capitur large pro omni eo quod dicendo profertur, alias complexum non contineretur ſub diuiſione. & per hoc patet titulus cauſæ,ordo,& utilitas,huius tractatus ad præcedentes.

Argumen. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Iſta diuiſio eſt unum antepredicamẽtum,ergo non debet hic poni. Secundo ſic. Incomplexum eſt pars complexi,ergo non debet diuidi contra complexum, & ſic prædicta diuiſio eſt inſufficiens. G
Tertio ſic. Terminus ſupponens eſt quid complexum,ergo non eſt ſubiectum attributionis huius tractatus. Quarto ſic. Vnuſquiſq; tractatus debet denominari a ſuo ſubiecto attributionis,ſed iſte tractatus denominatur a ſuppoſitione,ergo ſuppoſitio debet eſſe ſubiectum attributionis eius, & per conſequens terminus ſupponens non eſt hic ſubiectum attributionis. Quinto ſic. Nullum ens per accidens eſt ſubiectum attributionis, ſed terminus ſupponens eſt ens ꝑ accidens, quia additur enti ꝑ ſe, ergo terminus ſupponẽs nõ eſt ſubiectum iſtius tractatus.

Solutio. Ad argumẽta. Ad primũ dr̃,ꝙ negatur conſequentia,quia diuerſimode ponitur hic,& in antepredicamẽtis,ut dictũ eſt in tertio notabili. Ad ſecũdũ dicitur, ꝙ diſtinguitur cõſequens. quia incõplexũ põt capi dupliciter. Vno mõ formaliter.ſ.pro ſecunda intentione,& iſto mõ nõ eſt pars cõplexi, immo formaliter diſtinguuntur cõplexũ,& incomplexũ. Alio mõ põt capi materialiter.ſ.pro eo cui H
attribuitur intentio incomplexi, & ſic bene eſt pars complexi materialiter ſumpti,nec illo mõ diuiditur contra cõplexum. Ad tertium dicitur, ꝙ licet terminus ſupponẽs ſit quid cõplexũ ſecũdũ uocẽ,tñ eſt quid incõplexũ ſecundũ intellectũ. Ad quartum dicitur, ꝙ non oportet tractatum ſemper denominari a ſubiecto attributionis,ſed quandoque denominatur a paſſione ſubiecti,ſicut iſte,quandoque a diſcipulo, ſicut liber Platonis a Thimeo,quandoque a parte ſubiectiua, & quandoque ab aliquo ſuperiori. Ad quintum dicitur, ꝙ licet ens per accidens quod eſt caſuale,& fortuitum, non ſit ſubiectum alicuius libri,tamen ens per accidens, cuius additamentum non diminuit rationem eius cui additur, bene eſt ſubiectum attributionis alicuius tractatus, & ſic eſt hic de termino ſupponenti.

De

A

De Terminorum notitia, ac multiplicitate.

Terminus ut hic ſumitur eſt uox ſignificans uniuerſale uel particulare, ut homo, uel Socrates, & ſic de aliis. Terminorum autem incomplexorum, unuſquiſq; aut ſignificat ſubſtantiam, aut qualitatem, aut quantitatem, aut ad aliquid, aut agere, aut pati, aut ubi, aut quando, aut ſitum, aut habitum. Significatio, ut hic ſumitur, eſt rei per uocem ſecundum placitum repreſentatio. Quare, cum omnis res, aut ſit uniuerſalis, aut particularis, oportet dictiones non ſignificãtes uniuerſale, uel particulare non ſignificare aliquid, & ſic non eſſent termini, ut hic ſumitur terminus ut ſigna uniuerſalia uel particularia. Significationum, B alia eſt rei ſubſtantiuæ, & hæc fit per nomen ſubſtantiuum, ut homo. Alia eſt rei adiectiuæ, & hæc ſit per nomen adiectiuum, uel per uerbũ, ut currit uel albus, quæ non proprie eſt ſignificatio ſubſtantiua uel adiectiua, ſed ſignificat aliquid ſubſtantiue uel adiectiue. Et ſignificare aliquid adiectiue, uel ſubſtantiue ſunt modi uocum, quia adiectiuatio, & ſubſtantiuatio ſunt compotes modis, & differentię rerum, quę ſignificantur, & non ſignificantur. Nomina uero ſubſtantiua dicuntur ſupponere, ſed nomina adiectiua uel uerba dicuntur copulare.

Cap. 5. in antpredica.

Poſtquàm Auctor ſuperius poſuit diuiſionem dicibilis, hic conſequenter ponit definitionem termini dicens q terminus eſt uox ſignificans uniuerſale uel par- C ticulare. In qua definitione ponitur uox loco generis, deinde additur uniuerſale uel particulare, id eſt rem uniuerſalem uel particularem, ad differentiam ſincathegoreumatum, priuationum, & negationum, quæ non ſunt termini ut hic capitur terminus, nec illis conuenit ſupponere aut copulare. unde patet quòd ſigna uniuerſalia uel particularia, ut omnis, nullus, aliquis, non ſunt termini, ut hic ſumitur terminus, quia ſigna uniuerſalia uel particularia non ſignificant rem uniuerſalem uel particularem, ſed ſignificant quoniam uniuerſaliter, pro quãto denotant terminum communem ſupra quem cadunt termini uniuerſaliter, id eſt pro omnibus ſuis ſuppoſitis, uel particulariter, id eſt pro aliquo.

Quid terminus.

Primo ſciendum, q terminorum incomplexorum unuſquiſque, aut ſignificat ſubſtãtiam, aut qualitatem, &c. quæ quidem diuiſio termini incomplexi ponitur in textu, & etiam habetur in principio predicamentorum, ſed propter alium finem habetur ibi, & in iſto paſſu. nam in prædicamentis ponitur ad cognoſcen- D dum numerum prædicamentorum, hic autem ponitur ad cognoſcendum numerum terminorum ſupponentium. unde ibi non diuiditur terminus incomplexus in tota ſua communitate, alias membra ſimul ſumpta non conuerterentur cum diuiſo, ſed ſolum diuiditur in terminus incomplexus ſignificans rem uniuerſalem, uel particularem reponibilem in prædicamento. Iſta autem definitio eſt hic ad duo neceſſaria. Primum eſt uidendum rem ſignificatam per terminum cuius naturæ prædicamentalis ſit, Secundum eſt, quia poſterius dicetur, quòd nomina ſubſtantiua ſupponunt, nomina uero adiectiua, & etiam uerba copulant & appellant, hoc autem ſciri non poteſt niſi ex parte rerum ſignificatarum per terminos, ideo iſta diuiſio ſecundario ualet ad ſciendum qui termini ſupponunt, & qui copulant.

Quid terminorũ ſignificatio. Secundo ſciendum, ꝙ Auctor cõſequenter ponit definitionem ſignificationis E termini dicens, ꝙ ſignificatio termini eſt rei per uocem ſecundum plurimum repræſentatio. In qua definitione ponitur repræſentatio loco generis. deinde ponitur rei, ad differentiam ſignificationis dictionum ſincathegoreumaticarũ, quæ quidem dictiones non ſignificant res, ſed diſpoſitiones rerum. & ibi capitur res pro illo, quod poteſt alteri illorum ſubijci, uel de altero prædicari, deinde ponitur per uocem, ad differentiam ſignificationum ſcripturarum. ultimo ponitur ſecundum plurimum, ad differentiam ſignificationis naturalis. & ſic patet intellectus definitionis ex qua infert Auctor in textu ꝙ, cum omnis res ſit uniuerſalis uel particularis, oportet dictiones non ſignificantes uniuerſale, uel particulare .ſ. rem uniuerſalem, uel particularem nihil ſignificare, ut hic ſumitur ſignificatio, & ſic non eſſe terminos, ut hic capitur terminus. unde aliter determinat̃ hic de incomplexis & in libro Prædicabilium & Prædicamentorum, quia in illis determinatur de incomplexis ſub ratione prædicabilis, uel ordinabilis in genere, F hic autem determinatur de ipſis in habitudine ad rem quam ſignificant, ſecundum quam ipſis conuenit ſupponere, uel copulare, appellare, & reſtringere, & ampliare.

Sign̄atio duplex, naturalis, & ad placitum. Tertio ſciendum, ꝙ duplex eſt ſignificatio, quædam eſt naturalis, ſicut paſſiones in anima noſtra exiſtentes naturaliter ſignificant res quarum ſunt expreſſæ ſimilitudines, & de tali non intelligitur hic. Alia eſt ſignificatio ad placitum, & talis eſt duplex, quædam eſt primo & per ſe ad placitum. ſicut eſt ſignificatio prolatarum uocum ſignificatiuarum ad placitum & talis ſolũ hic definitur, alia eſt ad placitum ſecundario, ſiue ex conſequenti, & de tali non eſt hic ad propoſitum.

Subſtãtiui & adiectiui ſignificationes. Quarto ſciendum, ꝙ ut dicitur in textu, ſignificationum, alia eſt rei ſubſtantiuæ, quæ fit per nomen ſubſtantiuum, alia rei adiectiuæ, quæ fit per nomẽ adiectiuum ſeu per uerbum. Cuius diuiſionis ratio eſt, quia omnis res ſignificat̃ aut in ſe aut in alia. ſi primum, ſic eſt ſignificatio ſubſtantiua, ſi ſecundum, ſic eſt ſignificatio adiectiua. unde hæc diuiſio ſumitur ex parte rei ſignificatæ, quia G ſubſtantiuatio & adiectiuatio ſunt modi rerum, non tamen abſolute, ſed rerum ſignificatarum per terminos, eo ꝙ eſt eadem res quæ in accidentibus ſignificatur per adiectiuum & ſubſtantiuum, ſicut per album & albedinem, & tamen in uno eſt ſignificatio adiectiua, & in alio ſubſtantiua. album enim ſignificat formam accidentalem ut alteri inhærentem, albedo uero eam ſignificat ut per ſe ſtantẽ, & non ut alteri inhærentem. Ex quibus patet quid eſt terminus, & quid ſit ſignificatio termini, & quomodo diuiditur ſignificatio, & quæ eſt diuiſio termini.

Argumen. Contra prædicta arguitur primo ſic. Vnius rei eſt tantum una definitio, ſed termini eſt alia definitio ſcilicet quòd terminus eſt oratio indicans quid eſt eſſe rei, ergo hæc non eſt ſufficiens.

Secundo ſic. Contra definitionem ſignificationis, quia ſi eſſet ſufficiens ſequeretur quòd termini uniuerſales nihil ſignificarent. conſequentia tenet, quia non H poſſunt ſignificare niſi rem uniuerſalẽ, ſed nulla res eſt uniuerſalis ex parte rei, ergo termini communes nihil ſignificant Tertio ſic. Omnis & nullus aliquid ſignificant .ſ. quantitatem, & tamen non repræſentant rem ſecundum plurimum, ergo definitio non conuenit omni contento ſub definito. Quarto ſic. Hæc definitio non conuenit ſignificationi paſſionum quæ ſunt in anima, nec ſignificationi ſcripturarum, ergo non conuenit omni contento ſub definito. Quinto ſic. Si iſta definitio eſſet ſufficiens ſequeretur quòd termini ſecundæ intentionis nihil ſignificarent quod eſt falſum, conſequentia tenet, quia non repræſentant rẽ, ſed ens rationis tantum.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd terminus ut ſufficit in propoſito capitur

A capitur dupliciter. vno modo pro definitione quidditatiua rei, & iſto modo accipitur ab Ariſto. primo Topicorum. vbi dicitur, ꝙ terminus eſt oratio indicans quid eſſe rei per eſſentialia. alio modo capitur terminus pro eo in quem reſoluit ꝓpoſitio, & iſto mõ accipitur ab Ariſ. in primo Priorum & a Pet. Hiſpa. in primo Tractatu, ubi dicit ꝙ quædam propoſitiones categoricæ participant utroq; termino, & etiam in iſto tractatu in præſenti definitione. Ad ſecũdum dicitur, quod negatur conſequentia, & ad probationem dicitur, ꝙ res a parte rei ſunt uniuerſales in potentia, ſed non ſecundum actum uniuerſalitatis. Ad tertium dicitur, ꝙ negatur maior, & ad probationem dicitur, ꝙ non ſignificant quantitatem proprie dictam quæ eſt res naturæ, ſed ſignificant quantitatem metaphorice ſumptam, quæ non eſt res ibi accipitur. Ad quartum dicitur, ꝙ ſoluitur ex tertio notabili. Ad quintum dicitur, ꝙ termini ſecundæ intentionis ſignificant rem habentem eſſe rationis, ſed non habentem eſſe reale, & hoc ſufficit ad hoc, ꝙ ha-
B beant ſignificationem ad placitum, de qua eſt hic ad propoſitum.

Suppoſitionis a ſignificatione diſcrimen per ipſarum rationes.

SVppoſitio eſt acceptio termini ſubſtantiui pro aliquo. Differũt autem ſuppoſitio, & ſignificatio, quia ſignificatio fit per impoſitionem uocis ad ſignificandũ rem, ſuppoſitio eſt acceptio termini iam ſignificantis rem pro aliquo, ut cum dicitur hõ currit, iſte terminus homo tenetur ſtare pro Socrate, Platone, & ſic de aliis. Vnde ſignificatio prior eſt ſuppoſitione, & differunt in hoc, quia ſignificatio eſt uocis, ſuppoſitio uero eſt termini iam compoſiti ex uoce, & ſignificatione,
C ergo ſupponere, & ſignificare non ſunt idem, ſed differunt per locum a coniugatis. Item ſignificatio eſt ſigni ad ſignatum. ſuppoſitio uero eſt ſupponentis ad ſuppoſitum, ergo ſuppoſitio non eſt ſignificatio. Copulatio eſt acceptio termini adiectiui pro aliquo.

De oĩbus his quæ ad hoc tractatu ſequunẽ uide Paulũ Venetũ, & alios ſummiſtas.

Poſtquam Auctor poſuit definitionem termini, & ſignificationis, & etiam definitiones eorundem, hic conſequenter definit ſuppoſitionem dicens. Suppoſitio eſt acceptio termini ſubſtantiui pro aliquo. vnde in prædicta definitione ponit acceptio loco generis & ponitur termini ſubſtantiui, ad differentiam copulationis, quæ eſt proprietas termini adiectiui. & ponitur pro aliquo ideſt pro re ſignificata ad differentiam ſuppoſitionis grammaticalis, quæ eſt relatio ſuppoſiti ad appoſitum, de qua non eſt hic ad propoſitum. & ille ablatiuus aliquo non tene-
D tur in definitione pro particulari ſuppoſito, ſed tenetur categorice pro re uel ente. unde patet, ꝙ definitio prædicta eſt ſufficiens. & poſſet probari per conditiones bonæ definitionis quæ ſibi conueniunt.

Quid ſuppoſitio.

Primo ſciendum, ꝙ ſuppoſitio poteſt capi dupliciter. uno modo pro ſuppoſitione reali, ſicut dicimus, ꝙ partes ſupponit fundamentum. & de tali non eſt hic ad propoſitum. Alio modo poteſt capi, ut eſt proprietas uocis ſignificatiuæ, & talis eſt duplex, quia poteſt capi ut eſt relatio termini ſupponentis ad rem ſuppoſitam quæ ſuppoſitio eſt in termino actiue, ſicut in eo quod ponit ſub rem ſignificatam per ipſum, & eſt in re paſſiue, & ſic de ſuppoſitione eſt hic ad propoſitum alio modo poteſt capi ut eſt relatio ſuppoſiti ad oppoſitum, ſicut in Grammatica nomen ſupponit uerbo, & de tali non eſt hic ad propoſitum.

quotuplex ſuppoſitio.

Subſtãtiuorum ſuppoſitio. Secundo ſciendum, q terminus ſubſtantiuus ſupponit extra propoſitionem & in propoſitione, quia ad ſuppoſitionem, ut hic capitur ſufficit res ſubſtantiue ſignificata cum termino ſubſtantiuo accepta pro illa re, quia ſuppoſitio non dicit niſi relationem termini ad rem per ipſum ſignificatam. modo terminus ſubſtantiuus extra propoſitionem poteſt accipi pro re ſignificata per ipſum, & etiam in propoſitione, ideo &c. unde ponentes adiectiuum ſupponere, ut Buritanus abutuntur ſuppoſitione, quia res adiectiua ſignificata non habet modum ſuppoſiti, ſed formæ alteri inhærentis. E

Dña ſignificationis a ſuppõne. Tertio ſciendum, q differentia eſt inter ſuppoſitionẽ, & ſignificationem, ut dr in textu, quia ſignificatio eſt proprietas uocis impoſitæ ad ſignificandum rem, ſed ſuppoſitio eſt proprietas termini iam rem ſignificantis. Ex quo ſequitur alia differentia, quia ſignificatio eſt ipſius uocis, ſed ſuppoſitio eſt termini cõpoſiti ex uoce, & ſignificatione. Item differunt, quia ſignificatio eſt relatio ſigni ad ſignatum, ſuppoſitio uero eſt relatio termini ſupponentis ad rem ſuppoſitam. unde licet ſuppoſitio aliquid ſuperaddat ſignificationi, & ſit in minus quantum ad ea in quibus reperiantur, non tamen eſt eſſentialiter ſignificatio, quia non addit ſignificationi, ſicut ſpecies generi uel inferius ſuperiori, ſed nominat aliam proprietatem a ſignificatione, minus tamen communem & præſupponentem ſignificationem, ſicut dicimus, q albedo præſupponit ſuperficiem in ſuo ſubiecto. Significatio enim reperitur in termino ſubſtantiuo, quàm adiectiuo, ſuppoſitio uero ſolum reperitur in termino ſubſtantiuo. F

quid copulatio. Quarto ſciendum, q copulatio in textu ſic definitur. Copulatio eſt acceptio termini adiectiui pro aliquo in qua definitione ponitur acceptio loco generis, & ponitur termini adiectiui, ad differentiam ſuppoſitionis, & debet capi nõ adiectiuus pro dictione ſignificante adiectiue rem quæ poteſt prædicari per ſe in propoſitionem, & deinde ponitur pro aliquo. i. pro re ſignificata per ipſum terminum adiectiuum ad differentiam ſinchategoreumatum. unde ibi non capitur, copulatio, ut eſt proprietas copulæ copulantis prædicatum cum ſubiecto in propoſitione categorica, uel hypothetica, ſed capitur ut eſt proprietas termini adiectiui copulantis ſe ſuo ſubſtantiuo. Adiectiua ergo adiectiue tenta habent copulare uel appellare ſolum, & non ſupponere, ſed adiectiua ſumpta ſubſtantiue in neutro genere bene poſſunt ſupponere, vnde uniuerſale, & particulare, ſubſtantiuum, & adiectiuum non æqualiter reſpiciunt terminum ratione ſuæ qualitatis, quia uniuerſale, & particulare reſpiciunt terminum ratione ſuæ qualitatis eſſentialis, quæ ſi ſit pluribus communicabilis conſtituit terminum communem ſeu uniuerſalem, ſi uero talis qualitas eſſentialis a qua nomen imponitur non ſit communicabilis pluribus tunc conſtituit terminum particularem, uel ſingularem. Sed adiectiuum & ſubſtantiuum reſpiciunt terminum ratione qualitatis accidentalis, quia ſecundum, q talis terminus ſignificat rem ſuam per modum per ſe ſtantis dicitur ſubſtantiuum, ſed ſecundum, q ſignificat rem ſuam per modũ alteri adiacentis dicitur adiectiuum. & ſic uniuerſale, & particulare prius reſpiciunt terminum ſignificatiuum ratione qualitatis eſſentiali quam ſubſtantiuum & adiectiuum. G H

Argumtn. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. In iſta propoſitione album eſt animal, album ſupponit, & tamen non eſt terminus ſubſtantiuus, ergo male ponitur ſubſtantiuũ in definitione ſuppoſitionis. Secundo ſic. Si terminus ſubſtãtiuus ſupponeret oportet, q res ſignificata per ipſum ſibi ſupponeretur, ſed hoc eſt falſum, quia ut ait Plato, ſermo eſt ſubiectus rei, & non res ſermoni, ergo terminus ſubſtãtiuus non ſupponit. Tertio ſic. Si definitio eſſet ſufficiens, ſequeretur, q terminus ſubſtantiuus ſupponeret extra propoſitionẽ, quia poſſet capi pro aliquo, ſed

A ſed hoc eſt falſum, quia ſuppoſitio eſt ſubſtãtiui reſpectu uerbi, quod apponitur. Quarto ſic. Si dicta definitio eſſet ſufficiens ſequeretur, ꝙ nullus terminus ſubſtã tiuus ſupponeret ſimpliciter, aut naturaliter cõſequens eſt falſum, ut poſtea uidebitur. conſequentia tenet, quia ſignum particulare facit ſuppoſitionem perſonalem, ergo per hoc, quod dicitur pro aliquo, ſignificatur, quod omnis ſuppoſitio ſit perſonalis.

Quinto ſic. Copula propoſitionis dicitur copulare, & tamen nõ eſt adiectiuũ, ergo coplatio male definitur, ꝙ eſt acceptio termini adiectiui.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quod album poteſt capi dupliciter. Vno modo adiectiue, & ſic non conuenit ſibi ſupponere pro ſe nec ſubiici per ſe in propoſitione. Alio modo poteſt capi ſubſtantiue in neutro genere, & ſic ſibi conuenit ſupponere, & ſubiici in propoſitione, & iſto modo capitur in iſta propoſitione. Ad ſecundum dicitur, ꝙ res ſignificata per terminum poteſt dupli- B citer conſyderari. Vno modo ut eſt cauſa cauſæ conceptionis per ſuam ſimilitudinem in anima noſtra & ex conſequenti cauſa impoſitionis uocis ſignificatiuæ, & ſic ſermo eſt ſubiectus rei, & non econuerſo. Alio modo poteſt conſyderari res in rõne ſignificati per terminum, & ſic res ſignificata per terminum eſt ſubiecta ſermoni, & ſic ſupponitur, & iſto modo Logicus conſyderat res. Ad tertium dicitur, ꝙ ſolutum eſt per prædicta. Ad quartum negatur conſequentia, quia illud pronomen aliquo, non capitur ibi particulariter ſiue ſincategoreumatice, ſed indefinite & categoreumatice ſicut prius dictum eſt. Ad quintum dicitur, ꝙ copula propoſitionis, & adiectiua dicuntur diuerſimode copulare, quia copula propoſitionis copulat prædicatum cum ſubiecto uel unam propoſitionem cum alia, & ideo dicitur nota eorum quę de altero dicuntur, & ſic ſibi conuenit copulare actiue & non copulari, ſed adiectiua copulaut ſe ratione ſui modi ſignificandi ſuis ſubſtantiuis, ideo adiectiua copulant & copulantur. C copulantur enim ratione rerum ſignificatarum per ipſa, ſed copulant per ſuum modum ſignificandi qui eſt ſignificare per modum alteri inhærentis, uel adiacẽtis, & ita conuenit ipſis non ſolum copulare, ſed etiam copulari.

Nota rñſio nem.
Solutiões.

Suppoſitionum diuiſio.

Suppoſitionum, alia communis, alia diſcreta. Suppoſitio cõmunis eſt quæ ſit per terminũ cõmunem, ut homo, animal. Diſcreta eſt quæ ſit per terminum diſcretum ut Socra. uel per terminum communem cum pronomine demõſtratiuo primitiuæ ſpeciei ut iſte homo eſt, qui eſt terminus diſcretus. Item ſuppoſitionũ communium alia naturalis, alia accidentalis. Suppoſitio naturalis eſt acceptio termini comu- D nis pro omnibus his pro quibus aptus natus eſt participari, ut iſte terminus homo per ſe ſumptus, ſupponit pro omnibus hominibus, tam qui ſunt, quàm qui erunt, & qui fuerunt. Accidẽtalis ſuppoſitio eſt acceptio termini communis pro omnibus, pro quibus exigit ſuum adiũctiuum, ut homo currit. iſte terminus homo ſupponit pro omnibus hominibus præſentibus. Et cum dicitur, homo fuit, uel homo cucurrit, ſupponit pro præteritis. Et cum dicitur, homo erit uel homo curret ſupponit pro futuris. Et ſic habent diuerſas ſuppoſitiones ſecundum diuerſitatem eorum quæ ei adiunguntur.

De cõi ad diſcreta ſuppõne.

Poſtquàm Auctor poſuit definitionem ſuppoſitionis, & differẽtiam inter ſuppoſitionem, & ſignificationem, ac etiam definitionem copulationis, hic conſequenter ponit diuiſionem ſuppoſitionis dicens, quòd ſuppoſitionum, alia eſt cõmunis, alia eſt diſcreta Suppoſitio communis eſt illa quæ fit per terminum communem, ſicut homo habet ſuppoſitionem communem. Sed ſuppoſitio diſcreta eſt illa quæ fit per terminum diſcretum, uel per terminum communẽ cum pronomine demonſtratiuo primitiuo, ſicut iſte homo, uel Socra. dicitur habere ſuppoſitionem diſcretam. Cuius diuiſionis ratio eſt, quia omnis ſuppoſitio eſt acceptio termini ſubſtantiui pro aliquo. vel ergo pro ſingulari ſuppoſito, uel non. ſi primum, ſic eſt ſuppoſitio diſcreta, ſi ſecundum, ſic eſt ſuppoſitio communis. E

cõis ſuppõnis diuiſio.

Primo ſciendum, ꝙ ſuppoſitio communis ſic diuiditur ꝙ ſuppoſitionum communium, alia eſt naturalis, alia accidentalis Cuius ratio eſt, quia ſuppoſitio communis eſt acceptio termini ſubſtantiui communis. uel ergo per ſe ſumpti, aut cum addito. ſi primum, ſic eſt ſuppoſitio naturalis, ſi ſecundum, ſic eſt ſuppoſitio accidentalis. F

Cur dicat̃ materialis, & accidẽtalis ſuppoſitio.

Secundo ſciendum, ꝙ quia ſuppoſitio naturalis conuenit termino per ſe ſumpto. i. ſine addito, ideo duplici de cauſa poteſt dici naturalis. Prima eſt, quia talis ſuppoſitio conuenit termino non ratione extrinſeci alicuius, ſibi additi, ideo terminus ex ſua natura illam ſuppoſitionem habet. Alia eſt cauſa, quia talis ſuppoſitio conuenit termino ratione ſuæ formæ, quæ dicitur natura termini, ideo conuenienter dicitur naturalis. Sed ſuppoſitio dicitur accidentalis, quia conuenit non ratione alicuius extrinſeci ſibi adiuncti. & non dicitur accidentalis, quia accidentaliter conuenit termino, cum ſit quædam proprietas eius, unde adiectiua non dicuntur naturaliter copulare, ſeu appellare, ſicut termini ſubſtantiui nõ dicuntur naturaliter ſupponere, eo ꝙ adiectiua ſignificant formam ſuam ut in alio, ideo adiectiua ſemper inſunt alteri explicite, uel implicite.

De naturali ſuppõne.

Tertio ſciendum, ꝙ ſuppoſitio naturalis eſt acceptio termini communis pro omnibus illis a quibus ſua forma nata eſt participari, ut homo per ſe ſumptus ſupponit pro hominibus qui ſunt, fuerunt, & qui erunt. In qua definitione ponitur acceptio loco generis, & ponitur terminis communis, ad differentiam diſcretæ ſuppoſitionis. reliquæ uero particulæ ponuntur ad differentiam ſuppoſitionis accidentalis. vnde forma termini in propoſito dicitur natura cõis cõmunicabilis multis ſignificata per terminum communem, quę quãtum eſt de ſe poteſt accipi pro præſentibus, præteritis, & futuris, a qua ut dictum eſt ſuppoſitio dicitur naturalis, & ſemper conuenit termino extra propoſitionem, & ſine quocunque addito, & ſic dicta definitio eſt ſufficiens. G

De accidentali ſuppoſitione.

Quarto ſciendum, ꝙ ſuppoſitio accidentalis eſt acceptio termini communis pro omnibus illis pro quibus exigit adiunctum, ut homo eſt. homo tantum ſupponit pro præſentibus ratione illius uerbi eſt, præſentis temporis, quod ſibi adiungitur. ſimiliter homo albus. homo tantum ſupponit pro hominibus albis. H vnde in definitione capitur acceptio loco generis, & termini communis ponitur ad differentiam ſuppoſitionis diſcretæ. & reſiduum ponitur ad differentiam ſuppoſitionis naturalis. Non eſt autem ponenda ſuppoſitio materialis, quia ſuppoſitio eſt termini iam ſignificantis rem ergo ſolum conuenit termino ſignificatiue ſumpto, & non materialiter. Item dictum eſt quòd ſuppoſitio eſt termini iam conſtituti ex uoce, & non ſignificatione, ergo non conuenit dictioni materialiter ſumptæ.

Argumen.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Suppoſitio eſt actus, ſed actus, & operationes ſunt ſingularium, & ſuppoſitorum, ut vult Ariſtot. in proœmio Metaphyſicæ, ergo nulla eſt ſuppoſitio communis. Secundo ſic. Suppoſitio ſequitur ſigni-

A ſignificationem termini quæ eſt ad placitum, ergo omnis ſuppoſitio eſt ad placitum & per conſequens nulla eſt naturalis. Tertio ſic. Si eſſet aliqua ſuppoſitio naturalis côueniret termino ſecundū ſe ſumpto, ſed hoc non poteſt eſſe, quia ſuppoſitio eſt relatio ſupponens ad ſuppoſitū, ergo non côuenit termino per ſe ſumpto, ſed cum ſuppoſito. Quarto ſic. Suppoſitio accidētalis eſt ſuppoſitio per accidens, ergo non debet dici ſuppoſitio. Quinto ſic. In iſtis propoſitionibus, amo eſt uerbum, amo eſt dictio diſſyllaba., ſubiecta ſupponunt & non niſi materialiter, ergo eſt ponenda ſuppoſitio materialis ut poſuit Buridanus. Cap. 1. & 2. de aïa & pleriſq; locis.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ actus poteſt capi dupliciter. Vno modo pro actu illo qui dicitur operatio & ſic capitur in illa Auctoritate Ariſtot. ſed illo modo propoſitio non dicitur actus. Alio modo capitur actus pro forma rei, ſiue ſit ſubſtantialis ſiue accidentalis, & ſic ſuppoſitio dicitur actus, cum ſit forma quædam accidentalis termini ſubſtantiui. Ad ſecundum negatur conB ſequentia, quia ſuppoſitio diſtinguitur a ſignificatione, ut prius dictum eſt. Ad tertium dicitur, ꝙ ſuppoſitio de qua hic ad propoſitum eſt relatio termini ſupponentis ad rem ſuppoſitam, ideo nulla ſuppoſitio conuenit termino ſine additione rei pro qua ſupponit, ſed aliqua ſibi bene conuenit ſine additione alicuius rei extrinſecæ. Ad quartum dicitur, quod ſolutum eſt ex prędictis. Ad quintum dicitur, quòd ut prius dictum eſt, duplex eſt ſuppoſitio, quædam eſt relatio termini ad rem ſignificatam, de qua ſolum eſt ad propoſitum, & tali ſuppoſitione prædicta ſubiecta illarum propoſitionum non ſupponunt, alia eſt ſuppoſitio quæ eſt relatio ſuppoſiti ad ſuppoſitum, quæ dicitur Grammaticalis, & iſtò modo ſubiecta prædictarum propoſitionum bene ſupponūt, quia hoc modo non eſt aliud quàm reddere ſuppoſitum uerbo. Solutiões.

C

Accidentalium Suppoſitionum notitia.

ACcidentalium ſuppoſitionum alia ſimplex, alia perſonalis, Suppoſitio accidentalis ſimplex, eſt acceptio termini communis pro re uniuerſali ſignificata per ipſum terminum, ut cum dicitur, homo eſt ſpecies, animal eſt genus. Ibi iſte terminus homo ſupponit pro homine in communi, & non pro aliquo inferiori. & iſte terminus animal ſupponit pro animali in communi, & non pro aliquo inferiori. Et ſimiliter etiam dicendum eſt de quolibet termino communi, ut riſibile eſt proprium, rationale eſt differentia, album eſt accidens. Item ſuppoſitionū ſimplicium, alia eſt termini communis in ſubiecto poſiti, ut homo eſt ſpecies ibi iſte terminus homo ſimplicem habet ſupD poſitionem, quia ſolum ſupponit pro natura ſpeciei. Alia eſt termini communis poſiti in prædicato propoſitionis affirmatiuæ, ut omnis homo eſt animal. ibi iſte terminus animal in prædicato poſitus ſimplicē habet ſuppoſitionem, quia ſolum ſupponit pro natura generis. Alia eſt termini communis poſiti poſt dictionem exceptiuā, ut omne animal præter hominem eſt irrationale. ibi iſte terminus hominem, ſimplicem habet ſuppoſitionem, quia non licet fieri deſcenſum ſub ipſo. Vnde non ſequitur, omne animal præter hominem eſt irrationale ergo omne animal præter hunc hominem eſt irrationale, ex quo ibi eſt Suppō accidentalis quæ.

fallacia figuræ dictionis procedendo a ſuppoſitione ſimplici ad perſonalem. Similiter hic, homo eſt ſpecies, ergo aliquis homo eſt ſpecies. & ſimiliter hic, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo ẽ hoc animal. In omnibus enim iſtis, & ſimilibus fit proceſſus a ſuppoſitione ſimplici ad ſuppoſitionem perſonalem. Quod autem terminus in prædicato poſitus ſimplicem habeat ſuppoſitionem patet, quia cum dicitur, omnium oppoſitorum eadem ẽ diſciplina, niſi ille terminus diſciplina ſimplicem haberet ſuppoſitionem, ſic fieret deſcenſus ſub ipſo, & eſſe falſa. nulla enim particularis diſciplina eſt omnium contrariorum. medicina enim non eſt omnium contrariorum, ſed ſolum ſani, & ægri. Grãmatica enim non eſt omnium contrariorum, ſed ſolum congrui, & incongrui. Logica ueri, & falſi, & ſic de aliis. E F

Suppõ perſonalis q. Perſonalis autem ſuppoſitio eſt acceptio termini cõis pro ſuis inferioribus, ut cum dicitur, homo currit, iſte terminus homo ſupponit pro ſuis inferioribus. Item perſonalium ſuppoſitionum, alia eſt determinata, alia confuſa. Determinata ſuppoſitio, eſt acceptio termini cõmunis indefiite ſumpti, uel cum ſigno particulari determinata, ut hõ currit, uel aliquis hõ currit. Et dicitur utraq; illarũ determinata, quia licet in utraq; iſtarũ iſte terminus hõ ſupponat pro omni homine, tam currente quàm non currente, tamen pro uno ſolo homine currente uera dicitur. & quia aliud eſt ſupponere, & aliud eſt locutionem eſſe ueram pro aliquo uel falſam, igitur in prædictis, ut dictũ eſt iſte terminus homo ſupponit pro omni homine tam currente quàm non currente, licet reddat locutionẽ uerã pro currente ſolum. Quòd autẽ in utraq; iſtarũ ſit determinata ſuppoſitio patet, quia cũ dicitur, animal eſt Socr. uel animal eſt Plato, & ſic de aliis, ergo animal eſt omnis hõ, ibi eſt fallacia figuræ dictionis a pluribus determinatis; ad unã determinatã. Et ideo iſte terminus animal indefinite poſitus habet determinatam ſuppoſitionem, & ſimiliter cum ſigno particulari. G

Suppõnũ accñtalis ſimplicem & perſonalẽ diuiſio. De ſuppõne pſonali. Poſtquam Auctor poſuit definitionem accidẽtalis ſuppoſitionis, hic conſequenter ponit diuiſionem eius dicens, ꝙ ſuppoſitionum accidentalium, alia eſt ſimplex, alia eſt perſonalis. Cuius ratio eſt, quia omnis ſuppoſitio accidentalis eſt acceptio termini communis cum adiuncto. uel, ergo talis terminus tenetur pro re uniuerſali uel particulari. ſi primum, ſic eſt ſuppoſitio ſimplex, ſi ſecundum, ſic eſt ſuppoſitio perſonalis. Vnde quotieſcunque terminus communis ponitur cum uerbo uel adiectiuo ipſum reſtringente uel ampliante, habet ſuppoſitionem accidentalem, ut cum dicitur, homo albus currit, homo ſupponit pro hominibus albis. & iſta, homo currit, ſupponit pro præſentibus tantum. Suppoſitio autem ſimplex eſt acceptio termini comunis ſumpti pro re uniuerſali ſignificata per ipſum. Sed ſuppoſitio perſonalis eſt acceptio termini communis ſumpti pro re particulari ſiue pro ſuppoſitis. Terminus enim communis poteſt habere duo ſignificata, ꝙ unum eſt primarium, & adæquatum, & illud eſt natura H

com-

A communis,ſicut homo ſignificat naturam humanam.aliud eſt ſecundarium,& illud eſt particulare participans naturam communem,ſicut homo ſignificat Socratem, & Platonem, qui participant naturam eius.

Primo ſciendum, ꝙ ſuppoſitio ſimplex eſt acceptio termini communis pro re uniuerſali ſignificata per ipſum,ſicut hic homo eſt ſpecies animal eſt genus,ſubiectum ſupponit ſimpliciter,unde in hac definitione acceptio ponitur loco generis,& terminus communis,ad differentiam ſuppoſitionis diſcretæ, & ultimo ponitur pro re uniuerſali ſignificata per ipſum ad differentiam ſuppoſitionis perſonalis,& etiam naturalis Et talis ſuppoſitio dicitur ſimplex,quia conuenit termino ratione naturæ communis quæ ſimplex eſt , & ita dicitur ſimplex,non ut ſimplex opponitur complexo,ſed ut opponitur poſitioni perſonali . Terminus enim communis poteſt habere diuerſas ſuppoſitiones ſecundum diuerſa eſſe naturæ communis quæ habet eſſe in ſe,& in particularibus.vnde terminus ſic ſupponit,ſimpliciter,quia ſibi repugnat teneri pro inferioribus, ſicut in exemplis datis.Et tales propoſitiones ſunt quantum ad modum enunciandi ſingulares,quia terminus communis tenetur in ipſis pro unica natura,& non poteſt fieri deſcenſus,ideo tales propoſitiones dicuntur ſingulares.Et ad habendum contradictionem in talibus non oportet habere eam per oppoſitionem ſigni , ſed præponendo ſimplicem negationem,ut dicendo,homo eſt ſpecies, non homo eſt ſpecies . Hæc autem ſuppoſitio ſimplex maxime utilis eſt,& neceſſaria,quia nullam ſcientiam perfecte capere poſſumus niſi utamur ſimplici ſuppoſitione terminorum , quia,cum quælibet ſcientia ſit uniuerſalium,quæ perpetua ſunt,& non ſingularium quę corruptibilia ſunt,oportet,ut accipiamus ſubiecta ipſarum ſimpliciter, ut dicendo argumentatio eſt ſubiectum totius Logicæ . & ſic de aliis.Nec ualet argumentum de nulla argumentatione non eſt ſcientia,imo ibi committitur fallacia figuræ dictionis.

De ſuppõne ſimplici.

(B at "nit,ſimpliciter")

C Secundo ſciẽdum,ꝙ ut habetur in textu ſuppoſitio ſimplex reperitur triplex. quædam eſt termini communis poſiti a parte ſubiecti,ut homo eſt ſpecies , animal eſt genus.ille terminus homo ſimplicem habet ſuppoſitionem,& etiam animal.alia eſt termini cõis poſiti in prędicato propoſitionis affirmatiuæ , ut homo eſt animal,habet ſuppoſitionẽ ſimplicem . alia eſt termini cõis poſiti poſt dictionem exceptiuam,ut omne animal præter hominem eſt irrationale . ille terminus hominem,ſupponit ſimpliciter.ideo non ſequitur,omne animal præter hominem eſt irrationale,ergo omne animal præter hunc hominem eſt irrationale,quia arguitur a ſimplici ſuppoſitione ad perſonalem ex parte illius accuſatiui hunc hominem. Quod aũt terminus in prædicato propoſitionis affirmatiuæ poſitis ſimpliciter ſupponat ſic probatur,quia ſecundũ Ariſt.hæc eſt uera,oĩum oppoſitorum eadem eſt diſciplina,quæ tamen non eſſet uera,niſi prædicatũ ſupponeret ſimpliciter pro diſciplina in communi, quia nulla particularis diſciplina eſt oĩum oppoſitorum eadem,ſed medicina eſt ſani,& ægri, Logica ueri , & falſi,Grammatica congrui,& incongrui,& ſic de aliis,ergo terminus cõis in prędicato propoſitionis affirmatiuæ poſitus ſimplicem habet ſuppoſitionem, & per hoc non ſequitur,omnis homo eſt animal , ergo omnis homo eſt hoc animal . Suppoſitio autem ſimplex poteſt diſtingui,quia quædam eſt per priuationem ſignificati a ſuppoſitis,ut in propoſitionibus quæ ſunt ſimplicis naturæ,ut hic homo eſt ſpecies.Alia eſt quæ nulla ſuppoſita excludit omnino, ſed excludit ſuppoſita determinata,ut qñ terminus cõis ſupponit pro natura inclinata ad materiã, & ſuppoſita,ut homo eſt animal,homo eſt digniſſima creaturarum . vnde iſtius propoſitionis,tantum homo eſt animal,ſubiectum ſupponit ſimpliciter,& prædicatum confuſe,ſine diſtributiua uirtute negationis clauſæ in illa dictione ex-

Simplicis ſuppõnis ſpecies.

In poſt præ dic. c. 1. & in. 1. prior colligit in multis locis.

(D at "na eſt oĩum")

cluſiua tantum. Et propter hoc ſequitur ab excluſiua indefinita ad ſuam uniuer- E
ſalem de terminis tranſpoſitis, ut tantum homo eſt animal, ergo omne animal eſt homo.

De ſuppõne pſonali. Tertio ſciendum, ꝙ propoſitio perſonalis eſt acceptio termini communis pro inferioribus, ut dicendo, homo currit, homo ibi ſupponit perſonaliter, pro Socr. uel pro alio. In qua definitione ponitur acceptio loco generis, & ponitur termini cõis, ad differentiam ſuppoſitionis diſcretæ, & ponitur conſequenter pro ſuis inferioribus, ad differentiam ſuppoſitionis ſimplicis, unde ſuppoſitio perſonalis conuenit termino communi ratione adiuncti determinantis ipſum ad ſtandum pro ſuis inferioribus, & hoc poteſt fieri dupliciter. Vno modo, ꝙ tale adiunctum ponatur a parte ante, ſicut eſt in ſignis uniuerſalibus, & particularibus, ſicut dicẽdo omnis homo eſt animal, uel aliquis, homo eſt animal; homo in utraque rõne ſigni ſupponit perſonaliter pro ſuis inferioribus. Alio modo poteſt fieri, qñ tale adiunctum ponitur a parte poſt. ſicut in prædicatis accidentalibus, ut homo eſt F
albus. Vnde prædicatorum quædam ſunt quæ eſſentialiter ſubiecto conueniũt, & reſpectu talium poteſt eſſe ſuppoſitio ſimplex uel etiam perſonalis, dumtamẽ ponatur ſignum a parte ante, ſicut dicendo, homo eſt animal. alia ſunt prædicata accidentalia, & hæc ſunt duplicia, quædam ſunt realia quæ ſignificant naturã realẽ, & reſpectu taliũ eſt ſuppoſitio perſonalis, quia talia prædicata non conueniunt naturę uniuerſali niſi ratione ſuorum indiuiduorum. alia uero ſunt. quæ tantum ſignificant ens rationis, & reſpectu talium eſt ſuppoſitio ſimplex, ut homo eſt ſpecies. animal eſt genus,

Perſonalis ſuppõnis ſpés. Quarto ſciendum, ꝙ ſuppoſitionum perſonalium, alia eſt confuſa, alia determinata. Et huius diuiſionis ratio eſt, quia in omni ſuppoſitione perſonali terminus communis tenetur uniuerſaliter pro omnibus ſuis inferioribus, aut nõ. ſi primum ſic eſt ſuppoſito confuſa, ſi ſecundum, ſic eſt determinata, unde ſuppoſitio determinata eſt illa quàm habet terminus communis indefinite uel particulari- G
ter ſumptus, ut homo currit, uel aliquis homo currit. iſte terminus hõ in utraq; iſtarum ſupponit determinate & licet ſupponat pro omni homine, tamen locutio eſt uera uno ſolo homine currente. Aliud enim eſt ſupponere, & aliud reddere locutionem uerã pro aliquo, unde, ꝙ talis ſuppoſitio ſit determinata probat Auctor in textu, quia cum dicitur animal eſt Plato, animal eſt Socrates, & ſic de aliis, ergo animal eſt, omnis homo, committitur fallacia figuræ dictionis procedendo a pluribus ſuppoſitionibus determinatis in antecedente ad unam determinatam in conſequente, & ita patet ꝙ terminus indefinite ſumptus ſupponit determinate. dicitur autem ſuppoſitio determinata, quia ad ueritatem propoſitionis, in qua terminus ſic ſupponit, ſufficit ueritas pro uno determinato ſuppoſito, quia dato, ꝙ ſupponat pro omnibus ſuis inferioribus, ſi tamen prædicatum competat ſibi pro unico determinato ſuppoſito, dicitur propoſitio uera, ſicut ſatis dictum eſt. H

Argumtn. Contra prædicta arguitur primo ſic. Non eſt ponenda ſuppoſitio compoſita, ut notum eſt, ergo non eſt ponenda ſuppoſitio ſimplex. Conſequentia tenet, quia ſi unum oppoſitorum eſt in natura, ita & reliquum. Secundo ſic Si poneretur ſuppoſitio ſimplex, maxime eſſet in iſtis propoſitionibus, homo eſt ſpecies, animal eſt genus, ſed iſtæ propoſitiones ſunt ſingulares, ergo ſubiecta earum ſupponunt diſcrete. Tertio ſic. Terminus ſingularis ſupponit perſonaliter, & tamen definitio ſuppoſitionis perſonalis non ſibi competit, ergo eſt inſufficiens. Maior probatur, quia terminus ſingularis ſupponit ꝓ una ſola re quæ dicitur perſona. modo ſuppoſitio dicitur perſonalis a perſona. Quarto ſic. Si definitio ſuppoſitionis perſonalis eſſet bona, ſequeretur, ꝙ in accidentibus non eſſet ſuppoſitio perſo-

A perſonalis conſequens eſt falſum,& patet conſequentia, quia accidentia nō ſunt perſonæ,cum perſona ſit indiuiduum ſubſtantiæ. Quinto ſic. Omnis ſuppoſitio fit ſecūdū determinatā ſpeciē ſuppoſitionis,ergo oīs ſuppoſitio eſt determinata.

Ad argumenta. Ad primum dicitur,ꝙ hic non capitur ſuppoſitio ſimplex,ut diſtinguitur contra complexum. dictum eſt enim ꝙ complexa non ſupponunt, ſed dicitur ſimplex eo ꝙ terminus ſupponit pro natura ſimplici in ſe, & abſolute conſyderata,ut dictum eſt. Ad ſecundum dicitur,ꝙ iſte,homo eſt ſpecies,animal eſt genus, ſunt ſingulares quo ad modum, non tamen ſunt ſingulares quo ad rem,ut dictum eſt. Ad tertium dicitur,quòd terminus communis in ſuppoſitione perſonali ſupponit pro una re, non tamen ſicut terminus ſingularis, nec etiam ſicut terminus ſupponit pro una re in ſimplici ſuppoſitione, ſed ſupponit per una re ſecundum habitudinem quam habet ad ſuppoſita,ſicut in iſta,homo currit,homo ſupponit p o illa re quæ eſt homo,nō tamen in ſe, & abſolutæ,ſed B ſecundum inclinationem ad ſuppoſita. Ad quartum dicitur, ꝙ perſona capitur dupliciter. Vno mō proprie prout definit a Boetho, ꝙ perſona eſt naturæ intellectualis indiuidua ſubſtantia,& ſic indiuidua naturæ humanæ proprie dicuntur perſonæ. Alio mō capitur perſona large pro quocunq; inferiori in ordine ad ſuperius,ſiue tale ſit ſubſtantia ſiue accidens,& hoc modo capitur perſona in propoſito. Ad quintum dicitur, quòd omnis ſuppoſitio eſt ſecundum aliquam ſpeciem determinatam ſuppoſitionis. Dicitur ultra quod non uocatur hic determinata eo,quod ſit ſecundum determinatam ſpeciem ſuppoſitionis, ſed quia reddit locutionem ueram pro uno determinato ſuppoſito,ut dictum eſt.

Solutio.

Nota rationem.

Suppoſitio confuſa quid ſit.

SVppoſitio confuſa eſt acceptio termini communis pro pluribus mediante ſigno uniuerſali, cum dicitur, omnis hō eſt animal. ibi iſte C terminus hō ſupponit pro pluribus mediante ſigno uniuerſali, quia ſupponit pro quolibet ſuo ſuppoſito. Item confuſarū ſuppoſitionum, alia eſt confuſa neceſsitate ſigni,uel modi, & alia neceſsitate rei,ut cū dicitur,oīs homo eſt animal. ibi iſte terminus homo, mediante ſigno uniuerſali confunditur ſiue diſtribuitur pro quolibet ſuppoſito. & iſte terminus animal a parte prædicati poſitus confunditur neceſsitate rei, Et cū unuſquiſq; hō ſuam habeat eſſentiam, ideo hoc uerbū eſt neceſſitate rei tenetur pro tot eſſentiis pro quot hominibus tenetur iſte terminus homo. & cum unicuiq; homini inſit ſua animalitas, ideo iſte terminus animal, neceſsitate rei tenetur pro tot animalibus pro quot D hominibus iſte terminus hō, & pro quot eſſentiis hoc uerbū eſt. Vnde iſte terminus hō debet ſupponere cōfuſe mobiliter, & diſtributiue, ſed confuſe, & diſtributiue tenetur, quia tenetur pro omni homine, mobiliter uero, quia licet fieri deſcenſum ſub eo pro quolibet ſuo ſuppoſito, ut omnis homo eſt animal, ergo Socrates eſt animal. ſed iſte terminus animal dicitur confundi immobiliter, quia non licet fieri deſcenſum ſub eo, ut omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt hoc animal. ibi enim fit proceſſus a ſimplici ſuppoſitione ad perſonalem, ſicut hic, homo eſt digniſsima creaturarum,ergo hic homo,

Terminus hō quomodo ſupponat.

homo, uel aliquis homo. uel roſa eſt pulcherrimus florum, ergo ali- E
qua roſa. Sed differunt in hoc, quia in iſtis eſt ſimplex ſuppoſitio ex parte ſubiecti, in illa uero ex parte prædicati, licet uideatur oppoſitum eſſe quod ſuperius dictum eſt, ꝙ in hac propoſitione omnis homo eſt animal, iſte terminus animal in prædicato poſitus ſimplicem habet ſuppoſitionem, cum prius dicitur quòd habet confuſam. Ad hoc dicendum eſt ſecundum quoſdam, quòd, quia genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, iſte terminus animal, quando tenetur pro ipſo in communi quod eſt genus, ſic habet ſimplicem ſuppoſitionem, ſecundum autem quòd ipſa natura communis ipſius generis multiplicatur per ſuppoſita hominis, ſic dicitur habere confuſam ſuppoſitionem non mobiliter ſed immobiliter. Suppoſitio autem confuſa immobi- F
liter poteſt dare cum ſimplici incidere non ſecundum idem, ſed ſecundum diuerſa, ut dictum eſt. Vnde ſecundum hoc dicendum eſt quòd ſuppoſitio confuſa mobiliter non poteſt ſimul eſſe cum ſimplici nec ſecundum idem, nec ſecundum diuerſa, ut dictum eſt. ſed credo impoſſibile eſſe terminum communem in prædicato poſitum habere ſuppoſitionem ſimplicem, & confundi mobiliter uel immobiliter, ſigno uniuerſali exiſtente in ſubiecto affirmatiue, ut omnis homo eſt animal, & ſic de aliis conſimilibus. quia ut uult Porphyrius, omne quod prædicatur de aliquo, aut eſt maius eo, aut eſt æquale ei, de quo prædicatur, & intendit de prædicatione per ſe. ſed in hac propoſitione, omnis G
homo eſt animal, eſt prædicatio per ſe, & non prædicatur æquale, ergo maius. non accidentale, ergo ſubſtantiale uel eſſentiale, ergo genus uel differentia. non differentia, ergo genus. ſed natura generis multiplicata mobiliter, uel immobiliter non eſt genus, ergo, cum dicitur, omnis homo eſt animal, cum ibi prædicetur genus, non eſſet poſsibile terminum communem multiplicari mobiliter uel immobiliter, qui ſignificat naturam generis, quæ iam actu non eſſet genus, ſicut ſi homo confunderetur mobiliter uel immobiliter, iam non eſſet ſpecies. Item hoc idem uidetur per Ariſto. in 1. Topi. dicentem quòd omne illud quod de alio prædicatur, aut prædicatur conuerſim de eo, aut non. ſi conuerſim eſt definitio uel proprium. ſi autem non conuer- H
ſim prædicatur de re, aut cadit in definitionem rei, aut non. ſi non, tunc eſt accidens, ſi cadit in definitionem, rei aut eſt genus, aut differentia, non differentia, ergo genus. Et intendit Ariſto. ꝙ ibi ſit directa prædicatio, & ſpecies ſubiiciatur ſecundum ſe uel multiplicetur, ſed in hac propoſitione, homo eſt animal, eſt directa prædicatio, & ſubiicitur homo, & non æquale prædicatur, neque accidens, ergo genus. Quare non eſt poſsibile terminum communem in prædicato poſitum confundi

A fundi mobiliter uel immobiliter. Item totum uniuerſale quod eſt genus, & totum in quantitate ex oppoſito ſe habent. Sed totum in quantitate eſt duplex, quoddam enim eſt totum in quantitate completum, ut ubicunque confunditur terminus communis mobiliter, ut omnis homo eſt animal. aliud eſt totum in quantitate incompletum, & diminutum, ut ubicunque confunditur terminus communis immobiliter, & multiplicatur terminus communis ſimpliciter, ergo, ſi impoſsibile eſt totum in quantitate eſſe genus inquantum huiuſmodi, non erit poſsibile terminum communem in prædicato poſitum confundi mobiliter uel immobiliter, ut dicebatur. Item comparatio illa, ſecundum quam inferiora reducuntur ad ſuperiora, oppoſita eſt com-
B parationi ſecundum quam ſuperiora reducuntur ad ſua inferiora. ſed ſecundum primam ſumitur commune in ratione communis, ſed ſecundum ſecundam ſumitur commune multiplicatum ſiue confuſum. Cum ergo terminus communis, ut ſic ſit in ratione generis, non eſt poſsibile ipſum multiplicari inquantum huiuſmodi. & hæc quatuor argumenta ſunt concedenda. Cauſa autem propter quam mouebantur iſti, qui fuerunt huiuſmodi opinionis, facilis eſt ad ſoluendum, quæ tantum eſt una. quia, cum dicitur, omnis homo eſt animal, cum unicuiq; homini reſpondeat ſua animalitas, ſiue ſua eſſentia (cum non poſsit eſſe homo quin ſit animal) ideo ipſi dixerunt quòd iſte termi-
C nus animal, tenetur pro tot animalibus pro quot hominibus homo. Quod autem in illo argumento nulla ſit cauſa apparentiæ, patet. quia cum dicitur, omnis homo eſt albus, neceſſe eſt quòd tot animalitates intelligantur in ſubiecto, quot ſunt homines in quibus tenetur homo. Vnde nihil eſt, dicere quòd habeat illas animalitates a prædicato, cum ibi prædicatur album. unde dicendum, quòd homo Logice loquendo non naturaliter ex rationali, & animali componitur, ideo de ſe habet illarum animalitatum multiplicationem, unde, cum dico ſic, omnis homo eſt albus, nullo modo habet illas animalitates a prædicato, cum ibi prædicetur albus, ut dictum eſt. ſic autem eſt in propoſito, cum ibi prædicetur genus de ſpecie, ut omnis homo eſt animal, In hac enim
D propoſitione ſubiicitur homo, in quo intelligitur multitudo illarum animalitatum, & prædicatur hic genus animal, quod nullo modo confunditur mobiliter uel immobiliter, ſed ſtat ibi pro natura ſiue pro eſſentia ipſius generis communis prædicabilis de pluribus, unde animal prædicatur & intelligitur in ſubiecto ſicut hic, omne animal rationale eſt animal. Similiter dico, quod hoc uerbum eſt, non confunditur mobiliter uel immobiliter, quia quod animal eſſet uel exiſteret in hoc homine, hoc habet ſubiectum de ſe antequam in propoſitione ſubiiciatur prædicato

cato eſſentiali, uel accidentali. Et pp hoc deſtruimus quandam diuiſio **B** nem factam. ſ. confuſarum ſuppoſitionum, alia eſt confuſa neceſsitate rei, alia eſt confuſa neceſsitate modi ſiue ſigni. Dicimus. n. q̄ omnis confuſio fit neceſsitate ſigni, uel modi, ut cum dicitur, omne animal rationale eſt animal, iſte terminus animal in ſubiecto poſitus tenetur neceſsitate ſigni pro omni animali, q̄d eſt homo. Similiter hic, omnis hō eſt animal, iſte terminus homo tenetur pro omni homine, & non ſolum pro homine, ſed ēt pro omni animali quod eſt homo, & ideo intelliguntur tot animalitates quo humanitates naturaliter loquendo, quia eadem eſt humanitas in quolibet indiuiduo hominis ſecundum uiā Logicorum, non tamen ſecundū uiam naturæ, ſic homo in cōmuni idem eſt unde q̄ ſit hæc animalitas, uel illa, hoc eſt ratione materiæ. **F** In uia enim naturæ humanitas mea differt ab humanitate tua per ſe, & anima mea, per quam cauſatur humanitas mea in me, alia eſt ab anima tua, per quam cauſatur humanitas tua in te. Et propter hoc ſignū confundit hominem non tamen confundit animal in communi, ſed animal contractum ad hominem per ſuas differentias, unde ſequitur quòd omnis confuſio fit neceſsitate ſigni, uel modi, & hæc tantum de ſuppoſitionibus quantum ad terminos abſolutos.

Quid ſuppō cōfuſa.

Poſtquam Auctor definiuit ſuppoſitionem determinatam, hic cōſequenter defi.it ſuppōnē confuſam dicens, q̄ ſuppō confuſa eſt acceptio termini communis pro omnibus ſuis inferioribus, mediāte ſigno uniuerſalis in qua definitione pon **G** tur acceptio loco generis, & termini cōis, ad differētiam ſuppoſitionis diſcretę. & pro omnibus ſuis inferioribus, ad differentiam ſuppoſitionis naturalis ſimplicis determinatæ & mediante ſigno uniuerſalis, ad differentiam ſuppoſitionis confuſæ, quæ fit per negationem, de qua non eſt hic ad propoſitum.

Signorum uniuerſalium affirmatiuorū ac negatiuorū iudicium.

Primo ſciendum, q̄ non eſt ſimile de ſigno uniuerſali affirmatiuo & negatiuo, quia negatio quicq̄d poſt ſe inuenit totum deſtruit, & ſic eius oppoſitum ponit. ideo ſignum uniuerſale negatiuum inquantum eſt ſignum uniuerſale diſtribuit terminum communem cuius eſt determinatio immediate, ſed inquantum eſt negatiuū diſtribuit terminū cōem poſitum in prædicato. Sed ſignū uniuerſale affirmatiuū diſtribuit ſolum terminū communem cuius eſt immediata determinatio. unde quædam ſunt quæ per ſe confundūt terminū ſiue diſtribuunt, ſicut ſunt ſigna uniuerſalia quæ denotant terminum communem teneri uniuerſaliter alia ſunt quæ confundunt ſolū per accidens, ſicut negatio quæ per ſe habet nega **H** re, confundere autem per accidens, & ſimiliter dicendum eſt de quibuſdam terminis includentibus negationem, ratione cuius ſibi conuenit confundere per accidens, ſicut tantum, ſolum, & ſic de aliis.

Confuſum dupliciter dicitur, & quæ dicaī ſuppoſitio confuſa.

Secundo ſciendum, q̄ aliquid dicitur confuſum dupliciter. Vno modo ſimpliciter, quod ſimpliciter eſt infinitum Alio modo dicitur cōfuſum, ut idem eſt q̄d indeterminatum & ſic ſuppoſitio dicitur confuſa, ideſt interminata quia ad ueritatem propoſitionis in qua ſubiectum ſit ſupponit non ſufficit ueritas pro uno ſuppoſito determinato, ſed requiritur ueritas pro omnibus ſuis ſuppoſitis. ideo nunq̄, uel raro poteſt ſciri determinare ſi talis propoſitio ſit uera, & hoc in materia contingenti. Vnde ſuppoſitio confuſæ requirit deſcenſum ad ſuppoſita

termini

A termini ſupponentis cōfuſæ. Vnde deſcenſus eſt conſequentia formali qua argui tur ab antecedente in quo ponitur terminus communis ſupponens confuſe ad conſequens, in quo enumerantur ſingularia termini communis, ideo deſcenſus, & inductio ex oppoſito ſe habent, quia inductio eſt progreſsio a ſingularibus ad uniuerſale, ſed deſcenſus eſt progreſſus ab uniuerſali ad ſingularia eius. Ex quibus patet, ꝙ ſuppoſitio confuſa eſt acceptio termini communis pro omnibus ſuis ſuppoſitis per ſe, & mediante ſigno uniuerſali.

Tertio ſciendum, ꝙ ſuppoſitionum confuſarum, alia eſt confuſa neceſsitate ſigni, ut omnis homo currit, ille terminus communis homo ſupponit confuſe neceſsitate illius ſigni omnis. Alia eſt confuſa neceſsitate rei, ſicut omnis homo eſt animal, ille terminus animal ſupponit pro tot animalibus pro quot hominibus homo. Vnde quidam ponentes iſtam diuiſionem dixerunt, ꝙ non eſt inconueniens quòd idem terminus ſecundum diuerſas eius habitudines habeat diuerſas ſuppoſitiones, ut dicendo, omnis homo eſt animal, ſi animal in iſta propoſitione teneatur in ſe, & abſolute pro natura communi, ſic ſupponit ſimpliciter, ſi uero teneatur pro eiſdem ſuppoſitis de quibus prædicatur, ſic ſupponit confuſe. Sed hanc diuiſionem improbat Auctor in textu multis rationibus, quarum prima eſt. Omne quod prædicatur de alio prædicatione proprie dicta prædicatur æquale uel ut maius, ſed animal prædicatur de homine prædicatione proprie dicta, ergo ut æquale, uel ut maius. non ut æquale, ergo ut maius, & non ut differentia, uel ſpecies, ergo ut genus, & non ut accidens, ergo ut eſſentiale, ſed natura animalis diſtributa in ſingulis hominibus non eſt genus, ergo in tali propoſitione prædicatur natura animalis abſolute, & per conſequens animal ſupponit ſimpliciter in illa propoſitione, omnis homo eſt animal, & ita in ſimilibus. Aliæ rationes ſatis patent in textu, ideo pro præſenti cauſa breuitatis omittuntur. — Cōfuſæ ſuppōnis ſpēs apparētes.

B (margin letter, beside "diuerſas ſuppoſitiones")

C Quarto ſciendum, ꝙ ſecundum quoſdam, ſuppoſitionum confuſarum, alia eſt mobilis, alia immobilis. Mobilis eſt, quando poteſt fieri deſcenſus ad ſuppoſita termini ſupponentis, ut omnis homo currit, ergo iſte homo currit, & ſic de aliis. Et uocatur mobilis, non quia ibi ſit motus realis, ſed quia eſt deſcenſus ad ſuppoſita terminis ſupponentis. Sed immobilis eſt qñ non poteſt fieri deſcenſus ad ſuppoſita termini ſupponentis. Et, quia iſta diuiſio ſequitur ex præcedenti, ideo eiſdem rationibus poteſt improbari ſicut, & prima. Ex omnibus prædictis clare patet, ꝙ ſcientia de ſuppoſitione inuenta eſt ad hoc, ut per eam ſciatur pro quo, & qualiter unuſquiſque terminus in propoſitione poſitus ſit capiendus, quia termini aliquando accipiuntur pro re uniuerſali, quandoque pro re particulari, & aliquando utroque modo. — De immobili ac mobili cōfuſa ſuppōne.

D Ex omnibus etiam prædictis patet, ꝙ tantum quinque ſunt ſpecies ſuppoſitionis. ſ. diſcreta, naturalis, ſimplex, determinata, & confuſa, quarum ſic habetur ſufficientia, quia omnis ſuppoſitio eſt acceptio termini ſubſtantiui pro aliquo. uel ergo termini communis communiter tenti uel non. ſi ſecundum, ſic eſt ſuppoſitio diſcreta, ſi primum, hoc eſt dupliciter aut ſumitur pro ſe aut cū adiuncto. ſi primum ſic eſt ſuppoſitio naturalis, ſi ſecundum, hoc eſt dupliciter. aut ſumitur pro re uniuerſali per ipſum ſignificata, aut pro ſuis inferioribus. ſi primum, ſic eſt ſuppoſitio ſimplex, ſi ſecundum, hoc eſt dupliciter. aut tenetur uniuerſaliter, aut non. ſi primum, ſic eſt ſuppoſitio confuſa, ſi ſecundum, ſic eſt determinata. — Quinque ſuppōnis ſpecies.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. In iſta propoſitione nō homo currit, homo ſupponit confuſe, cum æquiualeat huic, nullus homo currit, & tamen hoc non eſt mediante ſigno uniuerſali, ergo &c. Secundo ſic. In iſtis propoſitionibus, hic & romæ uenditur piper, bis audiui miſſam, piper & miſſa ſupponunt confuſe.

confuſe & non determinate, cum nullum determinatum piper uendatur hic,& Romæ,& tamen hoc non eſt mediante ſigno uniuerſali,ergo. Tertio ſic. Idem eſt confuſum & infinitum, ſed infinitum eſt ignotum, ergo ſuppoſitio confuſa eſt ignota, & per conſequens non eſt definibilis. Quarto ſic. Quod non unum ſignificat nihil ſignificat,ut habet Ariſto 4 Metaph. ergo a ſimili quod non tenetur pro uno non ſupponit. & per conſequens terminus communis non poteſt teneri pro omnibus ſuis ſuppoſitis. Quinto ſic. Prædicatur uniuerſalis negatiuę ſupponit confuſe, & etiam cuiuſlibet negatiuæ, & tamen non eſt mediante ſigno uniuerſali, ergo &c. E

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd in illa propoſitione homo ſupponit confuſe per accidens, & non per ſe. Ad ſecundum dicitur, quòd illi termini, & ſimiles ſupponunt ſimpliciter, & non perſonaliter. Ad tertium dicitur, quòd patet ſolutio ex prædictis in ſecundo notabili. Ad quartum dicitur,quòd negatur conſequentia, quia non eſt ſimile de ſignificatione,& ſuppoſitione,ſicut ſatis patet ex prædictis. Ad quintum dicitur, quòd prædicatum propoſitionis uniuerſalis negatiuæ ſupponit confuſe per accidens tantum,& non per ſe. Et hęc de ſuppoſitionibus dicta ſufficiat. F

PARVORVM LOGICALIVM TRACTATVS SECVNDVS,

Summa Tractatus.

De multiplici Relationum genere ac diuiſione, deque multis regulis illis tum communibus, tum propriis. G

Relatiuorum nonnullæ diuiſiones proponuntur.

Cap. de relatiuo.

RELATIVVM eſt duplex. Vno modo relatiuum eſt. cuius eſſe eſt ad aliud ſe habere, & ſic relatiuum eſt unum de decem prædicamentis. Aliud eſt relatiuum quod eſt ante latæ rei recordatiuum, quia ut uult Pariſ. in maiori ſuo uolumine, relatio eſt ante latæ rei recordatio, ut Socrates currit qui mouetur, ibi hoc relatiuum qui facit recordationem ſiue relationem de Socrate qui eſt res ante lata. Omiſsis autem relatiuis ſecundum primum modum, de relatiuis ſecundo modo hic intendimus. Relatiuorum autem quædam ſunt relatiua ſubſtantiæ, ut qui, ille, & ſimilia, quædam uero ſunt relatiua accidentis,ut talis, qualis, tantus, quantus. Relatiuum autem ſubſtantiæ eſt quod refert eandem rem in numero cum ſuo antecedente, ut qui, ille. Item relatiuorum ſubſtantiæ, quædam ſunt relatiua diuerſitatis, ut alius, & eſt illud quod refert eandem rem in numero,& ſupponit pro alia, ut Socra. currit & alius diſputat, quædam uero identitatis, ut qui ille, idem. Relatiuum autem ſubſtantiæ identitatis eſt quod refert, & ſupponit pro eodem in numero pro quo ſupponit ſuũ antecedens, ut Socrates currit qui diſputat, ibi hoc relatiuum qui refert H

A fert Socratem, & ſupponit pro Socrate. Relatiuorum ſubſtantiæ idem titatis, quædam ſunt nomina, ut quis, quidam, quædam ſunt pronomina, ut ille, idem.

Iſte eſt ſecundus tractatus Paruorum Logicalium de relatiuis. In quo Petrus Hiſpanus poſtq̃ in præcedente determinauit de ſuppoſitione termini, hic conſequenter determinat de relatione termini. Et ratio ordinis eſt, quia relatio termini, de qua eſt hic ad propoſitum, præſupponit ſuppoſitionem termini, ſicut ſuppoſitio præſupponit termini ſignificationem, ideo prius determinandum fuit de ſuppoſitione q̃ de relatione, & ſimiliter prius determinandum eſt de relatione q̃ de alijs proprietatibus eius, quæ ſunt ampliatio, appellatio, reſtrictio, & diſtributio, quia relatio communior eſt illis, & eo ꝙ reſpicit terminum tam ſupponentem q̃ copulantem. aliæ uero terminum ſupponentem, non quacunque ſup
B poſitione, ſed perſonali ſolum. & quia communiora ſunt prius determinanda, ideo prius determinãdum fuit de ſuppoſitione, & poſtea de relatione anteq̃ de alijs. unde ſicut in tractatu ſuppoſitionum terminus ſupponens eſt ſubiectum attributionis, ita terminus relatiuus eſt ſubiectum attributionis huius tractatus, & relatio eſt proprietas eius, quemadmodum ſuppoſitio termini ſupponentis. Ex quo patet ꝙ ſcientia tradita in hoc tractatu eſt diſtincta a ſcientia ſuppoſitionũ, quia ſcientiæ diſtinguuntur quemadmodum ſubiecta de quibus ſunt.

Qua ĩõne hic de relatiõe agat.

Primo ſciendum, ꝙ relatiuum eſt æquiuocum ſiue multiplex & multiplex indefinitum parit confuſionem, ideo Pet. Hiſp diſtinguit relatiuum, ut eligat mẽbrum de quo eſt ſibi ad propoſitum dicens, quòd duplex eſt relatiuum, unum eſt cuius totum eſſe eſt ad aliud, ut totum eſſe patris eſt ad filium, & totum eſſe filij eſt ad patrem, & de tali determinatur in prædicamentis, aliud eſt relatiuũ quod facit relationem de re ante lata, & de tali eſt hic ad propoſitum, & definitur ſic.
C Relatiuum eſt ante latæ rei recordatiuum, & ſimiliter relatio eſt rei ante latæ recordatio, quo modo definitur a Priſciano in minori uolumine.

Quid relatiuũ diuerſimode cõſyderatũ.

Secundo ſciendum, quòd relatiuorum, quædam ſunt ſubſtantiæ, & quædam, accidentis. Ratio eſt, quia omne relatiuum eſt ante latæ rei recordatiuum, uel ergo rei ſignificatæ per modum per ſe ſtantis, uel per modum alteri adiacentis. ſi primum, ſic eſt relatiuum ſubſtantiæ, ſi ſecundum, ſic eſt relatiuum accidentis. ideo iſta diuiſio eſt analogi in ſua analogata, quia relatium dicitur per, prius de relatiuis ſubſtantiæ q̃ accidentis. Ex quibus patet definitio relatiui ſubſtantiæ. Relatiuum enim ſubſtantiæ eſt recordatiuum rei ante latæ per modum per ſe ſtantis ſignificatæ, ſicut quis, ille, idem, & ſic de alijs. Sed relatiuum accidentis eſt recordatiuum rei ante latæ ſignificatæ per modum alteri adiacentis, ut talis, qualis, & ſic de aliis.

Relatiuum ſubæ & accidẽtis qd.

Tertio ſciendum, quòd relatiuum ſubſtantiæ ſic diuiditur in textu, relatiuorũ
D ſubſtantiæ. aliud eſt identitatis, aliud diuerſitatis. Relatiuũ identitatis eſt quod refert idem in numero cum ſuo antecedente & pro eodem ſupponit, ut dicendo, Socr. cur. qui diſputat, illud relatiuum qui, refert Socra. ſicut. n. ſubſtantia tẽpore, natura, & definitione præcedit accidentia, ſic relatiuum ſubſtantiæ præcedit relatiuum accidentis, ideo Auctor prius determinat de relatiuo ſubſtantiæ quã accidentis. Et huius diuiſionis ratio eſt, quia omne relatiuum ſubſtantiæ ſupponit pro eodem in numero cum ſuo antecedente, aut non ſi primum, ſic eſt relatiuum identitatis, ſi ſecundum ſic eſt relatiuum diuerſitatis.

Relatiuum ſubſtantiæ diuiditur.

Quarto ſciendum, quòd relatiuum ſubſtantiæ identitatis eſt quod ſupponit pro eodem in numero cum ſuo antecedente, ut dicendo, homo currit qui diſputat, illud relatiuum qui, refert Socratem & ſupponit pro Socrate. Aliter definiunt

Quid relatiuũ idẽtitatis ſubæ.

niunt alij dicentes. Relatiuum identitatis eſt illud quod accipitur pro illo pro E
quo uerificatur propoſitio antecedentis eius. Relatiuum uero diuerſitatis eſt id quo non ſupponit pro eodem in numero cum ſuo antecedente, ut dicendo Socrates currit, & alius diſputat. Item relatiuorum identitatis, ut dicitur in textu, quędā ſunt nōīa ut quis, alia ſunt pronomina, ut ille, & ſic de alijs ꝙ diſtinctio ſatis manifeſta eſt per Pariſ. in ſuo minori uolumine illam diuiſionem ponentē.

Argumen. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. De relatiuis determinatur in prædicamentis, ergo hic non debet determinari de ipſis. Secundo ſic. Relatiuum diuerſitatis ſignificat aliam rem a re ante lata, ergo non facit recordationem de re ante lata. Tertio ſic. Si ponatur relatiuum ſubſtantiæ diſtinctum a relatiuis accidentis, ſequeretur ꝙ nullum relatiuum ſubſtantiæ reperiretur inter terminos accidentis, quod eſt falſum. quia in iſta propoſitione, albedo eſt color quæ eſt qualitas, hoc relatiuum quæ, refert albedinem, quæ eſt accidens, ergo relatiuum ſubſtantiæ non diſtinguitur a relatiuo accidentis. Quarto ſic. Si diuiſio relatiuorum ſubſtantiæ eſſet ſufficiens, uel eſſet diuiſio totius in ſuas partes integrales, uel uocis in ſuas ſignificationes, uel analogi in ſua analogata, ſed non uidetur ꝙ ſit aliquod iſtorum, ergo diuiſio eſt inſufficiens. Quinto ſic. Hoc relatiuum qui, eſt relatiuū ſubſtantiæ, & tamen in hac propoſitione mulier quæ damnauit, ſaluauit, non ſupponit pro eodem in numero ſicut ſuum antecedens, nam Eua damnauit & beatiſſima Virgo ſaluauit, ergo relatiuum identitatis non ſupponit pro eodem in numero ſicut ſuum antecedens. & eodem modo poſſet argui, lignum fuit cauſa uitæ, quod fuit cauſa mortis. ſimiliter, homo peccauit & ille redemit. F

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd licet in prædicamentis determinetur de relatiuis, tamen hic & in prædicamentis de ipſis diuerſimode determinatur, ut uiſum eſt in primo notabili. Ad ſecundum dicitur, quòd licet relatiuum diuerſitatis primo & per ſe ſignificet aliam rem à re ante lata, tamen ex conſequenti dat intelligere rem ante latam, ſicut quando dicitur, Socrates currit, & alius diſputat, ſenſus eſt, alius diſputat, alius homo a Socrate diſputat, ideo ex conſequenti dat intelligere Socra. Ad tertium dicitur, ꝙ ſubſtantia poteſt capi dupliciter. Vno modo proprie ut diſtinguitur contra accidens, iſto modo nō capitur hic cum dicitur relatiuum ſubſtantiæ. Alio modo communiter pro omni illo quod habet modum ſubſtantiæ, & ſic capitur hic. ideo bene reperitur relatiuum ſubſtantiæ inter terminos de genere accidentium, ſicut albedo quæ licet ſit accidens, quia tamen ſignificat per modum ſubſtantiæ, ideo ſibi attribuitur relatiuum ſubſtantiæ dicendo, albedo quæ eſt color eſt qualitas. Ad quartum dicitur, ꝙ ſicut ens diuiditur in idem & diuerſum ſecundum prius & poſterius, eo ꝙ idem ſe habet ad diuerſum, ut unum ad multa, & ſicut habitus ad priuationem, ideo ens per prius dicitur de eodem quā de diuerſo. ita ſimiliter diuiditur relatiuum ſubſtantiæ in relatiuum identitatis & diuerſitatis, quare iſta diuiſio eſt analogi in ſua analogata, quia relatiuum ſubſtantiæ per prius dicitur de relatiuo identitatis quam de relatiuo diuerſitatis. Et hæc eſt ratio quare Auctor prius determinauit de relatiuis identitatis ꝙ de relatiuis diuerſitatis. Ad quintum dicitur, ꝙ duplex eſt relatio. Quædam eſt ſimplex quæ eſt quando relatiuum & antecedens ſupponunt pro eodem in ſpecie, & non pro eodem in numero, & iſta relatione referuntur prædicta relatiua ad ſua antecedētia, & de illa non intelligitur in definitionibus. Alia eſt relatio perſonalis, quæ eſt quando pro eodem in numero ſupponunt relatiuum, & antecedens, ut ibi. Socra. currit qui diſputat, & iſta relatione non referuntur prædicta relatiua ad ſua antecedentia, de qua tamen ſolum hic intelligitur. G H

Relatiuum

A *Relatiuum identitatis Subſtantiæ diuiditur in Reciprocum, & non Reciprocum.*

ITem relatiuorum pronominum identitatis, quædam ſunt reciproca ut ſui, ſibi, ſe cum ſuo proceſsiuo, ut ſuus ſua ſuum. Alia uero non reciproca, ut ille, idem. Relatiuum autem reciprocũ dicitur, non, quòd ſit patiens, ſed quia ponit modum patientis ſupra ſubſtantiam agentẽ, quia aliud eſt patiens, & aliud modus patiẽtis. quod patet per hoc, ꝙ nominatiuus põt eſſe patiens, ut dicendo Socra. percutitur, ſed non põt habére modũ patiẽtis. vnde modus patiẽtis ſemper eſt in obliquis, & ſic patet, ꝙ aliud eſt patiens, & aliud modus patientis. Si quæra
B tur quid addatur ſupra patiens per relatiuum reciprocũ, dicendum eſt, ꝙ addit identitatẽ ſubſtantiæ, & ponit eam ſub mõ patientis, ut Socra. uidet ſe, ibi ſubſtantia, quæ prius erat agens ponitur ſub mõ patientis, ut in hoc pronomine ſe. Vnde reciprocũ ſic põt definiri. Reciprocum eſt, quod ſignificat ſubſtantiã agentem ſub mõ patientis. Vel ſic. Reciprocum eſt idẽ, quod ſuiipſius paſsiuũ, & ideo hoc relatiuum ſui ſignificat per modum patientis in quem dicitur tranſire actus uerbi. Nominatiuus autem ſignificat per modum agentis Item ſi quæratur quare hoc pronomẽ ſui, ſibi, ſe, caret nominatiuo. Dicendũ eſt, ꝙ ſolutio patet ex præmiſsis, quia agens non põt ſignificare patiens ſiue ſub mõ
C patientis, niſi in obliquis, ſed nominatiuus dicit modum agẽtis, & ideo natura nominatiui repugnat naturæ huius pronominis ſui. Et ideo non pot habere nominatiuum. Ex prædictis patet, ꝙ relatiua identitatis referunt eandẽ rẽ ſub eodẽ ſuo antecedente, & ſemper ſupponunt pro eadem re in numero. Et ex hoc patet, ꝙ maior eſt certitudo per relatiuum identitatis quàm per ſuum antecedens, loco relatiui poſitum ut homo currit, homo diſputat, quia dubium eſt utrũ de eodem homine dicatur. Sed cũ dicitur hõ currit, & idẽ diſputat, certum eſt, ꝙ de eodem hoĩe dicatur. hoc. n. patet per Priſcianũ dicentẽ in maiori ſuo uolumine, ꝙ cum dicitur, Aiax uenit ad Troiã, & Aiax fortiter pugnauit dubiũ eſt an de eodẽ Aiace dicatur an de diuerſis. Sed cum dicitur,
D Aiax uenit ad Troiã, & idẽ fortiter pugnauit, de eodẽ Aiace in numero ſtatim intelligitur. Et ſic patet, ꝙ maior eſt certitudo per relatiuum identitatis, quã per ſuũ antecedens loco talis relatiui poſitũ. Solet autem dubitari circa relatiua identitatis utrum deceptio facta ex diuerſa relatione ſiit ſecundum æquiuocationẽ, uel ſecundũ amphibologiam, uel ſecundum aliquam aliam fallaciam, ut dicendo, homo uidet aſinum qui eſt rationalis, ibi hoc relatiuum qui, poteſt referri ad hunc terminum qui eſt homo, uel ad hunc terminum qui eſt aſinus, & ſic

Relatiua identitatis ꝗ referant.

Ee ſunt

ſunt ibi diuerſæ relationes,&,ergo ſecundum aliquos ſolet ibi conueniens aſsignari æquiuocatio. Sed contrarium arguitur. hoc nomen qui, ſecundum, ꝙ eſt relatiuum ſignificat rem unam æqualiter ſe habentem ad illud, quod ſignificatur per modum ſubſtantiæ, ut color qui eſt in corpore, locus qui, continet rem locatam, & ſic de aliis, ergo deceptio facta ex diuerſa relatione non facit æquiuocationẽ. Item hoc nomen qui, ſecundum, ꝙ eſt nomen ſignificat ſubſtantiam infinitam, ſed iſta ſubſtantia infinita apta nata eſt finitari tam per unũ accidens quam per aliud, ergo cum illa ſubſtantia infinite ſumpta in ſe ſit una & poteſt referre quodlibet antecedens, ergo ſignificatio huius relatiui erit una, quare ſequitur, ꝙ ibi non erit æquiuocatio. Item ratio cuiuslibet relatiui ſecundum, ꝙ relatiuum, eſt tantum una, hæc.ſ. res ante lata uel rei ante latæ recordatiuum, ergo omne relatiuũ ſecundum, ꝙ relatiuũ participat unum nomen & unam rationem, ergo relatiuum eſt æquiuocum inquantum eſt ante latæ rei recordatiuum. ergo particularia relatiua ut qui, ille, & alius, inquantum ſunt relatiua ſuorum antecedentium non ſunt æquiuoca. Si aliquis obiiciat, ꝙ hoc relatiuum qui, alterius eſt rationis ſecundum, ꝙ tenetur in hoc antecedente homo. & alterius ſecundum, ꝙ tenetur in hoc antecedẽte aſinus, ut in prædicta oratione, ergo eſt commune, & habet rõnes diuerſas, ergo eſt æquiuocum. Dicendum, ꝙ hoc argumentum non ualet. Nam ſimiliter poſſet probari, ꝙ quodlibet uniuocũ eſſet æquiuocum, ut animal eſſet æquiuocum ſecundum, quod eſt homo, uel ſecundum, quod eſt in homine, & aliam habet rõnem ſecundum, ꝙ eſt equus uel ſecundũ, ꝙ eſt in equo, & ſic hoc nomen aïal aliã habet rationem hic, & ibi, & eſt cõmune, non tamen æquiuocum ſed uniuocũ. Soluendum eſt breuiter, ꝙ ſicut uniuoca dicuntur habere eandem rationem non ſecundum ſe, ſed in uniuoco uniuocante, ut homo, bos, equus, & ſimilia in animali, ita ſimiliter omnia relatiua dicuntur habere eandem rationem non ſecundum ſe, ſed in referente ſiue in relatione, & etiam habent idem nomen, ideo uniuocantur in eo, ſed ille obiiciebat de rationibus relatiuorum ſecundum ſe. Vnde prædictas obiectiones ab iſta concedimus, & ideo concedimus, ꝙ deceptio facta ex diuerſam relatione non eſt ſecundum æquiuocationẽ. Item illa deceptio eſt in ordinatione dictionum inter ſe, ergo eſt in oratione, quia ordinatio dictionum nihil aliud eſt quam oratio, ergo nõ eſt æquiuocatio, cum æquiuocatio ſolum ſit in una dictione. Item, ꝙ ibi non ſit amphibologia probatur, quia ubicunque ſit amphibologia, ibi eſt conſtructio unius cum alio, ut in hoc exemplo. libet Ariſtotelis quo ad primum modum, & quo ad ſecundum modum, ut hic, litus aratur,

Quæſtio ne relatiuo qui.

B E G H

A tur, quo ad tertium, ut in hoc, ſcit ſeculum. Et ſecundum hoc patet inductiue per omnes modos amphibologiæ, quod ubicunq; eſt amphibologia, ibi eſt conſtructio unius cum uno tantum, ſed ubicunq; ſunt diuerſa relatiua, non eſt conſtructio unius cum uno tantum, immo unius cum diuerſis, ergo deceptio facta ex diuerſa relatione non facit amphibologiam. Item ubicunque eſt deceptio ex eo quod aliqua dictio poteſt referri ad diuerſa eſt compoſitio, uel diuiſio, ſed deceptio ex diuerſa relatione eſt ex eo quod aliqua dictio poteſt referri ad diuerſa, ergo deceptio ex diuerſa relatione eſt compoſitio, uel diuiſio, & hoc idem concedimus.

B Poſtquam Auctor poſuit diuiſionem relatiuorum ſubſtantiæ, hic conſequenter ſubdiuidit unum membrum illius diuiſionis. ſ. relatiuum identitatis dicens, ꝙ relatiuorum identitatis ſubſtantiæ, quædam ſunt reciproca, ſicut ſui, ſibi, ſe a ſe, alia uero non reciproca, ut ille, idem & ſimilia. Cuius ratio eſt, quia omne relatiuum identitatis ſubſtantiæ ponit modum ſubſtantiæ patientis ſupra ſubſtantiam agentem, aut non. ſi primum. ſic eſt relatiuum reciprocum, ſi ſecundum ſic eſt relatiuum non reciprocum. Vnde relatiuum dicitur reciprocum, nõ ꝙ ſit patiens, ſed quia ponit modum patientis ſupra ſubſtãtiam agentem. ideo dicitur in textu, ꝙ aliud eſt patiens, & aliud modus patientis, nominatiuus. n. poteſt eſſe patiens, ut dicendo, Socrates percutitur, ſed non poteſt habere modum patientis in ſignificando. Ideo dicit Pariſ. quòd modus agentis conuenit nominatiuo, modus uero patientis conuenit obliquis. Ex quo patet quòd illud relatiuum ſui, eſt relatiuum reciprocum, quia habet modum patientis, cum ſit C in obliquis, & non in recto, ut dictum eſt. ideo illud pronomen ſui nominatiuo caſu caret.

Relatiuũ ſubſtãtiæ, diuidĩ in reciprocũ & nõ reciprocũ.

Primo ſciendum, ꝙ relatiuum reciprocum ſic definitur, ꝙ eſt illud quod ſignificat ſubſtantiam agentem ſub modo patientis. unde relatiuum reciprocum refert eandem ſubſtantiam in numero quam habet ſuum antecedens, & pro eodẽ in numero ſupponit. Ex quo ſequitur ꝙ relatiuum reciprocum non refert ſuum antecedens ſumptum cum ſua diſpoſitione uniuerſali uniuerſaliter. nam ſi illa ſit uera ſequeretur ꝙ idem eſſet dicere, omnis homo uidet ſe, & omnis homo uidet omnem hominem, quia cum relatiuum idẽtitatis reciprocum ſupponat pro eodem in numero ſicut ſuum antecedẽs, cum homo in illa propoſitione, omnis homo uidet ſe, teneatur uniuerſaliter, & illud relatiuum ſe, refert hominem uniuerſaliter, quod eſt falſum, unde ut habetur in textu, maior eſt certitudo per relatiuum ſubſtantiæ, q̃ per ſuum antecedens poſitum loco ſui, ut cum dicitur, Aiax D uenit ad Troiam, & Aiax fortiter pugnauit, ibi dubium eſt utrum ſit ſermo de eodem Aiace in numero an non, ſed cum dicitur, Aiax uenit ad Troiam, & ille idem fortiter pugnauit, manifeſtum eſt ꝙ de eodem Aiace in numero eſt hic ſermo, quare maior eſt certitudo per relatiuum identatis quam per ſuum antecedens, quod loco ſui ponitur.

Relatiuũ reciprocũ, quid nõ inferat.

Secundo ſciendum, ꝙ relatiuum reciprocum differt ab aliis tribus modis. primo, quia antecedens ſignificatum per modum agentis ponit per modum patientis, non autem alia relatiua ſecundo differt, quia relatiuum reciprocum cõſtruitur cum eodem uerbo cum quo ſuum antecedens, quod tamen aliis relatiuis repugnat. tertio differt, quia relatiuum reciprocum refert idem ad ſeipſum, non autem alia relatiua, ex quo ſequitur quòd reciprocatio ſolum conuenit relati-

Relatiui reciproci ab aliis diſcrimen.

cluſiua tantum.Et propter hoc ſequitur ab excluſiua indefinita ad ſuam uniuerſalem de terminis tranſpoſitis,ut tantum homo eſt animal , ergo omne animal eſt homo. E

De ſuppõne ꝑſonali.

Tertio ſciendum,ꝙ propoſitio perſonalis eſt acceptio termini communis pro inferioribus,ut dicendo,homo currit,homo ibi ſupponit perſonaliter,pro Socr. uel pro alio.In qua definitione ponitur acceptio loco generis , & ponitur termini cõis,ad differentiam ſuppoſitionis diſcretæ , & ponitur conſequenter pro ſuis inferioribus,ad differentiam ſuppoſitionis ſimplicis,unde ſuppoſitio perſonalis conuenit termino communi ratione adiuncti determinantis ipſum ad ſtandum pro ſuis inferioribus,& hoc poteſt fieri dupliciter. Vno modo,ꝙ tale adiunctum ponatur a parte ante,ſicut eſt in ſignis uniuerſalibus,& particularibus,ſicut dicẽdo omnis homo eſt animal,uel aliquis,homo eſt animal,homo in utraque rõne ſigni ſupponit perſonaliter pro ſuis inferioribus. Alio modo poteſt fieri, qñ tale adiunctum ponitur a parte poſt.ſicut in prædicatis accidentalibus , ut homo eſt albus. Vnde prædicatorum quædam ſunt quæ eſſentialiter ſubiecto conueniũt. F & reſpectu talium poteſt eſſe ſuppoſitio ſimplex uel etiam perſonalis, dumtam ẽ ponatur ſignum a parte ante,ſicut dicendo,homo eſt animal.alia ſunt prædicata accidentalia,& hæc ſunt duplicia, quædam ſunt realia quæ ſignificant naturã realẽ,& reſpectu taliũ eſt ſuppoſitio perſonalis,quia talia prædicata non conueniunt naturę uniuerſali niſi ratione ſuorum indiuiduorum . alia uero ſunt.quæ tantum ſignificant ens rationis , & reſpectu talium eſt ſuppoſitio ſimplex,ut homo eſt ſpecies.animal eſt genus,

Perſonalis ſuppõnis ſpẽs.

Quarto ſciendum,ꝙ ſuppoſitionum perſonalium,alia eſt confuſa, alia determinata.Et huius diuiſionis ratio eſt,quia in omni ſuppoſitione perſonali terminus communis tenetur uniuerſaliter pro omnibus ſuis inferioribus.aut nõ.ſi primum ſic eſt ſuppoſito confuſa,ſi ſecundum,ſic eſt determinata , unde ſuppoſitio determinata eſt illa quàm habet terminus communis indefinite uel particulariter ſumptus, ut homo currit,uel aliquis homo currit.iſte terminus hõ in utraq; G iſtarum ſupponit determinate & licet ſupponat pro omni homine,tamen locutio eſt uera uno ſolo homine currente.Aliud enim eſt ſupponere , & aliud reddere locutionem uerã pro aliquo,unde, ꝙ talis ſuppoſitio ſit determinata probat Auctor in textu,quia cum dicitur animal eſt Plato,animal eſt Socrates , & ſic de aliis,ergo animal eſt,omnis homo , committitur fallacia figuræ dictionis ꝓcedendo a pluribus ſuppoſitionibus determinatis in antecedente ad unam determinatam in conſequente,& ita patet ꝙ terminus indefinite ſumptus ſupponit determinate.dicitur autem ſuppoſitio determinata,quia ad ueritatem propoſitionis , in qua terminus ſic ſupponit, ſufficit ueritas pro uno determinato ſuppoſito,quia dato,ꝙ ſupponat pro omnibus ſuis inferioribus,ſi tamen prædicatum competat ſibi pro unico determinato ſuppoſito, dicitur propoſitio uera , ſicut ſatis dictum eſt. H

Argumẽn.

Contra prædicta arguitur primo ſic.Non eſt ponenda ſuppoſitio compoſita, ut notum eſt,ergo non eſt ponenda ſuppoſitio ſimplex.Conſequentia tenet,qa ſi unum oppoſitorum eſt in natura , ita & reliquum . Secundo ſic Si poneretur ſuppoſitio ſimplex,maxime eſſet in iſtis propoſitionibus, homo eſt ſpecies,animal eſt genus,ſed iſtæ propoſitiones ſunt ſingulares , ergo ſubiecta eorum ſupponunt diſcrete. Tertio ſic. Terminus ſingularis ſupponit perſonaliter,& tamen definitio ſuppoſitionis perſonalis non ſibi competit , ergo eſt inſufficiens. Maior probatur,quia terminus ſingularis ſupponit ꝓ una ſola re quæ dicitur perſona. modo ſuppoſitio dicitur perſonalis a perſona.Quarto ſic . Si definitio ſuppoſitionis perſonalis eſſet bona , ſequeretur , ꝙ in accidentibus non eſſet ſuppoſitio

perſo-

A perſonalis conſequens eſt falſum, & patet conſequentia, quia accidentia nõ ſunt perſonæ, cum perſona ſit indiuiduum ſubſtantiæ. Quinto ſic. Omnis ſuppoſitio fit ſecũdũ determinatã ſpeciẽ ſuppoſitionis, ergo oĩs ſuppoſitio eſt determinata.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ hic non capitur ſuppoſitio ſimplex, ut diſtinguitur contra complexum. dictum eſt enim ꝙ complexa non ſupponunt, ſed dicitur ſimplex eo ꝙ terminus ſupponit pro natura ſimplici in ſe, & abſolute conſyderata, ut dictum eſt. Ad ſecundum dicitur, ꝙ iſte, homo eſt ſpecies, animal eſt genus, ſunt ſingulares quo ad modum, non tamen ſunt ſingulares quo ad rem, ut dictum eſt. Ad tertium dicitur, quòd terminus communis in ſuppoſitione perſonali ſupponit pro una re, non tamen ſicut terminus ſingularis, nec etiam ſicut terminus ſupponit pro una re in ſimplici ſuppoſitione, ſed ſupponit per una re ſecundum habitudinem quam habet ad ſuppoſita, ſicut in iſta, homo currit, homo ſupponit p o illa re quæ eſt homo, nõ tamen in ſe, & abſolutæ, ſed B ſecundum inclinationem ad ſuppoſita. Ad quartum dicitur, ꝙ perſona capitur dupliciter. Vno mõ proprie prout definit a Boetho, ꝙ perſona eſt naturæ intellectualis indiuidua ſubſtantia, & ſic indiuidua naturæ humanæ proprie dicuntur perſonæ. Alio mõ capitur perſona large pro quocunq; inferiori in ordine ad ſuperius, ſiue tale ſit ſubſtantia ſiue accidens, & hoc modo capitur perſona in propoſito. Ad quintum dicitur, quòd omnis ſuppoſitio eſt ſecundum al quam ſpeciem determinatam ſuppoſitionis. Dicitur ultra quod non uocatur hic determinata eo, quòd ſit ſecundum determinatam ſpeciem ſuppoſitionis, ſed quia red dit locutionem ueram pro uno determinato ſuppoſito, ut dictum eſt.

Solutio.

Nota rñſionem.

Suppoſitio confuſa quid ſit.

SVppoſitio confuſa eſt acceptio termini communis pro pluribus mediante ſigno uniuerſali, cum dicitur, omnis hõ eſt animal. ibi iſte C terminus hõ ſupponit pro pluribus mediante ſigno uniuerſali, quia ſupponit pro quolibet ſuo ſuppoſito. Item confuſarũ ſuppoſitionum, alia eſt confuſa neceſsitate ſigni, uel modi, & alia neceſsitate rei, ut cũ dicitur, oĩs homo eſt animal. ibi iſte terminus homo, mediante ſigno uniuerſali confunditur ſiue diſtribuitur pro quolibet ſuppoſito. & iſte terminus animal a parte prædicati poſitus confunditur neceſsitate rei, Et cũ unuſquiſq; hõ ſuam habeat eſſentiam, ideo hoc uerbũ eſt neceſſitate rei tenetur pro tot eſſentiis pro quot hominibus tenetur iſte terminus homo. & cum unicuiq; homini inſit ſua animalitas, ideo iſte terminus animal, neceſsitate rei tenetur pro tot animalibus pro quot D hominibus iſte terminus hõ, & pro quot eſſentiis hoc uerbũ eſt. Vnde iſte terminus hõ debet ſupponere cõfuſe mobiliter, & diſtributiue, ſed confuſe, & diſtributiue tenetur, quia tenetur pro omni homine, mobiliter uero, quia licet fieri deſcenſum ſub eo pro quolibet ſuo ſuppoſito, ut omnis homo eſt animal, ergo Socrates eſt animal. ſed iſte terminus animal dicitur confundi immobiliter, quia non licet fieri deſcenſum ſub eo, ut omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt hoc animal. ibi enim fit proceſſus a ſimplici ſuppoſitione ad perſonalem, ſicut hic, homo eſt digniſsima creaturarum, ergo hic homo,

Terminus hõ quomodo ſuponat.

homo, uel aliquis homo. uel roſa eſt pulcherrimus florum, ergo aliqua roſa. Sed differunt in hoc, quia in iſtis eſt ſimplex ſuppoſitio ex parte ſubiecti, in illa uero ex parte prædicati, licet uideatur oppoſitum eſſe quod ſuperius dictum eſt, ꝙ in hac propoſitione omnis homo eſt animal, iſte terminus animal in prædicato poſitus ſimplicem habet ſuppoſitionem, cum prius dicitur quòd habet confuſam. Ad hoc dicendum eſt ſecundum quoſdam, quòd, quia genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, iſte terminus animal, quando tenetur pro ipſo in communi quod eſt genus, ſic habet ſimplicem ſuppoſitionem, ſecundum autem quòd ipſa natura communis ipſius generis multiplicatur per ſuppoſita hominis, ſic dicitur habere confuſam ſuppoſitionem non mobiliter ſed immobiliter. Suppoſitio autem confuſa immobiliter poteſt dare cum ſimplici incidere non ſecundum idem, ſed ſecundum diuerſa, ut dictum eſt. Vnde ſecundum hoc dicendum eſt quòd ſuppoſitio confuſa mobiliter non poteſt ſimul eſſe cum ſimplici nec ſecundum idem, nec ſecundum diuerſa, ut dictum eſt. ſed credo impoſſibile eſſe terminum communem in prædicato poſitum habere ſuppoſitionem ſimplicem, & confundi mobiliter uel immobiliter, ſigno uniuerſali exiſtente in ſubiecto affirmatiue, ut omnis homo eſt animal, & ſic de aliis conſimilibus. quia ut uult Porphyrius, omne quod prædicatur de aliquo, aut eſt maius eo, aut eſt æquale ei, de quo prædicatur, & intendit de prædicatione per ſe. ſed in hac propoſitione, omnis homo eſt animal, eſt prædicatio per ſe, & non prædicatur æquale, ergo maius. non accidentale, ergo ſubſtantiale uel eſſentiale, ergo genus uel differentia. non differentia, ergo genus. ſed natura generis multiplicata mobiliter, uel immobiliter non eſt genus, ergo, cum dicitur, omnis homo eſt animal, cum ibi prædicetur genus, non eſſet poſsibile terminum communem multiplicari mobiliter uel immobiliter, qui ſignificat naturam generis, quæ iam actu non eſſet genus, ſicut ſi homo confunderetur mobiliter uel immobiliter, iam non eſſet ſpecies. Item hoc idem uidetur per Ariſto. in 1. Topi. dicentem quòd omne illud quod de alio prædicatur, aut prædicatur conuerſim de eo, aut non. ſi conuerſim eſt definitio uel proprium. ſi autem non conuerſim prædicatur de re, aut cadit in definitionem rei, aut non. ſi non, tunc eſt accidens, ſi cadit in definitionem, rei aut eſt genus, aut differentia, non differentia, ergo genus. Et intendit Ariſto. ꝙ ibi ſit directa prædicatio, & ſpecies ſubiiciatur ſecundum ſe uel multiplicetur, ſed in hac propoſitione, homo eſt animal, eſt directa prædicatio, & ſubiicitur homo, & non æquale prædicatur, neque accidens, ergo genus. Quare non eſt poſsibile terminum communem in prædicato poſitum confundi

E F G H

fundi

A fundi mobiliter uel immobiliter. Item totum uniuerſale quod eſt genus, & totum in quantitate ex oppoſito ſe habent. Sed totum in quantitate eſt duplex, quoddam enim eſt totum in quantitate completum, ut ubicunque confunditur terminus communis mobiliter, ut omnis homo eſt animal. aliud eſt totum in quantitate incompletum, & diminutum, ut ubicunque confunditur terminus communis immobiliter, & multiplicatur terminus communis ſimpliciter, ergo, ſi impoſsibile eſt totum in quantitate eſſe genus inquantum huiuſmodi, non erit poſsibile terminum communem in prædicato poſitum confundi mobiliter uel immobiliter, ut dicebatur. Item comparatio illa, ſecundum quam inferiora reducuntur ad ſuperiora, oppoſita eſt com-
B parationi ſecundum quam ſuperiora reducuntur ad ſua inferiora. ſed ſecundum primam ſumitur commune in ratione communis, ſed ſecundum ſecundam ſumitur commune multiplicatum ſiue confuſum. Cum ergo terminus communis, ut ſic ſit in ratione generis, non eſt poſsibile ipſum multiplicari inquantum huiuſmodi. & hæc quatuor argumenta ſunt concedenda. Cauſa autem propter quam mouebantur iſti, qui fuerunt huiuſmodi opinionis, facilis eſt ad ſoluendum, quæ tantum eſt una. quia, cum dicitur, omnis homo eſt animal, cum unicuiq; homini reſpondeat ſua animalitas, ſiue ſua eſſentia (cum non poſsit eſſe homo quin ſit animal) ideo ipſi dixerunt quòd iſte termi-
C nus animal, tenetur pro tot animalibus pro quot hominibus homo. Quod autem in illo argumento nulla ſit cauſa apparentiæ, patet. quia cum dicitur, omnis homo eſt albus, neceſſe eſt quòd tot animalitates intelligantur in ſubiecto, quot ſunt homines in quibus tenetur homo. Vnde nihil eſt, dicere quòd habeat illas animalitates a prædicato, cum ibi prædicatur album. unde dicendum, quòd homo Logice loquendo non naturaliter ex rationali, & animali componitur, ideo de ſe habet illarum animalitatum multiplicationem, unde, cum dico ſic, omnis homo eſt albus, nullo modo habet illas animalitates a prædicato, cum ibi prædicetur albus, ut dictum eſt. ſic autem eſt in propoſito, cum ibi prædicetur genus de ſpecie, ut omnis homo eſt animal, In hac enim
D propoſitione ſubiicitur homo, in quo intelligitur multitudo illarum animalitatum, & prædicatur hic genus animal, quod nullo modo confunditur mobiliter uel immobiliter, ſed ſtat ibi pro natura ſiue pro eſſentia ipſius generis communis prædicabilis de pluribus, unde animal prædicatur & intelligitur in ſubiecto ſicut hic, omne animal rationale eſt animal. Similiter dico, ꝙ hoc uerbum eſt, non confunditur mobiliter uel immobiliter, quia ꝙ animal eſſet uel exiſteret in hoc homine, hoc habet ſubiectum de ſe antequam in propoſitione ſubiiciatur prædicato

cato eſſentiali,uel accidentali. Et pp hoc deſtruimus quandam diuiſio B
nem factam.ſ. confuſarum ſuppoſitionum, alia eſt confuſa neceſsitate rei,alia eſt confuſa neceſsitate modi ſiue ſigni. Dicimus.n.ꝙ omnis confuſio fit neceſsitate ſigni,uel modi, ut cum dicitur, omne animal rationale eſt animal, iſte terminus animal in ſubiecto poſitus tenetur neceſsitate ſigni pro omni animali, qđ eſt homo. Similiter hic,omnis hō eſt animal, iſte terminus homo tenetur pro omni homine, & non ſolum pro homine, ſed ēt pro omni animali quod eſt homo, & ideo intelliguntur tot animalitates quo humanitates naturaliter loquendo, quia eadem eſt humanitas in quolibet indiuiduo hominis ſecundum uiā Logicorum,non tamen ſecundū uiam naturæ, ſic homo in cōmuni idem eſt unde ꝙ ſit hæc animalitas,uel illa,hoc eſt ratione materiæ. F
In uia enim naturæ humanitas mea differt ab humanitate tua per ſe, & anima mea, per quam cauſatur humanitas mea in me,alia eſt ab anima tua,per quam cauſatur humanitas tua in te. Et propter hoc ſignū confundit hominem non tamen confundit animal in communi, ſed animal contractum ad hominem per ſuas differentias, unde ſequitur quòd omnis confuſio fit neceſsitate ſigni, uel modi,& hæc tantum de ſuppoſitionibus quantum ad terminos abſolutos.

Quid ſuppō cōfuſa.

Poſtquam Auctor definiuit ſuppoſitionem determinatam,hic cōſequenter deſinit ſuppōnē confuſam dicens,ꝙ ſuppō confuſa eſt acceptio termini communis pro omnibus ſuis inferioribus, mediāte ſigno uniuerſalis in qua definitione ponitur acceptio loco generis, & termini cōis,ad differētiam ſuppoſitionis diſcretę. G
& pro omnibus ſuis inferioribus, ad differentiam ſuppoſitionis naturalis ſimplicis determinatæ & mediante ſigno uniuerſalis, ad differentiam ſuppoſitionis confuſæ,quæ fit per negationem,de qua non eſt hic ad propoſitum.

Signorum uniuerſalium affirmatiuorū ac negatiuorū iudicium.

Primo ſciendum, ꝙ non eſt ſimile de ſigno uniuerſali affirmatiuo & negatiuo,quia negatio quicqd poſt ſe inuenit totum deſtruit, & ſic eius oppoſitum ponit. ideo ſignum uniuerſale negatiuum inquantum eſt ſignum uniuerſale diſtribuit terminum communem cuius eſt determinatio immediate, ſed inquantum eſt negatiuū diſtribuit terminū cōem poſitum in prædicato.Sed ſignū uniuerſale affirmatiuū diſtribuit ſolum terminū communem cuius eſt immediata determinatio. unde quædam ſunt quæ per ſe confundūt terminū ſiue diſtribuunt, ſicut ſunt ſigna uniuerſalia quæ denotant terminum communem teneri uniuerſaliter alia ſunt quæ confundunt ſolū per accidens,ſicut negatio quæ per ſe habet nega- H
re,confundere autem per accidens, & ſimiliter dicendum eſt de quibuſdam terminis includentibus negationem, ratione cuius ſibi conuenit confundere per accidens,ſicut tantum,ſolum,& ſic de aliis.

Confuſum dupliciter dicitur, & quæ dicatur ſuppoſitio confuſa.

Secundo ſciendum,ꝙ aliquid dicitur confuſum dupliciter. Vno modo ſimpliciter ,quod ſimpliciter eſt infinitum Alio modo dicitur cōfuſum,ut idem eſt qđ indeterminatum & ſic ſuppoſitio dicitur confuſa, ideſt interminata quia ad ueritatem propoſitionis in qua ſubiectum ſic ſupponit non ſufficit ueritas pro uno ſuppoſito determinato, ſed requiritur ueritas pro omnibus ſuis ſuppoſitis. ideo nunq̄,uel raro poteſt ſciri determinare ſi talis propoſitio ſit uera, & hoc in materia contingenti. Vnde ſuppoſitio confuſæ requirit deſcenſum ad ſuppoſita

termini

A termini ſupponentis cõfuſæ. Vnde deſcenſus eſt conſequentia formali qua arguitur ab antecedente in quo ponitur terminus communis ſupponens confuſe ad conſequens, in quo enumerantur ſingularia termini communis, ideo deſcenſus & inductio ex oppoſito ſe habent, quia inductio eſt progreſsio a ſingularibus ad uniuerſale, ſed deſcenſus eſt progreſſus ab uniuerſali ad ſingularia eius. Ex quibus patet, ꝙ ſuppoſitio confuſa eſt acceptio termini communis pro omnibus ſuis ſuppoſitis per ſe, & mediante ſigno uniuerſali.

Tertio ſciendum, ꝙ ſuppoſitionum confuſarum, alia eſt confuſa neceſsitate ſigni, ut omnis homo currit, ille terminus communis homo ſupponit confuſe neceſsitate illius ſigni omnis. Alia eſt confuſa neceſsitate rei, ſicut omnis homo eſt animal, ille terminus animal ſupponit pro tot animalibus pro quot hominibus homo. Vnde quidam ponentes iſtam diuiſionem dixerunt, ꝙ non eſt inconueniens quòd idem terminus ſecundum diuerſas eius habitudines habeat diuerſas B ſuppoſitiones, ut dicendo, omnis homo eſt animal, ſi animal in iſta propoſitione teneatur in ſe, & abſolute pro natura communi, ſic ſupponit ſimpliciter, ſi uero teneatur pro eiſdem ſuppoſitis de quibus prædicatur, ſic ſupponit confuſe. Sed hanc diuiſionem improbat Auctor in textu multis rationibus, quarum prima eſt. Omne quod prædicatur de alio prædicatione proprie dicta prædicatur æquale uel ut maius, ſed animal prædicatur de homine prædicatione proprie dicta, ergo ut æquale, uel ut maius. non ut æquale, ergo ut maius, & non ut differentia, uel ſpecies, ergo ut genus, & non ut accidens, ergo ut eſſentiale, ſed natura animalis diſtributa in ſingulis hominibus non eſt genus, ergo in tali propoſitione prædicatur natura animalis abſolute, & per conſequens animal ſupponit ſimpliciter in illa propoſitione, omnis homo eſt animal, & ita in ſimilibus. Aliæ rationes ſatis patent in textu, ideo pro præſenti cauſa breuitatis omittuntur. Cõfuſæ ſuppõnis ſpẽs apparẽtes.

C Quarto ſciendum, ꝙ ſecundum quoſdam, ſuppoſitionum confuſarum, alia eſt mobilis, alia immobilis. Mobilis eſt, quando poteſt fieri deſcenſus ad ſuppoſita termini ſupponentis, ut omnis homo currit, ergo iſte homo currit, & ſic de aliis. Et uocatur mobilis, non quia ibi ſit motus realis, ſed quia eſt deſcenſus ad ſuppoſita terminis ſupponentis. Sed immobilis eſt qñ non poteſt fieri deſcenſus ad ſuppoſita termini ſupponentis. Et, quia iſta diuiſio ſequitur ex præcedenti, ideo eiſdem rationibus poteſt improbari ſicut, & prima. Ex omnibus prædictis clare patet, ꝙ ſcientia de ſuppoſitione inuenta eſt ad hoc, ut per eam ſciatur pro quo, & qualiter unuſquiſque terminus in propoſitione poſitus ſit capiendus, quia termini aliquando accipiuntur pro re uniuerſali, quandoque pro re particulari, & aliquando utroque modo. De immobili ac mobili cõfuſa ſuppõne.

Ex omnibus etiam prædictis patet, ꝙ tantum quinque ſunt ſpecies ſuppoſitionis. ſ. diſcreta, naturalis, ſimplex, determinata, & confuſa, quarum ſic habetur ſufficientia, D quia omnis ſuppoſitio eſt acceptio termini ſubſtantiui pro aliquo. uel ergo termini communis communiter tenti uel non. ſi ſecundum, ſic eſt ſuppoſitio diſcreta, ſi primum, hoc eſt dupliciter aut ſumitur pro ſe aut cũ adiuncto. ſi primum ſic eſt ſuppoſitio naturalis, ſi ſecundum, hoc eſt dupliciter. aut ſumitur pro re uniuerſali per ipſum ſignificata, aut pro ſuis inferioribus. ſi primum, ſic eſt ſuppoſitio ſimplex, ſi ſecundum, hoc eſt dupliciter. aut tenetur uniuerſaliter, aut non. ſi primum, ſic eſt ſuppoſitio confuſa, ſi ſecundum, ſic eſt determinata. Quinque ſuppõnis ſpecies.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. In iſta propoſitione nẽ homo currit, homo ſupponit confuſe, cum æquiualeat huic, nullus homo currit, & tamen hoc non eſt mediante ſigno uniuerſali, ergo &c. Secundo ſic. In iſtis propoſitionibus, hic & romæ uenditur piper, bis audiui miſſam, piper & miſſa ſupponunt confuſe.

confuſe & non determinate, cum nullum determinatum piper uendatur hic,& E
Romæ,& tamen hoc non eſt mediante ſigno uniuerſali,ergo. Tertio ſic. Idem
eſt confuſum & infinitum, ſed infinitum eſt ignotum, ergo ſuppoſitio confuſa eſt ignota, & per conſequens non eſt definibilis. Quarto ſic. Quod non unum ſignificat nihil ſignificat,ut habet Ariſto 4 Metaph. ergo a ſimili quod non tenetur pro uno non ſupponit. & per conſequens terminus communis non poteſt teneri pro omnibus ſuis ſuppoſitis. Quinto ſic. Prædicatur uniuerſalis negatiuę ſupponit confuſe, & etiam cuiuſlibet negatiuæ, & tamen non eſt mediante ſigno uniuerſali, ergo &c.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd in illa propoſitione homo ſupponit confuſe per accidens, & non per ſe. Ad ſecundum dicitur, quòd illi termini, & ſimiles ſupponunt ſimpliciter, & non perſonaliter. Ad tertium dicitur, quòd patet ſolutio ex prædictis in ſecundo notabili. Ad quartum dicitur,quòd negatur conſequentia, quia non eſt ſimile de ſignificatione,& ſuppoſitione,ſicut F
ſatis patet ex prædictis. Ad quintum dicitur, quòd prædicatum propoſitionis uniuerſalis negatiuæ ſupponit confuſe per accidens tantum,& non per ſe. Et hęc de ſuppoſitionibus dicta ſufficiat.

PARVORVM LOGICALIVM
TRACTATVS SECVNDVS,

Summa Tractatus.

De multiplici Relationum genere ac diuiſione, deque multis regulis illis tum communibus, tum propriis. G

Relatiuorum nonnullæ diuiſiones proponuntur.

Cap. de relatiuo.

RELATIVVM eſt duplex. Vno modo relatiuum eſt cuius eſſe eſt ad aliud ſe habere, & ſic relatiuum eſt unum de decem prædicamentis. Aliud eſt relatiuum quod eſt ante latæ rei recordatiuum, quia ut uult Pariſ. in maiori ſuo uolumine, relatio eſt ante latæ rei recordatio, ut Socrates currit qui mouetur, ibi hoc relatiuum qui facit recordationem ſiue relationem de Socrate qui eſt res ante lata. Omiſsis autem relatiuis ſecundum primum modum, de relatiuis ſecundo modo hic intendimus. Relatiuorum autem quædam ſunt relatiua ſubſtantiæ, ut qui, ille, & ſimilia, quædam uero ſunt relati- H
ua accidentis,ut talis, qualis, tantus, quantus. Relatiuum autem ſubſtantiæ eſt quod refert eandem rem in numero cum ſuo antecedente, ut qui, ille. Item relatiuorum ſubſtantiæ, quædam ſunt relatiua diuerſitatis, ut alius, & eſt illud quod refert eandem rem in numero,& ſupponit pro alia, ut Socra. currit & alius diſputat, quædam uero identitatis, ut qui ille, idem. Relatiuum autem ſubſtantiæ identitatis eſt quod refert, & ſupponit pro eodem in numero pro quo ſupponit ſuū antecedens, ut Socrates currit qui diſputat, ibi hoc relatiuum qui refert

A fert Socratem, & ſupponit pro Socrate. Relatiuorum ſubſtantiæ idẽ titatis, quædam ſunt nomina, ut quis, quidam, quædam ſunt pronomina, ut ille, idem.

Iſte eſt ſecundus tractatus Paruorum Logicalium de relatiuis. In quo Petrus Hiſpanus poſtq̃ in præcedente determinauit de ſuppoſitione termini, hic conſequenter determinat de relatione termini. Et ratio ordinis eſt, quia relatio termini, de qua eſt hic ad propoſitum, præſupponit ſuppoſitionem termini, ſicut ſuppoſitio præſupponit termini ſignificationem, ideo prius determinandum fuit de ſuppoſitione q̃ de relatione, & ſimiliter prius determinandum eſt de relatione q̃ de alijs proprietatibus eius, quæ ſunt ampliatio, appellatio, reſtrictio, & diſtributio, quia relatio communior eſt illis, & eo q̧ reſpicit terminum tam ſupponentem q̃ copulantem. aliæ uero terminum ſupponentem, non quacunque ſup
B poſitione, ſed perſonali ſolum. & quia communiora ſunt prius determinanda, ideo prius determinādum fuit de ſuppoſitione, & poſtea de relatione anteq̃ de alijs. unde ſicut in tractatu ſuppoſitionum terminus ſupponens eſt ſubiectum attributionis, ita terminus relatiuus eſt ſubiectum attributionis huius tractatus, & relatio eſt proprietas eius, quemadmodum ſuppoſitio termini ſupponentis. Ex quo patet q̧ ſcientia tradita in hoc tractatu eſt diſtincta a ſcientia ſuppoſitionū, quia ſcientiæ diſtinguuntur quemadmodum ſubiecta de quibus ſunt.

Qua rōne hic de relatiōe agat.

Primo ſciendum, q̧ relatiuum eſt æquiuocum ſiue multiplex & multiplex indefinitum parit confuſionem, ideo Pet. Hiſp diſtinguit relatiuum, ut eligat membrum de quo eſt ſibi ad propoſitum dicens, quòd duplex eſt relatiuum, unum eſt cuius totum eſſe eſt ad aliud, ut totum eſſe patris eſt ad filium, & totum eſſe filij eſt ad patrem, & de tali determinatur in prædicamentis, aliud eſt relatiuū quod facit relationem de re ante lata, & de tali eſt hic ad propoſitum, & definitur ſic.
C Relatiuum eſt ante latæ rei recordatiuum, & ſimiliter relatio eſt rei ante latæ recordatio, quo modo definitur a Priſciano in minori uolumine.

Quid relatiū diuerſimode cōſyderatū.

Secundo ſciendum, quòd relatiuorum, quædam ſunt ſubſtantiæ, & quædam, accidentis. Ratio eſt, quia omne relatiuum eſt ante latæ rei recordatiuum, uel ergo rei ſignificatæ per modum per ſe ſtantis, uel per modum alteri adiacentis. ſi primum, ſic eſt relatiuum ſubſtantiæ, ſi ſecundum, ſic eſt relatiuum accidentis. ideo iſta diuiſio eſt analogi in ſua analogata, quia relatium dicitur per prius de relatiuis ſubſtantiæ q̃ accidentis. Ex quibus patet definitio relatiui ſubſtantiæ. Relatiuum enim ſubſtantiæ eſt recordatiuum rei ante latæ per modum per ſe ſtantis ſignificatæ, ſicut quis, ille, idem, & ſic de alijs. Sed relatiuum accidentis eſt recordatiuum rei ante latæ ſignificatæ per modum alteri adiacentis, ut talis, qualis, & ſic de aliis.

Relatiuum ſubæ & accidētis q̃d.

Tertio ſciendum, quòd relatiuum ſubſtantiæ ſic diuiditur in textu, relatiuorū
D ſubſtantiæ aliud eſt identitatis, aliud diuerſitatis. Relatiuū identitatis eſt quod refert idem in numero cum ſuo antecedente & pro eodem ſupponit, ut dicendo, Socr. cur. qui diſputat, illud relatiuum qui, refert Socra. ſicut. n. ſubſtantia tempore, natura, & definitione præcedit accidentia, ſic relatiuum ſubſtantiæ præcedit relatiuum accidentis, ideo Auctor prius determinat de relatiuo ſubſtantiæ quā accidentis. Et huius diuiſionis ratio eſt, quia omne relatiuum ſubſtantiæ ſupponit pro eodem in numero cum ſuo antecedente, aut non ſi primum, ſic eſt relatiuum identitatis, ſi ſecundum ſic eſt relatiuum diuerſitatis.

Relatiuum ſubſtantiæ diuiditur.

Quarto ſciendum, quòd relatiuum ſubſtantiæ identitatis eſt quod ſupponit pro eodem in numero cum ſuo antecedente, ut dicendo, homo currit qui diſputat, illud relatiuum qui, refert Socratem & ſupponit pro Socrate. Aliter definiunt

Quid relatiū identitatis ſubæ.

niunt alij dicentes. Relatiuum identitatis eſt illud quod accipitur pro illo pro quo uerificatur propoſitio antecedentis eius. Relatiuum uero diuerſitatis eſt id quo non ſupponit pro eodem in numero cum ſuo antecedente, ut dicendo Socrates currit, & alius diſputat. Item relatiuorum identitatis, ut dicitur in textu, quædã ſunt noĩa ut quis, alia ſunt pronomina, ut ille, & ſic de alijs q̃ diſtinctio ſatis manifeſta eſt per Pariſ. in ſuo minori uolumine illam diuiſionem ponenté. E

Argumen. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. De relatiuis determinatur in prædicamentis, ergo hic non debet determinari de ipſis. Secundo ſic. Relatiuum diuerſitatis ſignificat aliam rem a re ante lata, ergo non facit recordationem de re ante lata. Tertio ſic. Si ponatur relatiuum ſubſtantiæ diſtinctum a relatiuis accidentis, ſequeretur ꝙ nullum relatiuum ſubſtantiæ reperiretur inter terminos accidentis, quod eſt falſum. quia in iſta propoſitione, albedo eſt color quæ eſt qualitas, hoc relatiuum quæ, refert albedinem, quæ eſt accidens, ergo relatiuum ſubſtantiæ non diſtinguitur a relatiuo accidentis. Quarto ſic. Si diuiſio relatiuorum ſubſtantiæ eſſet ſufficiens, uel eſſet diuiſio totius in ſuas partes integrales, uel uocis in ſuas ſignificationes, uel analogi in ſua analogata, ſed non uidetur ꝙ ſit aliquod iſtorum, ergo diuiſio eſt inſufficiens. Quinto ſic. Hoc relatiuum qui, eſt relatiuũ ſubſtantiæ, & tamen in hac propoſitione mulier quæ damnauit, ſaluauit, non ſupponit pro eodem in numero ſicut ſuum antecedens, nam Eua damnauit & beatiſsima Virgo ſaluauit, ergo relatiuum identitatis non ſupponit pro eodem in numero ſicut ſuum antecedens. & eodem modo poſſet argui, lignum fuit cauſa uitæ, quod fuit cauſa mortis. ſimiliter, homo peccauit & ille redemit. F

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd licet in prædicamentis determinetur de relatiuis, tamen hic & in prædicamentis de ipſis diuerſimode determinatur, ut uiſum eſt in primo notabili. Ad ſecundum dicitur, quòd licet relatiuum diuerſitatis primo & per ſe ſignificet aliam rem à re ante lata, tamen ex conſequenti dat intelligere rem ante latam, ſicut quando dicitur, Socrates currit, & alius diſputat, ſenſus eſt, alius diſputat, alius homo a Socrate diſputat, ideo ex conſequenti dat intelligere Socra. Ad tertium dicitur, ꝙ ſubſtantia poteſt capi dupliciter. Vno modo proprie ut diſtinguitur contra accidens, illo modo nõ capitur hic cum dicitur relatiuum ſubſtantiæ. Alio modo communiter pro omni illo quod habet modum ſubſtantiæ, & ſic capitur hic. ideo bene reperitur relatiuum ſubſtantiæ inter terminos de genere accidentium, ſicut albedo quæ licet ſit accidens, quia tamen ſignificat per modum ſubſtantiæ, ideo ſibi attribuitur relatiuum ſubſtantiæ dicendo, albedo quæ eſt color eſt qualitas. Ad quartum dicitur, ꝙ ſicut ens diuiditur in idem & diuerſum ſecundum prius & poſterius, eo ꝙ idem ſe habet ad diuerſum, ut unum ad multa, & ſicut habitus ad priuationem, ideo ens per prius dicitur de eodem quã de diuerſo. ita ſimiliter diuiditur relatiuum ſubſtantiæ in relatiuum identitatis & diuerſitatis, quare iſta diuiſio eſt analogi in ſua analogata, quia relatiuum ſubſtantiæ per prius dicitur de relatiuo identitatis quam de relatiuo diuerſitatis. Et hæc eſt ratio quare Auctor prius determinauit de relatiuis identitatis q̃ de relatiuis diuerſitatis. Ad quintum dicitur, ꝙ duplex eſt relatio. Quædam eſt ſimplex quæ eſt quando relatiuum & antecedens ſupponunt pro eodem in ſpecie, & non pro eodem in numero, & iſta relatione referuntur prædicta relatiua ad ſua antecedẽtia, & de iſta non intelligitur in definitionibus. Alia eſt relatio perſonalis, quæ eſt quando pro eodem in numero ſupponunt relatiuum, & antecedens, ut ibi. Socra. currit qui diſputat, & iſta relatione non referuntur prædicta relatiua ad ſua antecedentia, de qua tamen ſolum hic intelligitur. G H

Relatiuum

A *Relatiuum identitatis Subſtantiæ diuiditur in Reciprocum, & non Reciprocum.*

ITem relatiuorum pronominum identitatis, quædam ſunt reciproca ut ſui, ſibi, ſe cum ſuo proceſsiuo, ut ſuus ſua ſuum. Alia uero non reciproca, ut ille, idem. Relatiuum autem reciprocū dicitur, non, quòd ſit patiens, ſed quia ponit modum patientis ſupra ſubſtantiam agentē, quia aliud eſt patiens, & aliud modus patiētis. quod patet per hoc, ꝙ nominatiuus pōt eſſe patiens, ut dicendo Socra. percutitur, ſed non pōt habére modū patiētis. vnde modus patiētis ſemper eſt in obliquis, & ſic patet, ꝙ aliud eſt patiens, & aliud modus patientis. Si quæratur quid addatur ſupra patiens per relatiuum reciprocū, dicendum eſt, B ꝙ addit identitatē ſubſtantiæ, & ponit eam ſub mō patientis, ut Socra. uidet ſe, ibi ſubſtantia, quæ prius erat agens ponitur ſub mō patientis, ut in hoc pronomine ſe. Vnde reciprocū ſic pōt definiri. Reciprocum eſt, quod ſignificat ſubſtantiā agentem ſub mō patientis. Vel ſic. Reciprocum eſt idē, quod ſuiipſius paſsiuū, & ideo hoc relatiuum ſui ſignificat per modum patientis in quem dicitur tranſire actus uerbi. Nominatiuus autem ſignificat per modum agentis Item ſi quæratur quare hoc pronomē ſui, ſibi, ſe, caret nominatiuo. Dicendū eſt, ꝙ ſolutio patet ex præmiſsis, quia agens non pōt ſignificare patiens ſiue ſub mō C patientis, niſi in obliquis, ſed nominatiuus dicit modum agētis, & ideo natura nominatiui repugnat naturæ huius pronominis ſui. Et ideo non pōt habere nominatiuum. Ex prædictis patet, ꝙ relatiua identitatis referunt eandē rē ſub eodē ſuo antecedente, & ſemper ſupponunt pro eadem re in numero. Et ex hoc patet, ꝙ maior eſt certitudo per relatiuum identitatis quàm per ſuum antecedens, loco relatiui poſitum ut homo currit, homo diſputat, quia dubium eſt utrū de eodem homine dicatur. Sed cū dicitur hō currit, & idē diſputat, certum eſt, ꝙ de eodem hoīe dicatur. hoc.n. patet per Priſcianū dicentē in maiori ſuo uolumine, ꝙ cum dicitur, Aiax uenit ad Troiā, & Aiax fortiter pugnauit dubiū eſt an de eodē Aiace dicatur an de diuerſis. Sed cum dicitur, D Aiax uenit ad Troiā, & idē fortiter pugnauit, de eodē Aiace in numero ſtatim intelligitur. Et ſic patet, ꝙ maior eſt certitudo per relatiuum identitatis, quā per ſuū antecedens loco talis relatiui poſitū. Solet autem dubitari circa relatiua identitatis utrum deceptio facta ex diuerſa relatione ſit ſecundum æquiuocationē, uel ſecundū amphibologiam, uel ſecundum aliquam aliam fallaciam, ut dicendo, homo uidet aſinum qui eſt rationalis, ibi hoc relatiuum qui, poteſt referri ad hunc terminum qui eſt homo, uel ad hunc terminum qui eſt aſinus, & ſic

Relatiua identitatis q̄ referant.

ſunt ibi diuerſæ relationes,&,ergo ſecundum aliquos ſolet ibi conueniens aſsignari æquiuocatio. Sed contrarium arguitur. hoc nomen qui, ſecundum, ꝙ eſt relatiuum ſignificat rem unam æqualiter ſe habentem ad illud, quod ſignificatur per modum ſubſtantiæ, ut color qui eſt in corpore, locus qui, continet rem locatam, & ſic de aliis, ergo deceptio facta ex diuerſa relatione non facit æquiuocationẽ. Item hoc nomen qui, ſecundum, ꝙ eſt nomen ſignificat ſubſtantiam infinitam, ſed iſta ſubſtantia infinita apta nata eſt finitari tam per unũ accidens quam per aliud, ergo cum illa ſubſtantia infinite ſumpta in ſe ſit una & poteſt referre quodlibet antecedens, ergo ſignificatio huius relatiui erit una, quare ſequitur, ꝙ ibi non erit æquiuocatio. Item ratio cuiuslibet relatiui ſecundum, ꝙ relatiuum, eſt tantum una, hæc.ſ. res ante lata uel rei ante latæ recordatiuum, ergo omne relatiuũ ſecundum, ꝙ relatiuũ participat unum nomen & unam rationem, ergo relatiuum eſt æquiuocum inquantum eſt ante latæ rei recordatiuum. ergo particularia relatiua ut qui, ille, & alius, inquantum ſunt relatiua ſuorum antecedentium non ſunt æquiuoca. Si aliquis obiiciat, ꝙ hoc relatiuum qui, alterius eſt rationis ſecundum, ꝙ tenetur in hoc antecedente homo. & alterius ſecundum, ꝙ tenetur in hoc antecedẽte aſinus, ut in prædicta oratione, ergo eſt commune, & habet rõnes diuerſas, ergo eſt æquiuocum. Dicendum, ꝙ hoc argumentum non ualet. Nam ſimiliter poſſet probari, ꝙ quodlibet uniuocũ eſſet æquiuocum, ut animal eſſet æquiuocum ſecundum, quod eſt homo, uel ſecundum, quod eſt in homine, & aliam habet rõnem ſecundum, ꝙ eſt equus uel ſecundũ, ꝙ eſt in equo, & ſic hoc nomen aĩal aliã habet rationem hic, & ibi, & eſt cõmune, non tamen æquiuocum ſed uniuocũ. Soluendum eſt breuiter, ꝙ ſicut uniuoca dicuntur habere eandem rationem non ſecundum ſe, ſed in uniuoco uniuocante, ut homo, bos, equus, & ſimilia in animali, ita ſimiliter omnia relatiua dicuntur habere eandem rationem non ſecundum ſe, ſed in referente ſiue in relatione, & etiam habent idem nomen, ideo uniuocantur in eo, ſed ille obiiciebat de rationibus relatiuorum ſecundum ſe. Vnde prædictas obiectiones ab iſta concedimus, & ideo concedimus, ꝙ deceptio facta ex diuerſam relatione non eſt ſecundum æquiuocationẽ. Item illa deceptio eſt in ordinatione dictionum inter ſe, ergo eſt in oratione, quia ordinatio dictionum nihil aliud eſt quam oratio, ergo nõ eſt æquiuocatio, cum æquiuocatio ſolum ſit in una dictione. Item, ꝙ ibi non ſit amphibologia probatur, quia ubicunque ſit amphibologia, ibi eſt conſtructio unius cum alio, ut in hoc exemplo. libet Ariſtotelis quo ad primum modum, & quo ad ſecundum modum, ut hic, litus aratur,

Quæſtio ne relatiuo qui.

B F G H

A tur, quo ad tertium, ut in hoc, ſcit ſeculum. Et ſecundum hoc patet inductiue per omnes modos amphibologiæ, quod ubicunq; eſt amphibologia, ibi eſt conſtructio unius cum uno tantum, ſed ubicunq; ſunt diuerſa relatiua, non eſt conſtructio unius cum uno tantum, immo unius cum diuerſis, ergo deceptio facta ex diuerſa relatione non facit amphibologiam. Item ubicunque eſt deceptio ex eo quod aliqua dictio poteſt referri ad diuerſa eſt compoſitio, uel diuiſio, ſed deceptio ex diuerſa relatione eſt ex eo quod aliqua dictio poteſt referrī ad diuerſa, ergo deceptio ex diuerſa relatione eſt compoſitio, uel diuiſio, & hoc idem concedimus.

B Poſtquam Auctor poſuit diuiſionem relatiuorum ſubſtantiæ, hic conſequenter ſubdiuidit unum membrum illius diuiſionis. ſ. relatiuum identitatis dicens, ꝙ relatiuorum identitatis ſubſtantiæ, quædam ſunt reciproca, ſicut ſui, ſibi, ſe a ſe, alia uero non reciproca, ut ille, idem & ſimilia. Cuius ratio eſt, quia omne relatiuum identitatis ſubſtantiæ ponit modum ſubſtantiæ patientis ſupra ſubſtantiam agentem, aut non. ſi primum. ſic eſt relatiuum reciprocum, ſi ſecundum. ſic eſt relatiuum non reciprocum. Vnde relatiuum dicitur reciprocum, nō ꝙ ſit patiens, ſed quia ponit modum patientis ſupra ſubſtātiam agentem. ideo dicitur in textu, ꝙ aliud eſt patiens, & aliud modus patientis, nominatiuus. n. poteſt eſſe patiens, ut dicendo, Socrates percutitur, ſed non poteſt habere modum patientis in ſignificando. Ideo dicit Pariſ. quòd modus agentis conuenit nominatiuo, modus uero patientis conuenit obliquis. Ex quo patet quòd illud relatiuum ſui, eſt relatiuum reciprocum, quia habet modum patientis, cum ſit C in obliquis, & non in recto, ut dictum eſt. ideo illud pronomen ſui nominatiuo caſu caret. Relatiuū ſubſtātiæ, diuidit in reciprocū & nō reciprocū.

Primo ſciendum, ꝙ relatiuum reciprocum ſic definitur, ꝙ eſt illud quod ſignificat ſubſtantiam agentem ſub modo patientis. unde relatiuum reciprocum refert eandem ſubſtantiam in numero quam habet ſuum antecedens, & pro eodē in numero ſupponit. Ex quo ſequitur ꝙ relatiuum reciprocum non refert ſuum antecedens ſumptum cum ſua diſpoſitione uniuerſali uniuerſaliter. nam ſi illa ſit uera ſequeretur ꝙ idem eſſet dicere, omnis homo uidet ſe, & omnis homo uidet omnem hominem, quia cum relatiuum idētitatis reciprocum ſupponat pro eodem in numero ſicut ſuum antecedēs, cum homo in illa propoſitione, omnis homo uidet ſe, teneatur uniuerſaliter, & illud relatiuum ſe, refert hominem uniuerſaliter, quod eſt falſum, unde ut habetur in textu, maior eſt certitudo per relatiuum ſubſtantiæ, q̄ per ſuum antecedens poſitum loco ſui, ut cum dicitur, Aiax D uenit ad Troiam, & Aiax fortiter pugnauit, ibi dubium eſt utrum ſit ſermo de eodem Aiace in numero an non, ſed cum dicitur, Aiax uenit ad Troiam, & ille idem fortiter pugnauit, manifeſtum eſt ꝙ de eodem Aiace in numero eſt hic ſermo, quare maior eſt certitudo per relatiuum identatis quam per ſuum antecedens, quod loco ſui ponitur. Relatiuū reciprocū, quid nō inferat.

Secundo ſciendum, ꝙ relatiuum reciprocum differt ab aliis tribus modis. primo, quia antecedens ſignificatum per modum agentis ponit per modum patientis, non autem alia relatiua secundo differt, quia relatiuum reciprocum cōſtruitur cum eodem uerbo cum quo ſuum antecedens, quod tamen aliis relatiuis repugnat. tertio differt, quia relatiuum reciprocum refert idem ad ſeipſum, non autem alia relatiua, ex quo ſequitur quòd reciprocatio ſolum conuenit relati- Relatiui reciproci ab aliis diſcrimen.

uis identitatis ſubſtantiæ, licet non omnibus. Cuius ratio eſt, quia reciprocatio eſt quędam circularis relatio eiuſdem ad ſeipſum, ſolum autem, relatiuum identitatis ſubſtantiæ pro eodem ſupponit pro quo ſuum antecedens, quare ſibi ſolum conuenit reciprocatio. E

An deceptio ex diuerſa relatione procedēs reciproca ſit.

Tertio ſciendum, quod Auctor in textu mouet quandam dubitationem quæ talis eſt, utrum deceptio proueniens ex diuerſa relatione ſit æquiuocatio, uel alia fallacia. Pro cuius ſolutione Auctor ponit tres rationes probantes quod non ſit æquiuocatio, quarum cauſa breuitatis una dicetur, quæ talis eſt. Illud relatiuum qui, ſignificat ſubſtantiam infinitam, inquantum de ſe finiri poteſt per quodlibet antecedens, ergo illud relatiuum qui, quantum eſt de ſe uno nomine, & una ratione poteſt quodlibet antecedens referre, ergo non eſt æquiuocum, ſed uniuocum. aliæ duæ rationes clare patent in textu. Ex quo patet quod relatiuum ſubſtantiæ indifferens eſt ad referendum iſtud antecedens, uel aliud ſecundū idē nomen, & eandem rationem referendi, licet ex parte diuerſorum accidentiū uarietur ratio referendi, ſicut ratio animalis de ſe eſt una, tñ ſecundū quod recipitur in alia, & alia ſpē uariatur. Et ſic patet quod deceptio proueniens ex diuerſa relatione prouenit ex diuerſa ordinatione dictionis cum dictione quæ nihil aliud eſt quam oratio. æquiuocatio autem prouenit ex multiplicitate dictionis ſimplicis ergo iſta deceptio proueniens ex diuerſa relatione non eſt æquiuocatio. F

Relatiuum ſubſtātiæ, indifferēs

Quarto ſciendum, quod talis deceptio proueniens ex diuerſa relatione non eſt amphibologia, quia ubicunq; eſt amphibologia ibi eſt diuerſa conſtructio unius dictionis cum alia dictione, ſicut liber Ariſt. quantum ad primum modū amphibologiæ, & litus aratur quantum ad ſecundum, & ſcit ſeculum, quantum ad tertium modum, ſed ubi eſt diuerſa relatio non eſt diuerſa conſtructio unius dictionis cum alia, ergo deceptio proueniens ex diuerſa relatione non eſt amphibologia. Sed quod ibi ſit compoſitio, uel diuiſio probatur, quia omnis deceptio proueniens ex eo quod aliqua dictio poteſt ad diuerſa referri, eſt compoſitio, uel diuiſio, ſed hic eſt huiuſmodi, ergo. G

Argumen

Contra prædicta arguitur primo ſic. Modus tam agendi q̄ patiendi conuenit antecedenti illius relatiui ſui, ergo etiam uterque modus debet ſibi conuenire, & ſic poteſt habere nominatiuum. Secundo ſic. Relatiuum recipit a ſuo antecedente certam ſignificationem, & ſuppoſitionem, quia relatiuum ſignificat idem quod ſuum antecedens, cum ergo in illa propoſitione, omnis homo uidet ſe, iſtud antecedens homo ſupponat uniuerſaliter, ſequitur quod iſtud relatiuum ſe, quod eſt ſuum relatiuum, referat ipſum uniuerſaliter, & ſic cum diſpoſitione. Tertio ſic. Loco relatiui licet ponere ſuum antecedens, ergo loco illius relatiui ſe, in illa propoſitione, omnis homo uidet ſe, licet ponere omnem hominem, & ſic ſe refert antecedens cum ſua diſpoſitione, ergo relatiuum reciprocum refert ſuum antecedens ſumptum cum ſua uniuerſali diſpoſitione. Quarto ſic. Argumento textus, quod deceptio proueniens ex diuerſa relatione ſit æquiuocatio dicendo ſic, homo uidet aſinum qui eſt rationalis, hoc relatiuum qui, refertur ad illud nominatiuum homo, uel ad illum accuſatiuum aſinum, cum igitur non poſſit illa duo referre eadem ratione, quia eſt alia ratio nominatiui, & alia ratio accuſatiui, ſequitur quod tale relatiuum æquiuocum erit, quare deceptio proueniens ex diuerſa relatione eſt æquiuocatio, & non alia fallacia. Quinto ſic. Dicendo ſic. Canis uidet piſcem qui eſt ſubſtantia, illud relatiuū qui, poteſt referre canem, uel piſcem, & quocunq; modo dicatur tenetur æquiuoce, cum ſignificet idem quod ſuum antecedens, quod eſt æquiuocum. H

Solutio.

Ad argumenta. Ad primū dicitur, quod negatur cōſequētia antecedens unius relatiui poteſt eſſe in recto, & in obliquis, non illud relatiuum reciprocum

quod

A quod ſignificat per modum patientis.& non oportet, q quicquid conuenit antecedenti conueniat etiam relatiuo. Ad ſecundum dicitur, q relatiuum reciprocū certam relationem, aut ſignificationem trahit ab antecedente, non tamen eodē modo natura diſtributionis, hoc impediente, ideo non ſequitur, q relatiuum reciprocum ſupponat uniuerſaliter. Ad tertium dicitur, q licet in relatiuis reciprocis liceat loco ipſius ponere antecedens, non tamen in reciproco, quando refertur ad terminum communem ſumptum uniuerſaliter impediente natura diſtributionis. Ad quartum dicitur, q ſicut uniuoca ſecundum ſe conſyderata diuerſas rationes habent, & tamen unam, & eandem rationem habent in uniuocante, ſicut homo, & equus in animali, ita ea quæ referuntur ſecundum ſe conſyderata diuerſas habent rationes, & tamen unam, & eandem habent in referente ſiue in ſuo relatiuo, & ita licet ſit alia ratio nominatiui, & alia ratio accuſatiui in ſuo relatiuo eadem eſt, ſicut eadem ratio equi. & hominis in animali. Ad quintum dr̄,

B q illud relatiuum qui, & ita de aliis poteſt dupliciter conſyderari, uno modo quantum ad rationem referēdi, & ſic debet negari, q ibi teneatur æquiuoce alio modo poteſt conſyderari quantum ad ſuum ſignificatum determinatum per ſuū antecedens, & iſto modo poteſt eſſe uniuocum, uel æquiuocum, ſicut ſuum antecedens, & ita in propoſitione dicta bene tenetur æquiuoce.

De Relatiuis diuerſitatis, cum nonnullis regulis.

SEquitur de relatiuis diuerſitatis. Relatiuum diuerſitatis eſt, quod ſupponit pro alio ab eo, quod refert, ut Socr. currit, & alius diſputat, ibi hoc relatiuum alius, refert Socra. & ſupponit pro alio a Socra. & ita fecit recordationem de Socrate.

De relatiuis autem diuerſitatis talis datur regula. Si relatiuum di-

C uerſitatis addatur ſuperiori fit inferius, & ſi addatur inferiori fit ſuperius. uerbi gratia cum dicitur, aliud ab animali, ergo aliud ab homine, ibi eſt locus a ſpecie ad genus, ſiue a parte ſubiectiua ad ſuum totum uniuerſale, & in hac propoſitione, aliud ab aīali, hoc relatiuum diuerſitatis aliud, cum additur aīali, quod eſt ſuperius ad hominem, facit ipſum inferius, & in hac, aliud ab homine additur inferiori. ſ. homini, & ergo facit ipſum ſuperius, & ergo aliud ab animali eſt inferius ad aliud ab homine, & ideo ibi eſt locus a ſpecie ſiue a parte ſubiectiua. Prima regula.

De relatiuis identitatis datur regula ab Antiquis. Nulla propoſitio inchoata a relatiuis identitatis habet contradictoriam. Et aſsignant talem cauſam, quia cū dicitur, omnis homo currit, & ille diſputat, hoc Secunda regula.

D relatiuum ille, habet reſpectum ad hoc antecedens, homo, pp dependentiam ſuæ relationis. ſed quando negatio aduenit propōni inchoatæ a relatiuo dicendo ſic, ille non diſputat, tunc negatio negat uerbū, quod ſequitur, & non negat reſpectum relationis quem habet ad antecedente, ergo negatio non negat totū quicquid affirmatio affirmat, ergo non contradicit, ſed cum hoc ſit in qualibet propōne inchoata a relatiuo ſequitur, q nulla propoſitio inchoata a relatiuo habet contradictoriam. Sed contra hoc obiicitur. Quicquid contingit affirmare contingit, & negare de quolibet ſuppoſito, ſed uerbum contingit

negare de quolibet ſuppoſito, ergo, & contingit affirmare de quolibet ſuppoſito, quod eſt dictio relatiua, ergo quælibet propoſitio inchoata a relatiuo habet contradictoriã. Item quælibet propõ ſiue enũciatio quæ eſt una, habet contradictoriã, ſed propoſitio inchoata a relatiuo, dummodo ibi non ſit aliqua dictio æquiuoca, neque plura ſubiiciantur, neq; prædicantur eſt una propoſitio, ergo propoſitio inchoata a relatiuo habet contradictoriam. Item dicit Ariſto. in Primo Peri Hermenias circa affirmationem, & negationem, ꝙ uni affirmationi una negatio eſt oppoſita, & econuerſo una negatio uni affirmationi eſt oppoſita, ergo affirmationi inchoatæ a relatiuo, negatio una eſt oppoſita, quod concedimus dicentes prædictam regulam eſſe falſam. E

Capit. 5 & ibi oẽs ſcribentes.

F Ad rationes eorum reſpondemus, ꝙ relatiuũ cõparatur ad antecedẽs, & comparatur ad uerbum cui ſubiicitur, unde cum affirmatio, & negatio ſit oratio affirmatiua, uel negatiua alicuius de aliquo, uel alicuius ab aliquo hoc eſt prædicati de ſubiecto, & ideo ſicut patet per definitionem prædictam affirmationis, & negationis, affirmatio, & negatio reſpiciunt tantummodo cõparationem ſubiecti ad prædicatum, ergo in propoſitione inchoata a relatiuo tantummodo ſumitur contradictorium per comparationem relatiui ad uerbum cui ſubiicitur; & non per cõparationem relatiui ad antecedens, quia ille reſpectus nõ eſt ibi propter naturam affirmationis nec propter dependentiam ſubiecti inquantum eſt ſubiectum, ſed propter dependentiã eius, quod eſt ſubiectũ. Dicendũ tamen eſt ſubiectum, quia aliud eſt ſubiectũ inquantum ſubiectũ, & id qđ eſt ſubiecti, & aliud eſt prædicatũ inquantum prædicatum, & illud, quod eſt prędicati. & ſic quicquid affirmatur in propoſitione inchoata a relatiuo, negatur in ſua contradictoria, quia contradictoria iſtius, ille diſputat, eſt iſta, non ille diſputat, negatione propoſita relatiuo. De relatiuo identitatis non reciproco talis datur regula. Omne relatiuum identitatis non reciprocum habet eandem ſuppoſitionem quam habet ſuum antecedens, ut cũ dicitur, omnis hõ currit, & ille eſt Socrates, hoc relatiuũ ille, ſupponit pro omni homine, quia ſenſus eſt, omnis hõ currit, & ille eſt Socrates, ideſt omnis hõ eſt Socrates. Dico autem non reciprocum, quia cum dicitur, omnis homo uidet ſe, non eſt ſenſus omnis homo uidet omnem hominem. Vnde loco huius relatiui ſe, non licet ponere ſuum antecedens, loco autem alterius licet ponere. G H

Tertia regula.

Quid relatiuũ diuerſitatis ſubſtantiæ.

Poſt quam Auctor determinauit de relatiuis identitatis ſubſtantiæ, hic conſequenter determinat de relatiuis diuerſitatis. primo ponendo definitionẽ eius, ſecundo aſsignando aliquas regulas relatiuorum ſubſtantiæ, ergo ponit definitionem relatiui diuerſitatis dicens, ꝙ relatiuum diuerſitatis ſubſtantiæ eſt, quod

ſupponit

A ſupponit pro alio in numero ab eo, quod refert, ut Socra. currit, & alius diſputat, hoc relatiuum alius, facit relationem de Socrate in aliquo, & tamen ſupponit pro alio a Socrate in aliquo.

Primo ſciendum, q; dubium poteſt eſſe cum dicitur, Socrates currit, & aliud eſt album, pro quo ſupponit illud relatiuum aliud. Ideo ad hoc dicunt quidam, q; ſupponit pro alio homine a Socrate, ſicut in iſta, Socra. cur. & alius homo eſt albus. ſed hoc non uidetur eſſe uerum, quia relatiuum maſculini generis, & fœminini generis quodãmodo reſtringuntur ad ſupponẽdum p̱ ſuppoſitis eiuſdem ſpeciei cum ſuo antecedente maſculini generis uel fœminini, ideo dicetur inferius, quòd alius ponit diuerſitatem inter ſuppoſita, ſed aliud dicit diuerſitatem in eſſentia, ideo cum dicitur, Socra. cur. & alius homo eſt albus, ſenſus eſt, alius particularis homo eſt albus. & cum dicitur, Socra. currit, & aliud albũ, ſenſus eſt, aliud eſſentialiter eſt album, & non ſupponit pro re in eadem ſpecie ideo B diſtinguitur contra hoc relatiuum alius, quod determinatur per maſculinum genus ad ſupponendum pro eodem in ſpecie cum ſuo antecedente. Dubij ſolutio.

Secundo ſciendum, q; in textu aſsignantur tres regulæ relatiuorum, quarum prima eſt relatiuorum diuerſitatis quæ talis eſt. Si relatiuum diuerſitatis ſubſtã tiæ addatur termino ſuperiori, & inferiori, tunc terminus inferior fit ſuperior & ecõtra, ſicut animal eſt ſuperius ad hominẽ, ſed aliud ab animali eſt inferius ad aliud ab homine, ſicut bene ſequitur, hõ ẽ, ergo animal eſt, a ſpẽ ad genus, ita bene ſequitur, lapis eſt aliud ab animali, ergo eſt aliud ab hoĩe. Ratio huius eſt quia uirtualiter includit in ſe quandam negationem, ideo quanto actu plura partium ſignificantur tanto plura negantur, ſicut etiã negatio infinitans, ut non homo in plus ſe habet q non animal, cum non homo de non animali uniuerſaliter prædicetur, ſicut in conuerſione per contrapoſitionem ſatis dictum eſt. Tres relatiuorũ regulæ admodũ neceſſariæ.

Tertio ſciendum, q; ſecunda regula relatiuorum eſt, q; nulla propoſitio inchoa C ta a relatione ſubſtantiæ habet contradictoriam. Quam quidam regulam ponunt aliqui tanquã ueram, Petrus autem Hiſpanus recitat ipſam & manifeſtat eam eſſe falſam, & improbat eam, in textu tribus rationibus, quarum ultima talis eſt. Cuilibet affirmationi eſt negatio appoſita & econtra, u habet Ariſt. in 2. Peri Hermenias, ergo affirmationi inchoatæ a relatiuo ſubſtantiæ erit negatio oppoſita contradictoriæ & econtra, quod concedimus dicentes prædictam regulam eſſe falſam. Aliæ duæ rationes clare patent in textu, ideo cauſa breuitatis pro nunc relinquuntur. Secũda regula. Primo Peri Her. c. 5. & ibi ſcribentes.

Quarto ſciendum, q; tertia regula talis eſt, q; omne relatiuum identitatis ſubſtantiæ non reciprocum eodem modo ſupponit ſicut ſuum antecedens, ut omnis homo eſt animal, & ille eſt ſubſtantia, hoc relatiuum ille, ſupponit pro omni homine, & eſt ſenſus, omnis homo eſt animal, & ille eſt ſubſtantia idest omnis homo eſt animal, & omnis homo eſt ſubſtantia, & dicitur notanter non reciprocũ, D quia ut dictum eſt, cum dicitur omnis homo uidet ſe, nõ eſt ſenſus, q; oĩ. homo uidet omnem hoĩem, ideo ſicut etiam dictum eſt loco relatiui reciproci non licet ponere ſuum antecedens, ſicut fit de relatiuis identitatis ſubſtantiæ non reciprocis, & ideo ibi non poteſt fieri deſcenſus niſi ſub antecedente dicendo, omnis hõ uidet ſe, ergo Socr. videt ſe, & Plato uidet ſe, & ſic de aliis.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Negatio addita ſuperiori, & inferiori non facit, quòd ſuperius ſit inferius, aut econtra, quia ſolum habet negare, ergo nec relatiuum diuerſitatis hoc facere poteſt uirtute negationis. Secundo ſic. In non entibus non ſunt genera neq; ſpecies, ergo non homo non eſt genus ad non animal, nec aliud ab homine eſt genus aliud ab aĩali, quare male dictũ eſt, quòd arguendo ſic, lapis eſt aliud ab animali, ergo eſt aliud ad homine, argui- Argumen.

tur a ſpecie ad genus. Tertio ſic. Non ſequitur per primã regulam Socra. eſt alter ab homine, ergo eſt alter a ſeipſo, ergo illa regula non eſt uera. Quarto ſic. Contra ſecundam regulam probando ipſam eſſe ueram ratione qua monebantur antiqui, quæ talis eſt, cũ dicitur, homo eſt, & ille diſputat, hoc relatiuum ille habet reſpectum ad ſuũ antecedens propter dependentiam ſuæ relationis, ergo cum negatio negans quæ non agit ante ſe ſequitur ipſum relatiuũ, ut dicendo, Socr. cur. & ille diſputat, non negat quod affirmatio affirmat, quare non facit contradictionem. Quinto ſic. Quòd tertia regula non ſit uniuerſaliter uera, quia dicendo, homo currit, & illa eſt digniſsima creaturarum, uel ille eſt ſpecies, hoc relatiuum ille ratione illius adiuncti ſpecies uidetur habere ſuppoſitionem ſimcem, & tamen ſuum antecedens, ſupponit perſonaliter, ergo tertia regula non eſt uniuerſaliter uera. E

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ negatio primo, & per ſe habet negare, ſed ex conſequenti habet diſtribuere, & facere terminum inferiorem ſuperiorem, & econtra. Ad ſecundum dicitur, ꝙ dupliciter poteſt intelligi, ꝙ in non entibus, ſiue in negationibus ſint genere, & ſpecies. uno modo ſecundum ueritatẽ, & ſic conceditur, ꝙ ibi non ſunt genera nec ſpecies. alio modo ſecundum modũ tantum, & iſto modo in non entibus bene ſunt genera, & ſpecies, & ideo licet non homo non ſit uerum genus ad non animal, habet tamen modum generis reſpectu ipſius, & ita dicitur de aliud ab homine in ordine ad aliud ab animali. Ad tertium dicitur, ꝙ regula intelligitur de relatiuis ſubſtantiæ, modo alterum eſt relatiuum diuerſitatis accidentis, & ideo concedendum eſt, ꝙ regula ſibi non conuenit. Ad quartum dicitur, ꝙ Pet. Hiſp. reſpondet, ꝙ relatiuum comparatur ad ſuum antecedens, & comparatur ad uerbum cui ſubiicitur, per comparationem uero relatiui ad uerbum ſumitur qualitas propoſitionis, & non per comparatione relatiui ad antecedens, ideo negatio in contradicendo habet tantum negare comparationem relatiui ad uerbum, & non comparationem relatiui ad antecedens, ideo ratio antiquorum nulla eſt. Ad quintum dicitur, ꝙ reſpondent aliqui, ꝙ relatiuum identitatis non reciprocum quandoque facit recordationem ſui antecedentis ſine mutatione eſſe antecedentis, uel alicuius proprietatis eius, & tunc eodem modo ſupponit ſicut ſuum antecedens, quandoque uero facit recordationem ſui antecedentis cum mutatione ſui eſſe uel alicuius proprietatis, & ſic non oportet, ꝙ eodem modo ſupponat ſicut ſuum antecedens, licet ſit uerum ꝙ ſemper ſupponit pro eodem in numero numeroſitate eſſentiæ, uel ſuppoſiti. aliter poteſt dici, & fortaſſe melius, ꝙ in illa propoſitione prædicta illud relatiuum ille ſupponit perſonaliter, & non ſimpliciter, quia ſuppoſitio relatiui identitatis ſibi conuenit ratione ſui antecedentis, & non ratione alterius ſibi adiuncti. Et ſic patet de relatiuis ſubſtantiæ. F G

De Relatiuis accidentium, & eorum diuiſione multiplici. H

Relatiuũ accidentis quod. HAbito de Relatiuo ſubſtantiæ dicendum eſt de relatiuo accidẽtis. Relatiuum autem accidentis eſt, quod refert eandem rem ꝑ modum denominationis, ut tale, quale cęte. Vnde hæc eſt differentia relatiui ſubſtantiæ ad relatiuum accidentis, quia relatiuum ſubſtantiæ refert rem uniuocã per modũ quod quid eſt, ut albedo quæ eſt in pariete, color qui eſt in corpore, relatiuum autem accidentis eſt, quod refert rem ſuam per modum denominationis, ut Socrates eſt albus, & talis eſt Plato, & ſic de aliis. Alia autem differentia datur eorundem, quia

A quia relatiuum ſubſtantiæ refert idem in numero, relatiuū uero accidẽtis refert idẽ in ſpecie, ut Socrates eſt albus, & talis eſt Plato, quia idẽ in numero non pōt eſſe in diuerſis ſubiectis, ſed bene idem in ſpecie. Relatiuorum autẽ accidentis, aliud eſt relatiuum identitatis, ut talis, aliud uero diuerſitatis, ut alter. Relatiuū accidentis identitatis eſt qđ refert eandem qualitatem in ſpecie, & ſupponit pro eadem in ſpecie, ut Socrates eſt albus, & talis eſt Plato. Relatiuū autem accidẽtis diuerſitatis eſt quod refert eandem qualitatem in ſpecie, ſed ſupponit pro alio diuerſo in ſpecie, ut Socrates eſt albus, et alterius modi eſt Plato. Differt autẽ relatiuum ſubſtantiæ identitatis a relatiuis accidentium identitatis, quia relatiuum identitatis ſubſtantiæ refert eandem B ſubſtantiam in numero, relatiuum aūt identitatis accidentis nō refert idẽ accidens in numero, ſed ſolū idẽ accidẽs in ſpecie. Relatiuorū accidẽtis identitatis, aliud eſt relatiuū quãtitatis cōtinuæ, ut tãtus, aliud uero quãtitatis diſcretæ, ut tot, quot. Item relatiuorū numerorū, quæ dã ſunt nomina, ut totidem, quædam ſunt aduerbia, ut totiens. Sciendum quod talis, tantus, totiens, totidem, poſſunt dici relatiua redditiua & demonſtratiua. relatiua ut ſi ad præſentes referantur, demonſtratiua, ut cum dicimus demonſtrando mare, tale eſt rubeum, demonſtrando Herculem, talis fuit Plato. Si autem non referuntur ad præſentes ſiue per demonſtrationem rerum præſentium, tunc ſunt redditiua, quia red C dunt interrogatione præcedente, ut qualis eſt Plato talis eſt Socrates. Relatiua quando ſine interrogatione proferuntur, ut talis eſt Socrates qualis eſt Plato. Et quando ad nomina adiectiua ſpecialium accidentium dicuntur, ut æthiops eſt niger & talis eſt coruus, & Socrates fuit albus & talis eſt Plato. Et hæc de relatiuis dicta ſufficiant.

Quid relatiuum accidentis.

Poſtquam Auctor determinauit de relatiuo ſubſtantiæ, hic conſequenter determinat de relatiuis accidentis. Et ratio huius eſt, quia ſicut accidens ſe habet ad ſubſtantiam, ita relatiuum accidentis ad relatiuum ſubſtãtiæ, ſed accidens poſterius eſt ſubſtantia nedum ſecundum ordinẽ naturę, ſed etiã ſecundū ordinẽ cognitionis, quia habet cognoſci per ſuum ſubiectum, ergo relatiuum accidentis poſterius eſt relatiuo ſubſtantiæ, quare conuenienter de ipſo poſterius determinatur, unde Pet. Hiſp. determinando de relatiuis accidentis, primo ponit de- D finitionem relatiui accidentis, ſecundo notificat ipſum aliquibus diuiſionibus, ergo primo ponit talem definitionem relatiui accidentis dicens, ꝙ relatiuum accidentis eſt quod refert rem ſua per modum denominantis, ut tale, quale, & ſimilia, ut dicendo, Socrates eſt albus, & Plato eſt talis, illud relatiuum talis, refert illud antecedens album denominando Plato. album implicite, quia ſenſus eſt, Plato eſt talis. i. Plato eſt albus.

Duobus modis relatiuū accidẽtis a relatiuo ſubſtantiæ differt.

Primo ſciendum, ꝙ relatiuum accidentis differt a relatiuo ſubſtantiæ duobus modis. Primo, quia relatiuum ſubſtantię refert rem ſuam per modum per ſe ſtantis ſiue per modum eius quod eſt quid, ut albedo quæ eſt qualitas eſt calor qui eſt in pariete, & ſic de alijs, Relatiuū autem accidentis refert rẽ ſuam per modum

modum denominationis, ut dicendo, Socra. eſt bipedalis, & tantus eſt Plato. Secundo differunt, quia relatiuum ſubſtātiæ refert idem in numero cum ſuo antecedente, relatiuum uero accidentis non, ſed ſolū idem in ſpecie. Cuius ratio eſt, quia idē accidens in numero non poteſt eſſe in diuerſis ſubiectis, ſed benè idem accidens in ſpecie. Diuiditur autem relatiuum accidentis in textu ſic. Relatiuorum autem accidētis, aliud eſt relatiuum identitatis, ut talis, qualis, tantus, quantus, & ſic de alijs, aliud eſt relatiuum diuerſitatis, ut alter, reliquus, & ſimilia, Quæ diuiſio eſt analogi in ſua analogata, quia relatiuum accidentis ſemper per prius dicitur de relatiuo identitatis q̄ de relatiuo diuerſitatis, quia relatiuum identitatis prius eſt, & perfectius eſt relatiuo diuerſitatis, ſicut idē prius eſt diuerſo. Cuius diuiſionis ratio eſt, quia omne relatiuum accidentis ſupponit pro eodem in ſpecie cum ſuo antecedente, uel non, ſi primum, ſic eſt relatiuum identitatis, ſi ſecundum, ſic eſt relatiuum diuerſitatis. A

Nota hoc.

vnde dicat relatiuū accidentis.

Secundo ſciendum, ꝙ relatiuum dicitur accidentis, non ꝙ referat accidens ſolum, ſed quia facit recordationem de ſuo antecedente per modum accidentis .i. adiectiue ſignificati, ideo ſicut relatiuum ſubſtantiæ poteſt reperiri in omnibus nomen generibus accidentium, ita relatium accidentis poteſt reperiri in prædicamento ſubſtantiæ, ut Socrates. eſt humanus, & talis eſt Plato, unde in textu relatiuum identitatis accidentis ſic definitur. Relatiuum identitatis in accidentibus eſt quod refert idem accidens in ſpecie, & pro eodem ſupponit cum ſuo antecedente. Sed relatiuum diuerſitatis accidentis eſt quod refert idem accidens in ſpecie cum ſuo antecedente, ſed pro diuerſis in ſpecie ſupponit ut Socra. eſt albus, & Socra. eſt alterius modi. unde differt relatiuum identitatis ſubſtantiæ relatiuo identitatis in accidentibus, quia relatiuum ſubſtantiæ identitatis refert eandem rem in numero cum ſuo antecedente, relatiuum autem identitatis in accidentibus non refert idem accidens in numero, ſed ſolum idem in ſpecie, quare alia & alia ratione dicuntur relatiua identitatis. F G

Relatiuū identitatis in accidentibus quotupicex.

Tertio ſciendum, ꝙ unum membrum prædictæ diuiſionis ſubdiuiditur in textu ſic. Relatiuum identitatis in accidentibus, aliud eſt relatiuum in quantitatibus, ut tantus, quantus, aliud eſt qualitatis, ut talis, qualis. Cuius diuiſionis ratio eſt, quia relatiuum identitatis in accidentibus refert rem ſuam per modum formæ qualificantis id cuius eſt, aut per modum menſuræ. ſi primum, ſic eſt relatiuum qualitatis, ſi ſecundum, ſic eſt relatiuum quantitatis, unde in prædicta diuiſione determinatio diuiſi debet intelligi in membris diuidentibus, ut ſit ſenſus relatiuorum identitatis, aliud eſt relatiuum identitatis accidentis quantitatis, aliud eſt relatiuum accidentis qualitatis. In prædicta autem diuiſione quantitas & qualitas non capiuntur ſpecialiter, ut ſunt prædicamenta adinuicem & ab alijs diſtincta, ſed quodammodo accipiūtur communiter. ſ. quantitas pro omni eo quod ſignificatur per modum quātitatis, ſiue per modum menſuræ, & qualitas pro omni eo quod ſignificatur per modum qualitatis, ſiue formæ qualificantis. Ex quo patet ꝙ relatiuum identitatis in accidentibus poteſt reperiri in ſubſtantia, & in alijs prædicamentis a quantitate & qualitate. H

Relatiuū identitatis quātitatis quid.

Quarto ſciendum, ꝙ relatiuum identitatis quantitatis in textu diuiditur. nam aliud eſt relatiuum quantitatis continuæ, ut tātus, quātus, aliud eſt relatiuū quantitatis diſcretæ, ut tot, quot, & iterum relatiuum quantitatis diſcretæ diuiditur, quia quædam ſunt nomine, ut tot, quot, alia uero aduerbia, ut totiēs quotiens. unde in prædictis diuiſionibus determinatio diuiſi debet intelligi in membris diuidentibus, ſicut dictum eſt in præcedenti diuiſione. Sed ut habetur in textu relatiua identitatis accidentis poſſunt eſſe relatiua demōſtratiua & reſponſiua ſiue redditiua ſecundum diuerſas rationes, quia, ſi referantur ad res præſentes

dicuntur

A dicuntur ut demonſtratiua, ut demonſtrando Tullium dicimus, talis eſt Achilles, & ſic de alijs. Et quando redduntur interrogationi præcedenti dicuntur reſponſiua uel redditiua, ut ſi quæratur qualis eſt Socrates, & reſpondeatur ipſe eſt talis qualis eſt Plato quando uero referuntur ad nomina adiectiua ſpecialium accidentium dicuntur relatiua, ut æthiops eſt niger, & talis eſt coruus, & pater eſt albus, & talis eſt filius.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Accidentia ſenſibilia prius a nobis cognoſcuntur, ergo non eſt uerum, ꝙ accidens ſit poſterius ſubſtantia ordine cognitionis. Secundo ſic. Relatiuum accidentis bene reperitur in genere ſubſtantiæ, ut Socrates eſt rationalis, & talis eſt Plato, & tamen non reperitur ibi denominatio, ergo contra definitionem. Tertio ſic. Relatiuum identitatis accidentis reperitur in ſubſtantia, & in alijs generibus accidentium a quantitate, & qualitate, ergo prædicta diuiſio eſt inſufficiens. conſequentia patet, quia in plus eſt B diuiſum q̄ diuidentia. Quarto ſic. Relatiuum ſubſtantiæ reperitur in quantitate, ut dicendo linea quæ eſt quantitas, & in qualitate, ut dicendo, albedo quæ eſt in corpore, ergo membra diuiſionis reperiuntur extra diuiſum, & ſic diuiſio eſt inſufficiens. Quinto ſic. Tantus & quantus, quæ ſunt relatiua quantitatis continuæ, poſſunt reperiri in oratione quæ eſt quantitas diſcreta, ut dicendo, tanta eſt una ſyllaba quanta eſt alia. Sexto male diuiditur relatiuum quantitatis in continuum, & diſcretum. ſimiliter tot & quot, quæ ſunt relatiua quantitatis diſcretæ attribuuntur lineæ. uel tempori quæ ſunt quantitates continuæ, ut dicendo, tot ſunt horæ diei hodiernæ quot ſunt eſternæ, & econtra, ergo male diuiditur relatiuum quantitatis in relatiuū quantitatis continuæ, & quantitatis diſcretę. Argumen.

Ad argumenta Ad primum dicitur, ꝙ in nobis duplex reperitur cognitio, quædam eſt ſenſitiua, & ſic conceditur antecedens alia eſt intellectiua, & de tali C hic intelligitur, & ſic negatur antecedens. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet in genere ſubſtantiæ non ſit uera denominatio, tamen bene eſt denominatio ſecundum modum, & hoc ſufficit. Ad tertium patet ſolutio ex ſecundo notabili. Ad quartum ſimiliter. Ad quintum dicitur, ꝙ tantus, & quantus conueniunt orationi non ſecundum ſe, ſed ratione temporis in quo profertur. Similiter tot, & quot attribuuntur tempori, & lineæ non ſecundum ſuam ſubſtantiam, ſed ratione ſui accidentis. ſ. actus menſurandi qui eſt per modum diſcreti. Circa hæc autem relatiua diuerſitatis accidentis, quæritur de ueritate iſtius ſophiſmatis, Socrates eſt alter a ſeipſo. probatur, ſicut Socrates ſedens eſt alter a ſeipſo non ſedente, ut habet Porphirius in prædicabilibus, ergo iſta eſt uera, Socrates eſt alter a ſeipſo. Improbatur ſic. Socrates eſt alter a ſeipſo, ergo Socrates eſt alter ab homine. conſequentia tenet ab inferiori ad ſuum ſuperius, ſed conſequens eſt falſum, ergo & antecedens, quod fuit ſophiſma. Item, Socrates eſt idem ſibiipſi, ergo D non eſt alter a ſeipſo. Reſpondetur, ꝙ ſophiſma eſt uerum. Et ad primam improbationem dicitur, ꝙ negatur conſequentia, & ad probationem dicitur, ꝙ non arguitur ab inferiori ad ſuum ſuperius affirmatiue, ſed potius negatiuæ. Ad aliā ſimiliter negatur conſequentia, quia idem importat unitatem in ſubſtantia, alter uero importat diuerſitatem in accidentibus. iſta autem duo bene ſe compatiuntur in eodem. Et hæc de relatiuis dicta ſufficiant. Solutio.

PARVORVM LOGICALIVM E

TRACTATVS TERTIVS,

Summa Tractatus.

De Ampliationis, Reſtrictionis natura ac Multiplicitate, & nonnullorum in ipſa ſophiſmatum per regulas ſolutione.

Quid perſonalis ſuppoſitio, & de reſtrictione.

Suppō perſonalis q̃.

PERSONALIS ſuppoſitio eſt acceptio termini communis pro ſuis inferioribus. Cuius alia eſt determinata, alia confuſa, ut prius patuit. Item perſonalis ſuppoſitionis, alia eſt reſtricta, alia ampliata, & ita ampliatio, & reſtrictio habent fieri circa ſuppoſitionem perſonalē. Reſtrictio eſt coarctatio termini cōis a maiori ſuppoſitione ad minorem, ut cum dicitur, homo albus currit, hoc adiectiuum albus reſtringit hominem ad ſupponendum tantum pro albis. Ampliatio eſt extenſio termini communis a minori ſuppoſitione ad maiorem, ut cum dicitur, homo poteſt eſſe Antichriſtus. iſte terminus homo, non ſolum ſupponit pro his qui ſunt, ſed etiam pro his qui erunt, unde ampliatur ad futuros. Dico autem termini communis, quia terminus ſingularis, ut Socra. non ampliatur neque reſtringitur. F G

Ordo huius partis ad cęteras.

Iſte eſt tractatus tertius huius libri qui Paruorum Logicalium dicitur. In quo poſtq̃ Petrus Hiſpanus ſuperius determinauit de ſuppoſitionibus terminorum abſolutorum & reſpectiuorum, hic conſequenter determinat de aliis proprietatibus eorum, uidelicet de ampliatione, & reſtrictione, & quia ampliatio, & reſtrictio habent fieri circa perſonalem ſuppoſitionem, & præſupponunt eam, de qua uiſum eſt prius, ideo patet ordo huius tractatus ad præcedentem & ſequentem, quia ampliatio eſt quodammodo perfectior q̃ reſtr. ctio. nam ampliatio augmentat quodammodo ſuppoſitionem termini, reſtrictio autem diminuit, cum autem augmentatio dicat perfectiorem quantitatem quam diminutio, quia tendit ad quantitatem perfectam, ſequitur, ꝙ ampliatio quæ augmentat ſuppoſitionem termini debet præcede. e reſtrictionem, quæ reſtringit. & diminuit.

Cur huius iterum de perſonali ſuppōne agitur.

Primo ſciendum, ꝙ ampliatio, & reſtrictio habent fieri circa ſuppoſitionem perſonalem, ideo Auctor incidentaliter ponit definitionem eius, & etiam diuiſionem in ſuppoſitionem determinatam, & confuſam, & quia ſuperius Auctor fecit mentionem de eis, ideo determinatio eorum relinquitur. Sed magis ad propoſitum accedendo Auctor diuidit perſonalem ſuppoſitionem aliter quàm prius, & eſt diuiſio talis. Perſonalium ſuppoſitionū alia eſt reſtrictiua, alia ampliatiua. Ex quo patet, ꝙ habent fieri ſolum circa ſuppoſitionem perſonalē. Et ꝙ non poſſunt fieri circa ſuppoſitionem naturalem, & ſimplicem patet primo, quia in naturali ſuppoſitione terminus accipitur pro omnibus quæ participant naturam cōem per terminum cōem ſignificatam, & ideo naturalis ſuppoſitio nō pōt reſtringi nec ampliari remanēte naturali ſuppoſitione. Similiter nō poſſunt H

Nota limitationem.

fieri

A fieri circa ſimplicẽ, quia ſuppõ ſimplex eſt acceptio termini cõis pro natura ſimplici, quæ quidem natura ſimplex eſt indiuiſibilis, & non accipitur pro pluribus ſuppoſitis. Et quia ampliatio & reſtrictio dicunt quandam diuerſitatem, ideo nõ poſſunt fieri circa ſuppoſitionem ſimplicem, ex quo ſequitur ꝙ ſolum habent fieri circa ſuppoſitionẽ perſonalem, & hoc tam determinatam quam confuſam.

Secundo ſciendum, ꝙ quamuis in iſto tractatu nõ determinetur de reſtrictione non ſolum de ampliatione, quia tamen ampliatio & reſtrictio opponuntur, & unum oppoſitum non perfecte cognoſcitur niſi cognoſcatur reliquum, & ideo in iſto tractatu Autor definit reſtrictionem, unde reſtrictio eſt coarctatio termini communis a maiori ſuppoſitione, hoc eſt a maiori ambitu ſeu acceptione ſuppoſitorum ad impoſitionem. unde ponitur coarctatio loco generis, deinde ponitur termini communis, ad differentiã termini diſcreti, qui nec reſtringitur nec ampliatur, eò quòd nõ habet ſuppoſita. & dicitur a maiori ſuppoſitio- Quid reſtrictio.
B ne ad minorem, ad differentiam ampliationis, unde ſi dicatur, homo currit, homo ibi ſupponit pro omnibus hominibus tam albis q̃ nigris aut medio colore coloratis, ſed tamen cum dicitur, homo albus currit, homo ibi reſtringitur ad ſupponendum pro hominibus albis tantum, unde intelligendum eſt quantum ad ueritatem locutionis, quia, cum dicitur, homo albus currit, ibi homo ſupponit pro omnibus hominibus, ſed non redditur locutio uera niſi pro albis.

Tertio ſciendum, ꝙ ampliatio ſic definitur in textu, ꝙ eſt extenſio termini communis a minore ſuppoſitione ad maiorem, hoc eſt a minori ambitu ſeu acceptione ſuppoſitorum ad maiorem. & intelligendum eſt ut prius quantum ad ueritatem locutionis, ut cum dicitur, homo currit, ibi homo reddit locutionem ueram ſolum pro illis qui ſunt actu homines propter exigentiam illius adiuncti currit, ſed cum dicitur, homo poteſt currere, uel homo poteſt eſſe Antichriſtus, ibi locutio poteſt uerificari tam pro illis qui ſunt actu quam pro illis qui ſunt in Quid ampliatio.
C potentia, & ita homo ampliatur & augmentatur actu, & eius ſuppoſitio, & per hoc adiuncti poteſt. Et ſiunt ſemper ampliatio & reſtrictio reſpectu termini potentis teneri pro pluribus, uel paucioribus q̃ exigat ſua actualis ſuppoſitio, unde in iſta definitione ponitur termini communis eadem ratione qua & in præcedẽti definitione. unde coarctatio & extenſio non capiuntur hic proprie, ſed metaphoricæ ad coarctationem & extenſionem realem. nam ſicut coarctatio realis eſt, qua alias minus ſpatium continet, q̃ prius, & extenſio maius, ſic in propoſito dicitur coarctatio, quia terminus communis tenetur pro paucioribus ſuppoſitis quam prius, & extenſio dicitur, quia terminus communis tenetur pro uniuerſalioribus ſuppoſitis quam prius, & ſic patet intellectus iſtarum definitionum.

Quarto ſciendum, ꝙ ſuppoſita alicuius termini poſſunt dici ſuppoſita in actu dupliciter. uno modo quantum ad actum exiſtendi. Alio modo quantum ad actum ſignificandi, unde Cæſar, uel Adam, uel Antichriſtus, qui includunt eſſen- Suppoſita alicuius termini in actu dupliciter dñr.
D tialiter formam hominis ſunt ſuppoſita eius quantum ad actũ ſignificandi, quia actualiter non exiſtunt, ideo non ſunt ſuppoſita hominis quantum ad actum exiſtendi. ſ. hominis actualiter exiſtendi. unde quando Autor loquitur de ampliatione intelligit ꝙ terminus communis ampliatur, quando ſupponit reſpectu uerbi, uel adiuncti ad ſuppoſita quæ non ſunt ſuppoſita in exiſtendo, ſed in ſignificãdo, ut patet in exemplo Autoris, homo poteſt eſſe Antichriſtus.

Contra prædicta arguitur primo ſic. A notioribus nobis debemus procedere, ſed reſtrictio eſt notior ſuppoſitione cum ſit magis determinata, & magis determinata ſunt nobis notiora, ergo ſequitur ꝙ iſte tractatus debet præcedere præcedentem. Secundo ſic. Suppoſitio naturalis eſt ſimplex poſſunt ampliari & reſtringi, ergo contra diuiſionem in qua dicebatur, ꝙ perſonalis ſuppoſitio eſt ampliatiua

pliatiua alia reſtrictiua. Antecedens patet, quia bene dicit homo cõtingenter eſt ſpecies uel neceſſario. Tertio ſic. Contra definitiones prædictas, quia coarctatio, & extenſio ſunt quantitates, ſed ampliatio, & reſtrictio nõ ſunt quantitates, ergo male dicitur, quòd ampliatio, & extenſio, & reſtrictio. eſt coarctatio. Quarto ſic. Quòd terminus communis non poſsit ampliari, quia terminus communis ſupponit ſolum pro his quæ actu participant formam termini cõis, ergo non poteſt ampliari ad ea quæ erunt, uel poſſunt eſſe. Quinto ſic. Dicendo Socra. poteſt eſſe. ibi Socrates ſtat indeterminate pro Socrate, qui eſt, & qui erit, ergo terminus diſcretus poteſt ampliari. A

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ licet cognitione determinata ſenſibili magis determinatum præcedat minus, tamen cognitione intelligibili, & confuſa magis confuſum præcedit magis determinatum, & ſic eſt de ampliatione reſpectu ſuppoſitionis. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet terminus per ſe ſumptus ſupponat naturaliter, tamen quando ſumitur cum adiuncto non amplius ſupponit naturaliter. Et etiam licet termino ſupponenti ſimpliciter addat ut dictio ampliatiua, tamen non ampliat ipſum terminum eo, quòd non reperit naturam aptam natam ſuſcipere ampliationem. Ad tertium dicitur, ꝙ ibi non accipitur extenſio, nec etiam coarctatio, realiter, ſed ſolum methaphorice &c. ut dictũ eſt. Ad quartum dicitur, ꝙ licet terminus communis non poſsit ampliari pro pluribus quantum ad ſuppoſita actualia in eſſendo, tamen bene poteſt ampliari quantum ad ſuppoſita actualia in ſignificando. Ad quintum dicitur, quod, quando terminus ampliatur uel reſtringitur, oportet, ꝙ teneatur uniuoce modo, ſi Socra. ſtet pro eo, qui eſt erit, uel poteſt eſſe, hoc tantum eſt æquiuoce, & ſic ibi non eſt ampliatio. F

Ampliationis multiplicitas.

Ampliatio multiplex de qua uid. Paulũ Pergulẽſem & alios.

Ampliationũ, alia fit per uerbum, ut per hoc uerbum poteſt, ut hõ põt eſſe Antichriſtus. Alia per nomen, ut hominem eſſe Antichriſtum eſt poſsibile. Alia per participiũ, ut homo potens eſt eſſe animal. Alia per aduerbium, ut homo neceſſario eſt animal, homo enim non ſolũ ampliatur pro præſenti tempore, ſed etiam pro futuro. Et ideo ſequitur alia diuiſio ampliationis. ſ. ꝙ ampliationum, alia fit reſpectu ſuppoſitorum, ut homo poteſt eſſe Antichriſtus. A lia fit reſpectu temporum, ut homo neceſſario eſt animal, ut dictum eſt. G

Poſtq̃ Auctor poſuit definitionem ampliationis, hic conſequenter eam diuidit, & quia de finitum dicit eſſe, diuiſio uero dicit poſſe rei, & eſſe præcedit poſſe, ideo patet ordo. Et dicit ꝙ ampliationum, alia fit per uerbum, ut homo eſt Antichriſtus. Alia per nomen, ut hominem eſſe Antichriſtum eſt poſsibile. Alia per aduerbium, ut homo neceſſario eſt animal. Alia per participium, ut homo eſt potens eſſe animal. Et ex iſta diuiſione ampliationis infert Auctor aliam dicens, ꝙ quædam eſt ampliatio quæ fit reſpectu ſuppoſitorum, ut homo poteſt eſſe Antichriſtus, alia reſpectu temporis, ut homo neceſſario eſt animal. H

Quæ nam ampliare reſpectu ſuppoſitorum dicuntur. Primo ſciendum, ꝙ illa dicuntur ampliare reſpectu ſuppoſitorum, quæ faciunt terminum cõem teneri tam pro ſuppoſitis exiſtentibus in actu quã nõ exiſtentibus, cuiuſmodi ſunt uerba, quorum actus comparatur ad ſubiectum, in ſubiecto tñ non ſunt, ut ſunt iſta, poteſt, opinatur, laudatur, & ſic de alijs, & ſimiliter ampliant illa, quæ ab ipſis deſcendunt, ut aliqua nomina, & aliqua participia, & etiam aduerbia, ut potens. & poſsibiliter, quæ deſcendunt ab hoc uerbo

A bo poteſt, laudabile, dus, biliter, quæ deſcendunt ab hoc uerbo laudo, as, ſed illa dicuntur ampliare reſpectu temporum, quæ faciunt terminum communem extendi ad omnes differentias temporis, ut impoſsibile, & neceſſario, ut cum dicitur, homo neceſſario eſt animal, idem eſt ac ſi diceretur, in omni tempore conuenit homini, quòd ſit animal.

Secundo ſciendum, ꝙ ille terminus dicitur ampliari, qui pro pluribus ſuppoſitis ſtat quàm prius ſtabat cum adiuncto cui addebatur, uerbi gratia, ſi dicatur, homo poteſt eſſe Antichriſtus, ibi homo ſtat pro pluribus, quàm ſi diceretur homo currit, quia ſtat pro hominibus præſentibus Et per oppoſitum terminus dicitur reſtringi, qui pro paucioribus ſuppoſitis ſtat q̃ prius ſtabat cum ſuo adiuncto, ut ſi dicatur, homo currit, ibi homo ſtat pro præſentibus, & cum dicitur, albus homo currit ibi ſtat pro præſentibus albis. Quis terminus ampliari dicatur.

Tertio ſciendum, ꝙ uirtus ampliandi, & reſtringendi datur alicui a propria B eius impoſitione, & etiam alicui datur, & non alteri. propter quod quædam ſunt partes orationis, ſicut nomen uerbum, aduerbium, & participium, quæ poſſunt reſtringere, uel ampliare, ſed aliæ partes orationis non poſſunt hoc, cum eis non ſit data uirtus ampliandi, uel reſtringendi a prima earum impoſitione, unde ampliatio radicaliter eſt in termino communi radicata, qui terminus aptus natus eſt ſupponere & capi pro ſuppoſiti non exiſtentibus, ſed actualiter eſt in termino ampliato. Virtus ampliandi a quo ſit.

Quarto ſciendum, ꝙ licet iſta diuiſio ſit quadrimembris, tamen poteſt reduci ad bimembrem. nam omnis dictio ampliatiua eſt pars declinabilis uel inclinabilis, ſi primum hoc eſt dupliciter, uel ſignificat ſubſtantiam. & ſic eſt primum membrum, uel ſignificat actum, & hoc eſt dupliciter, uel actum diſtantem a ſubſtantiam, & ſic eſt uerbum, uel diſtantem, & ſic eſt participium. ſi ſecundum, ſic eſt aduerbium. Sufficientia alterius diuiſionis eſt iſta, quia cum omnis ampliatio C ſit extenſio termini, uel ergo extendit ipſum in ordine ad ſuppoſita, & ſic eſt primum membrum, uel in ordine ad tempus illorum, & ſic eſt ſecundum. Ex hoc patet, ꝙ ampliatio facta reſpectu temporis differt ab illa, quæ eſt reſpectu ſuppoſitorum. apparet etiam ꝙ dictio ampliatiua aliter ſe habet ſecundum quòd ampliat pro ſuppoſitis, & ſecundum ꝙ ampliat pro tempore, quia in una reſpicit ſuppoſita, & in alia tempus. Diuiſionis ampliationis notitia.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Ampliatio ſit reſpectu tẽporis, ſed nomẽ non ſignificat tẽpus, ergo nulla ampliatio ſit per nomen. Secundo ſic. Omne participium eſt determinati temporis, puta præſentis, præteriti, uel futuri, ergo nullum participiũ ampliat, ſed potius reſtringit cõſequentia tenet quia ampliare ſit reſpectu plurium temporum. Tertio ſic. Eadem eſt cauſa oppoſitorum, ſed aduerbium non eſt cauſa reſtrictionis, ergo uidetur, ꝙ non ſit cauſa ampliationis. Quarto ſic. Terminus communis non includit tempus, ergo non poteſt amplia-D re pro tempore, ſed ſolum pro ſuppoſitis. Quinto arguitur ſic. Illa diuiſio nõ datur per oppoſita, nec eſt bimembris, ergo non eſt bona diuiſio. Argumen.

Ad argumenta. Ad primum argumentum dicitur, quòd non omnis ampliatio ſit reſpectu temporis, ſed quædam ſit a uirtute ampliatiuę dictionis ſibi collata a ſua impoſitione, & ſic eſt de ampliatione nominis, quæ ſolum eſt extenſio ſuppoſitorum & non temporum. Ad ſecundum dicitur, quòd licet participium ſit alicuius determinati temporis, tamen habet aliquam uirtutem per quam ampliat ultra tempus præſens. Ad tertium dicitur, quòd non omnes cauſa eſt cauſa oppoſitorum, ſed ſolum quædam, & ſic non oportet, ꝙ ſi aduerbium non reſtringat, ꝙ propter hoc non ampliet. Ad quartum dicitur, quòd licet tempus non includatur in termino communi, tamen inſequitur ipſum gratia Solutio.

ſuorum ſuppoſitorum, ratione cuius ibi poteſt eſſe ampliatio temporum ſicut E
ſuppoſitorum ex hoc, φ illa ſuppoſita non ſolum habent potentiam ad eſſendũ in uno tempore, ſed etiam in pluribus. Ad quintum dicitur, quòd licet illa diuiſio non detur per oppoſita formaliter, nec etiam ſit bimembris, tamen datur per oppoſita uirtualiter, & eſt reducibilis ad bimembrum, & hoc ſufficit ad bonam diuiſionem.

Sophiſmatis in hac materia Solutio, ac ampliationum aliquæ Regulæ.

Late de hoc p Paulũ pgulen. in ſũbus ſuis entiberum, & alios.

CIrca prædicta quæritur de hoc ſophiſmate, impoſsibile poteſt eſſe uerum. Quòd ſit uerum probatur, quia illud quod eſt uel erit impoſsibile poteſt eſſe uerum, ſed Antichriſtum non fuiſſe poſt tempus ſuum, eſt impoſsibile, & mō poteſt eſſe poſsibile, & uerum, ergo impoſsibile poteſt eſſe uerum. F Contra, quicquid poteſt eſſe uerum eſt poſsibile, ſed impoſsibile poteſt eſſe uerum, ergo impoſsibile eſt poſsibile, In tertiò modo primæ figuræ, ſed concluſio eſt falſa, ergo aliqua præmiſſarum, non maior, ergo minor, ſed hæc eſt prima, ergo prima eſt falſa. Solutio. prima ſimpliciter eſt falſa, hæc, ſcilicet impoſsibile poteſt eſſe uerum, & ſophiſma peccat penes fallaciam accidẽtis, quia, cum dico, id quod eſt, uel erit impoſsibile, duo dico, ſcilicet ſubiectum illius impoſsibilitatis, & illam impoſsibilitatem, ſiue ipſum impoſsibile, ſed illud, quod eſt uel erit eſt res ſubiecta, & impoſsibile accidit ei, & poſſe eſſe uerum aſsignatur in eſſe utrique, ſicut hæc Antichriſtum non fuiſſe erit poſsibile, ſed Antichriſtum non fuiſſe poteſt G eſſe uerum, ergo impoſsibile poteſt eſſe uerum. non ualet, quia Antichriſtum non fuiſſe eſt res ſubiecta, & impoſsibile eſt accidens, & poſſe eſſe uerum aſsignatur in eſſe utique.

Regula prima.

De ampliatione quæ fit ratione ſuppoſitorum talis datur regula. Terminus communis ſupponens uerbo habenti uim ampliandi a ſe uel ab alio ampliatur ad ea quæ poſſunt eſſe ſub forma termini ſupponentis, ut homo poteſt eſſe animal, hic iſte terminus homo nonſolum ſupponit pro præſentibus, ſed etiam ampliatur ad omnes qui erunt. Dico autem de ſe, quia hoc uerbum poteſt de ſe habet uim ampliandi, Dico autem ab alio, quia hoc participium potens, & hoc nomen poſsibile dant uirtutem ampliandi uerbo cui adiunguntur, ut homo eſt potens eſſe animal, uel animal poſsiblie eſt eſſe album. & ſic H de aliis.

Regula ſecunda.

De ampliatione autem quæ fit ratione temporis talis datur regula. Terminus communis ſupponens uel apponens uerbo habenti uim ampliandi quò ad tempus, ſupponit pro his qui ſunt, qui erunt, uel qui fuerunt, ut homo neceſſario eſt animal, ibi tam homo quàm animal tenetur pro his qui ſunt, & qui erunt. Et hæc tantum de ampliationibus.

Poſtquàm

A. Poſtquam Auctor poſuit diuiſionem ampliationis in præcedenti parte, hic conſequentia iuxta hoc uerbum ampliatiuum poteſt, ponit quoddam ſophiſma quærendo utrum illud ſophiſma, impoſſibile pōt eſſe uerum, ſit uerū, uel falſum. Et primo probat quòd ſit uerum, ſecundo improbat ipſum. Probatur ſic, illud quod eſt, uel erit impoſſibile poteſt eſſe uerum, ergo impoſſibile poteſt eſſe uerum. Antecedens patet, quia Socratem non fuiſſe Romæ poſtquam fuerit eſt impoſſibile, & tunc poteſt eſſe uerum, ergo &c. Improbatur ſic arguendo in Darij. Quicquid poteſt eſſe uerum eſt poſſibile, ſed impoſſibile poteſt eſſe uerum, ergo impoſſibile eſt poſſibile.

Pro cuius ſolutione primo ſciendū, ꝙ ſophiſma eſt argumento, uel argumētis approbata, uel improbata propoſitio. Vnde probatio eſt argumentum, quo quis nititur oſtendere aliquam propoſitionem eſſe ueram & per oppoſitum improbatio eſt argumentum, quo nititur oſtendere aliquam propoſitionem eſſe falſam. Quid ſophiſma.

B Et ſic ſophiſma eſt propoſitio apparens uera quo ad utranque partem, & hoc propter probationem, & improbationem. Et dicitur ſophiſma a ſophos quod eſt ſapientia, ſiue a ſophiſtico, cas, quod idem eſt ꝙ decept[i]o, is, quia per ſophiſma opponens nititur decipere reſpondentem per ſapientiam in eo apparētem. Ex quo apparet ꝙ licet ſophiſma ſit quandoque uerum, poteſt tamen decipere propter apparentiam ad eius falſitatem.

Secundo ſciendum, ꝙ omne ſophiſma ſoluitur aliquo iſtorum trium modorum. ſ. concedendo ipſum ſimpliciter uerum, uel ſimpliciter falſum, uel negando uel diſtinguendo: vnde illud ſophiſma ſoluit Auctor in textu negando ſimpliciter, quia ſimpliciter eſt falſum. Et eius probationem ſoluit dicendo quòd peccat penes fallaciam accidentis, quia cum dicitur, id quod eſt, uel erit impoſſibile, poteſt eſſe uerum, ibi duo dicuntur, ſcilicet illud quod eſt impoſſibile, & ipſa impoſſibilitas, & quia ipſa impoſſibilitas accidit rei ſubiectæ, quæ eſt illud quod **C** eſt, uel erit impoſſibile, & poteſt eſſe uerum, aſſignatur utrique ineſſe, & ideo creditur ꝙ ſicut uerum attribuitur rei propter eius conuenietiam, quod etiam attribuatur accidenti, unde illud quod eſt, uel erit impoſſibile eſt res ſubiecta, & impoſſibile eſt accidens, & poteſt eſſe uerū, eſt attributū, & iō probatio nō cōcludit. Oı̄um ſophiſmatū ſoluendi modus.

Tertio ſciendum, ꝙ ad maiorem notitiam prædictorum habendā Auctor ponit duas regulas, quarum prima eſt de ampliatione facta reſpectu ſuppoſitorum, & alia eſt de ampliatione facta reſpectu temporum. vnde regula data de ampliatione reſpectu ſuppoſitorum talis eſt. Terminus communis ſupponens uerbo habenti uim ampliādi a ſe uel ab alio ampliatur ad ea quæ poſſunt eſſe ſub forma termini ſic ſupponentis. Et declarat iſtud in exemplo, ut dicendo, homo poteſt eſſe albus. iſte terminus homo non ſolum ſupponit pro hominibus qui ſunt, ſed etiam ſupponit pro hominibus qui erunt, & notanter dicit a ſe propter uerbum quod habet uirtutem ampliandi, ſicut eſt illud uerbum poteſt, & notanter **D** dicitur ab alio, propter hoc uerbum eſt, quia licet ampliet, hoc tamen non eſt per ſe, ſed propter hoc quòd adiungitur dictioni de ſe ampliatiue. Secunda regula eſt de ampliatione quæ fit reſpectu temporum, quæ talis eſt. Terminus communis ſupponens uerbo, uel apponens habenti uim ampliandi quo ad tempus ſupponit pro his qui ſunt, & qui ſemper erunt ſub forma termini ſupponentis, & iſta ampliatio fit reſpectu temporum, ut homo neceſſario eſt animal, ibi tam homo quam animal tenetur pro his quæ ſemper erunt, & iſta ampliatio non prouenit ex parte huius uerbi eſt ut dictum eſt, ſed prouenit ex adiunctione huius aduerbii neceſſario ampliantis illud uerbum eſt quantum ad omnes differentias temporis. vnde aduerbium magis proprie cauſat ampliationem temporum quam ſuppoſitorum. Regulę duę ad ampliationū notitiam.

Illa dictio poſsibile, ampliat tã ꝓ ſuppoſitis q̃ ꝓ téporibus, ſecus de neceſſario.

Quarto ſciendum, ꝙ licet hæc dictio poſsibile, ampliet tam pro ſuppoſitis q̃ pro temporibus, tamen primo ampliat pro ſuppoſitis, & ex conſequenti pro temporibus, ſed econtra eſt de neceſſario, idcirco in exemplo regulæ datæ reſpectu ſuppoſitorum ponitur poſsibile, & in exemplo regulæ datæ reſpectu temporum exemplificatur de iſta dictione neceſſario quæ primo ampliat pro temporibus, & ex conſequenti pro ſuppoſitis vnde ſub iſtis duobus modis poſsibile, & neceſſarium comprehenduntur alii duo modi, qui dicuntur contingens, & impoſsibile, impoſsibile.n ampliat ad omne tempus ſicut neceſſarium, licet negatiue, contingens autem ad ſuppoſita ſicut poſsibile. Ex his poteſt uideri q̃ſo cõuenit dictioni ampliatiuæ ampliare, quia ſicut agens reale non habens impedimentum agit in omne id ad, quod poteſt extendi ſua uirtus, ſic etiam agens rationis, puta dictio ampliatiua nõ habens impedimentum agit in omne illud ad quod poteſt extendi ſua uirtus, & propter hæc dictio poſsibile uel potens ampliat terminum communem cui adiũgitur ad præſentia ſuppoſita, & futura, quia habet uirtutem ampliandi quo ad illa tempora. E

Contra prædicta arguitur primo ſic. Album põt eſſe nigrum, eſt impoſsibile, & tamen poteſt eſſe uerum, quia res alba poteſt eſſe nigra, ergo impoſsibile poteſt eſſe uerum. Secundo ſic. Socratem uidere omne aſtrum eſt impoſsibile, cum uiſus ſit circa unum, & tamen poteſt eſſe uerum, quia ſucceſsiue poteſt illa uidere, ergo impoſsibile poteſt eſſe uerum. Tertio ſic. Terminus communis ſtans pro præſentibus ſupponit, & futuris reſtringitur, ut poſtea patebit in reſtrictionibus, ergo non ampliatur. Quarto ſic. Iſta dictio poſsibile non tantum ampliat pro ſuppoſitis, ſed etiam pro temporibus, ergo uidetur, quòd male exemplificetur de ipſa in prima regula. Quinto ſic. Impoſsibile, & contingens ampliant ſicut neceſſarium, & poſsibile, ergo debent poni regulæ de ipſis ſicut de aliis. F

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd illa eſt duplex, quia album, & nigrũ poſſunt capi dupliciter. Vno modo formaliter, & tunc eſt impoſsibilis, & falſa Alio modo materialiter, & illo modo poſsibilis, & uera, & eſt ſenſus, quòd aliquis habens albedinem poteſt ſuſcipere nigredinem. Ad ſecundum dicitur, ꝙ eſt uera ſi ponatur ineſſe eodem modo quo eſt poſsibilis.ſ. ſucceſsiue, Socra.n. poteſt uidere omne aſtrum ſucceſsiue, & non ſimul. Ad tertium dicitur quòd terminus cõmunis diſiunctiue ſtans pro præſentibus uel futuris bene reſtringitur, eo, ꝙ ad ueritatem diſiunctiuæ ſufficit alteram partem eſſe ueram, ſiue ſufficit ueritas alterius partis, ſed terminus communis ſtans copulatiue pro præſentibus, & futuris bene ampliatur, & ſic eſt in propoſito. Ad quartum dicitur, quòd licet iſta dictio impoſsibile amplíet quo ad tempora, hoc tamen eſt ex conſequenti, ſed primo, & per ſe ampliat quo ad ſuppoſita. Ad quintum dicitur, quòd impoſsibile, & contingens ſatis poſſunt intelligi ſub poſsibili, & neceſſario, ſed potius Auctor agit de iſtis duobus modis neceſſarium, & poſsibile quàm de aliis, quia ſunt affirmatiui, & alii ſunt affirmatiui, & alii ſunt negatiui. Et hæc de ampliationibus dicta ſufficiant. G H

A

PARVORVM LOGICALIVM TRACTATVS QVARTVS,

Summa Tractatus.

De Appellationum Natura, ac eius multiplicibus ſpeciebus ac modis.

Quid appellatio ſit, & a quo ſic denominetur, ac diuiditur.

B APPELLATIO eſt acceptio termini pro re exiſtente. Dico autem pro re exiſtente, quia terminus ſignificans non ens non appellat, ut Cæſar, uel Antichriſtus, uel chymera, &c. Differt autem appellatio a ſignificatione, & ſuppoſitione, quia appellatio eſt tantum de re exiſtente, ſed ſuppoſitio, & ſignificatio ſunt tam pro re exiſtente quàm pro re nõ exiſtente, ut Antichriſtus ſignificat Antichriſtũ, & ſupponit pro Antichriſto, ſed nõ appellat. hõ. n. ſignificat hominem, & de natura ſua ſupponit tam pro exiſtentibus, quã pro non exiſtentibus hominibus, appellat aũt tantum hoĩes exiſtentes. Appellationum autem, alia eſt termini communis, ut hõ, alia eſt termini diſcreti, uel ſingularis, ut Socrates. Terminus ſingularis idem ſignificat, ſupponit, & appellat, ſcilicet rem exiſtentem, ut Petrus, uel Ioannes. De hoc late p Paul. pgulẽ. & Pau. Venetum in Logica parua

C

Iſte eſt quartus tractatus Paruorum Logicalium. In quo poſtquam Auctor determinauit de ampliatione, hic conſequenter determinat de appellatione. Et, quia ampliat, augmentat, & perficit ſuppoſitionem termini, & appellatio diminuit quodammodo, ideo prius determinauit de ampliatione quàm de appellatione, & prius determinat de appellatione quam de reſtrictione, quia appellatio eſt magis intrinſeca termino quàm reſtrictio, quia terminus per ſe ſumptus poteſt appellare, & non poteſt reſtringi niſi ſuperaddatur adiunctum. & ſic patet ordo huius tractatus ad præcedentem, & ſequentes.

Primo ſciendum, ꝙ appellatio, ut ſufficit ad propoſitum, dicitur tribus modis. Vno modo dicitur appellatio, uocatio, ſiue proprium nomen alicuius perſonę, ſecundum quòd dicitur, iſte appellatur Petrus. Secundo modo dicitur appellatio, ut eſt proprietas nominis ſub quo nomine plura continentur, ſecundum quam aliqua nomina dicuntur appellatiua. Tertio modo ſumitur appellatio, prout eſt acceptio termini pro ſuppoſito uel ſuppoſitis actu exiſtentibus, & de hac eſt præſens intentio. Appellationis triplex acceptio.

D

Secundo ſciendum, quòd appellatio, ut ſumitur in propoſito, ſic definitur in textu. Appellatio eſt acceptio termini pro re exiſtente. & non dicitur communis, quia tam terminus communis quam ſingularis appellant, ut patebit in diuiſione appellationis, quæ diuiſio hæc eſt. Appellationum, alia eſt termini communis, alia termini ſingularis, termini communis, ſicut homo, termini ſingularis, ſicut Socrates. vnde terminus communis appellans, & terminus ſingularis differunt, quia terminus ſingularis unum tantum appellat, terminus uero communis Quid appellatio, & eius diuiſio.

niſ plura ſecundum, ꝗ actu poteſt plura continere. Et ſic patet, ꝗ alia eſt appellatio termini communis, & alia termini diſcreti, ratione cuius bene dictum eſt in definitione appellationis termini non addendo communis aut diſcreti, & cōſequenter auctor exponit in textu ſuam definitionem dicens, ꝗ terminus ſignificans non ens, ſicut eſt id quod non eſt actu, non appellat, ut Cæſar, & Antichriſtus, & etiam termini ſignificantes aliquid fictum ſiue aliquid in imaginatione non appellant, ut chymera, & hiroceruus, & ſic patet, ꝗ ſolum terminus ſignificans rem actu exiſtentem appellat. E

Significationis, ſuppōnis, & appllōnis diſcrimen.

Tertio ſciendum, ꝗ Auctor poſtea ponit differentiam inter ſignificationem, ſuppoſitionem, & appellationem, quia appellatio eſt acceptio termini pro re exiſtente in actu, & extra animam ſuppoſitio uero, & ſignificatio ſunt tam de re exiſtente in naturam quàm de exiſtente in anima ſiue in imaginatione, ut Antichriſtus ſignificat Antichriſtum, & ſupponit pro eo, ſed nihil appellat, homo etiam ſignificat id quod participat naturam humanam, & naturaliter ſupponit tam pro homine exiſtente quàm non, ſed non appellat niſi hominem exiſtentem in actu. Alio modo differunt ſuppoſitio, & appellatio, quia appellatio eſt inferius a ſuppoſitione, quia ubicunque eſt appellatio ibi eſt ſuppoſitio, & non econuerſo, nam appellatio ſolum ineſt termino, ut dictum eſt, quando tenetur pro ſuppoſito, uel ſuppoſitis actu exiſtentibus, ſed ſuppoſitio poteſt eſſe in termino, quãdo tenetur pro ſuppoſitis actu uel potentia uel etiam in imaginatione, & ſuppoſitio poteſt eſſe naturalis, accidentalis, diſcreta, communis, ſimplex, & perſonalis, ſed appellatio eſt tantum termini ſupponentis perſonaliter, & ſic patet, ꝗ appellatio eſt inferius ad ſuppoſitionem. F

Diuerſarũ dictionum diuerſa appellatio.

Quarto ſciendum, ꝗ dictionum, quædam ſunt appellatiuæ qualitatis, & appellant, ſed per ſe appellata non habent, ſicut ſunt nomina communia, & adiectiua quæ ſunt appellatiua, ſed non habent appellata, niſi ſua ſubſtantiua, & per ſua ſubiecta, eo ꝗ indiuiduatio non in accidentibus niſi per ſubſtantiam loquendo ꝓprie. Aliæ ſunt dictiones, quæ nō ſunt appellatiuę qualitatis, ſed ſunt appellata in neutro genere, cuiuſmodi ſunt nomina propria. Nomina enim propria dicuntur appellata ſuppoſita, & ſingularia diuerſis rationibus, quia dicuntur appellata eo ꝗ appellantur a ſuis ſuperioribus. ſuperiora.n. de inferioribus prædicantur ſecundum unum nomen, & eadem rationem, ut Socrates eſt homo, dicuntur ſuppoſita, quia ſubiiciuntur ſuis ſuperioribus, & dicuntur ſingularia quia nominant aliquod diſcretum quod uni ſoli conuenit. Alię ſunt dictiones appellatiuæ quæ appellant, & quæ per ſe appellat habent, ſicut ſunt nomina communia ſubſtantia, ut homo animal, & ſic de aliis. & talibus proprie conuenit appellatio. Et tales dictiones accipiuntur aliquando pro omnibus ſuis ſuppoſitis, & hoc fit per adiunctum ſigni uniuerſalis, ut dicendo omnis homo currit, aliquando pro aliquo ſuorum ſuppoſitorum determinate, ut quando eis non additur aliquid, quod eas diſtribuat, ut homo currit. G H

Argumen.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Appellatio pertinet iuriſtis, ergo non ſpectat ad Logicum determinare de appellatione. Secundo ſic. Appellatio eſt tantum termini communis, ergo communis debet poni in definitione eius. Tertio ſic Nulla eſt appellatio termini communis, ergo contra diuiſionem. Antecedens patet, quia terminus communis non ſignificat rem exiſtentem cum exiſtentia conueniat ſingularibus. Quarto ſic. Socrates mortuus appellatur homo, ergo appellatio eſt tam exiſtentis quàm non exiſtentis. Quinto ſic. Sicut dixit textus, terminus ſignificat idem, ſupponit, & appellat, ſed ſignificat rem non exiſtentem, ergo etiam appellat pro re non exiſtente.

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum dicitur, quòd aliter conſyderatur appellatio a Logico,

A Logico,& aliter a iuriſtis. quia a iuriſtis conſyderatur inquantum dicit uocationem quandam de inferiori iudice ad ſuperiorem, ſicut cum quis iudicatus ab officiali appellat ad Papam,ſed a Logico conſyderatur ut dictum eſt. Ad ſecundum dr̃,ꝙ ſi capiatur appellatio,ut eſt proprietas nominis, quæ dr̃ qualitas,ſic ſolum appellatio conuenit termino communi, ſed de tali non eſt hic ad propoſitum,ſed ſi capiatur prout eſt acceptio termini pro re exiſtente, tunc conuenit tam termino ſingulari q̃ communi,& ſic capitur hic. Ad tertium dicitur,ꝙ licet res ſignificata per terminum communem ſecundum ſe,& per ſe non exiſtat, tñ exiſtit in ſuis inferioribus,& tunc talia ſingularia a nomine communi appellantur,ſicut homo appellat Socratem, & Ciceronem,& ſic de aliis ſingularibus actu exiſtentibus. Ad quartum dicitur, ꝙ licet Socra. mortuus abuſiue appelletur homo,tñ non eſt homo ſimpliciter,quia homo mortuus non eſt homo,ideo non poteſt appellari. Ad quintum dicitur,ꝙ Auctor ſic intelligitur,ꝙ ſi res ſignifi-
B cata per terminum ſingularem exiſtat, tunc terminus ſingularis idem ſignificat pro eodem ſupponit,& pro eodem appellat.

Appellationis termini communis Duo Genera.

Item appellationum termini communis, alia eſt termini cõmunis pro re in communi,ut quando terminus cõis ſimplicem habet ſuppoſitionem,ut cùm dicitur,homo eſt ſpecies,animal eſt genus,& tunc terminus idem ſupponit,ſignificat,& appellat,ut homo ſignificat hominem in cõi, & ſupponit pro homine in cõi. & appellat hominem in cõi. Alia autem eſt appellatio termini communis pro ſuis inferioribus,ut quando terminus communis perſonalem habet ſuppoſitionẽ,
C ut cum dicitur,homo currit,tunc homo non idem ſignificat,ſupponit, & appellat,ſed ſignificat hominem in commui,& ſupponit pro particularibus hominibus,& appellat particulares homines tantum exiſtentes. Et hæc de appellationibus ſufficiant.

Poſtq̃ Auctor definit & diuiſit appellationem in eam quæ fit per terminum cõem,& eam quæ fit per terminum ſingularem,hic conſequenter ſubdiuidit appellationem termini cõis. nam alia eſt termini communis,pro re exiſtente in cõmuni,ut cum terminus communis ſimplicem habet ſuppoſitionem,ut homo eſt ſpecies,aĩal eſt genus hõ.n. appellat naturam exiſtentem in eſſe ſimplici abſtracto a ſuppoſitis ſiue a ſingularibus. Alia eſt appellatio termini cõis pro ſuis inferioribus,ut hõ appellat Socratem aut Platonem, ſi exiſtant in rerum natura.

Primo ſciendum,ꝙ dupliciter poteſt intelligi,ꝙ terminus cõis appellet. Vno
D modo prout capiť pro re uniuerſali ſignificata per ipſum,& ſic ſuper ipſum fundatur unus modus appellationis, quæ quidem appellatio eſt ipſius naturę cõis, quæ licet ſecundum ſe non exiſtat,tamen exiſtit in ſingularibus, & ſic ſuper ipſum fundatur appellatio termini cõis ſimplicem ſuppoſitionem habentis. Alio mõ põt conſyderari terminus cõis uidelicet prout eſt in ſuis ſuppoſitis,& ſic ſuper ipſum fundatur appellatio quæ eſt termini cõis habentis perſonalem ſuppoſitionem, & licet talis terminus cõis non ſignificet illa ſuppoſita, ut ſuppoſita ſunt,& ſingularia,tamen poſſunt conſyderari ut conueniunt in natura ſpecifica, & ſic terminus communis poteſt appellare pro ipſis. (Terminus cõis dupliciter.)

Secundo ſciendum,ꝙ terminus cõis habens ſuppoſitionem ſimplicẽ idem ſignificat,ſupponit,& appellat,ſignificat.ꝑ.naturam communem, ſupponit etiam (Terminus cõis ſim--)

pliciter ſupponens, idē ſignificat, appellat, & ſupponit.

pro eadem, & appellat pro ipſa natura cōi. Sed terminus cōis nō ſupponens ſim A
pliciter non idem ſignificat, ſupponit, & appellat nam talis terminus ſignificat naturam cōem, & ſupponit pro ſuppoſitis tam exiſtentibus quàm non exiſtentibus, ſed ſolum appellat ſua particularia in actu exiſtentia, ſicut homo ſignificat naturam humanam, & ſupponit pro hominibus tam exiſtentibus quàm non exiſtentibus, ſed ſolum appellat homines præſentes, & exiſtentes in actu.

Terminorū appellatiuorum multiplicitas.

Tertio ſciendum, ꝙ terminorum appellatiuorū ſiue appellationem habentiū, quidam ſunt ſubſtantiui, quidam adiectiui. Subſtantiui ſunt illi, qui ſignificant rem exiſtentem in prædicamento per modū per ſe ſtantis tam in concretione ad ſuppoſita quàm in abſtractione, ſicut iſte terminus homo, qui dicitur eſſe terminus concretus concretione naturæ ad ſuppoſita, quia concernit ipſa, & iſte terminus humanitas dicitur abſtractus a quacunq; concretione. Termini aūt adiectiui ſunt illi, qui ſignificant rem in prædicamento exiſtentem per modum adiacentis, & illorum terminorum tam ſubſtantiuorum quàm adiectiuorum, quidā F
ſunt ſubſtantiales, quidam ſignificant rem de prædicamento ſubſtantię, ut homo, & humanitas. Alii autem accidentales, qui ſignificant rem de prædicamento accidentium, ut album & albedo. & ſic de aliis, de quibus eſt facta mentio, unde tam in terminis ſubſtantialibus, quàm accidentalibus eodem modo ſumitur appellatio capiendo appellationem proprie.

quibus terminis appellatio attribuatur

Quarto ſciendum de terminis accidentalibus, quòd res de prædicamento accidentiū poteſt dupliciter conſyderari. vno modo, ut habet habitudinem ad ſubſtantiam, ut albus, ba, bum. album enim ſignificat albedinem ſecundum ꝙ adiacet ſubſtantiæ. Alio modo poſſunt illæ res conſyderari ſine habitudine ad ſubſtantiam, & hoc dupliciter, ſecundum ꝙ dupliciter poſſunt abſtrahi, quia ipſarum una abſtractio eſt a ſubiecto, alia eſt abſtractio a ſuppoſitis, & ſecundum primam abſtractionem natura albedinis ſignificatur per illum terminum albedo, ſed ſecundum, ꝙ abſtrahitur a ſupppoſitis ſignificatur per illum terminum G
albedinitas, & natura nigredinis per illum terminum nigredinitas. vnde in oībus iſtis terminis nihil differt quantum ad appellationem. Ex quo ſequitur, ꝙ aliqui

Impugnatio opi. antiquorum.

antiqui male dixerunt, eo ꝙ putabant appellationem non poſſe attribui niſi termino adiectiuo, & mouebantur propter illam rationem, quia appellatio, ut ipſi dicebant eſt in termino ratione ſignificati formalis rei appellatæ, quæ non poteſt appellari niſi per terminum adiectiuum, ut dicebant, & non per ſubſtantiuum quod importat ſignificatum ſuum abſolute, & non cum dependentia, uel habitudine ad aliud, ſicut iſte terminus homo qui ſignificat naturam humanam abſolute. Verumtamen illud non eſt uerum, quia termini ſubſtantiui poſſunt eſſe concreti concretione naturę ut dictum eſt, ſiue concretione ſuppoſitorum, licet non ſignificent per modum adiacentis.

Argumen.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Terminus cōis habens ſimplicē ſupponem reſpectu termini ſecundæ intentionis ſignificat naturam cōem exiſtentē H
in anima, ergo non appellat. conſequentia tenet, quia tunc Antichriſtus appellaret, quod falſum eſt. Secundo ſic. Appelatio eſt acceptio termini communis pro re exiſtente, ſed natura communis ſignificata per terminum communem nō exiſtit, ergo terminus communis non appellat. Tertio ſic. Omne quod eſt ſingulare eſt, ſed appellatio eſt termini exiſtentis, ergo non poteſt eſſe termini cōis ſimplicem ſuppoſitionem habentis. Quarto ſic. Appellatio inſequitur ſignificationem termini communis, ſed terminus communis non ſignificat ſua ſuppoſita, ergo non appellat pro ſuis ſuppoſitis. Quinto ſic. Appellatio, ſignificatio, ſuppoſitio ſunt diuerſæ proprietates, ergo non poſſunt eidem conuenire, ergo male dictum eſt, ꝙ terminus communis idem ſignificat, ſupponit, & appellat.

A Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ duplex eſt appellatio.ſ.propria,& impropria, unde talis terminus appellat accipiendo appellationem large. & quodammodo improprie prout eſt termini ſignificantis tam rem extra animam q̃ rem in anima Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet terminus communis non ſignificet rem exiſtente ſecundum ſe, tamen ſignificat rem exiſtentē in ſingularibus,& hoc ſufficit Ad tertiū dicitur, quod licet omne id quod primo, & per ſe exiſtit ſit ſingulare, tamen illud quod exiſtit ad alterius exiſtentiam non eſt ſingulare, ſicut uniuerſalia quæ ſignificantur per terminos communes, & ſic termini communes ſignificant rem exiſtentem, uidelicet in ſingularibus,& per ſingularia. Ad quartum dicitur, quod licet terminus communis primo, & per ſe nō ſignificet ſua ſuppoſita, tamen ex conſequenti, & materialiter bene ſignificat ipſa, inquantum includunt naturam per terminum communem ſignificatam. Ad quintum dicitur, quod licet iſtæ proprietates conueniant eidem materialiter ſumpto, non tñ conueniunt eidem formaliter ſumpto, & hoc ſufficit. Et hæc de appellatione dicta ſufficiant. **Solutiões.**

B

PARVORVM LOGICALIVM TRACTATVS QVINTVS

Summa Tractatus.

De Reſtrictionis tam Nominis quam Verbi Varijs acceptionibus ac natura, & ſoluendi in ea multorum ſophiſmatum per Regulas, tam nominibus quam Verbis proprias, intellectu, & obiectionis Dilutio.

C

Quid ipſa Reſtrictio, & Quotuplex ſit.

RESTRICTIO eſt coarctatio termini cōis a maiori ſuppoſitione ad minorē, ut dictum eſt prius. Reſtrictionum autem, alia fit per nomē, ut homo albus. Iſte terminus homo nō ſupponit pro nigris neque pro medio colore coloratis, ſed reſtringitur ad albos. Alia fit per uerbum, ut hō currit. iſte terminus homo, ſupponit pro præſentibus tantū. Alia fit per participium, ut cum dicitur, homo currens diſputat. ille terminus homo ſupponit pro præſentibus.

Vide poſitiones & uide Ioan. Bricot in q̃ſtionibus ſuis q mul ta pulchra dicit.

D Alia fit per implicationem ut cum dicitur, homo qui eſt albus currit. Hæc implicatio, qui eſt albus, reſtringit hominem ad albos. Item reſtrictionum factarum per nomen, Alia fit per inferius ſuperiori appoſitum, ut animal homo currit. ille terminus animal tantum ſupponit pro animalibus quæ ſunt homines. Alia fit per differentiam aduenientem generi quæ eſt eſſentialis, cum ſit conſtitutiua rei. vt cum dicitur, animal rationale. Hic animal, ſupponit pro rationalibus animalibus. Alia fit per adiectiuum accidentis, ut cum dicitur, homo albus, iſte terminus homo ſupponit tantum pro albis hominibus.

Iſte eſt Quintus partialis tractatus Paruorũ Logicalium, in quo intendit determinare de una proprietate termini incomplexi, quæ dicitur reſtrictio, quamuis prius determinandum fuiſſet de reſtrictione, eò ꝙ reſtrictio & ampliatio opponuntur, & fiunt circa perſonalem ſuppoſitionẽ, niſi obſtetiſſet ratio quæ prius dicta eſt in principio appellationum. ſ. ꝙ appellatio eſt magis intrinſeca termino q̃ reſtrictio. Et quia hic principaliter uult determinare de reſtrictione, ideo reſumit definitionem reſtrictionis prius poſitam in principio ampliationum. E

Quid reſtrictio.

Primo ſciendum, ꝙ reſtrictio eſt coarctatio termini cõis a maiore ſuppõne ad minorem, hoc eſt decremẽtum ſiue minoratio ambitus alicuius termini cõis ſecundum ꝙ pro paucioribus ſuppoſitis tenetur ꝙ exigat ſua actualis ſuppoſitio, ſicut dicendo, homo albus currit, ille terminus homo de ſua actuali ſuppoſitione, poteſt ſupponere pro omnibus hominibus quocunque colore coloratis, tamen per naturã illius adiuncti albus, uariatur ſuppoſitio eius & tenetur ſolũ pro hominibus albis. & accipitur in iſta definitione coarctatio metaphorice ad coarctationem realem, ſicut ſufficienter explicatum eſt in principio ampliationum. F

Reſtrictionis diuiſio.

Secundo ſciendum, ꝙ Auctor conſequenter diuidit reſtrictionum dicens, ꝙ reſtrictionum, alia fit per nomen, alia per uerbum, alia per participium, & alia per implicationem alicuius orationis. Et conſequenter ſubdiuidit reſtrictionem factam per nomen dicens, ꝙ alia fit per inferius appoſitum ſuperiori, alia fit per differentiam aduenientem generi, alia per adiectiuum accidentis, & omnium iſtorum exempla ſatis patent in textu. unde reſtrictio fit multis modis. uno mõ fit per aliquid adueniens termino reſtricto, ſicut dicendo, homo albus currit. Alio modo fit nullo adueniente termino communi, ut cum dicitur, rex uenit, reſtringitur ad ſupponendũ pro rege patriæ, & ſecundum hoc poteſt dici ꝙ duplex eſt reſtrictio. Vna eſt naturalis, quæ fit per aliud adueniens termino communi, & dicitur naturalis, quia ille terminus capitur ſecundũ naturam & exigentiã termini adiuncti, alia eſt uſualis reſtrictio, & eſt illa quæ in termino per uſum & modum loquendi inuenitur, & ideo dicitur uſualis reſtrictio, quia non conuenit ei ſecundum naturam alicuius adiuncti. G

Reſtrictio naturalis quot modis fiat.

Tertio ſciendum, ꝙ reſtrictio naturalis poteſt fieri multis modis, ut prius dictum eſt. Vno modo per dictionem. Alio modo per orationem. per orationem fit quando alicui termino cõi implicatur aliquid non importans diminutionem nec ampliationem, ut cum dr̃, homo qui eſt albus currit. ibi reſtringitur homo ad ſupponendum pro illis quibus conuenit illa implicatio, qui eſt albus. Et notanter dicit nõ importãs diminutionẽ, nec ampliationem, quia eſt aliqua oratio implicatiua quæ importat diminutionẽ, ut iſta, qui eſt mortuus, & alia eſt implicatiua quæ importat ampliationem, ut iſta, qui poteſt eſſe. ille. n. implicationes non reſtringunt. Et ſic patet ꝙ reſtrictio habet fieri, quando terminus adueniẽs alteri non diminuit nec ampliat terminum cui additur, ſed quando facit ipſum teneri pro paucioribus ſuppoſitis quàm prius tenebatur. &, cum oratio implicatiua eſt diminuens, deſtruitur illud cui adiungitur & oratio ampliatiua facit terminum teneri pro pluribus quàm exigat ſua actualis ſuppoſitio, ideo nõ reſtringitur. Sed reſtrictio quæ fit per dictionem poteſt fieri dupliciter. uno modo ratione ſignificationis, alio modo ratione conſignificationis. Ratione ſignificationis poteſt fieri, quando aliquid additum termino communi reſtringit ipſum quò ad principalem ſignificationem. Et ratione conſignificationis fit, quando aliquid reſtringitur ſolum quò ad conſignificationem, ſicut dicendo, homo eſt albus, homo reſtringitur ſolum ratione conſignificationis, ſcilicet ratione generis, quia tantum ponitur pro maribus. H

Quarto ſciendum, ꝙ cum dicitur, ꝙ reſtrictionum, quædam fit per nomen, alia

A alia fit per uerbum &c. ibi eſt diuiſio generis in ſpecies, eò, ꝙ reſtrictio æqualiter dicitur de omnibus illis membris. Et iſtorum modorum ſufficientia ſic poteſt haberi. nam omnis reſtrictio fit per dictionem incomplexam uel complexam, ſi primum, hoc eſt dupliciter. uel talis dictio ſignificata ſubſtantiam, uel actum. ſi ſubſtantiam, ſic eſt primum membrum, ſi actum, hoc eſt dupliciter. uel actum diſtantem a ſubſtantia, & ſic eſt ſecundum membrum, uel indiſtanctè, & ſic eſt tertium membrum. ſi fiat per uocem complexam, ſic eſt illa quæ fit per implicationem. Vnde in propoſito implicatio uocatur aliquod complexum ex nomine & uerbo implicite includens ſuppoſitionem termini communis. ut cùm dicitur, homo qui eſt albus currit, iſta implicatio, qui eſt albus, includit implicite ſuppoſitionem huius termini homo, unde etiam diuiſio ſequens, talis eſt ſicut diuiſio præcedens. & ſic poteſt faciliter ſumi ſufficientia membrorum eius. Et ſic patet quid ſit reſtrictio, & quomodo habeat fieri, & B quomodo diuiditur. Reſtrictionū alia per uerbū, alia per nomē fit.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Reſtrictio non eſt poſsibilis, ergo de ipſa non eſt determinandum. Antecedens patet, quia ubicunque ponitur dictio ſemper ſupponitur & capitur pro ſuo ſignificato, ſed ſignificatum dictionis non poteſt reſtringi, ergo uidetur quòd ipſa non eſt poſsibilis. Secundo arguitur ſic contra definitionem. quia terminus ſingularis aliquñ ſtat pro pluribus. & aliquãdo pro paucioribus, ergo uidetur, ꝙ reſtringitur, ergo male ponitur in definitione termini communis. Tertio arguitur ſic. Circa appellationẽ fit coarctatio a maiori ſuppoſitione ad minorem, & tamen non eſt reſtrictio, ergo. Quarto ſic. Reſtrictio non fit per nomen, ergo contra unum membrum diuiſionis. Antecedens patet. quia ſi fieret, in iſta, homo albus currit, fieret, ſed hoc non, quia albus in plus ſe habet q̃ homo, ergo non poteſt reſtringere hominem. Quinto ſic. Implicatio eſt magis communis quàm illud cui adiungitur, ergo non poteſt re- C ſtringere. Antecedens patet, quia implicatio, qui eſt albus, poteſt addi homini, boui, & leoni, & ſic de aliis. Argumẽta

Ad argumenta. Ad primum iſtorum argumentorum dicitur, ꝙ licet dictio non poſsit reſtringi quantum ad ſignificatum formale, tamen quantum ad ſignificatum materiale bene reſtringitur. unde, ubicunque ponitur homo, ſignificat humanitatem quæ eſt ſignificatum formale eius, ſed non capitur pro omnibus ſuis ſuppoſitis, quæ ſunt ſignificatum materiale eius, ideo poteſt reſtringi. Ad ſecundum iſtorum dicitur, ꝙ licet terminus ſingularis æquiuoce tentus poſsit teneri pro pluribus, tamen uniuoce tentus non poteſt ſtare niſi pro uno ſolo, & ſic non poteſt reſtringi. Ad tertium argumentum dicitur, ꝙ licet appellatio aliquando appellet pro paucioribus, hoc tamen eſt per accidens, quia ſemper per ſe facit terminū cõem teneri pro exiſtentibus tantū. Ad quartum dicitur, ꝙ licet albus in comparatione ad alia ab homine in plus ſe habeat quàm homo, ta- D men in comparatione ad hominẽ non in plus ſe habet. Ad quintum dicitur, ꝙ licet implicatio ſecundum ſe in plus ſe habeat q̃ terminus cui adiungitur, tamẽ ſecundum, ꝙ adiungitur tali uel tali termino per relationem in eo incluſam, in minus ſe habet quàm talis terminus communis. Solutiões.

De Reſtrictionis per nomen factæ quibuſdam neceſſarijs Regulis.

DE reſtrictione facta per nomẽ cõmuniter ſumptum tales dantur regulæ. Omne nomen non diminuẽs nec habens uim ampliandi, adiunctum Prima regula.

adiunctum ex eadem parte termino magis cõi, reſtringit ipſum ad ſup ponendum pro his, ad quæ exigit ſua ſignificatio, ut patet in exẽplis p̃dictis, ut hõ per ſuam ſignificationem reſtringit animal ad aĩalia quæ ſunt homines, ut cũ dicitur, aĩal homo, & albus reſtringit hominẽ per ſuam ſignificationẽ ad homines albos, ut cum dicitur, hõ albus. Dico autem non diminuens, ad remouendum nomina diminuentia rõnem adiuncti, ut mortuus, uel corruptus, & ſimilia quæ non reſtringunt, ſed potius deſtruunt adiunctum. Dico autem non habentem uim ampliandi, ad remouendum dictiones ampliatiuas, ut potens, poteſt, poſsibile, quæ non reſtringunt, ſed potius ampliant. E

Notabile pulchrum.

Et ſciendum quod minus cõe ſemper reſtringit magis commune, ut cum dicitur, homo albus currit, quia homo reperitur in albis hominibus, & nigris, & medio colore coloratis, albus autem non. unde quò ad hoc, homo eſt magis commune, & albus minus commune, & ſic albus reſtringit hominem, ſed ſecundũ quòd albus reperitur in hominibus, lignis, lapidibus, & brutis, homo autem non, ut ſic, albus eſt magis commune, & homo minus commune, & ſic homo coarctat album ad albedinem exiſtentem in hominibus, ut cum dicitur, homo albus currit, & ſic utrunq; coarctat alterum ſecundum diuerſa. F

Secunda regula.

Item de termino reſtricto talis datur regula. Si ſignum uniuerſale adueniat termino reſtricto non diſtribuit ipſum niſi pro his ad quæ reſtringitur. cum.n.dico, omnis homo albus currit, ibi homo reſtringitur ad albos, & non poteſt diſtribui niſi pro albis. G

Tertia regula.

Item de reſtrictione datur talis regula. Nihil poſitum à parte prædicati poteſt reſtringere terminum communẽ poſitũ à parte ſubiecti quò ad principalem eius ſignificationem, ut homo eſt albus, iſte terminus albus, in prædicato poſitus non poteſt reſtringere hominẽ in ſubiecto poſitum ad albos, quia, ſi reſtringeretur ad albos, ergo per regulam præcedentem, ſcilicet ſi ſignum uniuerſale aduenerit termino reſtricto ſolum diſtribuit ipſum pro his ad quæ reſtringitur, ut in propoſito, homo diſtribueretur ſolum pro albis hominibus, & ſic iſtius propoſitionis, omnis homo eſt albus, ſenſus eſſet, omnis homo albus eſt albus. ergo, ſi una erit uera, reliqua erit uera, & ſi una erit falſa, reliqua erit falſa, quod tamen eſt falſum. ergo, cum dicitur omnis homo eſt albus, iſte terminus homo non reſtringitur, & ſic patet illa regula. Dico autem quò ad principalem eius ſignificationem, quia prędicatum reſtringit ſubiectum quò ad conſignificationẽ, quæ eſt genus, ut cum dicitur, cignus eſt albus, iſte terminus cignus, reſtringitur ad mares, & non ad mulieres, & ſic albus reſtringit ipſum quò ad cõſignificationẽ quæ eſt genus, & non quò ad ſuã ſignificationem. H

Item

A Item de reſtrictione facta per implicationem talis datur regula. Omnis implicatio immediate coniuncta termino communi reſtringit ipſum, ſicut ſuum adiectiuum, ut cùm dicitur, homo qui eſt albus currit, iſte terminus homo reſtringitur ad albos per hanc implicationem, ſcilicet, qui eſt albus. Item de eadem reſtrictione talis datur regula. Quotieſcunque ſignum uniuerſale, & implicatio ponuntur in eadem locutione, duplex eſt oratio, eò ꝙ ſignum poteſt præcedere implicationem, & ſic diſtribuit terminum communem pro quolibet ſuppoſito, ut cum dicitur, omnis homo currit qui eſt albus. Item implicatio poteſt prius aduenire, & reſtringere terminum communem, & tũc B ſignum poſtea adueniens non diſtribuit ipſum niſi pro his ad quæ reſtringitur, ut omnis homo qui eſt albus currit, & tunc æquiualet huic omnis homo albus currit.

Quarta regula.

Quinta regula.

Poſtquam Auctor ſubdiuiſit reſtrictionem, hic conſequenter ponit quaſdam regulas de reſtrictione facta per nomen, & conſequenter determinabit de quibuſdam regulis reſtrictionis factæ per uerbum, & quia nomen præcedit uerbum, ideo patet ordo. Et primo ponit unam regulam de reſtrictione facta per nomen, ſiue ampliatione, dicens, quòd omne nomen non diminuens, nec habens uim ampliandi, adueniens ex eadem parte termino communi reſtringit ipſum ad ſupponendum pro his quæ exigit ſua ſignificatio ſ. ſignificatio illius nominis reſtringentis, ut dicendo, animal homo currit, ibi homo, reſtringit animal per ſuam ſignificationem ad ſupponendum pro animalibus habentibus hu-C manam formam. Et conſequenter exponit Auctor ſuam regulam, & dicit, ꝙ notanter dicitur non diminuens, propter nomina diminuentia rationem illius termini cui adiunguntur, ut mortus, & corruptus, talia.n. non reſtringunt, ſed magis deſtruunt.ſ. formam ſignificatam per terminum cui adiunguntur. Et dicebatur notanter non habens uim ampliandi, propter illa, poſsibile potens, & ſimilia quæ non reſtringunt, ſed potius ampliant. Et ſimiliter debet intelligi de dictione diſtrahente, ſicut de diminuente, unde dictio diminuens, & diſtrahens differunt, nam illa dicitur diminuens, quæ deſtruit rationem illius cui adiungitur, ut mortuus, & illa dicitur diſtrahens, quæ trahit terminũ cui adiungitur ad extraneam ſignificationem, ut dictum.

Prima regulæ reſtrictionis expoſitio.

Dictio diminuens a diſtrahẽte, quõ differat.

Primo ſciendum, ꝙ generaliter quodlibet minus commune reſtringi magis cõmune. ueruntamen idem terminus dicitur magis communis & minus diuerſis reſpectibus, & ſic idem terminus poteſt eſſe reſtringens, & reſtrictus, uerbi gra-D tia, homo albus currit, homo reperitur in hominibus albis, & nigris, & medio colore coloratis, & albus non, & ſic ſecundum illud reſpectum, homo eſt terminus magis communis, & albus minus communis, & ideo albus reſtringit hominem. ſecundum autem, ꝙ albus reperitur in hominibus, lapidibus, & in animalibus brutis, & homo non, iſto modo albus eſt terminus magis communis, & homo minus communis, & ideo homo coarctat, & reſtringit album ad albedinem exiſtentem in hominibus.

Diuerſis reſpectibus dicitur magis & minus cõmunis aliquis terminus.

Secundo ſciendum, ꝙ pro termino reſtricto Auctor ponit unam regulam in textu quæ talis eſt. Si ſignum diſtributiuum adueniat termino reſtricto, non diſtribuit ipſum plenarie pro omnibus ſuis ſuppoſitis, ſed ſolum diſtribuit ipſum pro his ad quæ reſtringitur ſecundum exigentiam termini reſtringentis, ut

Termini reſtricti regula exponitur.

cum

cum dicitur, omnis homo albus currit. homo enim non diſtribuitur niſi pro hominibus albis, & hoc eſt ratione illius termini reſtringentis albus, unde, ſi ſignum uniuerſale adderetur termino communi per ſe ſumpto & non reſtricto diſtribueret ipſum uniuerſaliter pro omnibus ſuis ſuppoſiti, ſed, cùm additur ſibi determinatio non diminuens nec diſtrahens, diſtribuitur ſecundum exigentiā illius determinationis, & ſic patet, ꝙ ſignum uniuerſale in iſta propoſitione, omnis homo albus currit, & ſibi ſimilibus, non agit in terminum communem, ſed ſecundum, ꝙ reſtrictus eſt per hanc determinationem albus. E

Reſtrictionis per nomen factæ neceſſaria regula.

Tertio ſciendum eſt, ꝙ conſequenter Auctor ponit unam aliam regulam de reſtrictione facta per nomen, quæ talis eſt. Nihil poſitum a parte prædicati poteſt reſtringere terminum cōmunem poſitum a parte ſubiecti quo ad principalē ſignificationem. Et iſta regula uidetur dari de termino reſtringēte, ut cùm dicitur homo albus, albus enim non reſtringit hominem ad albos. cuius ratio eſt, quia tunc ſignum uniuerſale iunctum homini non diſtribueret ipſum niſi pro albis, ut patet per regulam immediate dictam, & ſic hęc propoſitio eſſet uera, omnis homo eſt albus, poſito caſu, quod aliqui eſſent nigri, quod patet quia ualeret tantum ſicut iſta, omnis homo albus eſt albus. ſed illud manifeſte eſt falſum, caſu poſito, igitur illud eſt falſum ex quo ſequitur, uidelicet, ꝙ ille terminus albus in prædicato poſitus reſtringat iſtum terminum homo, poſitum a parte ſubiecti quantum ad principalem ſignificationem. ueruntamen talis terminus poſitus a parte prædicati habet reſtringere terminum poſitum a parte ſubiecti quantum ad ſignificationem minus principalem, ſiue quantum ad conſignificationem, ut cum dicitur, cignus eſt albus, albus reſtringit cignum pro maribus tātum, & non pro femellis, & ſic reſtringit ipſum quantum ad ſignificationem minus principalem quàm eſt genus. F

Reſtrictionis per implicationē factæ alia regula.

Quarto ſciendum, quòd Auctor ponit unam aliam regulam de reſtrictione facta per implicationē dicens, ꝙ omnis implicatio immediate adiūcta termino communi reſtringit ipſum ſicut ſuum adiunctum, ut cùm dicitur, homo qui eſt albus currit, ille terminus homo reſtringitur ad albos per illam implicationem, qui eſt albus, unde notanter dicitur immediate adiuncta, quia, ſic talis implicatio non immediate adderetur, non plus reſtringeret q̄ adiunctum poſitum a parte prædicati, ut ſi diceretur, homo currit, qui eſt albus. unde quantum rem iſtæ duæ æquipollent, homo albus currit, & homo qui eſt albus currit. Et ex iſta regula infert. Auctor in textu aliam regulam de reſtrictione facta per implicationem dicens, quā quotieſcunque ſignum uniuerſale & implicatio ponuntur in eadem locutione, locutio eſt duplex, eò, quòd ſignum uniuerſale poteſt præcedere implicationem non immediate poſitam in termino communi, & tūc diſtribuit terminum communem pro omnibus ſuis ſuppoſitis, ut cum dicitur, omnis homo currit qui eſt albus, ibi ille terminus homo diſtribuitur pro omnibus ſuis ſuppoſitis, uel illud ſignū uniuerſale poteſt præcedere implicationem immediate poſitam in termino communi ex eadē parte, & ſic tale ſignum non diſtribuit niſi pro illis, ad quæ reſtringitur per illā implicationem, ut dicendo, omnis homo eſt albus currit. & ratio huius diuerſitatis eſt, quia in prima propoſitione ſignum uniuerſale attingit terminum cōmunem antequam determinetur per implicationem, ſed in ſecunda determinatur per implicationem antequàm diſtribuatur per ſignum, & ideo non diſtribuit terminum communem uniuerſaliter pro omnibus ſuis ſuppoſitis, ſed tantum pro quibus exigit ſua implicatio. G H

Argumen.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Nullum poſterius agit in prius, ſed econuerſo, ſed omne reſtringens poſterius eſt reſtrictio, ergo nullum reſtringens agit in dictionem reſtrictam. Secundo ſic. Cùm dicitur, potens portare lapidem

A dem currit, eſt reſtrictio, & tamen ibi eſt dictio ampliatiua, & nõ habens uim reſtringendi, ſed ampliandi, ergo contra primam regulam. Tertio ſic. Signum uniuerſale non amittit ſuam uim per aliquid quod eſt poſterius, ergo uidetur, ꝙ cùm habeat uirtutem ad diſtribuendum terminum communem pro omnibus ſuis ſuppoſitis, non perdat uim ſuam per dictionem reſtringentem terminũ communem, cùm ſit poſterius ipſo, ergo uidetur, ꝙ diſtribuat terminum reſtrictum pro omnibus ſuis ſuppoſitis, quod eſt contra ſecundam regulam. Quarto ſic. Talia ſunt ſubiecta qualia permittuntur ab eorum prædicatis, ergo uidetur, ꝙ ſicut prædicata uariant ſua ſubiecta, ſic poſſunt reſtringere. Quinto arguitur ſic. Quando ſignum uniuerſale additur termino reſtricto, tunc prius cadit ſupra terminum reſtrictum, quàm ſupra dictione reſtringentem, ergo uidetur, ꝙ ipſum diſtribuat pro omnibus ſuis ſuppoſitis.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ poſterius non agit in prius Solutio.
B quantum ad eius ſubſtantiam, ſed bene agit quò ad accidentalia eius. modo accidentale eſt, terminum communem teneri pro pluribus uel paucioribus ſuppoſitis eius. Ad ſecundum dicitur, quòd licet ſit ibi dictio ampliatiua, & reſtrictiua, tamen illa reſtrictio non fit rõne dictionis ampliatiuæ ibi poſitæ, ſed ratione dictionis reſtringentis. Ad tertium argumentum dicitur, quòd licet ſignum uni- Signum
uerſale non amittat per ſe ſuam uim, tamen per accidens poteſt eam perdere uniuerſale
ratione determinationis illius cui adiungitur ſignum uniuerſale, quod ſuſcipit quo pacto
eius uirtutem. Quia, quando in aliqua dictione ponitur terminus communis eſt ſuam uim
determinatione non diminuente, tunc ſignum adueniens non diſtribuit illud ſubiectum ſecundum ſe, & abſolute, ſed ſecundum, quòd determinatur per illam determinationem, quia etiam ille terminus communis non ſubiiciebatur abſolute, ſed prout ſtat ſub tali determinatione. Ad quartum iſtorum dicitur, ꝙ hæc regula habet ueritatem quò ad ſuppoſitionem, non tamen quò ad reſtrictioné. amittit.
C Vel poteſt dici, ꝙ licet ſubiecta uarientur quò ad conſignificationem, non tamen quo ad principalem ſignificationem. Ad quintum dicitur, ꝙ licet ſecundum uocem ſignum, & terminus reſtrictus præponantur dictioni reſtringenti, tamen ſecundum intellectum dictio reſtringens immediate præponitur ipſi termino, quia ſicut dictum eſt, ſignum uniuerſale diſtribuit terminum communem ad ea quæ reſtringitur per dictionem reſtringentem.

Reſtrictionis, per Verbum factæ tres Regulæ apponuntur.

SEquitur de reſtrictione facta per uerbum. De qua plures dantur Prima re-
regulæ. Quarum prima talis eſt. Terminus cõis ſupponens uel gula.
apponens uerbo præſentis temporis ſimpliciter ſumpto, non habente
D uim ampliandi nec ex ſe nec ex alio, reſtringitur ad ſupponendum pro his, qui ſunt ſub forma termini communis ſupponentis. Dico autem termini communis. quia terminus diſcretus neque reſtringitur neque ampliatur, dico autem uerbum præſentis temporis, ad remouendum alia uerba aliorum temporum, quia terminus cõmunis aliam habet ſuppoſitionem cum eis. dico aũt ſimpliciter ſumpto, ad remouendum uerba ſumpta cum particulis diminuentibus, ut eſt opinabile, & inopinabile. dico autem non habente uim ampliandi, ad remouendum uerba ampliatiua ut poteſt. dico autem neque ex ſe neque

ex alio, ad remouendum uerba habentia uim ampliandi ex alio, ut puta ex coniuncto, ſicut hoc uerbum eſt, cum dicitur, eſt potens. dico autem ſub forma termini ſupponentis, quia homo ſupponit pro his, qui ſunt ſub humanitate, & animal pro his, quæ ſunt ſub animalitate, ut cum dicitur, homo eſt animal. Item alia datur regula. Terminus cõis ſupponens, uel apponens uerbo de præterito, ſimpliciter ſumpto, non habente uim ampliandi nec ex ſe nec ex alio, reſtringitur ad ſupponendum pro his, quæ ſunt, uel fuerunt ſub forma termini ſupponentis, ut cum dicitur, homo fuit animal, iſte terminus homo ſupponit pro omnibus his, qui ſunt, uel fuerunt homines, & animal, pro his, quæ ſunt, uel fuerunt animalia. Item alia datur regula. Terminus communis ſupponens, uel apponens uerbo de futuro, etiam ſupponit pro his, quæ ſunt, uel erunt ſub forma termini ſupponentis, ſcilicet pro eis quæ ſunt, uel erunt in futuro, ut homo erit animal. Ex prædictis patet, quòd uerbum reſtringitur quò ad conſignificationẽ, quæ eſt tempus, & non quò ad ſignificationem principalem. A

Secunda regula.

Tertia regula. F

Poſtquam Auctor determinauit de reſtrictione facta per nomen & per implicationem, quæ æquipollet nomini, hic conſequenter determinat de reſtrictionẽ facta per uerbum. Et ponit tres regulas de tali reſtrictione, ſecundum, ꝙ uerbũ poteſt eſſe præſentis temporis, uel præteriti, uel futuri Vnde prima regula talis eſt. Terminus communis ſupponens, uel apponens uerbo præſentis temporis ſimpliciter ſumpto non habenti uim ampliandi a ſe, uel ab alio, reſtringitur ad ſuponendum pro his, quæ ſunt ſub forma termini ſupponentis. Et notanter dicit terminus communis, quia terminus diſcretus non reſtringitur nec ampliatur, ut dictum eſt prius. Notanter ẽt dicitur præſentis temporis, ad remouendum alia uerba aliorum temporum, de quibus poſtea dicetur. Notanter ẽt dicitur, ſimpliciter ſumpto, ad remouendum uerba diminutionem importantia, ſicut opinor, imaginor. Et notanter dicitur, non habenti uim ampliandi, ad remouendum uerba ampliatiua. Et notanter dicitur, ex ſe, ad remouendum hoc uerbum põt. Et notanter dicitur, a ſe uel ab alio, ad remouendum uerba quæ de ſe non habent uim ampliandi, ſed ex adiuncto, ſicut eſt potens, uel impoſsibile, quia licet hoc uerbum eſt, ex ſe non ampliet, tamen ampliat per illud adiunctum potens, uel poſsibile. Dicitur autem notanter ſub forma termini communis ſupponentis, quia, cum dicitur. homo eſt animal, ibi homo ſupponit pro illis, qui ſunt ſub humanitate, & animal, pro his qui ſunt ſub animalitate. G

Prima regula. Terminus cõis vel appõnẽs uerbo pñtis tẽporis ſimpliciter sũpto nõ habenti uim ampliandi a ſe uel ab alio, ad ea ꝙ termini ſupponentis ſunt rẽſtringitur.

Primo ſciendum, ꝙ actus uerbi poteſt comparari ad ſuum ſubiectum dupliciter. Vno modo quantum ad id in quo eſt, & de quo enunciatur, ut cum dicitur, Socrates currit hic comparatur curſus ad Socratem, tanꝗ ad id in quo eſt, & de quo dicitur. Alio modo poteſt comparari ad ſubiectum, tanꝗ ad id de quo enunciatur, non tamen ad id in quo eſt, ut cum dicitur, Cæſar laudatur, laus.n. enunciatur de Cæſare, non eſt tamen in Cæſare, ſed in laudante. Et ſimiliter cum dicitur, chimera opinatur, opinio enunciatur de chimera, & tamen non eſt in chimera, ſed in opinante. Similiter cum dicitur Antichriſtus poteſt eſſe, hic enunciatur potentia ad eſſe de Antichriſto, non tameneſt in ipſo, ſed in principijs naturalibus, ex quibus educetur Antichriſtus. Vnde illa uerba, quæ ſignificant actum comparatum ad ſubſtantiam, uel ad ſubiectum tanꝗ ad id de quo enunciatur, H

Actus uerbi ad ſubiectũ duplex comparatio.

A ciatur, & non tanquam ad id in quo eſt, ampliant, & de iſtis non eſt ad propoſitum Illa uero quæ ſignificant actum, qui comparatur ad ſubiectum tanquam ad id in quo eſt, & de quo dicitur non amplıāt. & de ipſis eſt hic ad propoſitum.

Secundo ſciendum, ꝙ in iſtis uerbis ultimate dictis ſunt duo. ſ. actus uerbi, & compoſitio ipſius uerbi. Actus uero quantum de ſe eſt in quolibet tpe, ſed per tps, quod eſt menſura actus, ſiue motus illius uerbi, reſtringitur ut ſit in tempore quod eſt menſura eius. unde actus præſentis uerbi ponitur in præſenti tēpore, & præteriti in præterito, & futuri in futuro. Et, quia tempus, quod eſt menſura motus, & actus eſt menſura compoſitionis uerbi, per actum uero reſtrictum actu reſtringitur compoſitio, ideo reſtrictio actus reſtringit compoſitionem. Et quia compoſitio actus uerbi eſt accidens, quod ſine ſubiecto eſſe non poteſt, & dicitur de ſubiecto mediāte compoſitione, quæ unit extremum cum extremo in oratione; ideo eodem tempore, in quo ponitur actus uerbi & compoſitio illius B actus, ponitur etiam ſubiectum illius actus, & ſic reſtringitur ſubiectum uerbi, ad idem tempus, ad quod reſtringitur actus uerbi, & etiam compoſitio illius, ſubiectum autem illius actus eſt terminus communis ſupponens uerbo. Ideo patet, ꝙ a uerbo reſtringitur, quamuis hoc ſit mediante reſtrictione actus uerbi, & etiam compoſitionis. — *De actu ac cōpōne uerbi.*

Tertio ſciendum, ꝙ Auctor ponit duas alias regulas ſ. de uerbo præterito & futuro. Quarum prima eſt. Terminus communis ſupponens, uel apponens uerbo de præterito ſimpliciter ſumpto non habenti uim ampliandi a ſe uel ab alio, reſtringitur ad ſupponendum pro his, qui ſunt, uel fuerunt ſub forma termini ſupponentis, ut cum dicitur, homo fuit animal, homo ſupponit pro his, qui ſunt uel fuerunt homines, & animal pro his, qui ſunt, uel fuerunt aialia. Secunda regula talis eſt. Terminus communis ſupponens, uel apponens uerbo de futuro ſimpliciter ſumpto non habenti uim ampliandi ſe uel ab alio tantum ſupponit pro C his, qui ſunt, uel erunt ſub forma termini ſupponētis, ut homo erit animal. & iſtę duæ regulæ proportionabiliter poſſunt exponi ſicut præcedens. unde licet Auctor determinet de uerbo præteriti perfecti temporis, non tamen aliquā métionem facit de alijs præteritis, quia alia præterita. ſ. pluſquam perfectum & imperfectum ſatis poſſunt intelligi per uerbum præteriti temporis, quamuis præteritum imperfectum uideatur magis reſtringere ſubiectum ſicut præſens ratione ſuæ imperfectionis. — *Duarū regularū uerbi de preteri to ac futuro, diligēs dclaratio.*

Quarto ſciendum, ꝙ uerbum non habet reſtringere nomen ratione ſui ſignificati principalis, quia eodem modo & eadē ratione unum tempus reſtringeret, ſicut reliquum, cum diuerſa tempora eiuſdem uerbi idem ſignificent & importent. Sed habent ipſum reſtringere ratione ſuæ conſignificatione. ſ. ratione temporis, quod connotat cum ſuo principali ſignificate, ſicut uerbum præſentis temporis reſtringit tantum terminum communem ſibi additum pro præſentibus. D uerbum autem præteriti, quia includit tempus præteritum, & eſt aliquid habēs de præſenti. idcirco reſtringit terminum communem ſibi additum pro præſentibus ſuppoſitis & præteritis. Verbum autem futuri temporis reſtringit terminum communem ad ſuppoſita præſentia & futura, eò quòd tempus futurum aliquid de præſenti includit, & aliquid de futuro, ut enim dicitur in. 4. Phyſi. præſens tempus eſt finis præteriti & initium futuri. Ex quo apparet cauſa iſtarum trium regularum. Apparet etiam ꝙ terminus communis tam ſupponens quam apponens uerbo dicitur reſtringi, dummodo addatur uerbo, eò quòd uerbum ratione ſui temporis reſpicit tam unum quam reliquum. & ſic patet de reſtrictione facta per uerbum. — *Quō uerbū, nomen reſtringere poſsit.*

Contra prædicta arguitur primo ſic. Contra primam regulam. Terminus reſtringens — *Argumen.*

reſtringens debet eſſe in eodem ſitu cum reſtricto, ſed uerbum præſenti temporis E
& terminus ſupponens non ſunt in eodem ſitu, quia uerbum eſt a parte prædicati, & terminus ſupponens a parte ſubiecti, ergo talis terminus non poteſt reſtringi a tali uerbo. Secundo ſic. Cum dicitur, homo eſt animal, ibi eſt uerbum præſentis temporis, & tamen prædicatum uerificatur de ſubiecto pro omni tempore ergo, male dicitur, quod uerbum præſentis temporis reſtringit ad præſentes. Tertio ſic. Illud uerbum eſt, habet uim ampliandi ex ſe uel ab alio, ut dictum eſt, ergo ubicunque ponitur, uel non ponatur non poterit reſtringere, ergo contra primam regulam. Quarto ſic contra ſecundam regulam. Sicut præſens diſtinguitur a præterito, ita præteritum a præſenti, ergo, ſicut præſens reſtringit tantum pro præſentibus, etiam uidetur quòd præteritum tantum reſtringat, pro præteritis. Quinto ſic contra tertiam regulam. Verbum futuri temporis facit, ampliare terminum communem, uidelicet ad ſuppoſita præſentia & futura, ergo uidetur quòd non reſtringat. F

Solutio. Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, quòd licet in reſtrictione, in qua terminus reſtringens eſt principium intelligendi reſtrictum, & in qua reſtringit quò ad principalem ſignificationem, debeant eſſe in eodem ſitu, non tamē oportet in reſtrictione, in qua reſtringens non eſt principium intelligendi reſtrictū, nec eius diſpoſitio. ſic autem eſt de reſtrictione facta per uerbum. Ad ſecundum dicitur, quòd homo & animal conſyderantur dupliciter. uno modo penes dependentiam ſiue neceſſariam habitudinē quam habent adinuicem, & iſto modo unum uerificatur de alio pro omni tempore, alio modo conſyderantur in ordine ad uerbum præſentis temporis cui adduntur, & iſto modo ſupponunt perſonaliter & pro præſentibus tantum. Ad tertium dicitur, quòd licet hoc uerbum eſt, quando cum alio ponitur, ut puta cum dictione per ſe ampliatiua, habeat uim ampliandi, tamen ſi per ſe ſumatur, non habet uim ampliandi, ſed reſtringendi. Ad quartum dicitur, quòd non eſt ſimile de præſenti & præterito, G
quia præſens tantum includit præſens, ſed præteritum includit præteritum, & præſens, ut dictum eſt, & ideo etiam poteſt reſtringere pro præſenti & præterito. Ad quintum dicitur, quòd ibi poteſt eſſe reſtrictio & ampliatio reſpectu diuerſorum, nam talis terminus dicitur reſtringi ſi comparetur ad uerbum ſine determinatione, ſi autem comparetur ad ſeipſum alicuius certi temporis, ut ſibi poteſt adiungi uerbum præſentis temporis, tunc dicitur ampliari, eò quod tale uerbum ſe habet in plus quam uerbum præſentis temporis. Vel poteſt dici breuiter, quòd, ſi terminus communis teneatur copulatiue dicitur ampliari, & ſi diſiunctiue dicitur reſtringi.

Sophiſmatis Solutio, Omne animal fuit in arca Noe.

Circa prædicta quæritur de hoc ſophiſmate, omne animal fuit in arca Noe. Probatur, homo fuit in Arca Noe, equus fuit in arca H
Noe, & ſic de aliis, ergo omne animal fuit in arca Noe. Contra omne animal fuit in arca Noe, ſed Cæſar fuit animal, ergo Cæſar fuit in arca Noe, quod eſt falſum, ergo aliqua præmiſſarum eſt falſa. non minor, ergo maior. Quòd autem prima ſit falſa patet per quandam regulā, quæ dicit, quod terminus communis ſupponens, uel apponens uerbo de præterito ſimpliciter ſumpto, reſtringitur ad ſupponendum pro his qui ſunt, uel fuerunt ſub forma termini ſupponentis. Item alia eſt regula, quod ſi ſignum uniuerſale adueniat termino reſtrictio, diſtribuit

ipſum

A ipſum pro omnibus illis ad quæ reſtringebatur. ergo, cum dicitur, omne animal fuit in arca Noe, iſte terminus animal, ſupponit pro omni animali, quod fuit in arca Noe, ſed non fuerunt omnia in arca Noe. ergo prima eſt falſa. Item ad idem, in hac propoſitione, omne animal quod tūc fuit, fuit in arca Noe, iſte terminus animal, reſtringitur magis q̄ in iſta oratione, omne animal fuit in arca Noe, cum in prima plura ſupponantur, ſed iſte terminus animal, reſtringitur ad illa, quæ fuerunt tunc in illo tempore, propter implicationem ibi poſitam. ergo, ſi ſolum illa quæ fuerunt in illo tempore, fuerunt in arca Noe, & non plura, oportet, ꝙ hæc ſit falſa, omne animal fuit in arca Noe, cū in eo

B plura animalia ſupponantur, Solutio. quidam dicunt, ꝙ hæc, omne animal fuit in arca Noe, eſt duplex, eò, ꝙ poteſt fieri diſtributio pro ſingulis generum, uel pro generibus ſingulorum. primo modo ē falſa, ſecundo modo eſt uera. quia, quando fit diſtributio pro ſingulis generum, tunc eſt diſtributio pro ſingulis indiuiduis. ſ. quæ ſub eodem genere & ſub eadem ſpecie continentur, & tunc oportet, ꝙ oīa indiuidua contenta ſub animali fuiſſent in arca Noe, quod falſum eſt, ſed, cúm fit diſtributio pro generibus ſingulorum, tunc ſolū eſt diſtributio pro generibus uel ſpeciebus. ſ. non fuit aliqua ſpecies animalis, quæ non fuit in arca Noe, & illo modo eſt uera. Sed huic ſolutioni nō acquieſco. quia ſpecies animalis non fuit per ſe in arca Noe, ſed tan-

C tum indiuiduum. Vnde illo tempore non habuit ueritatem niſi pro ſingulis generum. i. pro indiuiduis, & non pro generibus ſingulorum. unde dico, ꝙ propoſitio eſt falſa, & concedo oēs rationes adductas ad hoc, & probatio peccat ſecundum conſequens ab inſufficienti inductione, quia non accipit omnes partes diſtributionis, quæ ſunt ſubiecto iſtius propoſitionis, omne animal fuit in arca Noe.

Poſtquam Auctor determinauit de reſtrictione facta per uerbum, hic conſequenter ad declarationem eorum quæ dicta ſunt ponit unum ſophiſma, uidelicet an iſta ſit uera, omne animal fuit in arca Noe. Et primo probat, bos fuit in arca Noe, & homo, ſimiliter & equus, & ſic de aliis, ergo omne animal fuit in arca Noe. ſed improbatur ſic, Omne animal fuit in arca Noe, Cæſar fuit animal,

D ergo Cæſar fuit in arca Noe. concluſio eſt falſa, ergo aliqua præmiſſarum. non minor, ergo maior. ergo iſta eſt falſa, omne animal fuit in arca Noe, & ſic relinquitur ſophiſma pro utraque parte ſui dubium.

Eſt aūt ſophiſma, p̄poſitio, cuius ſūt ad p̄tes apparentes ſeu ſophiſticæ rationes.

Pro cuius ſolutione primo ſciendum, ꝙ ad oſtendendum, ꝙ illud ſophiſma ſit falſum, Auctor in textu ponit duas regulas. Quarum prima eſt, ꝙ terminus cōmunis ſupponens uerbo de præterito, ſupponit pro his qui ſunt uel fuerunt ſub forma termini ſupponentis. Secunda regula eſt, ꝙ ſi ſignum uniuerſale adueniat termino reſtricto, diſtribuit ipſum pro his, ad quæ reſtringitur. & ſic talis terminus natus eſt partiri & diuidi reſpectu ſui adiuncti, ut uidelicet, ſi ipſum adiunctum ſit præteriti temporis, natus eſt partiri pro præteritis & præſentibus, ergo dicendo, omne animal fuit in arca Noe, illud ſignum omne, diſtribuit illum ter

Solutio ſophiſmatis per duas regulas.

minum animal, pro omnibus animalibus præteritis, ſed multa animalia fuerunt in præterito tempore, quæ non fuerunt in arca Noe, ergo iſta eſt falſa, omne animal fuit in arca Noe. B

Propoſitæ ſolutionis itellectus.

Secundo ſciendũ, ꝙ Auctor adducit unam rationem ad oſtendendum ꝙ illa maior ſit ſimpliciter falſa, quia omne animal, quod tunc fuit.ſ. tpe diluuii, fuit in arca Noe, & nõ plura, ergo iſta eſt falſa, omne animl fuit in arca Noe. cõſequentia probatur, quia in iſta, omne animal, qđ tunc fuit, fuit in arca Noe, animal reſtringitur tm̃ ad illa, quæ fuerunt in tpe præterito. quod interponitur tunc. & in iſta, omne animal fuit in arca Noe, animal reſtringitur ad ea quæ fuerũt in præterito ſimpliciter. ergo, cum animal in prima ſolũ teneatur pro his, quæ tunc fuerunt. ſ. in tẽpore diluuii, & non pro pluribus, ſequitur ꝙ iſta erit falſa, omne animal fuit in arca Noe, quia animal non ſolum tenetur pro his, quæ fuerunt in illo tempore, ſed pro his, quæ fuerunt ſimpliciter in tpe præterito, ſed manifeſtũ eſt ꝙ multa animalia fuerunt in præterito, quæ non fuerunt in arca Noe, ergo. F

Dictæ ſolutionis uis.

Tertio ſciendum, ꝙ Auctor ſoluẽdo illud ſophiſma, primo ſoluit ipſum ſecundum opinionem Antiquorum dicentium, ꝙ iſta, omne animal fuit in arca Noe, eſt duplex, & per conſequens eſt diſtinguenda. quia, ut dictum eſt, illud ſignum omne, põt diſtribuere illum terminum animal pro ſingulis generũ.i. pro indiuiduis generum, uel ſpecierũ, & tunc illa eſt falſa, quia oportet ꝙ oĩa particularia animalia quæ continentur ſub animali fuiſſent in arca Noe. qđ eſt manifeſte falſum. uel põt diſtribuere illũ terminũ aĩal pro generibus ſingulorũ.i. pro generibus, uel ſpẽbus indiuiduorũ, & ſecundũ illos in illo ſenſu illa eſt uera, omne animal fuit in arca Noe, quia non fuit ſpecies animalium, quæ fuit in arca Noe.

Auctoris uerior ſolutio.

Quarto ſciendum, ꝙ Petrus Hiſpanus non acquieſcit huic ſolutioni primæ, & dicit ei non eſſe credendum, nec ſibi credendum. Et ratio eſt, quia ille actus, fuiſſe in arca Noe, non conuenit ſpeciebus, ſed ſolum indiuiduis, quia, ut habet Ariſto. 1. Metaph. actus & operationes ſunt circa ſingularia, hoc eſt circa indiuidua, ergo ille actus, qui eſt fuiſſe in arca Noe, non poteſt conuenire ſpeciebus, ſed ſolum indiuiduis, niſi conueniat ſpeciebus ex conſequenti, inquantum ſpecies ſaluatur in uno indiuiduo. & ſic illa diſtinctio nulla eſt. G Et ideo Auctor concedit ipſam eſſe falſam ſimpliciter, & concedit omnes rationes adductas ad probandum falſitatem eius. Sed ad improbationem reſpõdet ipſe, & dicit, ꝙ ibi eſt fallacia conſequentis, quia ibi arguitur ab inſufficienti enumeratione ſingularium. quia omnes partes, quæ continentur ſub illo termino animal, debuerunt enumerari & non enumerantur. quare committitur fallacia conſequentis. Verũ tamen ſolutio Antiquorum poſſet probabiliter ſuſtineri.

Argumen.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Tria animalia fuerunt in arca Noe, ergo omne animal fuit in arca Noe. Antecedens notum eſt de ſe. Conſequentia tenet per Ariſto. in Primo de cœlo & Mundo, ubi dicit, quòd de tribus dicitur omne, & de duobus, ambo ſolum dicitur. Secundo ſic. Semel fuit uerum dicere, H omne animal eſt in arca Noe, ergo nunc uerum eſt, omne animal fuit in arca Noe. conſequentia tenet, quia omnis ſuppoſitio, quæ pro aliquo tẽpore fuit uera, pro illo tempore ſemper dicitur fuiſſe uera. Tertio ſic. Non eſt inſtantia de aliqua ſpecie animalis quæ non fuerit in arca Noe tempore diluuii. nam equus fuit in arca Noe, & ſic de aliis, ergo omne animal fuit in arca Noe. Quarto ſic. Tam rationale quam irrationale fuit in arca Noe, ſed omne animal eſt rationale, uel irrationale, ergo omne animal fuit in arca Noe. Quinto ſic. Illud ſophiſma non eſt propoſitio, ergo non eſt uerum neque falſum. conſequentia tenet, quia ueritas eſt in propoſitione. & Antecedens probatur, quia in ipſo ponitur uerbũ præteriti temporis, quod non poteſt conſtituere propoſitionem.

A Ad argumentá. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ licet tria animalia fuerint in arca Noe, & de tribus poſsit dici omne, non tamen ſequitur, ꝙ omne animal fuerit in arca Noe, quia de ratione iſtius ſigni omne, eſt, ꝙ facit terminum cõem, cui adiungitur, teneri pro omnibus ſuis ſuppoſitis, ſed plura ſunt ſuppoſita animalis quàm tria. non enim ſequitur, omne animal fuit in arca Noe, quamuis ſi non eſſent niſi tria ſuppoſita animalis, & eſſent in arca Noe, poſſet dici ꝙ omne animal fuit in arca Noe. Ad ſecundum dicitur, ꝙ non ualet conſequentia, quia ibi arguitur a minus amplo ad magis amplum, eo ꝙ iſte terminus animal ſupponit pro paucioribus in una quàm in alia. Ad tertium dicitur, ꝙ in pluribus ſpeciebus animalis inuenitur inſtantia, & in pluribus indiuiduis. nam, ut dicitur communiter, piſces non fuerunt in arca Noe, ſimiliter nec uermes. ideo ibi arguitur ab inſufficienti enumeratione. Ad quartum dicitur, ꝙ non ualet conſequentia, quia ibi arguitur maiore particulari exiſtente in prima figura. ideo nihil ſequitur. *Solutiões.*

B Ad quintum dicitur, ꝙ ſi capiatur propoſitio ſpecialiter ſolum pro illa quæ conſtituitur per uerbum præſentis temporis indicatiui, tunc ibi nõn eſt propoſitio. ſed, ſi capiatur propoſitio generaliter, pro propoſitione quæ conſtituitur ſiue per uerbum præſentis temporis indicatiui. ſiue præteriti, ſiue futuri, ſic ibi bene eſt propoſitio. & etiam ad hoc quòd ſit propoſitio ſufficit quòd poſsit reſolui in unam de præſenti, & ſic eſt de iſta, ut notum eſt.

Obiectioni ſolutio, deq; quibuſdam reſtrictionis modis.

Solet etiam quæri, utrum ſimiliter termini reſtringantur in propoſitione affirmatiua, & negatiua. Dicunt aliqui quòd non, quia eſſe reſtringit ad exiſtens, & non eſſe ad non exiſtens, ergo non pro eodem fit reſtrictio in affirmatiua, & negatiua. Item uidetur ꝙ omnis negatiua, C in qua eſſe negatur, ſimpliciter eſt falſa, ſi ſimiliter reſtringantur termini in propoſitione negatiua, & affirmatiua, quia in hac propoſitione, roſa eſt. iſte terminus roſa, reſtringitur ad exiſtens. & ſi in hac, roſa non eſt, ſimiliter reſtringatur ad exiſtens, tunc ſenſus eſt, ꝙ roſa quæ non eſt, eſt. & hæc eſt falſa, ergo, & hæc, roſa non eſt. & ſic, quælibet negatiua in qua eſſe negatur, eſſet ſimpliciter falſa, quod falſum eſt. Ergo uidetur ꝙ non ſimiliter reſtringuntur termini in propoſitione affirmatiua, & in negatiua. Sed probatur ꝙ ſimiliter reſtringantur. quia, ſi in hac propoſitione, hõ eſt, iſte terminus homo reſtringitur ad exiſtens, & in hac, nullus hõ eſt, ad non exiſtens, ergo utraque eſt uera, quia de exiſtentibus ueræ prædicatur eſſe, & de non exiſtentibus remouetur D eſſe, ergo cõdtradictoriæ ſunt ſimul ueræ, quod eſt impoſsibile, ergo etiam ex quo ſequitur impoſsibile. ſ. ꝙ non ſimiliter reſtringantur termini in affirmatiua, & negatiua. Item regula eſt, ꝙ omne uerbum ſimpliciter ſumptum, non habens uim ampliandi, nec a ſe, nec ab alio, reſtringit terminum ſupponentem quo ad conſignificationem, quæ eſt tempus, & non quo ad ſignificationem, ergo tempus eſt cauſa reſtrictionis illius. ſed idem tempus eſt in affirmatiua, & negatiua ſibi oppoſita, ut roſa eſt, nulla roſa eſt, ergo eadem eſt cã reſtrictionis in utraque, & ergo pro eodem fit reſtrictio in utraque. Et hæc argumenta *Nota regulam.*

concedimus. Ad illud quod primo obiicitur, eſt dicendum, ꝙ eſſe non restringit ad exiſtens, & non eſſe non reſtringit ad non exiſtens, ſicut nec hoc uerbum curro ad currentes, quia nullum uerbum reſtringit ſibi terminum ſupponentem quò ad ſignificationem, ſed quò ad conſignificationem quæ eſt tempus. unde non reſtringit ad ſuppoſita exiſtentia, ſed præſentia. Suppoſita.n.præſentia poſſunt eſſe in aliquibus termini tã exiſtentia quã non exiſtentia, ut cum dico, enunciabile eſt, enunciabile ſupponit tã pro exiſtentibus quã non exiſtentibus. Oĩa aũt enunciabilia quæ ſunt falſa in præſenti, ſunt in præſentia, ſed non exiſtentia, quia nullũ falſum eſt, & ſic eſſe non reſtringit ad exiſtentia, ſed ad præſentia, cum idem tempus ſit utrobique, quod eſt cauſa reſtrictionis. Ad aliam dicendum eſt, ꝙ duplex eſt forma termini cõis. **E** Quædam eſt quæ ſaluatur in rebus exiſtentibus tantum, ut humanitas quæ eſt forma hoĩs, & animalitas quæ eſt forma animalis, & in talibus omnia ſuppoſita præſentia, ſunt exiſtentia. Alia eſt forma termini cõis quæ ſaluatur tam in rebus exiſtentibus quam non exiſtẽtibus, ut enunciabilitas quæ eſt forma enunciabilis, quia quædã ſunt enunciabilia exiſtentia, ut Deum eſſe, & omnia uera, & alia ſunt non exiſtẽtia, ut hominem eſſe aſinum, & omnia falſa, & in talibus non reſtringitur terminus cõis ad exiſtentia, ſed reſtringitur tã ad exiſtentia quã ad non exiſtentia. Vnde iſtius propoſitionis, roſa non eſt, nõ eſt ſenſus, roſa, quæ eſt, nõ eſt, ſed eſt ſenſus, roſa aliter ſumpta quã in præſenti, non eſt. **G** Solet autem poni, quòd quędam reſtrictio fit ab uſu, ut cum dicitur, nihil eſt in arca, quãuis plena ſit aere, quia iſte terminus nihil ſupponit ab uſu, pro rebus ſolidis ſiue firmis, & rex, pro rege patrię, & magiſter legit, pro magiſtro proprio. Solet etiam poni, quòd quędam reſtrictio fit per tranſitionem uerbi, ut cum dicitur, Socrates paſcit hominem, iſte terminus homo ſupponit pro alio a Socrate uirtute tranſitionis uerbi, quia dans & recipiens debet eſſe diuerſa. & ideo, ſi aliquando ſint eadem, hoc tamen eſt per accidens, eo quòd idem ſubiectum eſt utriuſque, ſicut idem eſt dux & comes ſecundum accidens. Vnde dicunt quòd non ſequitur, Socrates paſcit ſeipſum, & ipſe eſt homo, ergo paſcit hominem, quod eſt fallacia accidentis. quia hoc **H** pronomen ſe, non poteſt ſupponere pro diuerſis a Socrate, ſed homo bene poteſt. Et hęc de reſtrictionibus.

An terminus eodẽ mõ ĩ negatiua, & in affirmatiua propoſitione reſtringat.

Poſtquam Auctor determinauit de reſtrictione facta per nomen & uerbũ, hic conſequenter circa prædicta mouet conuenienter unum dubium, uidelicet an terminus eodem modo reſtringatur in propoſitione affirmatiua & in negatiua. Ad quod quidam reſpondent ꝙ non ſimiliter, ſed diuerſimode reſtringũtur termini in propoſitione affirmatiua & negatiua. Et dicunt ꝙ eſſe reſtringit ad exiſtentes, & non eſſe ad non exiſtentes, ſed, cum affirmatiua dicat eſſe, negatiua uero non eſſe, ſequitur ꝙ non eodem mõ reſtringũtur termini in affirmatiua & negatiua.

A gatiua. Dant etiam talem rationem. Si termini eodem modo reſtringantur in
affirmatiua & negatiua, ſequitur ꝙ omnis negatiua in qua negatur eſſe ſimpli-
citer, eſſet falſa. conſequentia tenet, quia in iſta roſa eſt, roſa reſtringitur ad exi-
ſtentes, ut dicunt, ergo, ſi in iſta, roſa non eſt, roſa reſtringeretur ad exiſtentes,
ſenſus huius propoſitionis eſſet, roſa quæ eſt, non eſt, quod eſt manifeſte fal-
ſum, & hoc non uidetur falſum, nec ſequi ex alio, niſi quia termini eodem modo
reſtringuntur in affirmatiua & negatiua, ergo uidetur quod termini non eodẽ
modo reſtringantur. Sed quod termini eodem modo reſtringantur in affirmati-
ua & negatiua, hoc oſtendit Petrus Hiſp.

Pro quo primo ſciendum, ꝙ uerbum non poteſt reſtingere terminum cōmu-
nem poſitum a parte ſubiecti, quò ad principalem ſignificationem, ſed tantum
quò ad conſignificationem quæ eſt tempus. Sic ergo dicit textus, ubi eſt eadem
cauſa reſtrictionis, ibi eſt eadem reſtrictio, ſed in propoſitione affirmatiua & ne-
B gatiua eſt eadem cauſa reſtrictionis ſicut in iſtis duabus, roſa eſt, & roſa non
eſt, quia in ipſis eſt uerbum præſenti temporis, quod quidem uerbum reſtrin-
git ſolum quòd ad conſignificationem, quæ eſt tempus, ergo ſequitur, ꝙ in
iſtis duabus, termini eodem modo reſtringuntur, quia in utraque eſt idem uer-
bum eiuſdem temporis, ergo eodem modo quo reſtringit in una & etiam in
alia. Aliam rationem adducit textus. quia, ſi non reſtringerentur eodem modo,
duæ contradictoriæ eſſent ſimul ueræ, quod eſt impoſsibile. conſequentia patet,
quia, ſi in affirmatiua eſſe reſtringit ad exiſtentes, & in negatiua non eſſe ad nō
exiſtentes, & eſſe uere prædicetur de exiſtentibus, & non eſſe de non exiſtentibus
uere remoueatur, ſicut in iſtis duabus; homo eſt, homo non eſt, quia ſi in iſta,
homo eſt, homo reſtringitur ad exiſtentes tantum, & in iſta, homo non eſt, ad nō
exiſtentes tantum, ſequitur quòd illæ duæ eſſent ſimul ueræ, homo eſt, homo
non eſt, quod eſt impoſsibile.

Verbum quomodo reſtringere habeat terminum communẽ tam in negatiua, ꝙ in affirmatiua.

C Secundo ſciendum, ꝙ termini eodem modo reſtringuntur in affirmatiua, ſi-
cut in negatiua, dummodo in ambabus ponatur idem uerbum. Et ratio eſt. quia
ut dictum eſt, uerbum non reſtringit quo ad ſignificationem, ſed ſolum quo ad
conſignificationem, ergo, ſi prædicatur eſſe in aliqua propoſitione, ſicut in iſta;
homo eſt, ſequitur ꝙ illud uerbum eſt, non reſtringit hominem ad non exiſten-
tes, ſed ſolum ad præſentes, & ſimiliter, ſi non eſſe prædicetur ſicut in iſta, uel
conſimili propoſitione, homo non eſt, ex quo manet idem tempus, ſequitur ꝙ
iſte terminus homo, uel conſimilis reſtringitur ad præſentes, & cum præſens re-
periatur tam in exiſtentibus quam in non exiſtentibus. ſ. in aliquibus terminis,
ut in iſtis, enunciabile eſt, enunciabile non eſt, ſequitur ꝙ termini ſemper re-
ſtringantur quò ad præſentes, ſiue exiſtant ſiue non. Vnde aliqua ſunt enunciabi
lia, quę ſemper exiſtunt, quæ ſunt præſentia, ſicut Deus eſt, & alia ſunt enũciabi
lia præſentia, quæ nunquam exiſtunt, ut illud enunciabile, homo eſt aſinus, eſt. n.
D præſens & non exiſtens, quia nullum falſum exiſtit. Ex quo ſequitur, ꝙ uerbum
præſentis temporis reſtringit terminum communem ſibi ſupponentem, uel ap
ponentem ad præſens, ſiue exiſtat ſiue non. unde in iſta, homo currit, homo non
reſtringitur ad currentes, ſed ſolum ad præſentes, ſiue currant ſiue non.

Termini eandem in negatiua quam in affirmatiua habent reſtrictionem.

Verbi præſentis temporis proprietas.

Tertio ſciendum, ꝙ Auctor ponit in textu quandam reſtrictionem abuſiuam,
quæ quidem reſtrictio ſortita eſt nomen ab uſu communi loquendi. unde ſecun-
dum communem uſum loquendi dicimus quòd quando non eſt aliquod cor-
pus ſolidum, uel firmum in amphora, quòd nihil eſt in illa ſicut dicimus, quòd
nihil eſt in arca, quando non eſt niſi aer, qui non eſt corpus ſolidum, uel fir-
mum. unde in iſta, nihil eſt, in arca, nihil, ſumitur ab uſu pro rebus ſolidis & fir-
mis, & in iſta ꝓpoſitione, magiſter legit, magiſter ſumitur pro magiſtro proprio.

Abuſiuę reſtrictionis regula.

Reſtrictio tranſitiua quid. Quarto ſciendum, ꝙ Auctor ponit finaliter quandam reſtrictionem, quam uocat tranſitiuam. Et non dicitur tranſitiua eo ꝙ tranſeat, ſed quia fit uirtute alicuius uerbi tranſitiui, uerbum enim tranſitiuum importat actum egredientem ab agente in patiens. & , quia agens, & patiens ſunt diuerſa, ideo oportet quod terminus poſitus poſt uerbũ tranſitiuum ſtet pro alijs ſuppoſitis a ſuppoſitis ſubiecti talis uerbi, ut cum dicitur, Socrates paſcit hominem, ibi homo ſupponit pro aliis ſuppoſitis ſiue pro aliis hominibus a Socrate, eo quòd idẽ non eſt agẽs, & patiens, ſaltem ſecundum idem. vnde licet iſtæ duæ reſtrictiones ultimæ non ſint reſtrictiones ſimpliciter, tamen ſunt utiles ad obuiandum cautelis, & cauillationibus ſophiſtarum, ratione cuius Auctor hic determinat de ipſis. B

Argumen. Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Si termini eodẽ mõ reſtringerentur in affirmatiua & negatiua, ſequeretur, ꝙ omnis negatiua includeret contradictionem, ſed hoc eſt falſum. conſequentia patet, quia in iſta, roſa eſt, roſa reſtringitur ad exiſtentes, ergo, ſi ſimiliter reſtringatur in iſta, roſa non eſt, ſequitur quod iſta, roſa non eſt, includat contradictionem, quia æquipollet huic roſa quæ eſt, non eſt. Secundo ſic. Negato aliquo negantur omnia conſequentia ad ipſum, ergo negato uerbo negantur omnia quæ conſequuntur ad ipſum uerbum, ſed conſignificatio, quæ eſt tempus, conſequitur ipſum uerbum, ergo, ſi in propoſitione negatiua uerbum non reſtringeretur ad non exiſtentes, tunc ſequitur ꝙ neque etiam ad præſentes, quare magis uidetur ꝙ ratione principalis ſignificationis debeat reſtringere nomen quam quo ad conſignificationem, ſed non reſtringit quo ad conſignificationem, ergo nec quo ad conſignificationem. F

Tertio ſic. In iſta, homo eſt, homo reſtringitur ad exiſtẽtes tm̃, ſed oẽs præſentes ſunt exiſtentes, ergo, ſi reſtringitur ad præſentes, reſtringitur ad exiſtentes, ergo contra textum. Quarto ſic. In reſtrictione abuſiua non eſt reſtringens, nec coarctans, ergo nulla eſt reſtrictio. Antecedens patet, quia in ipſa ponitur ſignũ uniuerſale, ſicut hic, nihil eſt in burſa, ſed ſignũ uniuerſale magis habet ampliare quam reſtringere, ergo uidetur quòd in talibus nulla eſt reſtrictio. G

Quinto ſic. Omne tranſitiuum aptum natum eſt tranſire, ſed nulla reſtrictio apta nata eſt tranſire, ergo nulla eſt tranſitiua reſtrictio.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, quòd terminus poſitus ante uerbum præſentis temporis reſtringitur ad præſentes tantum, & non ad exiſtentes, ideo ſenſus huius propoſitionis, roſa non eſt, non eſt iſte, roſa, quæ eſt non eſt, ſed eſt iſte, roſa præſentialiter ſumpta non eſt. Ad ſecundum iſtorum dicitur, quòd licet ſignificatio uerbi ſit magis intrinſeca uerbo quam conſignificatio, tamen conſignificatio potior eſt ad reſtringendum quam ſignificatio. cuius ratio eſt, qa uerbum reſtringit quo ad conſignificationem, quæ eſt tempus, quod habet rationem menſuræ, & quia menſura reſtringit menſuratum, & quantitas menſurati accipitur ſecundum quantitatem menſuræ, ideo ſequitur, quòd uerbum habet magis reſtringere ex parte temporis, quam ex parte rei ſignificatæ. H

Ad tertium dicitur, ꝙ licet omnes homines præſentes exiſtant, tamen non minus ille terminus homo de ſe ſupponit pro non exiſtentibus. quia, cum dicitur, ꝙ uerbum præſentis temporis reſtringit ad præſentes, intelligitur ſiue exiſtant ſiue non. Vñ, ſi aliqui hoĩes eſſent præſentes, & non exiſtentes, in iſta propõne, hõ eſt hõ, teneretꝰ tã pro exiſtentibus q̃ pro non exiſtẽtibus. unde per accidens eſt ꝙ in propõne iſta, hõ eſt hõ, ſupponat pro exiſtentibus. Ad quartum iſtorum dr̃, ꝙ in talibus propoſitionibus uſus cum intellectu noſtro eſt reſtringẽs, & iõ dicitur reſtrictio abuſiua, quia fit ab uſu. Ad quintum iſtorum dicitur, quòd reſtrictio nõ dicitur tranſitiua eo quòd tranſeat in alterum, ſed dicitur tranſitiua, quia fit ratione uerbi tranſitiui, ut dictum eſt. Et hæc de reſtrictionibus dicta ſufficiant.

A PARVORVM LOGICALIVM TRACTATVS SEXTVS,

Summa Tractatus.

Diſtributionis, ac diſtributiuorum ſignorum natura, & multiplicitas tam in ſubſtantia, quam qualitate ac quantitate, De Negationum item ui, atque uſu,

Diſtributio quid ſit.

B DISTRIBVTIO eſt multiplicatio termini communis per ſignum uniuerſale factū, ut cum dicitur, omnis homo. iſte terminus homo diſtribuitur ſiue confunditur pro quolibet ſuo inferiori per hoc ſignum omnis, & ſic ibi eſt multiplicatio. dico autem termini communis, quia terminus ſingularis non poteſt diſtribui. unde iſtæ ſunt incongruæ, omnis Socra. omnis Plato, & ſic de aliis. & ſic ibi eſt ſolæciſmus per partes orationis.

De diſtributione ſicut & aliis uide ĩ Paruis Logicalibus Perguļæ. & aliorū, & ui de Ioān. de mun. qui multa pulchra dicit.

Iſte eſt tractatus ſextus Paruorum Logicalium Petri Hiſpani, in quo poſtquàm in præcedenti tractatu determinauit de quadam proprietate termini, quæ dicitur reſtrictio, hic conſequenter determinat de alia, quæ dicitur diſtributio. Cu-
C ius ordinis ratio eſt, quia reſtrictio magis intrinſece conuenit termino, quàm diſtributio, nam reſtrictio fit per terminum reſtringentem, qui poteſt eſſe pars propoſitionis, ſicut terminus reſtrictus, ſed diſtributio fit per ſignum uniuerſale, quod non eſt pars propoſitionis, ſed eſt diſpoſitio ſubiecti. Præcedit tamen iſte tractatus tractatum de ſincathegorematibus, quia cognitio diſtributionis, & ſignorum diſtributiuorum multum ualet ad cognoſcendum ea de quibus in ſincategorematibus determinatur.

Primo ſciendum, quòd diſtributio accipitur dupliciter. Vno modo proprie, prout eſt alicuius rei in plures diuiſio, & illarum partium in diuerſa ſubiecta communicatio, & illo modo non capitur hic ſed a tali diſtributione ſic accepta ſumitur iuſtitia diſtributiua, quę eſt habitus reſtrictionis diſtributionem talem facientis regulatiuus. Alio modo capitur metaphorice, ut eſt nomen ſecundæ intentionis, & hoc dupliciter. Vno modo actiue, & ſic conuenit ſignis diſtributiuis, alio
D modo paſſiue, & ſic conuenit termino diſtribuibili.

Diſtributio ſumit dupliciter, proprie, & metaphorice.

Secundo ſciendum, ꝙ licet idem terminus materialiter. ſ. terminus cōis habēs ſuppoſitionem perſonalem ſit reſtringibilis, ampliabilis, & diſtribuibilis, tū hoc eſt ſecundum diuerſas rōnes, quia dicitur reſtringibilis, inquantum pōt coarctari ad ſtandum pro paucioribus ſuppoſitis quam prius ſtabat, & dicitur ampliabilis, inquantum poteſt extendi, & accipi pro pluribus quàm prius, ſed dicitur diſtribuibilis, inquantū per ſignū uniuerſale pōt actualiter multiplicari per plura ſuppoſita, & ideo terminus diſtribuibilis, inquantū diſtribuibilis, eſt ſubiectum attributionis huius tractatus, unde Auctor incipit ſuum tractatum a paſſione ipſius termini diſtribuibilis, quæ eſt diſtributio, ipſam ſic definiens. Diſtributio eſt multiplicatio termini communis per ſignum uniuerſale facta. unde ponitur multipli

Terminū eūdē, qūo diſtribui, ampliari, reſtringi, ac ſuppoſitionē habere dicatur.

catio loco generis, deinde ponitur termini communis, ad differentiam termini B
diſcreti, qui non poteſt diſtribui. nam ut habetur in textu, iſtæ ſunt incongruæ, omnis Socr. omnis Plato. & rō eſt, nam ad hoc, ꝙ terminus poſsit diſtribui requiritur, ꝙ ſignificet naturam multis communicabilem, quod non conuenit ſingularibus D. inde ponitur per ſignum uniuerſale, ad denotandum cauſam efficientem inſtrumentalem diſtributionis, intellectus enim eſt qui principaliter facit diſtributionem, & ſignum uniuerſale inſtrumentum.

In qualibet diſtributiõe qua tuor ſunt.

Tertio ſciendum, ꝙ in qualibet diſtributione ſunt quatuor. ſ. diſtribuens, diſtributum, id pro quo fit diſtributio, & id reſpectu cuius fit diſtributio. Diſtribuẽs eſt duplex, ſicut nuper dictum eſt in fine ſecundi notabilis, diſtributum autẽ eſt terminus communis habens perſonalem ſuppoſitionem, illa uero pro quibus fit diſtributio ſunt inferiora illius termini communis, illud autem, reſpectu cuius fit diſtributio, eſt ipſum prædicatum. Vnde quatuor poſſunt aſsignari cauſæ, quare

Vniuerſalia quare inuẽta fuerunt.

ſigna uniuerſalia ſunt inuẽta. primo ad habendã differentiã inter terminũ ſupponentẽ determinate, & cõfuſe, ſecundo ad remouendũ differentiã terminorum F
cõium. Qñ. n. terminus cõis ſumitur ſine ſigno uniuerſali indifferẽter ſtat, ꝑ uno uel pro pluribus, ſed, qñ ſibi additur ſignũ uniuerſale, de neceſsitate ſtat pro omnibus ſuis ſuppoſitis. tertia cauſa eſt ad habendũ cõtradictionẽ, quarta cauſa eſt propter ſyllogiſmũ, in omni. n. ſyllogiſmo oportet alterã præmiſſarum eſſe uniuerſalẽ. Ex quo patet neceſsitas ſignorũ uniuerſaliũ. Et uocantur ſigna uniuerſalia, non, ꝙ ſignificent rem uniuerſalẽ, ſed quia ſignificant, quõ uniuerſaliter. i. faciunt terminũ cõem, & cui adiũgũtur, ſtare uniuerſaliter ꝑ oibus ſuis ſuppoſitis.

Signorũ diſtributiuorũ effectus multiplex, ac diuiſio.

Quarto ſciendum, ꝙ multiplex eſt effectus ſignorum diſtributiuorum. Ideo ad cognitionem ſignorum diſtributiuorum definitur diſtributio, & poſita definitione diſtributionis Auctor diuidit ſigna uniuerſalia, ſiue diſtributiua, in ſigna diſtributiua ſubſtantiæ, ut omnis, nullus, & ſic de aliis, & in ſigna diſtributiua accidentium, ut quantuſcunque, qualiſcunque. Et dicuntur ſigna diſtributiua ſubſtantiæ non, ꝙ ſolum diſtribuat rem de prædicamento ſubſtantiæ, ſed quia ſolum diſtribuant rem ſe habẽtem per modum ſubſtantiæ, ſiue per modum eius, quod eſt quid. i. ſignificata per modum per ſe ſtantis, & per nomen ſubſtantiuum. Similiter dicuntur diſtributiua accidentis, quia diſtribuunt rem ſignificatam per modum alteri adiacentis. Deinde diuidit ſigna diſtributiua ſubſtantiæ. nam quædam ſunt diſtributiua partium integralium, ut totus, alia ſunt diſtributiua partium ſubiectiuarum, ut omnis, nullus, uterque & ſic de aliis. Item diuidit ſigna diſtributiua ſubſtantiæ partium ſubiectiuarum. nam quædam ſunt diſtributiua duorum, ut uter, neuter, alia ſunt diſtributiua pluriũ, ut oĩs nullus, & ſic de aliis. G

Argumẽta

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Hic eſt diſtributio, ut oĩs Sol lucet, & tamen nõ eſt multiplicatio, quia ſubiectum accipitur pro uno ſolo. ſimiliter hic, uterque homo currit, ſubiectum accipitur ſolum pro duobus, ergo male dicitur, quòd diſtributio eſt multiplicatio. Secundo ſic. Iſte terminus Socrates diſtribuitur dicendo, totus Socra. & tamen non eſt terminus communis, ergo male dicitur, quòd diſtributio eſt multiplicatio termini communis. Tertio ſic. Cũ dicitur, roſa eſt pulcherrimus florum, iſte genitiuus florum, diſtribuitur, & tamen non ponitur ſignum uniuerſale, ergo contra definitionem. H

Quarto ſic. Dicendo, oĩs canis currit, ibi eſt terminus cõis cũ ſigno uniuerſali, & tamen nõ eſt diſtributio, quia ſi ſic, uel iſte terminus canis diſtribueretur ꝑ oibus ſuis ſuppoſitis, & ſignificatis, & tũc iſta propoſitio, omnis canis currit, ſimpliciter eſſe falſa, & non diſtinguenda, uel acciperetur pro ſuppoſitis unius ſignificati ſolum. ſed hoc non uidetur, quia non eſt maior ratio, quare magis acciperetur pro ſuppoſitis unius ſignificati, & non alterius. Quinto ſic. Non ponuntur aliqua

A aliqua ſigna partium in mō diſtributiua nec partium in quātitate, & ſic de aliis, ergo Auctor eſt inſufficiens.

Ad argumenta. Ad primū dicitur, ꝙ cum dicitur omnis Sol lucet, ibi eſt multiplicatio aptitudinalis, licet non actualis. Similiter cum dicitur. uterque homo currit, ibi eſt multiplicatio, & non accipitur multiplicatio ut deſcēdat a multo, prout multum opponitur pauco, ſed deſcendit a multo, prout multum opponitur uni, & ſic patet, quòd terminus acceptus pro duobus accipitur pro multis. Ad ſecundum dicitur, quòd licet ille terminus Socrates, non ſit communis communitate continentiæ partium integralium. ideo prædicatur de ſuis partibus in obliquo. Vel poteſt dici, ꝙ ibi non definitur diſtributio in cōi, ſed pro perfectiore membro analogiæ. ſ. pro diſtributione partium ſubiectiuarum Ad tertiū dicitur, ꝙ nomina ſuperlatiui gradus includunt negationem, & ratione illius habēt uirtutem diſtribuendi. vnde, cum dicitur, roſa eſt pulcherrimus florū, ſenſus eſt, Soluti.

B roſa eſt pulcher flos, & non eſt alius pulchrior ea. Ad quartū dicitur, ꝙ cum dicitur, omnis canis currit, iſte terminus canis, unica diſtributione non poteſt diſtribui pro omnibus ſuppoſitis omnium ſuorum ſignificatorum, ſed diſtribuitur tot diſtributionibus, quot ſunt ſignificata eius. & ratio eſt, quia diſtributio eſt acceptio pluriū contentorum immediate ſub aliquo communi, ſed terminus æquiuocus non ſignificat immediate unam naturam communem omnibus ſuis ſuppoſitis, ergo non poteſt unica diſtributione diſtribui pro omnibus ſuis ſuppoſitis. Ad quintum dicitur, quòd per ſigna diſtributiua partium ſubiectiuarum, & partium integralium ſufficienter fit omnis diſtributio, quia omnes alij modi totius reducuntur ad totum uniuerſale, quod diſtribuitur per ſignum diſtributiuū partium ſubiectiuarum. Vel reducuntur ad totum integrale, quod diſtribuitur per ſignum diſtributiuum partium integralium.

C *Signorum Vniuerſalium diuiſionibus nonnullis propoſitis, de hoc ſigno Omnis, natura, & uarijs eius acceptionibus.*

Signorum uniuerſalium, alia ſunt diſtributiua ſubſtātiæ, ut omnis, nullus, alia ſunt diſtributiua accidentium, ut qualis, quantus. Signum autem diſtributiuum ſubſtantiæ diſtribuit res ſe habentes per modum eius, quod eſt quid, ut omnis, nullus, ut cum dicitur, omnis nigredo, omnis albedo. Subſtantia autem communiter ſumitur ad res cuiuſlibet generis, ut cum dicitur, ſignum diſtributiuum ſubſtantiæ. Signū diſtributiuum accidentis eſt, quod diſtribuit res ſe habentes per modum accidentis, uel per modum qualis uel quanti, ut qualiſcunque,
D quantuſcunque. Item ſignorum diſtibutiuorū ſubſtantiæ, alia ſunt diſtributiua partium integralium, ut totus, alia ſunt diſtributiua partium ſubiectiuarum, ut omnis, nullus. Item ſignorum diſtributiuorum partium ſubiectiuarum, alia ſunt diſtributiua duorū, ut uter, neuter, alia ſunt diſtributiua pluriū, ut oīs nullus, & ſimilia. Horū autem ſignorum primo dicendum eſt de ſignis diſtributiuis ſubſtantiæ, & inter hæc, primo de hoc ſigno omnis. Sciendū, ꝙ oīs, in plurali numero dupliciter ſumitur. vno modo collectiue, ut omnes Apoſtoli Notabile

Dei

Dei ſunt duodecim, non ſequitur, ergo iſti Apoſtoli Dei ſunt duodecim, demonſtratis aliquibus de ipſis. alio modo ſumitur diſtributiue, ut hic omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, & tunc quæritur quid ſignificet hoc ſignum omnis. & uidetur ꝙ nihil ſignificet, quia omnis res aut eſt uniuerſalis, aut particularis, ſed hoc ſignum omnis non ſignificat rem uniuerſalem, uel particularem, ergo nullam rem ſignificat. Item ad idem omnis neque eſt prædicabile de uno neque de pluribus, ergo nec eſt uniuerſale, nec particulare, & ſic nihil ſignificat Sed contra. Ab eo quòd res eſt uel non eſt, oratio dicitur uera uel falſa, ergo, ſi omnis nihil ſignificet, propter appoſitionem uel remotionem eius non cauſaretur ueritas uel falſitas in oratione, ſed hæc eſt uera, animal eſt homo, ergo & hæc, omne animal eſt homo, quod eſt falſum, ergo & prima, ſcilicet quòd omnis nihil ſignificat. Solutio. ad dubium dicitur, quòd omnis non ſignificat uniuerſale, ſed uniuerſaliter, quia facit terminum communem ſuum ſtare pro omnibus ſuis inferioribus, ut omnis homo currit. Et ſic omnis ſignificat aliquam rem. ſed duplex eſt res, quia quædam eſt res ſubiicibilis uel prædicabilis, ut homo, animal, currit, diſponat, & ſic uerum eſt, quòd omnis nihil ſignificat, quia quælibet talis res, aut eſt uniuerſalis, aut particularis. Alia eſt quæ eſt diſpoſitio rei ſubiicibilis uel prædicabilis, & talem rem ſignificat hoc ſignum omnis, & tam ab iſta re quàm ab alia cauſatur ueritas uel falſitas in oratione. Obiicitur autem quòd omnis non ſignificet diſpoſitionem rei ſubiicibilis, quia in ſyllogiſmo medium debet reiterari cum ſuis diſpoſitionibus in minori propoſitione. ergo debemus ſyllogizare ſic, omnis homo eſt animal, Socrates eſt omnis homo, ergo Socrates eſt animal. quia omnis eſt diſpoſitio in maiori propoſitione, ergo debet reiterari in minori, quod eſt falſum. ergo omnis non eſt diſpoſitio ſubiecti. Solutio. ſicut pater duo dicit, ſcilicet illud quod eſt pater, & pater inquantum pater, ſimiliter ſubiectum duo dicit, ſcilicet illud quod eſt ſubiectum, & ſubiectum inquantum ſubiectum. & ſecundum hoc eſt duplex diſpoſitio ſubiecti, quia quędam eſt diſpoſitio illius rei quæ eſt ſubiectum, ut albus, niger, & ſic de aliis diſpoſitionibus accidentalibus. & iſtæ debent reiterari in minori propoſitione cum medio, alio eſt diſpoſitio ſubiecti. ſ. ſubiecti inquantum ſubiectum, uidelicet in ordine ad prædicatum, ut omnis, nullus, & omnia ſigna tam uniuerſalia quam particularia, & talis diſpoſitio non debet reiterari cum medio, ſcilicet in minori propoſitione, quia eſt reſpectiua. diſponit enim ſubiectum in cōparatione ad prædicatum, ut cum dicitur, omnis homo albus currit, iſta diſpoſitio albus debet reiterari in minori propoſitione cum medio, cum ſit diſpoſitio

Quid ſophiſma.

A ſpoſitio eius quod eſt ſubiectum,quia eſt abſoluta iſta autem diſpoſitio,omnis non debet reiterari,quia eſt reſpectiua ſubiecti ad prædicatum, & ita ſubiecti inquantum ſubiectum eſt. Vnde debemus dicere ſic,omnis homo albus currit,Socrates eſt homo albus,ergo Socra.currit,& non Socrates eſt omnis homo albus.

Poſtquam Auctor determinauit de diſtributione in communi ponendo deſinitionem eius,& diuiſionem ſignorum diſtributiuorum, ad quorum diuiſioné, ſequitur diuiſio diſtributionis, hic conſequenter determinat de diſtributione & ſignis diſtributiuis in ſpeciali,& primo de ſignis diſtributiuis ſubſtantiæ, inter quæ primo determinat de hoc ſigno omnis, eo ꝙ eſt ſignum diſtributiuum affirmatiuum ratione cuius præcedit ſigna diſtributiua negatiua Et, quia eſt diB ſtributiuum plurium,ideo præcedit ſigna diſtributiua duorum.&,quia eſt diſtributiuum partium ſubiectiuarum,ideo prius determinat de ipſo quam de diſtributiuis partium integralium.

Primo ſciendum,ꝙ antequam in ſpeciali Auctor determinet quomodo hoc ſignum omnis habeat diſtribuere, primo notat, ꝙ ipſum in plurali numero accipitur dupliciter.uno modo collectiue,ut omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim,& dicitur ibi capi collectiue, eò ꝙ prædicatum non attribuitur ſuppoſitis ſubiecti diuiſim,& ſigillatim acceptis,ſed attribuitur iſtis ſimul & collectiue acceptis,& ideo non pōt fieri deſcenſus ad ſuppoſita ſubiecti,nō enim ſequitur,omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim,ergo Petrus eſt duodecim.Alio modo capitur diſtributiue.ſ.quando prædicatum attribuitur ſuppoſitis ſubiecti diuiſim & ſigillatim acceptis,& tunc bene fit deſcenſus ad ſuppoſita ſubiecti,ut bene ſequitur, omnes homines natura ſcire deſyderant,igitur Socrates, & Plato,& ſic de alijs. Oīs in plurali qñque collectiue qñq; uero diſtributiue ſumi cō tingit.

C Secundo ſciendum,ꝙ circa hoc ſignum omnis. Auctor quærit quid ſignificet hoc ſignum omnis diſtributiue acceptum,eò ꝙ quæſtio ſi eſt, eſt prima inter omnes,& arguit,ꝙ nihil ſignificet.quia omnis res aut eſt uniuerſalis,aut particularis,ſed omnis non ſignificat rem uniuerſalem nec particularem,ergo nihil ſignificat.minor patet,quia non poteſt prædicari nec ſubijci in propoſitione.In oppoſitum arguitur, quia illud ſignificat aliquid,per cuius appoſitionem, uel remotionem oratio redditur uera uel falſa,ſed ſic eſt de hoc ſigno omnis,hæc enim eſt uera,animal eſt homo, hæc autem falſa, omne animal eſt homo, ergo hoc ſignum omnis ſignificat aliquam rem. An hoc ſignū oīs ſignificatiuū ſit.

Pro ſolutione huius ſciendum eſt tertio,ꝙ ut dicit Auctor in textu duplex eſt res, quædam.n. eſt res ſubiicibilis,& prædicabilis,& ideo, quando prædicatur de tali re hoc ſignū omnis,nihil ſignificat, & iſto modo capitur res ut dicitur a ratus,ta,tum.Alia eſt res,quæ eſt diſpoſitio rei ſubiicibilis,& prædicabilis, & D iſto modo omnis,bene ſignificat aliquam rem,& hoc capiendo communiter ſignificare,ut ſe extendit ad ſignificare proprie acceptum,& ad conſignificare.unde hoc ſignum omnis ſignificat diſpoſitionem ſubiecti inquantum ſubiectum, & hoc capiendo diſpoſitionem communiter pro omni illo, quod determinat aliud,ſiue habeat modum qualitatis ſiue quantitatis,& ita patet ꝙ hoc ſignum omnis, ſignificat aliquam rem.ſ.rem quę eſt diſpoſitio ſubiecti, & tam ab iſta quam ab illa cauſatur ueritas uel falſitas in oratione. Solutio.

Quarto ſciendum, ꝙ duplex eſt diſpoſitio rei ſubiicibilis ſiue ſubiecti quædam enim eſt diſpoſitio ſubiecti,quæ ſibi conuenit ſecundum ſe,& non inquantum habet determinatum ſitum in propoſitione, ſicut album & nigrum. Alia eſt diſpoſitio ſubiecti reſpectiue,quæ.ſ.diſtribuit ſubiectum in ordine ad prædicatum, De duplici diſpōne ſubiecti.

catum.unde licet ſigna uniuerſalia diſponant ſubiectum primo, & per ſe in ordine ad ſua inferiora, hoc tamen eſt in ordine ad prædicatum, & ſic ſunt diſpoſitio ſubiecti in ordine ad prædicatum, licet autem non ponatur aliqua diſpoſitio prædicati inquantum prædicatum, quia tantum ſubiectum habet rationem materiæ quæ debet diſponi ad formam, ideo ponitur diſpoſitio ſubiecti inquantum ſubiectum, hoc eſt in ordine ad prædicatum. E

Argmuen. Cōtra prædicta arguitur primo ſic. Numerus ſingularis eſt magis collectiuus quàm pluralis, quia habet maiorem unitatem, ergo hoc ſignum omnis, magis debet eſſe collectiuum in ſingulari numero quàm in plurali. Secundo ſic. Hoc ſignum omnis, ſemper habet multiplicare terminum cui adiungitur tam in ſingulari quàm in plurali, ergo ſemper eſt diſtributiuum. Tertio ſic. Modus ſignificandi non uariat ſignificatum, ergo ſiue hoc ſignum omnis, ſit ſingularis numeri ſiue pluralis, ſemper accipitur diſtributiue. Quarto ſic. Arguendo in ſapelmo, omnis homo eſt totum in quantitate, nullus aſinus eſt omnis homo, ergo quoddam totum in quantitate non eſt aliquis aſinus, hoc ſignum omnis reiteratur in minore propoſitione cum medio, quod tamen eſt contra id quod dicitur in textu. Quinto ſic. Sicut hoc ſignum nullus habet uirtutem reſtringendi ſubiectum cui additur, ut dicendo, nullus homo eſt mulier, & ſic hoc ſignum omnis, ergo eſt diſpoſitio abſoluta ipſius ſubiecti. F

Solutio. Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ collectio in iſto ſigno omnis habet duo primum .ſ. ꝙ incipit a multis, & ratione illius numerus pluralis magis poteſt dici collectiuus quam ſingularis ſecundum eſt, ꝙ terminatur ad unum, & ratione illius numerus ſingularis eſt magis collectiuus quam pluralis. &, quia diſtributio incipit ab uno, & terminatur ad multa, ideo diſtributio magis proprie conuenit termino in ſingulari numero, & ideo hoc ſignum omnis in ſingulari numero ſolum accipitur diſtributiue. Ad ſecundum dicitur, ꝙ in diſtributione ſunt duo, unum .ſ. materiale, quod eſt multiplicatio, & ratione illius hoc ſignum omnis ſemper poteſt dici diſtributiuum, aliud eſt, quod ſe habet tanquam formale, & ut id a quo nomen imponitur .ſ. ꝙ diſtributio eſt in diuerſis diuiſim acceptis facta multiplicatio, & quandoque eſt collectiuum, & non diſtributiuum, eò ꝙ eſt diſtributio facta diuerſis, coniunctim, & non diuiſim acceptis. Ad tertium dicitur, ꝙ licet modus ſignificandi non uariet ſignificatum in dictionibus categorematicis. tamen bene in dictionibus ſincathoreumaticis. Vel poteſt dici, ꝙ hoc ſignum omnis, ſemper eſt diſtributiuum quantum ad materiale diſtributionis, ſed non quantum ad formale. G

Ad quartum dicitur, ꝙ in illo ſyllogiſmo hoc ſignum omnis, non accipitur diſtributiue, ſed accipitur, ut pars huius totius, omnis homo, quod ibi ponitur loco unius ſimplicis naturę ibi poſitæ. Ad quintum dicitur, ꝙ hoc ſignum nullus, bene habet uirtutem reſtringendi quantum ad aliquos modos ſignificandi, & ſecundum hoc eſt diſpoſitio abſoluta, & bene iungitur cum ſubiecto abſolute, ſicut dicendo, nullus eſt mulier, ſed quando habet uirtutem diſtribuendi, ſic concernit ſubiectum inquantum ſubiectum hoc eſt in ordine ad prædicatum. H

Quem nam Terminum hoc ſignum omnis congrue oporteat appellare.

Tex. cō 4. & infra, & ibi omnes doctores. HAbito quid ſignificet hoc ſignum omnis, & cuius diſpoſitionem ſignificet, conſequenter quæritur, utrum omnis exigit tria appellata. Et uidetur, ꝙ ſic, quia omnis perfectio eſt in tribus, ut habetur primo

A primo Cœli & mundi, & ſic omne perfectum eſt in tribus, ſed omne & perfectum idem ſunt, ut habetur ibidem, ergo omne eſt in tribus, ergo omnis uult habere tria appellata. Ad idem dicit Ariſto. in eodem loco ꝙ de duobus uiris non dicimus omnes, ſed de tribus uiris dicimus omnes, ergo omnis uult habere tria appellata. Sed contra. in qualibet demonſtratione ſunt propoſitiones uniuerſales, ſed demonſtrationes fiunt ex Sole, & ex Luna, ergo oportet dicere omnis Sol, omnis Luna, ſed Sol non habet niſi unicum ſuppoſitum, & ſimiliter Luna, ergo omnis nõn uult habere tria appellata. Ad idem, omne priuatum lumine a terræ obiectu deficit, hæc propoſitio eſt conceſſa, ut habetur ab authoribus, ſed omne priuatum lumine a terræ obiectu non

B habet niſi unicum ſuppoſitum, ſcilicet hanc Lunam ſingularem, ergo omnis non habet tria appellata. Ad idem, hoc ſignum omnis ſignificat quoniam uniuerſaliter, ſed hoc quod dico, quoniam uniuerſaliter, eſt modus proprius uniuerſalis, proprium autem diuerſificatur ſecundum diuerſitatem ſui ſubiecti, ut ſi homo eſt diminutus, & riſibile eſt diminutum. & ſi homo eſt mortuus, riſibile eſt mortuum, ſed uniuerſale quandoque ſaluatur in pluribus, ut homo, equus, aliquando in unum tantum, ut Sol, Luna, ergo omnis quandoque uult habere tria appellata, & quandoque non, immo unum ſolum. Ad idem, duplex eſt forma. quia quædam eſt forma materiæ, ut anima eſt for- De hoc vide 2 de aīa. tex.cō.6. & inde.

C ma corporis, & iſta forma eſt pars, & non prædicatur de eo cuius eſt pars, alia eſt forma, quæ eſt forma prædicabilis, & ſic omnia ſuperiora ut genera, & ſpecies, & differentiæ dicuntur formæ inferiorum, ut homo, equus, & ſic de aliis, & indiuidua huius formæ prædicabilis, ſunt materia eius, ergo forma cum neutro prædictorum modorum ſuam excedit materiam, nec exceditur ab ea, nullum uniuerſale excedit ſua indiuidua, nec exceduntur ab eo, ergo, cũ omnis dicat adæquationem uniuerſalium cum ſuis indiuiduis, ut omnis homo, tunc oportet quòd Sol habeat niſi unicum ſuppoſitum, ut uere dicatur, omnis Sol, quod concedimus dicendo prædictas propoſitiones eſſe ueras, & ꝙ omnis non ſemper exigit tria appellata, ſed quando adiungitur ter-

D mino cõi habenti plura ſuppoſita, tunc exigit plura appellata, quando uero adiungitur termino habenti ſolum unum ſuppoſitum, tunc exigit ſolum unum appellatum. Ad illud quod primo obiiciebatur, quòd omnis perfectio eſt in tribus, dicitur ꝙ uerum eſt, & hæc tria ſunt. ſ. ſubſtantia rei, uirtus eius, & operatio eius. Et hæc tria tangit Ariſt. ſub breuibus uerbis cum dicit, natura apta nata ſic facit, per hoc. n. quod dicit, natura, tangit ſubſtantiam rei, & per hoc quod dicit apta nata, tangit uirtutem eius, & per hoc quod dicit, ſic facit, tangit operationem debitam Primo.ſ. cœli & mũ. tex.cō. 21. & infra.

debitam ei. Similiter hoc ſignum omnis, habet ſubſtantiam ſigni uniuerſalis, & uirtutem quæ eſt diſtribuere, & operationem eius quando diſtribuit, & in his tribus eſt perfectio eius. Ad ſecundum dicendum eſt, quòd homo & homines differunt, quia homo dicit iſtam ſpeciem ſecundum ſe, quæ eſt de pluribus prædicabilis, ſed homines in plurali numero non dicit ſpeciem ſecundum ſe, ſed multiplicatam actu ſecundum materiam indiuiduorum numero diuerſam. unde omnis in plurali ratione multitudinis factæ facit diſtributionem per diuerſas materias, & uult habere tria appellata. Sed omnis in ſingulari numero ex quo recipit ſpeciem ſecundum ſe, & non materiam indiuiduorum, exigit eſſentiam aptam natam in prædicari de pluribus, ſiue actu participetur de pluribus ſiue de uno, & ideo exigit tria appellata, aut unum ſolum ſecundum naturam uniuerſalem cui adiungitur. Quidam tamen dicunt, quòd omnis uult habere tria appellata ad minus, & dant talem rationem. Quotieſcunque ſignum uniuerſale additur termino communi non habenti ſufficientiam appellatorum recurrit ad non ens, ut cum dicitur, omnis fœnix eſt, quia li fœnix non habet niſi unicum ſuppoſitum, ideo recurrit ad non exiſtentes fœnices. Et ideo cum dicitur, omnis fœnix eſt, ſenſus eſt, unus fœnix qui eſt, eſt, & duo fœnices qui non ſunt, ſunt. Et ideo dicunt has propoſitiones eſſe falſas, quidam fœnix non eſt, & omnis fœnix eſt, & non eſſe contradictorias, quia in negatiua ſupponitur fœnix qui eſt, & in affirmatiua ſupponuntur duo fœnices qui non ſunt, & ſic non idem eſt ſubiectum in utraque. Hoc autem poteſt multipliciter improbari, quia hæc inconuenientia ſequuntur ex falſo quod ſupponunt, quia ſupponunt quòd omnis ſemper uult habere tria appellata, quod ſuperius oſtenſum eſt eſſe falſum. Propterea uult Ariſto. quòd propoſitio, in qua ſubiicitur uniuerſale uniuerſaliter ſumptum alicui prædicato, contradicat illi propoſitioni negatiuæ, in qua ſubiicitur uniuerſale, & non uniuerſaliter ſumptum eidem prædicato, ſed iſtæ ſunt tales, omnis fœnix eſt, quidam fœnix non eſt, ergo ſunt contradictoriæ, quod tamen ipſi negant, ergo regula eorum eſt falſa. Item ad idem alia regula eſt talis. Terminus communis ſupponens, uel opponens uerbo præſentis temporis, ſimpliciter ſumpto non habenti uim ampliandi, nec ex ſe, nec ab alio reſtringitur ad ſupponendum pro his quæ ſunt ſub forma termini ſupponentis, ergo cum dicitur, omnis fœnix, li fœnix reſtringitur ad ſupponendum pro fœnice tantum qui eſt, cum ipſius non ſit niſi unicum ſuppoſitum, ergo per illam regulam prius datam, ſi ſignum uniuerſale adueniat & non diſtribuit ipſum niſi pro unico ſuppoſito, ergo regula eorum eſt falſa, & ſupra falſum fundatur, quod concedimus.

A F G H

1. Prio. cō. 29. & infra & in 2 eiuſdē in multis locis.

Poſtquàm

A Poſtquam Auctor determinauit de ſigno diſtributiuo omnis ſecundū ſe oſtē dendo quid ſignificet. hic conſequenter determinat de ipſo per comparationem ad terminum communem diſtribuibilē mouendo talem dubitationem, utrū hoc ſignum oīs ſemper exigat tria appellata, hoc eſt q̄rere utrū ad hoc, ꝙ ſignū omnis, congrue adiungat̄ alicui termino cōi requirat̄, ꝙ ille terminus cōis habeat tria ſuppoſita actu exiſtentia. Primo ſciendum, ꝙ ſuppoſitum, appellatum, & inferius inter ſe differunt, nam aliquid dr̄ eſſe inferius reſpectu ſuperioris, & aliquid dicitur ſuppoſitum, quando non eſt aptum natum exiſtere in alio, ſed appellatum eſt inferius ſiue ſuppoſitum alicuius termini communis actualiter exiſtens. Secundo ſciendum, ꝙ hoc ſignum omnis in plurali numero ſemper exigit plura appellata, quia additur termino cōi accepto per modum plurium. ſed, qñ ſumitur in ſingulari numero, ſi addatur termino cōi habenti plura appellata, quia bene exigit plura appellata, diſtribuit terminum cōem cui additur pro

B omnibus ſuis appoſitis exiſtentibus, ſed dubium eſt, qñ hoc ſignum omnis addit̄ termino communi habenti unicum appellatum, utrum talis oratio ſit congrua, ut dicendo, omni ſol lucet. Et dicunt Antiqui, ꝙ non, quorum rationes cum ſolutionibus ſatis clare patent in textu, ſed Pet. Hiſpanus dicit, ꝙ hoc ſignum omnis congrue poteſt addi termino communi habenti unicum appellatum, & ꝙ non exigit tria appellata. Tertio ſciendum, ꝙ ſignum omnis ſignificat quoniam uniuerſaliter, & hic eſt proprius modus ipſius ſigni uniuerſalis, differt autem ab aliis ſignis uniuerſalibus, quia hoc ſignum omnis adæquate diſtribuit terminum cōem pro omnibus ſuis ſuppoſitis, ſic autem non eſt de aliis ſignis, ſicut uterque, & neuter, cum enim dicitur omnis homo accipitur pro omnibus illis in quibus reperitur humanitas. Et quo patet, ꝙ quia uniuerſalitas aliquorum terminorum cōium ſaluatur in unico ſuppoſito adæquate, hoc ſignum omnis poteſt addi tali termino cōi, & ſic licet quādo hoc ſignum omnis additur termino

C communi habenti tria appellata uel plura exigat tria appellata, tamen, quando additur termino cōi habenti unicum appellatum non exigit tria appellata, ſed ſolum de ſe exigit terminum communem ſignificantem naturam multis cōicabilem. Et per hoc patet reſponſio ad dubitationem prædictam. Quarto ſciendū ꝙ antiqui poſuerunt quandam regulam de hoc ſigno omnis quæ talis eſt Quotieſcunque ſignum uniuerſale affirmatiuum additur termino communi non habenti ſufficientiam appellatorum recurrit ad non exiſtentes. i. ad ſuppoſita non exiſtentia, ideo, cum dicitur omnis fænix eſt, ex quo iſte terminus fænix, non habet niſi unicum ſuppoſitum exiſtens, hoc ſignum omnis recurrit ad fænices nō exiſtentes, ideo iſtius propoſitionis, omnis fænix eſt, ſenſus eſt iſte, quidam fęnix exiſtens eſt, & duo fænices non exiſtentes ſunt, & ideo ſecundum ipſos iſta eſt, falſa. omnis fęnix eſt, nec eſt contradictoria iſtius quidam fænix non eſt, ſed iſta regula eſt falſa, ſicut, & ſuum fundamentum. ſ. ꝙ omnis exigat tria appellata. eſt

D enim ſimile de hoc ſigni omnis, & de hoc ſigno nullus, ſed nullus non exigit tria appellata, quia iſta eſt uera, nullus fænix eſt aſinus cum conuertens eius ſit uera. ſ. nullus aſinus eſt fænix, & ſic patet, ꝙ hoc ſignum nullus, non exigat tria appellata, nec ſimiliter hoc ſignum omnis.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Plus requiritur ad uerificandū propoſitionem uniuerſalem q̄ particularem, ſed ad uerificandū particularem requirit̄ exiſtentia unius ſuppoſiti ſeu appellati, ergo ad uerificandū propoſitionem uniuerſalē requirunt̄ plura ſuppoſita, & ſic ad minus hoc ſignū oīs, exigit tria appellata. Secundo ſic. Hoc ſignum omnis, non poteſt addi termino ſingulari, ergo uidet̄, ꝙ exigat plura appellata. Tertio ſic. Hoc ſignū oīs, denotat terminū cōem cui additur teneri pro pluribus, ſed, quādo additur termino cōi habenti unicum appellatum,

Quid nam ſit, hoc ſignum oīs, tria haber appellata.

Suppoſitū, appellatū, iferius q͂d.

Hoc ſignū oīs ī plurali acceptus quot appellare hēat.

Huius ſigni omnis a cæteris differētia.

Falſa & apparens regula, đ oīs appellatione.

Argumen.

appellatum, talis additio eſt falſa, igitur non debite ſibi adiungitur. Quarto ſic. Terminus communis quandoque ſupponit pro non exiſtentibus, ergo poteſt fieri recurſus ad ſuppoſita non exiſtentia Quinto ſic. Hæc eſt uera, aliquis fœnix non eſt, quia aliquis fœnix eſt corruptus, ergo hæc eſt falſa omnis fœnix eſt. E

Solutio. Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ quantum ad modum enunciandi plus requiritur ad uerificandum propoſitionem uniuerſalem q̃ particularé, quia in propoſitione uniuerſali denotatur prædicatum ineſſe ſubiecto accepto pro pluribus, non autem ſic eſt in particulari, & tamen quantum ad rem non plus requiritur ad uerificandum propoſitionem uniuerſalem aliquando quàm particularem. Ad ſecundum dicitur, ꝙ negatur conſequentia, quia terminus ſingularis ſignificat naturam incõicabilem. nam ex impoſitione ſibi repugnat additio ſigni uniuerſalis, ſed terminus communis licet non habeat niſi unum appellatum, ſignificat tamen naturam multis communicabilem, ideo ſibi põt addi ſignum uniuerſale. Ad tertium dicitur, ꝙ hoc ſignum omnis, bene denotat terminum communem cui additur accipi pro pluribus non ſimpliciter, ſed ſub conditione. ſ. ſi habeat plura ſuppoſita. Ad quartum dicitur, ꝙ licet terminus cõmunis, cuius natura poteſt ſaluari tam in exiſtentibus q̃ in non exiſtentibus poſſit ſupponere pro non exiſtentibus, tamen terminus communis, cuius natura ſaluatur tantum in exiſtentibus ſuppoſitis, non poteſt ſupponere pro non exiſtentibus, quando ponitur cum iſto uerbo eſt. Ad quintum dicitur, ꝙ negatur antecedens, & ad probationem dicitur, ꝙ non ſequitur, quidam fœnix eſt corruptus, ergo quidam fœnix non eſt quia in iſta, quidam fœnix eſt corruptus, fœnix ſupponit tam pro præſentibus quàm pro præteritis, ſed in iſta, quidam fœnix non eſt, ſupponit pro præſentibus tantum. ideo iſta eſt uera, omnis fœnix eſt. F

Quorundam ſophiſmatum pro hac materia, dignior explicatio.

G

Circa prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. omnis homo eſt, & quodlibet differens ab illo, eſt non homo. probatio hæc eſt una copulatiua cuius utraque pars eſt uera, ergo ipſa eſt uera. Improbatio, omnis homo eſt, & quodlibet differens ab eo eſt non homo, Socrates eſt homo, ergo quodlibet differens a Socrate eſt non homo quod eſt falſum, quia hæc eſt una copulatiua cuius altera pars eſt falſa, ergo ipſa eſt tota falſa. Solutio. prima ſimpliciter eſt uera, & improbatio peccat penes fallaciam conſequentis, quia li differens ab omni homine in minus eſt quàm differens a Socrate, quia differens ab omni homine ſupponit ſolum pro aliis rebus ab homine, ſed differens a Socrate ſupponit pro eiſdem, & etiam pro aliis hominibus a Socrate. unde bene ſequitur differens ab homine, ergo differens a Socrate. & eſt locus a parte ſubiectiua ad ſuum totum, ſed ſi huic propoſitioni differens ab omni homine apponatur ſignum erit proceſſus ab inferiori ad ſuperius cum diſtributione, & ſic incidit fallacia conſequentis in improbatione, & ſecundum unum proceſſum, quia duplex eſt proceſſus ab improbatione, quia bene ſequitur, omnis homo eſt, ergo Socrates eſt & eſt locus a toto in quantitate, ſed non ſequitur, hoc eſt differẽs ab omni homine, ergo differens a Socrate, ſed eſt fallacia conſequentis, H

ſicut

A ſicut hic, omnis homo eſt, ergo omne animal eſt. Item quæritur de hoc ſophiſmate, omnis homo, & alius hõ ſunt. Probatio. Socr. & alius homo ſunt, Plato, & alius homo ſunt, & ſic de aliis, ergo omnis homo, & alius homo ſunt. Improbatio. alius eſt relatiuum diuerſitatis ſubſtantiæ, ergo ſupponit pro diuerſo ab homine, ſed non eſt alius homo ab omni homine, ergo prima eſt falſa. Solutio. prima eſt ſimpliciter falſa, & probatio peccat ſecundum fallaciam figuræ dictionis a pluribus determinatis ſuppoſitionibus ad unam determinatam, quia iſte terminus alius habet determinatam ſuppoſitionem in præmiſsis, & in concluſione. Item probatio peccat ſecundum fallaciam accidentis, quia licet

B Socrates, & Plato, & ſic de aliis, inferant oẽm hominem ſecundũ ſe, non tamen ſub hac copulatione quæ eſt omnis, & alius homo ſunt, ut cum dicitur, omnis homo, & alius homo ſunt, ſicut cognoſco Choriſcum ſecundum ſe, non tamen ſub hoc accidente, quod eſt uenire. unde talis datur regula, Quotieſcunque aliquid ſequitur ſiue conuerſim ſiue non, ſi aliquid conueniat uni quod non conuenit alteri, & per illud cui conuenit inferatur de eo cui non conuenit, ſemper eſt fallacia accidentis. uerbi gratia, homo eſt, ergo ſubſtantia eſt, & ſpecies conuenit homini, & non ſubſtantiæ. ideo, ſi per hominem inferatur ſpecies de ſubſtantia, eſt fallacia accidentis, ut homo eſt ſpecies, ergo ſubſtantia eſt ſpecies. Similiter hic, riſibile eſt proprium, ergo homo

Regula ꝑ fallacia accidẽtis cognoſcẽda.

C eſt proprium. Horum autem quæ conſequuntur, quædam conſequuntur conuerſim, ut homo, & riſibile, alia non ut homo, & ſubſtantia. Dicto de hoc ſophiſmate reſtat dicere de iſto omnis homo eſt omnis homo. Probatio. Socrates eſt Socrates, Plato eſt Plato, & ſic de aliis, ergo omnis homo eſt omnis homo. Et ut vult Boet. nulla propoſitio eſt uerior illa in qua idem prædicatur de ſeipſo, ſed ſic eſt hic, quia omnis homo prædicatur de omni homine, ergo nulla eſt uerior ipſa, & per conſequens eſt uera. Improbatio, ſua contradictoria eſt uera, ſcilicet illa, quidam homo non eſt omnis homo, ergo ipſa eſt falſa. Item ad idem, omnis homo, eſt omnis homo. ſed Socrates eſt homo, ergo Socrates eſt omnis homo. ſyllogiſmus eſt in darii, concluſio eſt falſa, ergo aliqua præmiſſarum. non minor, ergo maior. ſed

Not. dictũ Boet. quia Græcis hau ſit. nã optime dixit, & colligit ex dictis Phi. in 2. Prior. in multis locis.

D maior eſt ſophiſma, ergo eſt falſum. Solutio. prima eſt ſimpliciter falſa, & probatio peccat ſecundum conſequens, ab inſufficienti enumeratione ſingularium, quia cum illis, quas aſſumit, debet aſſumere has a parte ſubiecti, Socrates eſt omnis homo Plato eſt omnis homo. Et etiam iſtas a parte prædicati, omnis homo eſt Socrates. omnis homo non, eſt Plato, & ſic de aliis, quas dimittit, & ſic peccat ſecundum conſequens, ab inſufficienti

enumeratione ſingularium. Ad aliud dicitur, quòd ibi idem non prædicatur de ſeipſo, ſed prædicatur omnis homo de homine ſumpto pro qualibet parte. A

Secundi ſophiſmatis, ſolutio.

Poſtquam Auctor determinauit de hoc ſigno omnis oſtendendo qualiter diſtribuat, hic conſequenter ad maiorem notitiam eorum quæ dicta ſunt mouet tria ſophiſmata, quorum primum eſt omnis homo eſt, & quodlibet differens ab eo non homo quod quidem ſophiſma probat, & improbat, quod clare patet in textu cum ſolutione eiuſdem.

Pro ſecundo ſophiſmate ſciendum, quod ſecundum ſophiſma eſt, oîs homo, & alius homo ſunt. quod quidem ſophiſma probatur ſic, Socrates & alius homo ſunt, Plato, & alius homo ſunt, & ſic de aliis, ergo omnis homo, & alius hõ ſunt. Improbatur autem ſic, alius ſupponit pro diuerſo ab omni homine, ſed non eſt aliquis homo diuerſus ab omni homine, ergo ſophiſma eſt falſum, quod conceditur. Et ad probationem reſpondet Auctor in textu, quod peccat ſecundum fallaciam figuræ dictionis arguendo a pluribus determinatis ad unam determinatã reſpectu huius termini alius, unde, ſi iſte terminus alius pro eodem in numero acciperetur in ſingulis partibus antecedentis, tunc una pars antecedentis eſſet falſa, ut ſi acciperetur pro Socrate, tunc quando inductio ueniret ad Socratem dicendo, Socrates, & alius homo ſunt, illa pars eſſet falſa, quia denotaret quòd Socra. eſſet alius a ſeipſo. Aliter ſoluit Auctor dicens quod ibi eſt fallacia accidentis quia licet Socra. & Plato, & ſic de aliis poſſunt inferre hoc totum in quantitate, omnis hõ ſecundum ſe, non tamen ut ſtat ſub hoc adiuncto, & alius homo ſunt, immo omnis homo hic accidit Socrati, & Platoni, & ſic de aliis ſecundum quòd accipiuntur cum hoc adiuncto, & alius homo ſunt, Ratione cuius Auctor ponit unam regulam in textu de fallacia accidentis, quæ ſatis clara eſt. F

Tertiũ ſophiſma.

Secundo ſciendũ, quòd conſequenter Auctor mouet tertium ſophiſma, & eſt iſtud, omnis homo eſt omnis homo, quod probat inductiue primo, & ſecundo improbat. Probatur ſic, quia ibi prædicatur idem de ſeipſo, ergo ſophiſma eſt uerum. Improbatur ſic, ſua contradictoria eſt uera. ſcilicet hæc, quidam homo nõ eſt omnis homo, igitur ipſum eſt falſum. Item bene ſequitur, omnis homo eſt omnis homo, Socrates eſt homo, ergo Socrates eſt omnis homo. concluſio eſt falſa, ergo aliqua præmiſſarum non minor, ergo maior, quæ eſt ſophiſma. Solutio. ſophiſma eſt ſimpliciter falſum, ut oſtendunt rationes improbantes. Ad primã probationem dicitur, quod peccat ſecundum fallaciam conſequentis ab inſufficienti inductione, quia debet fieri inductio a parte prædicati dicendo. Socrates eſt omnis homo, Plato eſt omnis homo, & ſic de aliis. Ad aliam negatur antecedens, quia ibi non prædicatur idem de ſeipſo, ſed prædicatur omnis homo, de homine ſumpto pro quolibet ſuorum ſuppoſitorum. G

Q̃ũo ſe habeat hoc ſignũ oĩs, a parte prædicati.

Tertio ſciendum, quod hoc ſignum omnis, adiunctum prædicato propoſitionis, quandoque reddit propoſitionem falſam, & quandoque non. ſi enim prædicatũ ſit terminus communis habens actu plura ſuppoſita, quorum numerus ſit indeterminatus, ſiue ſit numeri ſingularis ſiue pluralis ſemper propoſitio eſt falſa, ſed, ſi prædicatum habeat plura ſuppoſita, quorum numerus eſt determinatus, propoſitio poteſt eſſe uera, ſi ſumatur in plurali numero, ut demonſtratis duodecim apoſtolis uere dicitur, iſti ſunt omnes apoſtoli. Sed, ſi prædicatum habeat unicum ſuppoſitum actu, & ſumatur in ſingulari numero, propoſitio eſt uera, ut iſte Sol eſt omnis Sol, ſi autem ſumatur in plurali numero eſt falſa, ut iſte Sol eſt omnes Soles. H

Quarto ſciendum, quòd hoc ſignum omnis, diuerſimode ſe habet quando additur prædicato

A prædicato,& ſubiecto. quia,quando additur prædicato eſt pars ipſius prædicati, ſed,quando additur ſubiecte,non eſt pars ſubiecti,ſed eſt diſpoſitio eius, ut cũ dicitur,omnis homo currit,homo per ſe eſt ibi ſubiectum,ſed cum dicitur, omnis homo eſt omnis homo,hoc totum,omnis homo eſt prædicatum. Ex quo patet,ꝙ prædicatum propoſitionis affirmatiuæ,quo ad ſe totum nunquam diſtribuitur,ſed bene pars eius. ſed prædicatum propoſitionis negatiuæ bene diſtribuitur,& hoc ſit per negationem,quæ habet uirtutem diſtribuendi illud, quod ſequitur ipſam,ſiue mediate,ſiue immediate.

Contra prædicta arguitur primo ſic.Adam differt ab omni homine qui eſt & tamen non eſt non homo,ut patet per Porphyrium in Prædicabilibus dicentem,ſiue Socra. ſit ſiue non ſit,ſemper eſt homo,& animal,ergo ſophiſma eſt falſum.Secundo ſic.Socra.non eſt omnis homo,ergo differt ab omni homine,quod falſum eſt,quia ipſe eſt homo.Tertio ſic.Omnis homo,& homo pictus,ſunt.ſed B homo pictus eſt alius ab omni homine, ergo ſophiſma eſt uerum. Quarto ſic. Omnis homo non eſt ſolus,ergo omnis homo,& alius homo ſunt.Quinto ſic. Omnis homo,& omnis homo,idem ſunt,igitur unum poteſt prædicari, & ſic iſta erit uera,omnis homo eſt omnis homo. Argumen.

Ad argumenta.Ad primum dicitur,ꝙ Adam non eſt homo exiſtens, ſiue præſens,pro quo tenetur homo in ſecunda parte ſophiſmatis.Ad ſecundum,negatur conſequentia,quia negatio incluſa in hoc uerbo differt poſita in conſequente plus negat quàm negatio poſita in antecedente,& ideo debet ſic inferri, Socrates non eſt omnis homo,ergo differt ab aliquo omine.& ad hoc quod poſſet inferri Socra.differt ab omni homine,deberet,ſic aſſumi Socra.eſt nullus homo,quod eſt falſum. Ad tertium,negatur conſequentia, quia hoc relatiuum alius debet inferre ſuum antecedens uniuoce pro homine uiuo,& homine picto. Ad quartum dicitur,ꝙ ſolus poteſt excludere ab homine ſimpliciter, & ſic conſe C quens eſt falſum, uel poteſt excludere ab omni homine determinate ſigillatim ſumpto,& ſic eſt uerum,& hoc modo non ualet conſequentia. Ad quintum dicitur,ꝙ,ſi omnis homo,& omnis homo capiantur materialiter,ſic ſunt eadem, & hoc modo ſophiſma eſſet uerum, ſed,ſi capiantur ſignificatiuæ non ſunt eadem,ut patuit in quarto notabili. Solutio.

De hoc ſigno Nullus.

SEquitur de hoc ſigno nullus, quod ſignificat quoniam uniuerſaliter negatiue, unde ſignificat idem,ſicut hoc ſignum omnis,cum negatione poſtpoſita, & ideo omnis non & nullus æquipollent. De hoc ſigno nullus datur talis regula. Quotieſcunque hoc ſignum nullus immediate adiungitur termino communi confundit ipſum mobi- Nota regulam.
D liter, ꝗ diſtributiue. & ſimiliter terminum communem ſibi adiunctum mediate, ut nullus homo eſt aſinus. unde poteſt fieri deſcenſus ſubiecto, ſic ergo Socrates non eſt aſinus,nec Plato,& ſic de aliis. & etiam ſub prædicato. Circa prędicta quæritur de hoc ſophiſmate. nullus homo eſt omnis homo.Probatur ſic. Socra.non eſt omnis homo. Plato non eſt omnis homo,& ſic de aliis,ergo prima eſt uera,uel ſic,ſua contradictoria eſt falſa.ſ.iſta quidam homo eſt omnis homo, ergo eſt uera.Contra.ibi prædicatur oppoſitum de oppoſito,ergo eſt falſa. Solutio. prima eſt uera. & ad improbationem reſpondetur per

interemptionem, quia ibi non prædicatur oppoſitum de oppoſito, ſed remouetur omnis homo, ab homine ſumpto pro quolibet ſuppoſito, & hoc eſt uerum. E

Poſtquam Auctor determinauit de hoc ſigno omnis, quod ſignificat quoniã uniuerſaliter affirmatiue, hic conſequenter determinat de hoc ſigno nullus, quod ſignificat, quoniam uniuerſaliter negatiue, unde ſignificat idem cum hoc ſigno omnis cum negatione poſtpoſita, ideo omnis non, & nullus æquipollent. vnde nullus componitur ex non, & nullus, ideo ſicut non, & nullus æquipollet omnis non, ita ſimiliter nullus, unde nullus conuenit cum hoc ſigno omnis, eo ꝙ eſt ſignum diſtributiuum plurium partium ſubiectiuarum.

Virtus huius termini, nullus. Primo ſciendum, ꝙ quamuis hoc ſignum nullus in ſe ſit unum, & unicam in ſe habeat uirtutem diſtribuendi, tamen reſpectu eorum quæ ſuſceptiua ſunt ſuæ diſtributionis, uirtus eius eſt duplex, ut patet in regula quam de ipſo ponit Auctor in textu. ſ. quotieſcunque hoc ſignum nullus, immediate adiungitur termino communi ipſum mobiliter confundit, & diſtributiue, & ſimiliter terminum cui mediate adiungitur, & ideo tam ſubiectum q̃ prædicatum propoſitionis uniuerſalis negatiuæ diſtribuitur, dumtñ fuerit terminus cõis, ut patet dicendo, nullus homo eſt aſinus. ibi enim tam homo quam aſinus diſtribuitur, quia ſub utroque poteſt fieri deſcenſus, & cauſa huius regulæ eſt, quia hoc ſignum nullus ſignificat quoniam uniuerſaliter, ideo diſtribuit terminum cui immediate adiungitur quia ſignificat ẽt negatiue, ideo poteſt diſtribuere terminum cui immediate adiungitur. Ex iſto patet, quare uniuerſalis negatiua poteſt conuerti ſimpliciter. F

Sophiſma. Secundo ſciendum eſt, ꝙ circa hoc ſignum nullus Auctor mouet tale ſophiſma. ſ. nullus homo eſt omnis homo, quod probatur ſic. Socra. non eſt omnis homo, Plato non eſt omnis homo, & ſic de aliis, ergo nullus homo eſt omnis homo. Item ſua contradictoria eſt falſa. ſ. hæc, aliquis homo eſt omnis homo, ergo ſophiſma eſt uerum. Improbatur autem ſic, ibi prædicatur oppoſitum de oppoſito. ergo ſophiſma eſt falſum. Solutio, ſophiſma eſt uerum, & improbatio aſſumit falſum, quia ibi non prædicatur oppoſitum de oppoſito, ſed remouetur, eſſe omnem hominem a quolibet ſuppoſito hominis. G

Tertio ſciendum, ꝙ ſicut hęc eſt uera, nullus homo eſt omnis homo, ita & hęc, nullus homo eſt nullus homo. ibi enim remouetur eſſe nullum hominem, ab homine pro quolibet ſuppoſito ſuo. vnde iſta, nullus homo eſt nullus homo æquipollet huic, omnis homo eſt aliquis homo per quartam regulam æquipollentiarum, nec debet ſumi aliquis pro aliquo determinato ſuppoſito hominis, cum dicitur, omnis homo eſt aliquis homo, ſed debet ſumi uage, & indeterminate, iſta autem, nullus homo eſt omnis homo, æquipollet iſtis, omnis homo eſt non omnis homo, ideſt omnis homo eſt aliquis homo non quæ ſtat in ueritate cum iſta, omnis homo eſt aliquis homo. H

Hoc ſignũ nullus diſtributiuũ ac reſtrictiuum eſt. Quarto ſciendum eſt, ꝙ hoc ſignum nullus q̃uis eſt ſimul diſtributiuum, & reſtrictiuum, ut cum dicitur, nullus hõ eſt mulier, ſed hoc eſt rõne diuerſorum. eſt enim diſtributiuum rõne ſui ſignificati, quia ſignificat, quoniam uniuerſaliter, ſed eſt reſtrictiuum rõne ſui modi ſignificandi, qui eſt genus, unde hoc ſignũ nullus, non põt ſumi collectiue, ſicut hoc ſignũ oĩs, & hoc eſt rõne negationis quam includit, rõne cuius ſemper habet diſtribuere, & diuidere, & nunquam colligere.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Cum dicitur, homo eſt nullus aſinus. ibi homo, non diſtribuitur, & tñ ſibi adiungitur mediate hoc ſignum nullus, ergo contra primam regulam textus. Secundo ſic. Bene ſequitur, nullus homo eſt omnis hõ, ergo nullus homo eſt Socr. ſed conſequens eſt falſum, ergo añcedens.

Tertio

A Tertio ſic. Illa propoſitio eſt falſa, cuius prædicatum de nullo uerificatur de quo ſubiectum uerificatur, ſed ſic eſt de iſta, nullus homo eſt omnis hõ, quia nullus uerificatur de aſino, & equo, & ſic de alijs, & tamen de nullo illorum uerificatur omnis homo, ergo ſophiſma eſt falſum. Quarto ſic. Nullus homo, & omnis homo contrariantur, ſed nullus homo uerificatur de nullo homine, ergo omnis homo non uerificatur de nullo homine, alia contraria uerificarentur de eodem, ergo ſophiſma eſt falſum. Quinto ſic. Bene ſequitur, nullus homo eſt nullus homo, ergo nullus homo eſt non Socra. ſed conſequens eſt falſum, quia Plato eſt non Socr. ergo eſt falſa iſta, nullus homo eſt nullus homo.

Ad argumenta. Ad primũ iſtorũ dicitur, ꝙ in illa propõne illud ſignũ nullus, non adiungitur illi termino homo nec mediate, nec immediate, quia ſignum ſolum dr̃ adiungi illi quod ſequitur ipſum, & ſolum in illud põt agere. Ad ſecundum negatur aſſumptum, ibi. n. non bene arguitur, quia nõ bene ſequitur, nullus **Solutio.**

B hõ eſt omnis hõ, ergo nullus hõ eſt Socra. quia nõ debet ſic ſubſumi ſub illo prædicato omnis homo deſcendendo, nullus hõ eſt omnis hõ, ergo nullus hõ eſt Socra. nullus hõ eſt Plato, & ſic de alijs, ſed debet ſic ſubſumi, nullus hõ eſt oĩs hõ, ergo nullus hõ eſt res, quæ ſit oĩs hõ. Ad tertiũ dicitur, ꝙ ſi nullus hõ accipiatur materialiter ſiue pro toto in quantitate, nullus homo ſiue accipiatur poſitiue, ita quod uirtute intellectus accipitur pro aliqua re quæ eſt nullus homo, ut pro aſino uel pro lapide, ſic ſophiſma bene eſſet falſum, ſed, ſi accipiat̃ ſignificatiue, ita quod homo ſit ſubiectum, & non hoc totum, nullus homo, ſic eſt uerum.

Ad quartũ dicitur, ꝙ contraria bene uerificantur de eodem negatiue, ut de eodem, puta de rubeo uere dicitur ꝙ nec eſt album nec nigrum, & ita, cum dicitur, nullus homo eſt oĩs, homo ibi remouetur eſſe nullũ hominẽ ab omni hoĩe, & cũ dicitur, nullus homo eſt nullus homo, ibi remouetur eſſe nullum hominem ab omni homine, & ita omnis homo, & nullus homo negantur de eodem homine.

C Ad quintum negatur aſſumptũ, ꝙ ibi arguit̃ a diſtributione inferius ad diſtributionẽ ſuperius, quia arguitur ac ſi ſic diceretur, oĩs hõ eſt non nullus hõ, ergo oĩs homo eſt non Socr. non Socra. n. in plus ſe habet quã nullus hõ. Vnde datur talis regula. Quotieſcunq; in aliqua propõne ponitur uniuerſaliter ſumptũ negatiue nõ debet fieri ſumptio ſub illo prædicato rõne diſtributionis ſibi cõuenictis ꝑ ſignũ uniuerſale, ſed rõne diſtributionis ſibi cõuenientis rõne negationis, & iõ debet ſic argui, nullus hõ eſt nullus homo, ergo nullus hõ eſt res quæ ſit nullus homo, puta lapis, & non ſic, ergo nullus homo eſt non Soc. uel Pla. ſimiliter hic, nullus homo eſt omnis homo, ergo nullus homo eſt res quæ ſit omnis homo. Et notandum eſt, quòd iſta, nullus homo eſt omnis homo, debet ſic conuerti, ergo nihil exiſtens omnis homo, eſt aliquis homo. Et iſta nullus homo eſt nullus homo, debet ſic conuerti, ergo nihil exiſtens nullus homo eſt aliquis homo. **Aduerte ad pulcherrimam regulam.**

D

De hoc ſigno Nihil.

SEquitur de hoc ſigno nihil, quod ſignificat idẽ quod nullus, ſed includit in ſe terminũ recipiẽtem in ſuã diſtributionem, quia nihil eſt ſignum uniuerſale cum negatione, & res eſt terminus recipiens eius diſtributionem. Circa prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. Nihil uidens eſt aliquid uidens. Probatur ſic. Non rem hanc uidens eſt aliquid uidens, quia non uidens Socratem eſt uidens Platonem, non illam rem uidens eſt aliquid uidens, & ſic de aliis, ergo nihil uidens eſt aliquid uidens, ergo prima eſt uera. Contra. ibi prædicatur oppoſi- **De hoc uide per Paulũ Vene. in Logica magna.**

tum de oppoſito, ergo locutio eſt falſa. Quidā diſtinguunt nihil uidēs A
eſt aliquid uidens, eo, ꝙ hæc dictio nihil, pōt eſſe accuſatiui caſus, & eſt
ſenſus, nullam rem uidens eſt aliquid uidens, uel poteſt eſſe nominati-
ui caſus, & eſt ſenſus, nulla res uidens eſt aliquid uidens, & ſecundum
hoc ponunt amphibologiam ex parte caſus, ſed hoc non ſoluit, quia
in utroq; ſenſu eſt falſa. Sed alii diſtinguunt hanc iterum nihil uidens,
eo ꝙ negatio in hoc termino nihil, pōt negare participium primo poſi
tum, & eſt ſenſus, nullam rem uidens eſt aliquid uidens, & ſic eſt diui-
ſa, uel poteſt negare hoc uerbum eſt tunc eſt ſenſus, quālibet rem ui-
dens non eſt aliquid uidens, & ſic eſt compoſita. ſed hoc non ſoluit,
quia in utroq; ſenſu eſt falſa, cum oppoſita ponantur circa idē. Solu-
tio. dicendum eſt, ꝙ prima eſt ſimpliciter falſa, & probatio peccat pe- F
nes fallaciam figuræ dictionis a pluribus determinatis ad unam deter-
minatam huius termini uidens, quia in præmiſſis habet ſuppoſitionē
determinatam, & in concluſione ſimiliter. Vel peccat ſecundum falla
ciam accidentis, quia quamuis uidere cōmunicatur omnibus ſecundũ
ſe, non tamen ſecundum, ꝙ uniuntur in hoc toto, nihil uidens, unde
totum accidit parti, & eſſe uidens aliquid aſsignatur ineſſe utrique.
Sciendum eſt, quòd omnes præmiſſæ ſunt duplices, quia negatio po-
teſt determinare uerbum, uel participium, ut dictum eſt prius. vnde
Antiqui poſuerunt præmiſſas eſſe duplices propter talem regulā quam
dabant. Quotieſcunque negatio, & diſtributio includuntur in uno ter- G
mino ad quodcunque refertur unum, & reliquum. vnde, cum diſtri-
butio poſita in obliquo non poſsit in prædicta oratione attingere uer-
bum, ita neque negatio. Item, idem eſt iudicium de iſtis ſophiſmatis,
nullum caput habens eſt aliquod caput habens, a nullo homine diffe-
rens eſt ab aliquo homine differens, &c.

Poſtquam Auctor determinauit de hoc ſigno, nullus, hic conſequenter determinauit de hoc ſigno, nihil. Cuius ordinis ratio eſt, quia hoc ſignum nihil, ultra hoc ſignum nullus includit terminum recipientem eius diſtributionem. ideo hoc ſignum nullus, implicitus eſt quàm hoc ſignum nihil, ratione cuius prius eſt determinatum de ipſo.

Huius ſigni nihil, natura, & eius ab aliis diſcrimen.

Vide ad hoc pau. pergu. in ſummulis.

Primo ſcíēdum eſt, quòd hoc ſignum nihil, eſt ſignum diſtributiuum ſubiecti, H
& in hoc conuenit cum iſtis ſignis omnis, & nullus. Sed differt primo ab hoc ſigno omnis, quia omnis ſignificat quoniam uniuerſaliter affirmatiue, nihil autem ſignificat quoniam uniuerſaliter negatiue. differt etiam ab hoc ſigno nullus, quia includit terminum receptiuum ſuæ diſtributionis, unde nihil, ideſt nulla res, & ibi res eſt terminus recipiens diſtributionem importatam per hoc ſignum nihil. Ex iſtis patet, quod ſicut hoc ſignum nullus diſtribuit terminum ſequentem ipſum tam mediate, quam immediate, ita ſimiliter hoc ſignum nihil, diſtribuit enim terminum in ipſo incluſum, qui ſe habet ut terminus immediate ſequens, diſtribuit etiam terminum poſitum a parte prędicati, qui ſe habet, ut terminus mediate ſequens ipſum.

A Secundo ſciendum eſt, ꝙ ad maiorem notificationem huius ſigni nihil, Auctor mouet unum ſophiſma in textu. Et eſt iſtud, nihil uidens eſt aliquid uidens cuius probatio, & improbatio ſatis patent in textu. & ſubiungit conſequenter, quandam ſolutionem antiquorum, qui dicebant ibi eſſe amphibologiam ex diuerſitate caſus, ſecundum ꝙ nihil poteſt eſſe nominatiui caſus, uel accuſatiui caſus. Sed Petrus Hiſpanus improbat dictam ſolutionem, quia in utroque ſenſu ſophiſma eſt falſum. Ideo ad ſoluendum ipſum debet ſimpliciter negari. poteſt tamen diſtingui, nec aliquis uideatur ſuam multiplicitatem ignorare, & etiam ut melius uideatur qualiter in utroque ſenſu ſit falſum. Modus ſoluendi ſophiſma, uerus, & apparens.

Tertio ſciendum eſt, ꝙ antiqui aliter diſtinguunt dictum ſophiſma, & dicunt ꝙ ibi poteſt eſſe compoſitio, ſecundum ꝙ negatio incluſa in hoc ſigno nihil, poteſt feri ad copulam, & ſic eſt compoſita, uel ad illud participium uidens, & ſic eſt diuiſa. Vnde ſi iſtud ſignum nihil, ſit accuſatiui caſus, dicta ſolutio eſt ſimpliciter reprobanda, quia ut patet per regulam poſitam in textu, negatio incluſa in hoc ſigno nihil, dum eſt accuſatiui caſus, non pōt fieri ad copulam cum diſtributio in ipſo incluſa non diſtribuat prædicatum. ſed quando nihil eſt nominatiui caſus, tunc ex quo diſtributum pōt ferri ad prædicatum, ita etiam negatio incluſa in hoc ſigno nihil, pōt ferri ad copulam, & ita ſecundum hoc uidetur ꝙ ipſum ſophiſma poſſet diſtingui, ſed tamen, ut dictum eſt de ſolutione præcedenti, iſta diſtinctio non ſoluit ſophiſma, quia in utroque ſenſu ipſum eſt falſum. Aliter ex antiquis ſophiſma ſoluendi modus.

B

Quarto ſciendum eſt, ꝙ conſequenter Auctor ſoluit dictum ſophiſma ſecundum eius propriam opinionem dicens, ꝙ prædictum ſophiſma eſt ſimpliciter falſum. Et ad probationem reſpondet ꝙ peccat ſecundum fallaciam figuræ dictionis, arguendo a pluribus determinatis ad unam determinatam reſpectu huius termini uidens. Tamen pro iſta ſolutione oportet ſupponere ꝙ iſtud ſignum nihil, poſitum in conſequente, ſit accuſatiui caſus, & ꝙ non poſſit diſtribuere iſtum terminum uidens, ſi enim nihil eſſet nominatiui caſus, & diſtribueret iſtum terminum uidens in conſequente, tunc non argueretur a pluribus determinatis ad unam determinatam, ſed eſſet bona inductio, & ſicut conſequens eſſet falſum, ita & antecedens, debet enim ſic inferri, iſta res non uidens eſt aliquid uidens, & iſta res non uidens eſt aliquid uidens, & ſic de alijs, ergo nihil uidens eſt aliquid uidens, modo omnes iſtæ præmiſſæ ſunt falſæ ſicut & conſequens. Aliter autem ſoluit Auctor in textu dicens, ꝙ ibi eſt falaciā accidentis, quia in præmiſsis uidere attribuitur omnibus ſuppoſitis, quod eſt nihil uidens ſecundum ſe acceptis, & non ſecundum ꝙ uniuntur in hoc toto, nihil uidens. De ſophiſ. ꝓpoſiti Auctoris ſnia.

C

Contra prædicta arguitur primo ſic. Omne ſignum diſtributiuum debet aliquid ſignificare. ſ. diſpoſitionem ſubiecti inquantum ſubiectum, ſed hoc ſignum nihil, nullam rem ſignificat, immo dicit negationem cuiuſlibet rei, ergo non eſt ſignum diſtributiuum. Secundo ſic. Nihil ſignificat quoniam uniuerſaliter, & etiā ſignificat terminum ſuſceptiuum diſtributionis eius, ergo eſt æquiuocum, & per conſequens ſophiſma debet diſtingui. Tertio ſic. Nihil ut iam dictum eſt ſignificat terminum recipientem diſtributionem eius, ergo cum hic ſolum determinetur de ſignis diſtributiuis, hic non eſt determinandum de ipſo. Argumen.

D

Quarto cōtra regulā poſitā in textu, qa diſtributio importata per ſignū negatiuū bene fert in ſubiectū propōnis, non autem negatio, ergo contra regulam, Solutiões.

Quinto diſtributio importata per hoc ſignum nihil, fertur in prædicatum materiale, negatio autem fertur ſolum ſupra copulam, & non ſupra prædicatum, ergo contra regulam.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, quòd licet hoc ſignum nihil, non ſignificat aliquam rem poſitiuam, tamē ſignificat aliquid priuatiue, & negatiue,

& hoc fundamentum eſt in affirmatione.ideo hoc ſufficit ad hoc, ꝙ ſignum ſit diſtributiuum. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet hoc ſignum nihil ſignificet illa duo, tamen ſignificat illa per modum unius, ideo non eſt æquiuocum. Ad tertium dicitur, ꝙ hic principaliter determinatur de hoc ſigno nihil prout diſtributiuum eſt, & incidentaliter ſolum oſtenditur, ꝙ importat terminum recipientem eius diſtributionem. Ad quartum dicitur, ꝙ in ſigno uniuerſali negatiuo duplex eſt uirtus diſtribuendi. quædam eſt, quæ conuenit ipſi ſigno per ſe, & inquantum ſignificat quoniam uniuerſaliter, & iſta bene fertur in ſubiectum, alia eſt uirtus diſtribuendi, quæ conuenit ipſi ſigno ex conſequenti ratione negationis quam includit, & de illa uirtute intelligitur regula. Ad quintum dicitur, ꝙ licet negatio prius, & per ſe ſolum feratur in copulam, tamen ex conſequenti bene fertur in prædicatum materiale ipſum diſtribuendo. E

De ſignis diſtributiuis duorum, ut Vter, & Neuter. F

SEquitur de ſignis diſtributiuis duorum, & talia ſunt neuter, & uterq;, & differunt a prædictis, quia omnis, nullus, & ſimilia diſtribuunt pro omnibus indiuiduis termini communis, ſed uterque, & neuter diſtribuunt ſolum pro duobus per demonſtrationẽ, ut uterque iſtorum, neuter iſtorũ. Circa prædicta quæritur de hoc ſophiſma. Ab utroq; iſtorum enunciatum eſt uerum, poſito ꝙ Socratem dicat Deum eſſe, Plato uero dicat hominem eſſe animal, & albo dicant ſimul hominem eſſe aſinum, & illi duo demonſtrentur per hoc pro nomen iſtorum. Probatio. a Socrate enunciatum eſt uerum, a Plato enũciatum eſt uerum, ergo ab utroque iſtorum enunciatum eſt uerum. G
Contra, ab utroq; enunciatum eſt uerum, ſed nihil enunciatum eſt ab utroque iſtorum niſi hominem eſſe aſinum, ergo hominem eſſe aſinũ eſt uerum, quod eſt falſum. Solutio. prima eſt uera & probatio peccat ſecundum fallaciam accidentis, ſicut habetur ab Ariſtotele hæc propoſitio ponitur eſſe uera. Omnium contrariorum eadem eſt diſciplina, & tamen nulla particularis diſciplina eſt oĩum contrariorum, ſed diſciplina cõiter ſumpta, unde hic eſt fallacia accidentis omnium contrariorum eadem eſt diſciplina, ſed nulla eſt diſciplina, niſi hæc uel illa & ſic de aliis, ergo omnium contrariorum hæc eadem eſt diſciplina, uel iſta, quod eſt falſum. Similiter hic, homo eſt ſpecies, ſed nullus eſt homo niſi Socrates, uel Plato, & ſic de aliis, ergo Socrates eſt ſpecies, uel Plato, & ſic de aliis, & ſic eſt fallacia accidentis in propoſito, H
quia hęc dictio enunciatum, & hæc dictio uerum tenentur pro ipſo in cõi, & ſic ab utroque iſtorum enunciatum eſt uerum. unde enunciatũ non tenetur pro particulari enunciato ab utroque. unde particulare enunciatum ab utroque accidit enunciatio in communi, ſicut particulare inferius accidit ſuo ſuperiori, & uerum aſsignatur utrique ineſſe, & appellatur ſuperius hic, omne quod eſt maius, ſiue ſit eſſentiale ſiue accidentale. Quidam tamen dicunt, ꝙ prima eſt ſimpliciter

falſa,

A ſalſa, & dicunt ꝙ enunciatum accipitur pro particulari enunciato ab utroque, & ſimiliter uerum pro particulari. Et probatio peccat ſecundum fallaciam figuræ dictionis, a pluribus determinatis ad unā determinatam huius termini enunciatum, & huius termini uerum, ſed prima ſolutio melior eſt & ſubtilior.

Sequitur de hoc ſigno neuter, quod ſignificat idem quod uterq; cum negatione ſibi præpoſita. unde ſicut nullus de ſe habet diſtributionem & negationem, ſimiliter & neuter, ſed neuter eſt diſtributiuū duorum tantum. Item quæritur de hoc ſophiſmate neutrum oculum habendo tu potes uidere. probatio. dextrum oculum non habendo tu potes uidere, ſiniſtrum oculum non habendo tu potes uidere, ergo. B prima eſt uera. Contra. neutrum oculum habendo tu potes uidere, ergo ſi neutrum oculum habes uel dum neutrum oculū habes tu potes uidere, quod falſum eſt. Conſequentia patet, quia gerundia terminata in do, habent reſolui per dum, uel per ſi, uel ꝑ quia, ſed utroq; modo eſt falſa, ergo prima eſt falſa. Solutio. prima eſt falſa. & probatio peccat ſecundum fallaciam accidentis, quia poſſe uidere conuenit partibus ſecundum ſe, ſcilicet prout ſunt diuiſæ, ſed non conuenit eis prout ſunt unitæ in ſuo toto, unde hoc patet primam regulam, cū ad partes ſequatur totum, ut poteſtas uidendi conuenit partibus, & non toti, ideo, ſi partes inferantur de toto, ibi eſt fallacia accidentis.

Vide ad hoc bea. Tho. in Elench. ſuis Pau. pgu. in dubijs Pau. vene. in Logica magna & alios.

C Poſtquam Auctor determinauit de ſignis diſtributiuis plurium, hic conſequēter determinat de ſignis diſtributiuis duorum. Cuius ordinis ratio eſt, qu ia diſtributio dicitur quaſi unius in plura diuiſim facta partitio. & ſic quanto aliquid ad plura diſtribuit tanto perfectiori modo ſibi conuenit natura diſtributionis & ideo prius determinatur de ſignis diſtributiuis plurium quam de ſignis diſtributiuis duorum.

Primo ſciendum eſt, quòd ſicut ſe habent, omnis, & nullus, ita eodem modo ſe habent uter & neuter. ſicut. n. nullus includit omnis cum negatione poſtpoſita, & ualet tantum ſicut omnis non, ita neuter ualet tantum ſicut uter non, negatione poſtpoſita. unde neuter eſt idem quod, uterque non. differunt autem ab eis, quia omnis & nullus ſunt diſtributiua plurium, uterque autem & neuter ſolum diſtribuunt pro duobus per demonſtrationem oſtenſis, unde neuter, etiam conuenit cum hoc ſigno nihil, quia ſic nihil diſtribuit terminum ipſum ſequentem tam mediate quam immediate, ſimiliter & neuter.

Quā uim ſignificandi habeat uter & neuter.

D Secundo ſciendum, ꝙ circa hoc ſignum uterq;, Auctor mouet tale ſophiſma, uidelicet ſuppoſito ꝙ Socrates dicat Deum eſſe, & Plato dicat hominē eſſe animal, & ambo ſimul dicant hominem eſſe aſinum, quæritur de uirtute huius ſophiſmatis, ab utroque iſtorum enunciatum eſt uerum. cuius probatio & improbatio ſatis patet in textu. Conſequenter Auctor ſoluit dictum ſophiſma dicens, ꝙ ipſum eſt uerum, & improbatio peccat ſecundum fallaciam accidentis, ſicut hic hō eſt ſpecies, ſed non eſt aliquis homo niſi Socrates, aut Plato, & ſic de alijs, ergo Socrates uel Plato eſt ſpecies. ibi eſſe ſpecies uere conuenit homini, & per hoc inferē de Socrate cui non conuenit. Similiter cū dicit in improbatione huius ſophiſmatis, ab utroq; iſtorū enuntiatū eſt uerum, ſed nihil eſt enunciatum ab utroque

Sophiſ. ad materiam Auctoris determinatio.

utroq; iſtorum, niſi hominem eſſe aſinum : ergo hominem eſſe aſinum eſt uerũ, E ibi eſt fallacia accidentis,quia eſſe uerum in ſophiſmate attribuitur enunciatio in communi,cui uere conuenit , & per hoc infertur de hoc particulari enunciato.hominem eſſe aſinum,cui non conuenit . Tertio ſciendum eſt, quòd conſequenter Auctor ponit unam aliam ſolutionem antiquorum dicentium , ꝙ ſophiſma eſt ſimpliciter falſum , & ꝙ probatio peccat ſecundum fallaciam figuræ dictionis,arguendo a pluribus determinatis ad unam determinatam ratione huius termini utrum,& ratione huius termini enunciatum . Sed ut dicit Auctor in textu prima ſolutio eſt melior, & ſubtilior, ideo dicendum eſt , ꝙ enunciatum in præmiſsis habet ſuppoſitionem determinatam,ſed in concluſione ſupponit ſimpliciter non tamen ſic quòd nullo modo ſtet pro inferioribus , ſed quando non ſtat pro inferiori determinato,ratione cuius poſſet reddi locutio uera . Quarto ſciendum,ꝙ circa hoc ſignum neuter Auctor mouet tale ſophiſma.ſ. neutrum oculum habendo tu potes uidere.Cuius probatio & improbatio ſatis patent in F textu.Deinde ſoluit ipſum dicens , ꝙ ſimpliciter eſt falſum & ad probationem, dicit ꝙ peccat ſecundum accidens.uidere enim conuenit partibus.ſ.oculo dextro , & ſiniſtro per ſe acceptis , ideo non habendo ſiniſtrum adhuc potes uidere per dextrum oculum , & econtra , & propter hoc infertur de ipſis , ſecundum ꝙ ſtant ſub hoc toto neutrum oculum habendo, & tamen ipſis,ut ſic non conuenit. ideo ibi eſt fallacia accidentis.deberet enim argui ſic , nec dextrum oculum habendo, nec ſiniſtrum oculum habendo tu potes uidere , ergo neutrum oculum habendo tu potes uidere, & ſic antecedens eſſet falſum ſicut conſequens.

De antiquorũ ſolutione nõ uera, & illius ad ueram cõparatio.

Alterius ſophiſma.explicatio.

Argumen.

Contra prædicta arguitur primo ſic . Non ponuntur aliqua ſigna diſtributiua trium aut quatuor , ergo non debent poni ſigna diſtributiua,duorum . Secundo ſic. Signum uniuerſale uariatur ſecundum uariationem termini , cui adiungitur,ut dictum eſt prius de hoc ſigno omnis , ergo, quando uter & neuter ponuntur cum terminis habentibus plura ſuppoſita quàm duo, diſtribuent pro G pluribus . Tertio ſic. Neuter eſſet ſignum uniuerſale,iſtæ eſſent contradictoriæ, neuter homo currit,& alter homo currit,& tamen poſſunt ſimul eſſe ueræ, ergo contradictoriæ eſſent ſimul ueræ , quod eſt falſum , ergo neuter non eſt ſignum uniuerſale diſtributiuum . Quarto ſic . Si iſte terminus enunciatum in præmiſſis probationibus primi ſophiſmatis ſupponeret determinate, & in concluſione ſimpliciter,ſicut dictum eſt, ſequeretur ꝙ probatio peccaret ſecundum fallaciam figuræ dictionis, arguendo a perſonali ſuppoſitione ad ſimplicem , & ſic probatio eſſet nulla . Quinto ſic . Contra ſecundum ſophiſma , quia in probatione eius arguitur a partibus in quantitate ad ſuum totum,ergo eſt bonus locus dialecticus . & ſic probatio non peccat ſecundum fallaciam accidentis.

Solutiões .

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur,quòd negatur cõſequentia, quia iſta ſigna,omnis,& nullus ſufficienter diſtribuunt pro tribus & quatuor,ſed non proprie pro duobus,quia de duobus non dicimus omnis. ideo conuenienter po- H nuntur aliqua ſigna diſtributiua duorum . Ad ſecundum dicitur , quod non eſt ſimile de iſtis duobus ſignis, & aliis,quia alia ſigna diſtributiua ſunt impoſita,ſic quòd poſſent diſtribuere terminum adæquate pro omnibus ſuis ſuppoſitis , ſed iſta duo ſigna uter & neuter ſunt impoſita,ut diſtribuerent ſolummodo pro duobus per demonſtrationem oſtenſis. Ad tertium dicitur, ꝙ ſi capiatur alter indefinite ſic quòd poſsit ſupponere pro aliis ab his quæ diſtribuuntur per neuter, ſic dictæ propoſitiones non eſſent contradictoriæ,ſed ſi capiatur alter , ut dicit participationem ſeu partem huius quod diſtribuitur per neuter , ſic dictæ propoſitiones ſunt contradictoriæ,nec ut ſic poſſent ſimul eſſe ueræ. Ad quartũ dicitur, ꝙ duplex eſt ſuppoſitio ſimplex,quædam eſt termini cui repugnat ſtare pro ſuppoſitis.

Nota de alter qũo du pliciter capi poſsit.

A poſitis. & ſic arguendo a ſuppoſitione perſonali ad ſuppoſitionem ſimplicem, hoc modo accepta, non bene arguitur. alia eſt ſuppoſitio ſimplex, quæ conuenit termino cui non repugnat ſtare pro ſuppoſitis ſed ſtat pro ſuppoſitis indefinitis, & arguendo a ſuppoſitione perſonali ad ſimplicem hoc modo accepta non eſt fallacia figuræ dictionis. Ad quintum dicitur, ꝙ in dicta probatione arguitur a partibus in quantitate ad ſuum totum reſpectu prædicatorum ponentium differentiam inter totum & partes, & ideo non bene arguitur, ſed probatio peccat ſecundum accidens.

De ea, quam in diſtribuendo uim negationis ſortiantur, obijcitur, ac ſoluitur.

HAbito de ſignis diſtributiuis partium ſubiectiuarum, conſequen- B ter quæritur, utrum negatio habeat uim diſtributionis ſiue confundendi, & uidetur, ꝙ ſic, quia Ariſtotel. in primo Peri hermenias dicit, ꝙ illæ contradicunt, homo eſt iuſtus, non homo eſt iuſtus, ergo altera eſt uniuerſalis, cum ſubiiciatur terminus communis, ſed non niſi hæc, non homo eſt iuſtus, ergo illa terminus homo diſtribuitur, ſed non eſt ibi aliquid a quod diſtribatur niſi negatio, ergo diſtribuitur a negatione. Contra ſi negatio habeat uim confundendi, ergo ſicut iſte eſt incongrua, omnis Socrates currit, ſimiliter hæc, non Socrates currit, quod eſt falſum, quia quanuis ſignum diſtributiuum non poſsit addi termino ſingulari, tamen negatio bene poteſt addi. Item ubicunque eſt diſtributio ibi eſt terminus communis ſumptus uniuer- C ſaliter, ergo oportet, ꝙ ibi ſit dictio ſignificãs, quoniam uniuerſaliter, ſed ſignum uniuerſale ſignificat quoniam uniuerſaliter tantum modo, negatio uero non, ergo negatio, non habet uim diſtribuendi, quod concedimus, dicentes, ꝙ negatio non confundit, ſed negat hoc quod poſt ſe inuenit. Vnde, cum adiungitur termino cõmuni negat ipſum, ſed ad negationem ſuperioris ſequitur negatio cuiuslibet inferioris, eò, ꝙ deſtructo ſuperiori, deſtruitur quodlibet eius inferius, ergo negatio non confundit, ſed negat qđ poſt ſe inuenit, ſiue ſit uniuerſale ſiue particulare. Solutio autem patet ad hoc quod obiicitur, quia, ꝙ hæc eſt uniuerſalis, non homo eſt iuſtus. hoc non eſt propter naturam D diſtributionis exiſtentis in negatione, ſed hoc eſt, quia negatur homo in communi, quo remoto remouetur quodlibet eius inferius. Itẽ ſolet poni quædam diſtributio aptitudinis, ut omnis homo timet in mari, ideſt aptus natus eſt timere in mari. Item ſolet poni diſtributio accõmoda, ut cœlũ tegit omnia præter ſeipſum, & Deus creauit omnia alia a ſe, ſed iſta duo genera diſtributionis nõ ſunt ita propria ſicut alia.

ca. 5 & ibi Buri. Anto. And. & alii.

Poſtquam Auctor determinauit de ſignis diſtributiuis partium ſubiectiuarũ, hic conſequẽter determinauit de negatione quærẽdo utrum negatio habeat uim diſtribuendi. Cuius ordinis ratio eſt, quia in iſto tractatu Auctor principaliter intendit determinare de ſignis diſtributiuis. & quia negatio propriæ non diſtribuit,

buit, ideo prius determinatū eſt de ſignis diſtributiuis partium ſubiectiuarum q̄ E
de negatione, quia tamen negatio per accidens diſtribuit pro partibus ſubiectiuis, ideo immediate poſt ſigna diſtributiua partiū ſubiectiuarum determinat de ipſa negatione antequam determinet de ſignis diſtributiuis partium integraliū.

Duplex negatiōis genus. Primo ſciendum eſt, ꝙ negatio poteſt capi dupliciter. Vno modo pro oratione negatiua, & iſto modo non ſumitur hic. Alio autem modo capitur pro inſtrumento negandi ſiue pro ſigno negatiuo, cuiuſmodi eſt hoc aduerbium non, & hoc modo poteſt capi dupliciter. uno modo negatiue ſiue neganter, & hoc eſt quādo additur termino per oppoſitionem ſic, ꝙ non facit unam dictionem cum illo cui additur. alio modo capitur infinitanter & per compoſitionem, ſic, ꝙ facit compoſitionem cum termino communi additur, & de negatione negante ſolum eſt hic ad propoſitum.

Virtutē diſtribuendi hābet duobus acci-- ditmodis. Secundo ſciendum, ꝙ Auctor in textu arguit ad utranque partem dictæ quæſtionis, quia quærebatur in principio continuationis, utrum negatio habeat uirtutem confundendi, ſiue diſtribuendi, ut ſatis patet in textu. Sed pro ſolutione quæſtionis eſt notandum, ꝙ aliquid poteſt habere uirtutem diſtribuendi dupliciter. uno modo primo & per ſe. alio modo per accidens, ſiue ex conſequenti. F
tunc reſpondetur ꝙ negatio non habet uirtutem diſtribuendi primo & per ſe, ut patet per duas rationes in textu, quia ſic non poſſet addi termino ſingulari. etiam, quia non ſignificat, quoniam uniuerſaliter, tamen negatio bene habet uirtutem diſtribuendi per accidens, quia primo & per ſe negat formam importatam per terminum, qui ſi ſit communis, ad eius negationem ſequitur negatio cuiuſlibet inferioris eius, & ſub tali termino poteſt fieri ſubſumptio, & diſtribuitur per accidens, ſi uero addatur termino ſingulari, quia ille ſignificat formam indiuiduatam ad cuius negationem non ſequitur negatio alicuius inferioris, ideo non diſtribuit talem terminum, & ita ſibi congrue poteſt addi.

De aptitudinali diſtributiōe. Tertio ſciendum, ꝙ Auctor in textu conſequenter ponit quandam aliam diſtributionem, quæ dicitur diſtributio aptitudinis, ut cum dicitur, omnis homo timet in mari, non eſt ſenſus, ꝙ omnis homo actu timet in mari, ſed quia omnis homo aptus natus eſt timere in mari. Et ſic diſtributio aptitudinis dicitur non ſolum, quia prædicatum aptitudinaliter conuenit ſubiecto, ſed, quia aptum natum eſt cōuenire ſuppoſitis ſubiecti ſecundum ſuam naturam. unde ſi homo eſſet in mari, ſecundum ſuam naturam natus eſt timere, & ſi non timeret eſſet contra naturam eius. G

Quæ nam accōmoda diſtribu-- tio. Quarto ſciendum, ꝙ Auctor ponit in textu quandam aliam diſtributionem quæ uocatur diſtributio accommoda. Et uocatur talis diſtributio accommoda, quia terminus non diſtribuitur pro omnibus ſuis ſuppoſitis ſeu ſimpliciter, & adæquate, ſed accommodatur, ſeu excipitur unum ſ. ipſum ſubiectum, & diſtribuit pro omnibus aliis, ut cum dicitur, cœlum tegit omnia corpora, ibi non eſt diſtributio pro omnibus rebus ſimpliciter corporalibus, ſed pro omnibus rebus corporalibus aliis a cœlo, & cœlum accommodatur ſeu excipitur ab illa diſtributione. & ſimiliter ſolet dici, ꝙ ibi eſt diſtributio accommoda, dum dicitur, ꝙ dialectica habet uiam ad principia omnium metodorum. H

Argumen. Contra prædicta arguitur primo ſic. Prius dictum eſt in textu, ꝙ hoc ſignum nullus ratione negationis quām includit, habet uirtutem diſtribuendi prædicatum, ergo negatio habet uirtutem diſtribudi. Secundo ſic. Cum dicitur, homo non eſt aſinus, ſub illo termino aſinus, poteſt fieri deſcenſus, ergo diſtribuit, & non niſi per negationem, ergo negatio habet uirtutem diſtribuēdi. Tertio ſic. Diſtributio aſt multiplicatio termini communis facta per ſignum uniuerſale, ergo negatio non diſtribuit. Quarto ſic. Vnius rei eſt unicus actus, ſed negationis

A aꝰus eſt negare, ergo non poteſt diſtribuere. Quinto ſic. Dictum eſt in textu, ꝙ hoc ſignum omnis, adæquate diſtribuit terminum pro omnibus ſuis ſuppoſitis, ergo, cum dicitur, cœlum tegit omnia, ibi nihil accommodatur ſeu excluditur. & ſic non eſt ponenda diſtributio accommoda.

Ad prima tria ſimul dicitur, ꝙ negatio non habet uirtutem diſtribuendi primo & per ſe, & hoc probat tertia ratio, ſed bene habet uirtutem diſtribuendi per accidens, ut probant duæ primæ rationes. Ad quartum dicitur, quòd unius rei eſt unicus actus proprius primo, & per ſe ſibi conueniens, ſed unius rei bene ſunt plures actus, quorũ unus eſt proprius, & alius communis. uel quorum unus per ſe ſibi conuenit, & alius per accidens, & hoc modo eſt de negatione. Negatio enim habet unicum actum primo & per ſe proprium ſibi conuenientem, qui eſt negare, ſed bene habet unum alium actum per accidens ſibi conuenientem qui eſt diſtribuere. Ad quintum dicitur, ꝙ hoc ſignum omnis de ſua natura Solutiões. Nota ſolutionẽ, quæ ad multa tibi deſeruiet.

B diſtribuit terminum communem adæquate pro omnibus ſuis ſuppoſitis, ſed tamen in aliquibus orationibus determinatis ſecundum communem hominum uſum excluditur unum ſuppoſitum a ſua diſtributione. ut patet in exemplo textus, & quia iſta genera diſtributionum non ſunt ita propria ſicut præcedentia, ideo poſterius de ipſis determinauit.

De ſignis diſtributiuis partium integralium.

SEquitur de hoc ſigno totus, quod eſt diſtributiuum partium integraliũ, ut hic, totus Socrates eſt albus eſt enim ſenſus, Socrates ſecundum quamlibet ſui partẽ eſt albus, unde ad iſtam totus Socrates eſt albus, immediate ſequitur iſta Socrates ſecundum quamlibet ſui

Proprietas termini totus quæ.

C partem eſt albus ad quàm ſequitur quælibet Socratis eſt alba. Probatio. quia in hac totus, Socrates eſt albus, Socrates ſubiicitur albedini ſecundum ſe, & partes eius non ſecundum ſe, ſed prout ſunt in ſuo toto, ſiue ſub forma totius, ergo non ſubiiciuntur albedini niſi per totum, & ſic per prius ſequitur hæc, Socrate ſecundum quamlibet partem ſui eſt albus, & poſtea illa, quælibet pars Socra. eſt alba. Item, in hac, totus Socrates eſt albus totus ſubiicitur albedini in rectitudine, partes autem in obliquitate, quia in eo quod eſt totum, partes intelligũtur in obliquis, & in eo quod eſt, pars totum ſumitur oblique, quod patet per diuiſionem eius, quod eſt totum, ut domus eſt ex pariete, tecto, & fundamento, & Socra. eſt ex partibus, ergo illud, quod eſt to-

D tum, dat intelligere partes obliquas, ergo ad hanc, totus Socra. eſt albus, immediate ſequitur hæc, Socra. ſecundum quamlibet ſui partẽ eſt albus, & immediate ſequitur iſta, quælibet pars ocra. eſt alba. Item ad idem illud, quod eſt pars, non habet eſſe niſi ab eo quod eſt totum, quia non habet perfectionẽ niſi ab eo, ergo nõ ſubiicitur alicui niſi per totũ, ergo totũ prius ſubiicitur. ergo ad hanc, totus Socra. eſt albus, immediate ſequitur, Socr. ſecundum quamlibet ſui partẽ eſt albus. & immediate, quælibet pars Socra. eſt alba. Circa prædicta quæritur de hoc ſophiſma totus Socra. eſt minor Socrate. Probatio. q̃libet pars Socra. eſt

Soluit Pie Pau. Ve. n logica magna.

eſt minor Socrate,& Socrate ſecundum quamlibet ſui partem eſt minor Socrate,ergo totus Socra.eſt minor Socrate. Contra, totus Socrates eſt minor Socrate, ergo Socrates eſt minor Socra. Solutio. prima eſt uera,ſcilicet hæc, totus Socra.eſt minor Socra.& probatio peccat ſecundum fallaciam accidentis, quia in iſta, totus Socra. eſt minor Socrate, prædicatum attribuitur partibus quibus uere conuenit, Socrati autem non uere conuenit.& ideo hæc ſimpliciter eſt falſa, Socra. eſt minor Socrate,& ideo ſi partes inferant, eſſe minorem Socrate de toto,ſiue de Socrate,erit fallacia accidentis per unam regulam ſupradictam, Vnde totus Socra.eſt res ſubiecta,& Socra. accidit ei,& eſſe minor Socrate aſsignatur utrique ineſſe. Etiam probatio peccat ſecundum quid ad ſimpliciter, quia iſta,totus Socrates eſt minor Socrate non ponit Socratem ſecundum ſe,ſed ſecundum ſuas partes, & ideo ponit Socra. ſecundum quid eſſe minorem Socrate, & ita cum ſimpliciter inferatur, ergo Socrates eſt minor Socrate,peccat ſecundum quid ad ſimpliciter,ſicut Socrates ſecundum pedem eſt minor Socrate,ergo Socrates eſt minor Socrate. Item in quibuſdam ſequitur, totus Socrates,ergo Socrates,ut totus Socrates,eſt albus,ergo Socra. eſt albus,& in quibuſdam non. Quæritur in quibus eſt, & in quibus non. Dicendum eſt,ꝙ ſunt quædam accidentia quæ indifferenter conueniunt parti,& toti,ut ſunt albus.& niger, calidum.frigidum,augeri minui,& in talibus bene ſequitur,totus Socra.ergo Socra. alia ſunt accidentia quæ conueniunt partibus.& non toti, & econuerſo, toti, & non partibus,ut totalitas.minoritas, paruitas, & in talibus non ſequitur,totus Socrates eſt,ergo Socrates.

E ... F ... G

Cur prius đ ſignis diſtributiuis ſubiectiuarū partiū agendum, quàm integralium.

Poſtquam Auctor in præcedenti determinauit de negatione, hic conſequenter determinat de hoc ſigno totus,quod eſt ſignum diſtributiuum partium integralium. Cuius ordinis ratio eſt, quia ordo inter ſigna diſtributiua ſumitur ex ordine illorum,quæ diſtribuuntur ſeu pro quibus diſtribuunt. modo partes ſubiectiuæ,pro quibus diſtribuunt ſigna,de quibus determinatum eſt prius, præcedunt partes integrales ratione perfectionis,ſicut forma præcedit materiam, ideo conuenienter determinatum eſt prius de ſignis diſtributiuis partium ſubiectiuarum,quàm de hoc ſigno totus. H

Totus ſumitur dupliciter.

Primo ſciendum eſt,quod hæc dictio totus,poteſt capi dupliciter, Vno modo categorematice & ſignificatiue,& ſic eſt dictio per ſe aliquid ſignificans, & eſt idem quod perfectus. Alio modo poteſt capi ſincategorematice, ideſt conſignificatiue.prout ſcilicet per ſe non ſignificat aliquam rem ſubiicibilem uel prædicabilem,ſed ſolum ſignificat diſpoſitionē termini diſtribuibilis per partes integrales,& hoc modo de ipſo eſt hic ad propoſitum, & non primo modo, cum non ſit ſincategorema.

Quæ nam ſequitē ad hanc totus

Secundo ſciendum eſt, ꝙ ut dicit Auctor in texto ad iſtam propoſitionem, totus Socrates eſt albus immediate non ſequitur iſta, quælibet pars Socra. eſt alba,ſed prius ſequitur hæc,Socrates ſecundum quamlibet partem eſt albus.Cu

A ius Auctor in textu aſsignat tres cauſas uel rationes. prima, quia, cum dicitur totus Socra. eſt albus, tot Socrates ſecundum ſe totum ſubiicitur albedini, & partes ſecundum ſe non ſubiiciuntur albedini, ſed ut ſtant ſub forma totius, ergo illud quod prius conuenit toti, debet inferri de partibus ſecundum quòd continētur ſub forma totius, prius quàm debeat inferri de ipſis ſecundum ſe acceptis, ergo ad iſtam, totus Socrates eſt albus, prius ſequitur iſta, Socra. ſecundū quálibet eius partem eſt albus, & ex conſequenti ſequitur, ergo quælibet pars Socratis eſt alba, ubi albedo attribuitur partibus Socratis per ſe acceptis. tus Socra eſt albus.

Tertio ſciendum eſt, quòd Auctor illud idem probat alia ratione, quæ talis eſt, quia, cum dicitur, totus Socrates eſt albus, totum ſubiicitur albedini in recto, partes autem in obliquo, quia, cum partes habeant modum materiæ reſpectu ſui totius, & ipſum componant integraliter & materialiter, non prædicantur de toto in recto, nec includuntur in ipſo, niſi ſolum in obliquo, ideo ad iſtā,

B totus Socrates eſt albus, immediate ſequitur iſta, Socrates ſecundum quamlibet ſui partem eſt albus, in qua partes ſubiiciuntur in obliquo, ſicut continentur in toto, & ex conſequenti ſequitur iſta, quælibet pars Socratis eſt alba, in qua partes ſubiiciuntur in recto. Deinde ponit tertiam rationem quæ ſatis patet in textu. Ratio autem quare iſtud probat eſt, ut melius intelligatur probatio ſophiſmatis, quod ponit in textu. etiam ad maiorem notitiam habendam de natura huius ſigni totus.

Quarto ſciendum eſt, ꝙ Auctor in textu mouet tale ſophiſma, ſcilicet totus Socrates eſt minor Socrate. Cuius probatio & improbatio ſatis patent in textu. deinde ipſum ſoluit dicens ꝙ eſt uerum, & ad improbationem cum arguitur ſic, totus Socrates eſt minor Socrate, ergo Socrates eſt minor Socrate, dicitur, quòd improbatio peccat ſecundum accidens, quia eſſe minorem in antecedente attribuitur partibus Socratis diuiſim acceptis, quibus uere conuenit, ſed in conſequenti attribuitur Socrati. non diſtributo, cui non conuenit. Deinde ponit aliam ſolutionem dicens, ꝙ improbatio peccat ſecundum fallaciam ſecundum quid ad ſimpliciter, ſicut ſi ſic argueretur, Socrates ſecundum pedem eſt minor Socrate, ergo Socrates eſt minor Socra. unde quælibet pars Socratis diuiſim ſumpta addita Socrati diminuit de ratione Socratis, in ordine ad hoc attributū eſſe minor Socra. Finaliter circa hoc ſignum totus Auctor mouet unam quæſtionem, cuius ſolutio clara eſt in tex. Sophiſma pro huius ſigni ampliori notitia.

C (margin letter beside "ſequenti attribuitur Socrati")

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Non ponuntur aliqua ſigna particularia partium integralium, ergo non debent poni uniuerſalia. Secundo ſic. Totum integrale actualiter includit omnes ſuas partes principales, ergo ad ipſum diſtribuendum non requiritur ſignum uniuerſale. Tertio ſic. Bene dicitur tota albedo, & tamen tota albedo non habet partes materiales ſeu integrales, ergo hoc ſignum totus non ſolum diſtribuit pro partibus integralibus. Quarto

D ſic. Iſta poteſt eſſe uera, totus Socr. eſt albus ſuppoſito ꝙ digitus eius non ſit albus, ergo totus non diſtribuit pro omnibus partibus integralibus. Quinto ſic. Partes ſunt priores ſuo toto, ergo albedo prius ineſt partibus quàm toti, immo non ineſt toti niſi per partes, ergo male dicitur in textu, ꝙ albedo prius attribuatur toti ſecundum ſe, & ſecundo partibus ſecundum ꝙ continentur in toto, & tertio ipſis ſecundum ſe acceptis. Argumen.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur. quòd ad hoc ꝙ aliquid uere ꝓdicetur de toto integrali ſemper requiritur quòd uere conueniat alicui eius parti principali, & ideo non requiruntur ſigna particularia partium integralium. ſic autem non eſt de terminis diſtribuibilibus pro partibus ſubiectiuis, quia aliquid poteſt conuenire ipſis quod non conuenit alicui ſuorum ſuppoſitorū. ideo Solutio.

ad

ad denotandum quòd ſtant pro ſuppoſitis requiruntur ſigna particularia. Ad E
ſecundum dicitur, quòd licet totum integrale actualiter includat omnes eius partes integrales principales, ratione cuius ad poſitionē totius integralis requiritur poſitio cuiuslibet ſuæ partis, tamen ad hoc ꝙ aliquid dicatur ineſſe toti integrali non requiritur ꝙ inſit cuilibet parti, immo ſufficit quòd inſit uni parti principali, & ex conſequenti dicitur in eſſe toti. ideo ad hoc ꝙ aliquid ſimpliciter denotetur ineſſe toti, requiritur ſignum ipſum diſtribuens pro omnibus ſuis partibus. Ad tertium dicitur, ꝙ licet albedo per ſe non habeat partes integrales, tamen per accidens.ſ.ratione ſui ſubiecti, bene habet partes integrales, & ratione illius ſibi additur illud ſignum totus. Ad quartum dicitur, ꝙ duplices ſunt partes integrales, quædam ſunt principales, quæ.ſ. de neceſſitate requiruntur ad eſſe totius, & pro omnibus talibus diſtribuit hoc ſignum totus, aliæ ſunt partes minus principales, quæ.ſ. ſolum requiruntur ad bene eſſe totius, & pro talibus non diſtribuit hoc ſignum totus. Ad quintum dicitur, ꝙ licet albedo ſecū- F
dum naturam rei non inſit toti niſi per ſuas partes, tamen ſuppoſito quòd inſit toti, per hoc prius poteſt inferri quod inſit partibus ſecundum quòd continentur in toto, quàm quòd inſit partibus per ſe acceptis.

De ſignis diſtributiuis accidentium, & de his quæ ad genus qualitatis ſpectant.

SEquitur de ſignis diſtributiuis accidentium. Inter quæ primo dicendum eſt de ſignis diſtributiuis qualitatis. Dicitur autem ſignum diſtributiuum qualitatis, quod diſtribuit res ſe habentes ꝑ modum qualitatis, ut qualelibet, cuius particulare eſt aliqualibet. Sed tunc obiicitur ꝙ ſi accidens multiplicetur multiplicato ſubiecto, ergo, cum ſigna diſtribetiue ſubſtantiæ diſtribuant ſiue multiplicent G
ſubiectum, oportet ꝙ multiplicent ſiue diſtribuant ipſum accidens, ergo ſigna diſtributiua accidentium ſuperfluunt. Ad hoc dicendum eſt, ꝙ duplex eſt multiplicatio accidentis: quia quædam eſt multiplicatio accidentis ſecundum numerum, & hæc fit per ſignum diſtributiuum ſubſtantiæ, ut omnis homo albus currit, alia eſt multiplicatio ſecundū ſpeciem, & hæc fit per ſigna diſtributiua accidentis, ut qualelibet currit, id eſt res habens qualemcunque qualitatem currit. Circa prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. Quodlibet qualelibet de quolibet tali ſcit ipſum eſſe tale ipſum eſt, poſito quod Socr. ſciat Grammaticam, Logicam, & Retoricam, & Plato & Cicero ſimiliter, & ſciāt H
ſe habere eas, & ſint alii tres homines, quorum unus ſciat Logicam, alter Grammaticam, & alius Retoricam, & iſti neſciant ſe habere eas, & de aliis nihil ſciant, et alii ſciant de ſe et de iſtis, et non ſint plures homines, neque plures qualitates. probatio. Hoc qualelibet de quolibet tali ſcit ipſum eſſe tale quale ipſum eſt, et ſic de ſecundo, et tertio, et non ſunt plura qualelibet, ergo quodlibet qualelibet de quolibet tali ſcit ipſum eſſe tale quale ipſum eſt. Contra. quodlibet qualelibet etc. ergo quodlibet Grammaticum de quolibet tali ſcit ipſum

Soluitur per Pau. Ve. in ſophiſma ſuis, & per Pau. pgu. in paruis logicalibus.

eſſe

A eſſe tale quale ipſum eſt. Solutio prima eſt uera, & improbatio peccat ſecundum fallaciam conſequentis ab inferiori ad ſuperius cũ diſtributione ſuperioris, quia qualelibet ſupponit tantum pro tribus.ſ.pro tribus primis, ſed Grammaticus ſupponit pro eiſdem,& etiam pro aliquo qui habet Grammaticam tantum, Et, ſic Grammaticum eſt in plus quam qualelibet. Vnde, ſi apponatur ſignum uniuerſale diſtributiuũ, ſic, quodlibet qualelibet, &c. ergo quodlibet Grammaticum ſit conſequens, ut hic omnis homo, ergo omne animal, & ſimiliter in ultimo ut de quolibet qualelibet, ergo de quolibet Grammatico cum dicit de quolibet tali.

B Poſtquam Auctor determinauit de ſignis diſtributiuis ſubſtantiæ,& etiam de negatione, hic conſequenter determinat de ſignis diſtributiuis accidentium. Cuius ordinis ratio eſt, quia ſicut ſe habet ſubſtantia ad accidens, ita ſe habet ſignũ diſtributiuum ſubſtantiæ ad ſignum diſtributiuum accidentis ſed ſubſtantia præcedit accidens, ergo ſignum diſtributiuum ſubſtantiæ præcedit ſignum diſtributiuum accidentis.

Primo ſciendum eſt, ꝙ ſignum diſtributiuum accidẽtis eſt illud, quod diſtribuit rem ſe habentem per modum accidentis ſiue per modum alteri adiacentis, ut cum dicitur qualiſcunque ſit homo ipſe currit.i. ſiue homo ſit albus, ſiue niger ipſe currit. Et dicitur notanter, ꝙ ſignum diſtributiuum accidentis eſt illud quod diſtribuit rem ſe habentem per modum accidentis, & non quod diſtribuit accidens, quia ſignum diſtributiuum accidentis indifferenter diſtribuit rem omnem adiectiue deſignatam, ſiue fuerit ſubſtantia ſiue accidens.

Quid ſignũ diſtributiuũ accidentis.

C Secundo ſciendum eſt, ꝙ cum dicitur ſignum diſtributiuum qualitatis diſtribuit rem ſe habentem per modum qualis, quale non debet capi proprie, ut eſt denominatiuum qualitatis proprie dictæ, ſed debet capi generaliter, ut eſt denominatiuum cuiuslibet rei ſe habentis per modum qualis ſiue per modum determinantis,& contrahentis, ſiue talis res ſecundum ueritatem fuerit ſubſtantia ſiue accidens. vnde ſubſtantia bene ſignificat per modum qualis, cum dicitur rationale, corporeum, & ſic de aliis. Sed quia qualitas, & quantitas inter prædicamenta accidentium ſunt principaliora, & habent modos prædicandi magis diſtinctos, ideo in ipſis reperiuntur ſigna diſtributiua magis abinuicem diſtincta quàm in aliis.

Quale ſecũdum quã rõnem ſumatur.

Tertio ſciendum eſt, ꝙ licet eadem ſigna diſtributiua diſtribuant ſubſtantiam ſecundum numerum, & ſecundum ſpeciem, ut omnis homo, omne animal, tamẽ non ſunt eadem ſigna diſtributiua diſtribuentia accidentia ſecundum numerum D & ſecundum ſpeciem. Cuius ratio eſt, quia accidentia reperiunt unitatem numeralem, & etiam multiplicationẽ per ſua ſubiecta, ſed accidentia habent unitatem ſpecificam in proprio genere, & per aliquid ſui generis, ideo ad hoc quòd ſecundum ſpeciem diſtribuantur requiruntur ſigna diſtributiua diſtincta a ſignis diſtributiuis ſubſtantiæ, ideo ſecundum numerum per eadem ſigna diſtribuuntur ſicut ſua ſubiecta.

Nõ ſunt eadẽ ſigna accidẽtiũ diſtributiua ſecũdũ numerum, & ſpẽm, ſicut ſubſtantię.

Quarto ſciendũ eſt, ꝙ iſtud ſignũ qualislibet includit terminũ recipientẽ eius diſtributionem. tantum enim ualet qualislibet, ſicut res habens quamlibet qualitatem. ibi autem qualitas eſt illud quod diſtribuitur. Et adhuc ultra hoc includit ſubiectum ipſius qualitatis, quę diſtribuitur, quod eſt res. Et quia illud ſubiectum præcedit uirtutem ſigni diſtributiui, ut patet in eius expoſitione,

Hoc ſignũ qualislibet quid ĩ ſua rõne includit.

ideo per ipſum non diſtribuitur, & ideo ratione illius ſubiecti non diſtributi, huic ſigno qualiſlibet poteſt addi aliud ſignum diſtributiuum, cuius diſtributio cadit ſupra ſubiectum, ut patet dicendo, quodlibet qualelibet, ideſt quælibet res habens quamlibet qualitatem unde circa iſtud ſignum qualiſlibet, Auctor mouet unum ſophiſma in textu. Cuius probatio, & improbatio cum eiuſdem ſolutione ſatis patent in textu. A

Argumen. Contra prædicta arguitur primo ſic. Quantitas præcedit qualitatem, ergo prius debuit determinari de ſignis diſtributiuis quantitatis quàm qualitatis. Secundo ſic. Qualiſlibet diſtribuit rem ſignificatam ſubſtantiæ, ut patet in eius expoſitione qualelibet enim idem eſt quod res habens quamlibet quantitatem ergo non eſt ſignum diſtributiuum accidentis. Tertio ſic. Cum dicitur, omnis homo eſt albus, iſte terminus albus non diſtribuitur numeraliter per hoc ſignum omnis, ergo male dicitur in textu, ꝙ accidentia numeraliter diſtribuuntur ad diſtributionem ſubiecti. Quarto ſic. Accidens adiectiue ſignificatum bene diſtribuitur ſecundum ſpeciem per ſignum diſtributiuum ſubſtantiæ, ut dicendo, omne coloratum uel quodlibet coloratum, ergo non requiruntur ſigna diſtributiua accidentium. Quinto ſic. Omne ſignum diſtributiuum cum termino communi debet reddere propoſitionem uniuerſalem, ſic autem non eſt de hoc ſigno qualiſlibet, quia ut patet in eius expoſitione, facit propoſitionem indefinitam, ergo non eſt ſignum uniuerſale. F

Solutiões. Ad argumenta. Ad primum dicendum eſt, quòd quantitas ſecundum ordinem generationis bene præcedit qualitatem, ſed tamen qualitas præcedit quantitatem ſecundum uiam perfectionis, & ſimiliter dicendum eſt de ſignis diſtributiuis earundem. Ad ſecundum dicitur, quòd qualitas importata per hoc ſignum qualelibet, inquantum ſignificatur per hoc ſignum, ſignificatur adiectiue, & per modum adiacentis, & licet in exponendo ipſum ſignum ſignificetur ſubſtantiue, hoc eſt quia diſtribuitur per ſignum diſtributiuum ſubſtantię. Ad tertium dicitur, ꝙ licet ille terminus albus non diſtribuatur numeraliter proprie, hoc eſt, quia non ponitur a parte ſubiecti. Si autem poneretur a parte ſubiecti tunc diſtribueretur ex conſequenti, ut patet dicendo, omnis homo albus currit. Ad quartum dicitur, quòd licet accidentia adiectiue deſignata aliquando ſecundum ſpeciem diſtribuatur per ſigna diſtributiua ſubſtantiæ, hoc tamen eſt inquantum ſubſtantiuantur in neutro genere, & non inquantum adiectiue ſumuntur. Ad quintum dicitur, ꝙ exponens illius ſigni qualelibet, habet duplex ſubiectum, quoddam eſt enim ſubiectum enunciationis, ſcilicet res, & ratione illius eſt indefinita, quia non diſtribuitur, aliud eſt ſubiectum diſtributionis, ſcilicet ille accuſatiuus qualitatem, & ex parte illius eſt uniuerſalis, quia illud diſtribuitur. G

De Signis Diſtributiuis quæ ad genus Quantitatis pertinent. H

SEquitur de ſignis diſtributiuis Quantitatis, & ſunt illa quæ diſtribuũt res ſe habẽtes per modũ quantitatis, ut Quotieſcunque quantuſcunq; Et ſecundum hoc quæritur de hoc ſophiſmate, quotieſcunque fuiſti Pariſius toties fuiſti homo. Probatio. una uice fuiſti Pariſius, & illa uice fuiſti homo, alia uice fuiſti Pariſius, & illa uice fuiſti homo, & ſic de aliis, ergo quotieſcunque fuiſti Pariſius, toties fuiſti homo. Improbatio, quotieſcunque fuiſti Pariſius, toties fuiſti homo, ſed bis fuiſti Pariſius, ergo bis fuiſti homo, quod falſum eſt, quia hæc

dictio

A dictio bis, importat interruptionē eius cui adiūgitur, ſed actus eſſendi hominem non fuit interruptus in te. Solutio. prima eſt falſa. Ad probationem autem reſpondendum eſt per interemptionem, quia ſecunda pars copulatiuæ eſt falſa ſcilicet illa uice fuiſti homo, quia adhuc nulla uice fuiſti homo, eò, quòd nondum uita fuit determinata, ut iterum inciperes uiuere, & poſtea determinaretur, quod tamē requiritur ad hoc, ut bis fuiſſes homo ſicut bis incipitur curſus, & bis terminatur, ad hoc, ꝙ aliquis bis currat. Et nota, ꝙ bis non importat interruptionem temporis, ſed tantum actus illius cui adiungitur, ad terminum autem ſequitur interruptio. Si autem formaretur, ſic paralogiſmus, quandocunq; B fuiſti Pariſius, fuiſti homo ſed bis fuiſti Pariſius, ergo bis fuiſti homo. prima eſt uera, & improbatio peccat ſecundum fallaciam figuræ dictionis, ex mutatione prædicamenti, quia quandocunque eſt in prædicamento quando, & bis in predicamento quantitatis, quia eſt de genere quantitatis diſcretæ.

De iſto termino Bis quid importet.

Poſtquam Auctor determinauit de ſignis diſtributiuis qualitatis, hic conſequenter determinat de ſignis diſtributiuis quantitatis, & poſtmodum determinat de infinito. Cuius ratio eſt, quia quantitas ſe habet ad infinitum ſicut ſubiectum ad propriam paſsionem ſuam. & quia ſubiectum ē prius ſua paſsione, ideo prius determinat de ſignis diſtributiuis quantitatis quàm de infinito.

Signorum ad quantitatē ſpectātium ſpeculatio præcedit eam quæ de infinito, quæ nam ſunt ſigna ad genus quātitatis pertinentia.

Primo ſciendum eſt, ꝙ ſigna diſtributiua quantitatis dicuntur illa, quæ diſtribuunt rem ſe habentem per modum quantitatis, ſiue menſuræ, ut quotieſcunque, C quantuncunque, & ſic de aliis. unde iſta ſigna includunt terminum recipientem diſtributionem eorum ſicut dictum eſt de hoc ſigno qualelibet. Cum enim dicitur quantumlibet currit, ſenſus eſt. i. res habens quamlibet quantitatem currit. Et quia omnis res adiectiue ſignificata cuiuſcunque prædicamenti fuerit habet modum qualitatis uel quantitatis, ideo Auctor ſolum determinat de ſignis diſtributiuis quantitatis & qualitatis.

Secundo ſciendum eſt, ꝙ hoc ſignum quotieſcunque, eſt diſtributiuum numeri, qui eſt quantitas diſcreta, uñ quotieſcunque, idē eſt, quod in quacunq; uice. Et quia in quantitate diſcreta partes nō ſunt adinuicem continuæ, nec copulantur per terminū cōmunem, ſed ſunt abinuicem ſeparatæ, ideo res diſtributa per hoc ſignū quotieſcunque, debet habere partes diſcretas & diſtinctas adinuicem. Similiter iſta dictio totiens, cum ſit relatiuum numeri, ut dictum eſt prius debet referre rem habentem partes adinuicem diſcretas & diſtinctas. nec in t[illegible]o poteſt D eſſe interruptio ſic, ꝙ poſt interruptionem reiteretur iterum in eodem ſubiecto. Ideo illud relatiuum totiens, non poteſt congrue addi huic, quod eſt, eſſe hominem, & ideo iſta eſt falſa quotieſcunque fuiſti Pariſius, toties fuiſti homo.

De hoc ſigno quotieſcunq;.

Tertio ſciendum eſt, ꝙ licet iſtud ſignū quotieſcunque ſit diſtributiuū numeri, qui eſt quātitas diſcreta, & tempus de ſe & ſecundū ſuam ſubſtantiā ſit continuū, tñ hoc ſignū quotieſcū que ex conſequenti diſtribuit ipſum, nō quidē inquātum continuū eſt, cum non denotet interruptionem illius cui additur, ſed diſtribuit ipſum tempus inquantum habet modum quantitatis diſcretæ, inquantum ſcilicet in tempore per intellectum accipiuntur diuerſæ partes. Et quia omnis motus & actus menſuratur tempore, ideo ex conſequenti iſtud ſignum quotieſcunque diſtribuit actum & motum, qui fit in tempore. ut dicendo quotieſ-

Quæ nam diſtribuat hoc ſignū quotieſcūque.

cunque fuiſti Pariſius toties fuiſti albus. Quarto ſciendum eſt, ꝙ Auctor in textu mouet tale ſophiſma. quotieſcunq; fuiſti Pariſius, toties fuiſti homo. Cuius probatio, & improbatio patent in tex. Deinde ipſum ſoluit dicens, quòd eſt ſimpliciter falſum. Et ad probationem reſpondet dicens ꝙ eſt falſa, quia eſt una copulatiua, cuius altera pars eſt falſa. ſ. hæc, & illa uice fuiſti homo, quia adhuc ulla uidet fuiſti homo, ex quo actus eſſendi hominem in te non fuit interruptus, quod tamen oporteret ad hoc quòd illa eſſet uera, & illa uice fuiſti homo, licet enim hoc quod fuiſti illa uice primo, & per ſe non impedit interruptionem, tamé denotat terminum actus cui adiungitur. ad terminum autem ſequitur interruptio. Deinde Auctor adducit aliam probationem ſophiſmatis, quæ cum eius ſolutione ſatis clare patet in textu. E

Argumen. Contra prædicta arguitur primo ſic. Quia omne accidens diſtribuitur ad diſtributionem ſubſtantiæ, cuius eſt accidens, ergo non requiruntur ſigna diſtributiua quantitatis alia a ſignis diſtributiuis ſubſtantiæ. Secundo ſic. Omne quod ſignificatur adiectiue habet modum qualis, & prædicatur in quale, ut patet in Tractatu Prædicabilium, quantitatis ſignificatur adiectiue, ergo habet modum qualis, ergo non ſunt aliqua ſigna diſtributiua quantitatis. F

Tertio ſic. In omni actu qui ſubiicitur tempori poteſt eſſe interruptio, ſed iſte actus qui eſt eſſe hominem, ſubijcitur tempori, ergo in eo poteſt eſſe interruptio, & per conſequens poteſt diſtribui per hoc ſignum quotieſcunq;, ſicut iſte actus qui eſt, eſſe Pariſius. Quarto ſic. Hoc ſignū quotieſcunque, eſt ſignū diſtributiuū numeri, qui eſt quantitas diſcreta, ergo nō eſt diſtributiuū temporis, quod eſt cōtinuum. Quinto contra ſophiſma. Quia una uice fuiſti Pariſius, ergo illa uice fuiſti homo, uel non hō. non eſt dicendum ꝙ non hō, ergo illa uice fuiſti homo.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, quòd quantitas dupliciter poteſt diſtribui. Vno modo ſecundum numerum, & hoc modo diſtribuitur per ſigna diſtributiua ſubſtantiæ. Alio modo ſecundum ſpeciem, & hoc modo diſtribuitur per ſigna diſtributiua quantitatis. Ad ſecundum dicitur, quòd quale poteſt capi dupliciter uno modo generaliter pro omni illo quod ſignificat per modum alteri adiacentis, uel inhærentis, & illo modo quantitas bene ſignificat per modum qualis. Alio modo capitur quale magis ſpecialiter ſ. pro illo quod ſignificat per modum diſtinguentis, & determinantis, & iſto modo quantitas non ſignificat per modum qualis, ſed per modum menſuræ. Ad tertium dicitur, quòd dupliciter poteſt eſſe interruptio in aliquo actu, uno modo ſic, ꝙ ille actus terminetur, & quòd non poſſit reiterari in eodem ſubiecto in numero, in quo prius erat, & hoc modo ille actus qui eſt, eſſe hominem, bene interrumpitur. Alio modo in aliquo actu poteſt eſſe interruptio ſic, ꝙ ille actus poſſit terminari, & reiterari in eodem ſubiecto in numero, licet non ſit idem actus in numero, & hoc modo in actu, qui eſt eſſe Pariſius, poteſt eſſe interruptio, & talibus actibus poteſt addi iſtud ſignum quotieſcunque, & iſtud relatiuum toties. Ad quartū dicitur, ꝙ licet hoc ſignum quotieſcunque primo, & per ſe ſit diſtributiuum numeri, tamen ex conſequenti eſt diſtributiuum temporis, inquantum temporis habet modum numeri, & ſecundum ꝙ in ipſo mediante motu reperiuntur partes diſtinctæ. Ad quintum dicitur, quòd quandiu fuiſti Pariſius fuiſti unus homo & continuus, ſed tantum ſub hoc, quod eſt una uice non eſt concedendum ꝙ tu fuiſti homo, cum actus eſſendi hominem, non fuerit in te terminatus. G H

Infiniti Quinque acceptiones, & ſophiſmatis ſolutio.

SEquitur de infinito, quòd quinque modis dicitur. Primo mō dicitur infinitū, quod non pōt pertranſiri, ut uox dicitur indiuiſibilis

quan-

A quantum ad uiſum quia eſt inuiſibilis eo quòd non eſt apta nata uideri. Alio modo dicitur infinitum, quod habet tranſitum imperfectum, eo quòd nondum eſt terminatum, tamen aptum natum eſt terminari, ut dum aliquis tranſit ſpacium, & nondum peruenit ad ſuum finem. Tertio modo dicitur infinitum ſecundum appoſitionem, ut numerus augmentabilis eſt in infinitum, appoſitione unitatis uel alterius numeri. Quarto modo dicitur infinitum ſecundum diuiſionem, ut continuum, omne autem continuum diuiſibile eſt in infinitum. Vnde ſic definitur ab Ariſtotele in quarto Phyſicorum. Continuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Alio modo dicitur infinitum utroque B modo, ſcilicet per appoſitionem, & diuiſionem, ut tempus. Cum enim tempus ſit continuum, eſt diuiſibile in infinitum in diuiſione, & cum poſt unum tempus ueniat aliud tempus, ſic per appoſitionem unius temporis ad aliud eſt infinitum. quo ad has tres ultimas ſignificationes definitur ſic infinitum. Infinitum eſt cuius quantitatem accipientibus ſemper eſt aliquid extra ſumere, ut ſi poſt ultimam partem lineæ accipiatur alia, & poſt alteram tertia, & nunquam poſsit attingi terminus eius, ideo linea dicitur infinita. Solet autem poni, quòd infinitum quandoque ſumitur pro termino communi, & tunc iſta propoſitio, infinita ſunt infinita, æquiualet huic, aliqua infinita ſunt finita. Quandoque ſumitur pro ſigno diſtributiuo, & tunc illa æquipollet huic, quo C ad diſtributionem quolibet plura ſunt infinita. Et probatur ſic. Vno plura ſunt finita, duobus plura ſunt finita, tribus plura ſunt finita, & ſic de aliis, ergo quolibet plura ſunt finita. & ſic dicitur facere interſcalarem diſtributionem, uel interruptam, uel diſcontinuam, quia hæc dictio plura, in prima propoſitione ſupponit pro duobus, & deinceps, in ſecunda pro tribus, & ſic gradatim, & ſcalariter aſcendendo. & ſic, iſta oratio, quolibet plura, facit diſtributionem interſcalarem, quia pro aliis ſupponit hoc quod dico quolibet, & pro aliis hoc quod dico, plura ſecundum numerum aſcendendo, ut dictum eſt. Circa prædicta quæritur de hoc ſophiſmate, infinita ſunt finita. Probatio. duo ſunt finita, tria ſunt finita, & ſic in infinitum, ergo infinita ſunt fini-D ta. Improbatio. ibi prædicatur oppoſitum de oppoſito, ergo locutio eſt impoſsibilis. poteſt etiam ſic probari, quælibet plura ſunt finita. ergo infinita ſunt finita. Solutio. Quidam diſtinguunt, eo quod infinitum eſt æquiuocum ad infinitum quo ad nos, & ad infinitum ſimpliciter. Vnde, ſi ſumatur infinitum quo ad nos, prima poteſt eſſe uera, & non prædicatur oppoſitum de oppoſito, quia infinitæ quo ad nos ſunt ſtellæ & arenæ maris, quæ non ſunt infinitæ ſimpliciter. Si autem ſumatur infinitum ſimpliciter eſt ſimpliciter falſa, & prædicatur oppoſitum de

Colligit in 4. te. com. 121. & 15. Phy. t. c. 26 & 16. Phy. in pleriſq; locis. De Infinito aūt vide 3. Phy. t. c. 42. & uſq; ad fi. lib. & 1. cę. & mūdi in multis locis, & ibi per docto.

oppoſito. Alii autem diſtinguunt, eo ꝙ infinitum poteſt eſſe terminus E communis,& ſic prima eſt falſa, uel poteſt eſſe dictio ſincategorematicas importans in ſe diſtributionem, ſicut dictum eſt,& ſic ponunt eam eſſe ueram. Sed neutra iſtarum ſolutionum, ualet, quia ſi remoueatur utraque diſtributio, & ſumatur infinitum ſimpliciter, & ſecundum ꝙ eſt terminus communis, adhuc remanet probatio & improbatio huius ſophiſmatis. Vnde dicendum eſt, ꝙ prima ſimpliciter eſt falſa, & probatio peccat ſecundum quid ad ſimpliciter, quia infinitum appoſitione eſt infinitum quodammodo, & non ſimpliciter. Vnde cum accipit partes numeri ſecundum appoſitionem, ut duo, & tria, non accipit infinitum ſimpliciter, ſed quodammodo ſiue ſecundum quid, & ideo F non poteſt ex his inferre infinitum ſimpliciter.

Auctoris intentum.

Poſtquàm Auctor determinauit de ſignis diſtributiuis quantitatis, hic conſequenter ex quo infinitum conſequitur quantitatem determinat de infinito, circa ipſum mouendo unum ſophiſma. Sed quia omne multiplex indiſtinctum parit confuſionem, & cum hæc dictio infinitum, ſit multiplex, ideo primo aperit multiplicitatem eius ponendo quinque modos ipſius.

Quinq; ſumitur modis infinitū

Primo ſciendum eſt, ꝙ infinitum primo modo dicitur, quod non eſt aptū natum tranſiri, ſicut punctus uel unitas, & hoc modo uox dicitur infinita quo ad uiſum, quia non eſt apta nata uideri. Secundo modo dicitur infinitum quod habet tranſitum impermixtum, eo ꝙ nondum eſt terminatum, eſt tamen de ſe aptū natum tranſiri, ſicut profunditas maris. Tertio modo dicitur infinitum ſecūdum appoſitionem ſicut numerus. unde quantumcumq; alicui numero aliquid adda G tur, ſemper poteſt fieri maior per appoſitioné alterius numeri uel unitatis. Quarto modo dicitur infinitum ſecundum diuiſionem, ut linea eſt diuiſibilis in infinitum, & ſic reperitur in magnitudinibus. Quinto modo dicitur infinitum utroq; modo. ſ. ſecundum diuiſionem, & appoſitionem ſimul, & ſic reperitur in tēpore.

Modorum infiniti ſufficientia.

Secundo ſciendum eſt, ꝙ dictorum quinque modorum ſic poteſt haberi ſufficientia. quia omne infinitum eſt impertranſibile, uel igitur eſt impertranſibile negatiue, ſic ꝙ negatur tam actus quàm potentia pertranſibilitatis, & ſic eſt primus modus, uel eſt infinitum ſeu impertranſibile priuatiue, ſic ꝙ negatur actus omnino pertranſibilitatis & finitatis, & relinquitur potentia ad ulteriorem finitationem, & hoc dupliciter, uel de ſe eſt aptum natum ſimpliciter pertranſiri, & finitari, & ſic eſt ſecundus modus, uel eſt ſolum natum pertranſiri & finitari in parte, & hoc eſt dupliciter, quia uel fit per appoſitionem, & ſic eſt tertius modus, uel per diuiſionem, & ſic eſt quartus modus, uel utroque modo, & ſic eſt H quintus modus.

Sophiſm. proſequ.

Sed pro ſophiſmate quod mouetur in textu, tertio ſciendum, quòd infinitum poteſt capi dupliciter. Vno modo ut ſignificat qualitatem rei ſubiectæ uel prædicatæ, ut dicendo, mundus eſt infinitus, & ſic iſta propoſitio, infinita ſunt finita, æquipollet huic, aliqua infinita ſunt finita. Et hoc modo poteſt ſic probari ſophiſma, duo ſunt finita, tria ſunt finita, & ſic in infinitum, ergo infinita ſunt finita. Alio modo capitur infinitum ſincategorematice, ut dicendo, infiniti homines currunt, & hoc modo ſignificat diſpoſitionem ſubiecti inquantum ſubiectum, & ſic iſta, infinita ſunt finita æquiualet huic quantum ad diſtributionem, quælibet plura ſunt infinita. Et hoc modo probatur ſophiſma ſic. duobus plura

ſun

E ſunt finita, tribus plura ſunt finita, & ſic de alijs, igitur quælibet plura ſunt fini-
ta, & per conſequens infinita ſunt finita. Et ut dicit textus, ibi eſt diſtributio inter
ſcalaris, quia ſic ſcala termini aſcendendo ſecundum numeros, quia in prima ꝑ
poſitione ſupponit pro duobus, & in ſecunda pro tribus, & ſic deinceps ſemper
gradatim, ſiue ſcalatim aſcendendo. Improbatur autem ſic ſophiſma, ibi præ-
dicatur oppoſitum de oppoſito, ergo ſophiſma eſt falſum.

Pro ſolutione huius quarti ſciendum eſt, ꝙ quidam ſoluunt dictum ſophiſma Solutio di
per diſtinctionem. Nam infinitum dicitur dupliciter. uno modo quo ad nos, ſi- cti ſophiſ-
cut arena maris, & ſtellæ cœli dicuntur infinita. alio modo dicitur infinitũ ſim- matis.
pliciter, & ſecundum naturam, & tunc dicunt ꝙ ſi capiatur infinitum primo mo
do, pro infinito quo ad nos, ſic ſophiſma eſt uerum, & ſic non prædicatur oppo-
ſitum de oppoſito, quia illud quod eſt infinitum quo ad nos a parte rei eſt finitũ.
ſi autem capiatur infinitum pro infinito ſimpliciter, ſic ſophiſma eſt falſum. Alij
F aliter ſoluunt dicentes, ꝙ ſi infinitum capiatur pro termino communi, & catego
rematice, ſic ſophiſma eſt falſum, ſi uero capiatur ſincategorematice tunc eſt ue-
rum. Sed, ut dicit Pet. Hiſp. neutra iſtarum ſolutionum eſt ſufficiens, quia ſi ca-
piatur infinitum ſimpliciter, uel pro termino communi, manet probatio, & im-
probatio. Ideo aliter ſoluit ſophiſma dicens, ꝙ ipſum eſt ſimpliciter falſum. Et
ad probationem reſpondet, ꝙ peccat ſecundum fallaciam ſecundũ quid ad ſim-
pliciter, quia procedit ab infinito ſecundum aptitudinem, quod eſt infinitum ſe-
cundum quid, ad infinitum ſimpliciter, & in actu.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. De infinito determinatur in Philoſo- Argumẽta
phiæ naturali, ergo de ipſo non debet hic determinari. Secundo ſic. De non en-
te non poteſt eſſe ſcientia, ſed infinitum eſt non ens, ergo de ipſo non poteſt eſſe
ſcientia. Tertio ſic. Omne corpus eſt finitum actu, ergo male exemplificatur in
ſecundo modo de profunditate maris. Quarto ſic. Contra tres ultimos modos.
G Quia uel in iſtis tribus modis infinitum ſumitur negatiue, quod non eſt dicen-
dum, uel ſumitur priuatiue, ut negat ſolum actum, quod etiam non eſt dicendũ,
quia numerus, magnitudo, & tempus ſunt actu finita. ergo illi tres modi ſunt in-
ſufficienter poſiti. Quinto ſic. Linea & corpus ſunt infinita, cum omne continuũ
ſit diuiſibile in infinitum, & tamen actu ſunt finita, quia non eſt dandum actu in
finitum, ergo infinita ſunt finita, & ſic ſophiſma eſt uerum. Solutiões.

Ad argumenta. Ad primum iſtorũ dicitur, ꝙ in Philoſophia naturali deter-
minatur de infinito, inquantum eſt quædam proprietas rerum naturalium, hic
autem determinatur de ipſo, inquantum habet conuenientiam cum ſignis diſtri
butiuis. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet infinitum non ſit ens actu, tamen eſt ens in
potentia. Licet etiam de non ente non poſſit haberi ſcientia poſitiue, tñ de ipſo
poteſt haberi ſcientia priuatiue. Ad tertium dicitur, ꝙ licet profunditas maris,
H & quodlibet aliud corpus ſint de ſe actu finita, & determinata tamẽ quo ad nos
eſt infinita, & impertranſibilis. Ad quartum dicitur, ꝙ infinitũ tribus ultimis mo-
dis dicitur priuatiue ſic, ꝙ negat, & priuat actum completum finitatis, & pertran
ſibilitatis, & ſemper manet potentia ad ulteriorem terminationem ſeu finitatio
nem, & ſic infinitum illis tribus modis eſt infinitũ ſecundum potẽtiam. Ad quin-
tum dicitur, ꝙ conſequentia non ualet. Sed argumentum peccat penes fallaciã
ſecundum quid ad ſimpliciter, procedit. n. ab infinito ſecundum potentiam diui
ſionis, quod eſt infinitum ſecundum quid, ad infinitum ſimpliciter. Et hæc de di-
ſtributionibus dicta ſufficiant.

PARVORVM LOGICALIVM TRACTATVS SEPTIMVS E

Summa Tractatus.

Quid propoſitio exponibilis, & de his quæ exponibilẽ ipſam reddant, de ſignis, ac dictionibus, & propoſitionibus, excluſiuis, exceptiuis, & reduplicatiuis, deque Incipit, & Deſinit, & propoſitionibus de illis formatis, & Infinito. De comparatiuis, & ſuperlatiuis, Deque dictionum diuerſitatem importantium natura, & uſu. F

Quid propoſitio exponibilis, & quæ nam ſigna exponibilem ipſam faciant.

Vide Ioã. Bricot in quæſtionibus Paul. Vene. pergu. & alios in ſummulis.

PROPOSITIO exponibilis eſt propoſitio habens ſenſum obſcurum expoſitione indigentem propter aliquod ſincategorema in ea poſitum implicite, uel explicite in aliqua dictione, ut in ac tantum homo eſt animal, Socr. incipit eſſe albus, infinita eſt linea, & ſic de aliis. Pro quo ſciendum, ꝙ ea quæ faciunt propoſitionẽ exponibilem ſunt in multiplici differentia, quia quædam ſunt ſigna excluſiua, ut tantum, ſolum, & ſic de aliis, quædam exceptiua, ut niſi, G præter, quædam reduplicatiua, ut inquantum, ſecundum ꝙ, quædam important inceptionem, uel definitionem, ut incipit, & deſinit, quædã important priuationẽ finis, ut infinitum, quædam important exceſſum, ut comparatiui, & ſuperlatiui gradus, quædam uero important diſtinctionem, ut differt, aliud, ab, & ſic de aliis, quædam important ſpecialem modum diſtributionis, ut totus, qualelibet, & ſic de aliis. Vnde propter illa propoſitio redditur obſcura, ſic ꝙ indiget expoſitione. & ideo dicuntur facere propoſitionem exponibilem. quare, de ipſis per ordinem uidendum eſt, & primo de ſignis excluſiuis.

Iſte eſt Tractatus ſeptimus Paruorum Logicalium magiſtri Petri Hiſpani. In H quo, poſtquam determinauit de termino diſtribuibili, cuius proprietas eſt diſtributio, conſequenter de propoſitionibus exponibilibus determinat. Cuius ordinis ratio eſt, quia diſtributio eſt proprietas conſequens ſignificatiõnem actualẽ diſtribuibilium, expoſitio uero magis concernit ſignificationem uirtualem, ut clare patebit in proceſſu.

ſubiectum pſentis tractatus.

Primo ſciendum eſt, ꝙ ſicut terminus diſtribuibilis eſt ſubiectum principale ſeu attributionis præcedentis Tractatus, ſic propoſitio exponibilis eſt ſubiectum attributionis iſtius tractatus, habet enim omnes cõditiones ſubiecti attributionis, quia eſt quoddam uniuerſale, non quidem reale, ſed intentionale, habet ẽt partes, & proprietates, quia propoſitio categorica, & hypothetica uniuerſale. particulare,

A ticulare, indefinitum, & ſingulare, affirmatiuum, & negatiuum, ſunt partes eius, expoſitio eſt proprietas eius.

Secundo ſciendũ, ꝙ expoſitio poteſt capi duobus modis. vno modo pro quadam manifeſtatione ſenſuali a qua ſumitur ſyllogiſmus expoſitorius, & ſic ſolet definiri. Expoſitio eſt manifeſtatio quædam ad ſenſum, accipiẽs aliqua duo uni, & eidem numero conuenire, aut alterum diſconuenire, ex hoc inferens illa inter ſe conuenire uel diſconuenire. & iſto modo non capitur in propoſito, quia ut ſic eſt una ſpecies argumentationis, reductiue contenta ſub ſyllogiſmo, licet non ſit uerus ſyllogiſmus, quia non ſit in aliquo modo ſyllogiſtico alicuius figuræ, alio modo capitur expoſitio, prout eſt manifeſtatio quædam magis complete, & clare explicans ſignificationem alicuius propoſitionis habentis ſenſum obſcurum, quàm per illam propoſitionem exprimeretur ſeu ſignificaretur, & iſto modo capitur in propoſito. Expoſitio dupliciter ſumitur & quę propoſito deſeruiat.

B Tertio ſciendum eſt, ꝙ Auctor in textu ſic definit propoſitionem exponibilẽ. Propoſitio exponibilis eſt propoſitio habens obſcurum ſenſum expoſitione indigentem propter aliquod ſincategorema explicite uel implic te in ea poſitum, ut tantum homo currit. In qua definitione ponitur propoſitio loco generis. nõ quidem, quòd ſit uerum genus, quia intentiones non ſunt in aliquo prædicamento, & ideo in ipſis non reperiuntur nec uera genera neque ſpecies, & totum reſiduum ponitur loco differentiæ, quia per hoc differt ab aliis ſex proprietatibus terminorum, & a propoſitione non exponibili, quia habet ſenſum lucidũ, & clarum. Vnde, quia ſuppoſitio, relatio, ampliatio, & appellatio, reſtrictio, & diſtributio, ſunt proprietates terminorum incomplexorum, expoſitio uero eſt proprietas termini complexi, quæ tñ ſibi inſurgit, & euenit ab aliquo incomplexo; puta ex aliquo ſincategoremate in ea incluſo, ideo Petrus Hiſpanus conuenienter poſt alios ſex tractatus determinat de exponibilibus, quia ſicut incomplexũ C ſecundum naturam præcedit complexum, ſic paſsio incomplexi præcedit paſsionem complexi. Propoſ̃ exponibilis quid ſit.

Quarto ſciendum eſt, ꝙ ea, quæ faciunt propoſitionem exponibilem, ſunt in multiplici differentia. quia quædam ſunt ſigna excluſiua, ut tantum, ſolũ, quædã exceptiua, ut præter, niſi, quædam reduplicatiua, ut in quãrum, ſecũdum ꝙ, quædam uero important inceptionem uel definitionem, ut incipit, uel deſinit, quædã priuationem finis, ut infinitum quædam exceſſum, ut comparatiui, & ſuperlatiui gradus, quædam diſtinctionem, ut differt, aliud, ab, quædam uero important ſpecialem modum diſtributionis, ut totus, qualelibet, & ſic de aliis. Et iſta ſufficiunt reddere propoſitionem exponibilem, ut patet per ſufficientiam. Quia omne illud, quod facit propoſitionẽ exponibilem, aut de ſuo ſignificato importat diuerſitatem ſeu differentiam, aut non. ſi primo modo. ſic ſunt ea quæ important diſtinctionem, ut differt, aliud, ab, ſi ſecundo modo, hoc eſt dupliciter, aut D important ſpecialem modum diſtribuendi, aut non, ſi ſic, hoc eſt dupliciter, uel important ſpecilem modum diſtributionis ex ſignificatione propria, uel uirtute negationis in ipſis incluſæ. ſi primum ſic ſunt ea, quæ important ſpecialem modum diſtributionis, ut totus, qualelibet, ſi ſecundum, ſic ſunt ſuperlatiui, & comparatiui gradus, qui cum exceſſu quandam diſtributionem impotant. ſi non important ſpecialem modum diſtribuendi, hoc eſt dupliciter, aut dicunt rem in fieri, aut in facto eſſe. ſi in fieri, ſic ſunt ea quæ important inceptionem, &, quia unum oppoſitorũ dat intelligere reliquũ, per iſta intelligimus illa quæ definitionẽ important. ſi in facto eſſe, hoc eſt dupliciter, aut carent fine, aut non, ſi ſic, ſic ſunt ea quæ priuationẽ finis importãt, ut infinitũ, ſi nõ carent fine, hoc eſt dupliciter, aut deſignatur aliquid adiungi alteri, aut non. ſi ſic, ſic ſunt reduplica- Quæ nam exponibilẽ reddant propõnẽ.

reduplicatiua ,ut inquantum, ſecundum,ꝙ ſi non, hoc eſt dupliciter, aut ſecludunt ab a..i ... actu uno aut plura contenta ſub aliqua diſtributione, aut aliqua contenta ſub pluribus diſtributionibus , ſi primum , ſic ſunt exceptiua,ſi ſecundum , ſic ſunt excluſiua. A

Argumen. Contra prædicta arguitur primo ſic. De propoſitione exponibili non eſt ſcientia ,ergo de ipſa non debet fieri ſpecialis tractatus. Antecedens patet , quia , cum omnis ſcientia ſit realis eius obiectum debet eſſe reale, quia ut uult Ariſto. ſecantur ſcientiæ quemadmodum & res de quibus ſunt, modo propoſitio exponibilis non eſt ens reale. Secundo ſic. Expoſitio eſt quædam ſpecies argumentationis , ſed de ſpeciebus argumentationis determinatur in noua Logica, ergo hic male determinatur . Tertio ſic . Nulla propoſitio eſt exponibilis , ergo h c male definitur . Antecedens patet , quia eſſe exponibile eſt proprietas termini,terminus enim ut in primo Priorum dictum eſt,eſt in quem reſoluitur propoſitio,ut in ſubiectum & prædicatum appoſito eſſe uel non eſſe. Quarto ſic. Aliquæ ſunt propoſitiones exponibiles,in quibus non ponitur ſincategorema , ergo male dicitur in definitione,propter ſincategorema in ea poſitum. Quinto ſic Omnis diuiſio debet eſſe bimembris, ſed diuiſio eorum quæ faciunt propoſitionem exponibilem non eſt bimembris,ergo ipſa non eſt bona. B

Collig. t hoc dictũ 3.de aïa. 1. Meta. & al bi in multis locis.

Solutio. Ad argumenta . Ad primum illorum dicitur , ꝙ licet omnis ſcientia ſit realis eò,ꝙ eſt habitus qualificatiuus animæ tñ non oportet,quòd obiectum illius ſciẽtiæ ſit reale , ſed ſufficit,quòd habeat aliquo modo fundamentum in re.Ad ſecundum dicitur,quòd expoſitio, a qua ſumitur ſyllogiſmus expoſitorius , bene ſpecies argumentationis , ſed de illa non eſt hic ad propoſitum , ut patuit in ſecundo notabili . Ad tertium dicitur , quòd hic accipitur expoſitio prout attribuitur propoſitionibus & non terminus , quia propoſitio eſt illud quo exponitur.Nec capitur ibi expoſitio pro ſolutione , quæ bene conuenit termino tan quã illi , in quem fit reſolutio . Ad quartum dicitur , quòd nullæ ſunt propoſitiones exponibiles, in quibus nõ ſint ſincategorema uel formaliter uel æquiualenter . Ad quintum dicitur, quòd licet diuiſio generis debeat eſſe bimembris, tamen diuiſio multiplicis æquiuoci non debet eſſe bimembris,cuiuſmodi eſt præſens diuiſio. C

Quid ſigna excluſiua,& regulæ Quatuor,quibus excluſiuæ ſumitur expoſitio.

Vide Paul. pergul. in dub. & oẽs ſummiſtas

Signa excluſiua ſunt illa , quæ ex ſignificatione ſua excluſionem important, & a quibus propoſitio redditur excluſiua . ut ſunt iſtæ dictiones , tantum , ſolum , duntaxat , & ſimilia . Hæc autem ſigna quandoque exponuntur gratia alietatis , quandoque uero gratia pluralitatis ,quandoque ponuntur in oratione ſine negatione præcedente uel conſequente . quandoque uero cum negatione . De iſtis autem tales dantur regulæ. D

Prima regula. Prima eſt , propoſitio excluſiua ſine negatione exponitur per copulatiuam affir . cuius prima pars eſt præiacens excluſiuæ,& ſecunda pars eſt negatiua importans negationem prædicati de omnibus aliis a ſubiecto.ut tantum homo eſt riſibilis ideſt homo eſt riſibilis,& nihil aliud ab homine eſt riſibile . uel tantum apoſtoli Dei ſunt duodecim

ideſt apoſtoli

A .i. Apoſtoli Dei ſunt duodecim, & non ſunt plures quam duodecim. ſecunda regula, ꝙ propoſitio excluſiua huius generis infert copulatiuam compoſitam ex duabus exponentibus, & quamlibet earum ſeorſum, & non econuerſo, ut tantum homo currit, ergo homo currit, & nihil aliud ab homine currit. Tertia regula eſt, ꝙ ab excluſiua affir. ad uniuerſalem de terminis tranſpoſitis eſt bona conſequentia, ſi fiat excluſio gratia alietatis & non contra, ut bene ſequitur, tantum animal eſt homo ergo omnis homo eſt animal, & econtra. Quarta regula eſt, ꝙ excluſiua contradictoria prioris exponitur per diſiunctiuā affirmatiuam de partibus contradicentibus priori excluſiuæ, ut iſta,
B non tantum homo currit.i. nullus homo currit, uel aliud ab homine currit. patet ex uirtute contradictionis, quia utrobique ſeruatur oppoſitio contradictionis, & ſic patet qualiter in eis ualet conſequentia. Quinta regula. excluſiua in qua ponitur ſola negatio ſequens excluſionem, exponitur per unam copulatiuam affirmatiuam. cuius prima pars eſt negatiua præiacens, ſecunda eſt affirmatiua in qua prædicatum affirmatiuæ enunciatur de quolibet alio a ſubiecto, ut tantum accidens non eſt ſubſtantia, ideſt accidens non eſt ſubſtantia, & omne aliud ab accidente eſt ſubſtantia. Et hoc patet qualiter eius contradictoria ſit exponenda. & qualiter ualeat conſequentia in excluſiuis.

Secunda regula.

Tertia regula.

Quarta regula.

C

Poſtquam Auctor ſuperius determinauit de propoſitione exponibili in communi, & de his quæ reddunt propoſitionem exponibilem ponendo definitionē eius, & enumerando octuplicia ſincategoremata aut ſaltem ſincategorematibus æquiualentia, facientia propoſitionem exponibilem, hic conſequenter determinat de ſignis excluſiuis, de quibus promiſit ſe determinaturum. Primo ſic definiens ſigna excluſiua dicens. Signa excluſiua ſunt, quæ ex ſignificatione excluſionem important, & a quibus propoſitio redditur excluſiua, ut ſunt iſtæ dictiones, tantum, ſolum, ſolummodo duntaxat. Et dicitur notanter, quæ ex ſignificatione excluſionem important, & non quæ ſignificant excluſionem, quia ſigna excluſiua non dicuntur, ex eò ꝙ ſignificent excluſiue, ſed quia exercent eam, ut tantum ſolum. Dictiones excluſiuæ dicuntur ab excluſione exercita, & non ab excluſione ſignificata, ſicut ſecuris dicitur inſciſſura, ab inſciſſione exercita, & non
D ab inſciſſione ſignificat, quia ſecuris non ſignificat inſciſſionem licet exerceat ipſum ſcindere, ſed ſignificat ſecurim.

Quid ſigna excluſiua ſint.

Primo ſciendum eſt, ꝙ excluſio dupliciter intelligitur. ſ. ut concepta, & ut exercita. Excluſio concepta deſignatur per illud nomen excluſio, & excluſio exercita exercitio generali deſignatur per hoc uerbum excludo, & per has dictiones tantum, & ſolum intelligitur excluſio ut exercita exercitio ſpeciali. ſicut equitatio ſignificatur ut concepta per hoc nomen equitatio, & per hoc uerbum equito ſignificatur ut exercita, ut cum aliquis exercet equitationem equitando.

Excluſio dupliciter ut cōcepta & ut exercita ſumit.

Secundo ſciendum eſt, quòd hæc ſigna excluſiua quandoque excludunt gratia alietatis, ut tantū homo eſt riſibilis, quandoque uero gratia pluralitatis, ut tantum ſunt decem prædicamenta quandoque etiam ponuntur negatiue, ut tantū animal

ſignorū ex cluſiuorū excluſiōis nis.

animal rationale eſt homo, quandoque uero cum negatione præcedente excluſionem, ut non tantum animal currit, quandoque uero cum negatione ſequente ſignum excluſiuum, ut tantum animal non eſt ſubſtantia, & quandoque cum negatione præpoſita & poſtpoſita ad ſignum excluſiuum, ut non tantum homo nō eſt ſubſtantia, quæ contradicit illi, in qua ſolum poſponitur negatio. Vnde aliter exponitur illa propoſitio, quæ eſt ſine negatione, & aliter illa, in qua ponitur negatio præcedens excluſionem, & aliter illa in qua ponitur negatio ſequēs excluſionem, & aliter ſua contradictoria, ſicut patebit in regulis hic ſtatim declarandis. E

Propōnis excluſiuæ exponēdi modus, q̄ item ad excluſionē requirantur.

Tertio ſciēdum eſt, ꝙ propoſitio excluſiua ſine negatione ſumpta exponitur per copulatiuam affirmatiuam, cuius prima pars eſt præiacens excluſiuæ, & ſecunda pars eſt negatiua importans negationem prædicati ab omnibus alijs a ſubiecto, ut tantum homo currit. i. homo currit, & nihil aliud ab homine currit. Vel ſic ſecundum alios, homo currit, & nullus nō homo currit, unde præiacens propoſitionis excluſiue, eſt propoſitio ſumpta ſine dictione excluſiua, cui F tamen poteſt addi ſignum excluſiuum, ut illa propoſitio homo currit, eſt præiacens illius, tantum homo currit.

Ad excluſionē quæ requirant.

Et ad excluſionem quatuor requiruntur. ſ. illud quod excluditur, illud a quo excluditur, illud reſpectu cuius excluditur, & ipſe actus excludendi, ut cùm dicitur, ſolus homo currit, animalia ab homine ſunt id quod excluditur, & homo eſt id a quo excluditur, & curſus eſt id, reſpectu cuius excluditur, & illa dictio ſolus, importat actum excludendi. Vnde propoſitio affirmatiua excluſiua infert copulatiuam compoſitam ex duabus exponentibus, & quamlibet earū ſeorſum & non econtra, ut bene ſequitur, tantum animal currit, ergo animal currit, & nihil aliud ab animali currit, bene etiam ſequitur, tantum animal currit, ergo animal currit, & ſimiliter bene ſequitur, tantum animal currit, ergo nihil aliud ab animali currit. Infert inſuper propoſitio excluſiua affirmatiua ſuam uniuerſalem de terminis tranſpoſitis, ut bene ſequitur, tantum animal eſt homo, ergo omnis homo eſt animal.

Excluſiua cōtradictoria in qua negatio excluſionem præcedens ponitur.

Quarto ſciendum eſt, ꝙ propoſitio excluſiua contradictoria prioris. ſ. in qua ponitur negatio G præcedens excluſionem, exponitur per diſiunctionem affirmatiuam de partibus contradicentibus partibus prioris copulatiuæ, ut iſta, non tantum homo currit, ſic exponitur, nullus homo currit, uel aliud ab homine currit. Vnde partes affirmatiuæ copulatiuæ dicuntur contradicere partibus negatiuis diſiunctiuæ ſibi contradictoriæ, ut iſta duo contradicunt, homo currit, & nihil aliud ab homine currit, & nullus homo currit, uel aliquid aliud ab homine currit, quia ſunt de partibus contradicentibus. Sed propoſitio excluſiua, in qua ponitur ſolum negatio ſequens excluſionem, exponitur per unā copulatiuam, cuius prima pars eſt negatiua præiacens, & alia eſt affirmatiua, in qua prædicatum affirmatiuæ enunciatur de quolibet alio a ſubiecto, ut tantum accidens non eſt ſubſtantia, ſic exponitur, accidens non eſt ſubſtantia, & omne aliud ab accidente eſt ſubſtātia, & ſua contradictoria. ſ. illa, in qua præponitur & poſtponitur negatio ſigno H excluſiuo, exponitur per diſiunctiuam de partibus contradicentibus partibus prioris copulatiuæ, ut iſta non tantum accidens non eſt ſubſtantia, ſic exponitur, accidens eſt ſubſtantia, uel omne aliud ab accidente non eſt ſubſtantia.

Argumē.

Sed contra prædicta arguitur primo ſic. Per ſigna excluſiua non intelligitur excluſio exercita, ergo contra ea quæ dicta ſunt in primo notabili. Antecedens patet, quia exercita excluſio non ſignificatur per illa ſigna, immo nihil intelligitur per aliquem terminum, niſi per ipſum ſignificare ſignificetur, cum ſit intellectum de re conſtituere. Secundo ſic. Omne illud quod exponitur gratia alietatis poteſt exponi gratia pluralitatis, ergo male dicitur, ꝙ ſigna excluſiua qñq; excludunt gratia alietatis, & quandoque gratia pluralitatis. Tertio ſic. Iſta

eſt

A eſt propoſitio excluſiua ſine negatione, tantum pater in diuinis eſt eſſentia diuina, tamen non exponitur per copulatiuam affirmatiuam, cuius prima pars ſit præiacens excluſiuæ, & ſecunda pars ſit negatiua importans negationem prædicati de omnibus aliis a ſubiecto, quia non ſequitur, tantum pater in diuinis eſt eſſentia diuina, ergo pater in diuinis eſt eſſentia diuina, & nihil aliud a patre eſt eſſentia diuina, quia exponentes ſunt ueræ, & expoſita eſt falſa, ergo. Quarto ſic. Non ſequitur, tantũ animal eſt homo, ergo animal eſt homo, & nihil aliud ab animali eſt homo, & tamen hic arguitur ab expoſita ad ſuas exponẽtes ut notum eſt, ergo antecedens eſt uerum, quia bene ſequitur, omnis homo eſt animal, ergo tantum animal eſt homo, ab uniuerſali affirmatiua ad ſuam excluſiuã de terminis tranſpoſitis, & conſequens eſt falſum, nam bene ſequitur, nihil aliud ab animali eſt homo, ergo nihil non idem animali eſt homo, quia nihil aliud, & nihil non idem æquiualent, & ultra, nihil non idem animali eſt homo, ergo
B quodlibet idẽ animali eſt homo, quia quodlibet, & nihil non, æquipollent per primam regulam æquipollentiarum. Et ultra quodlibet idem animali eſt homo, ergo quodlibet animal eſt homo, quod eſt manifeſte falſum, & per conſequens iſta, ad quam ſequebatur, nihil aliud ab animali eſt homo, eſt falſa. Quinto ſic. Non ſequitur, tantum animalia ſunt ſenſibilia, ergo omnia ſenſibilia ſunt animalia. quia antecedens eſt uerum, & conſequens falſum, patet quia lapides ſunt ſenſibiles, & tamen non ſunt animalia, ergo arguendo ab excluſiua affirmatiua ad uniuerſalem in terminis tranſpoſitis non eſt bona conſequentia.

Solutiões.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, quòd ad hoc quòd aliqua dictio det intelligere aliquid non oportet quòd aliquid ſignificet, ſed ſufficit quòd ipſum conſignificet. Et quia ſigna excluſiua conſignificant excluſionem exercitã, ideo eam dant intelligere. Ad ſecundum dicitur, quòd licet aliquando illud quod exponitur gratia alietatis poſſit exponi gratia pluralitatis, ut iſta excluſi-
C ua, tantum animalia rationalia ſunt riſibilia, poteſt exponi gratia alietatis & gratia pluralitatis, tamen propõ, quæ eſt exponibilis gratia alietatis, non ſemper poteſt exponi gratia pluralitatis, ideo non ſumit ſimpliciter falſum. Ad tertium dicitur, quod iſta de ui ſermonis & ſecũdum proprium ſenſum eſt falſa, quia hæc dictio tantum, magis reſpicit ſubiectum q̃ formam ſubiecti, & excludit aliũ in maſculino a cõſortio prædicati, ideo debet ſic exponi, tñ pater in diuinis eſt eſſentia diuina.i.pater in diuinis eſt eſſentia diuina, & tũc conſequẽs eſt falſum, ſicut antecedens. Si uero excludit a forma ſubiecti, ſic bene exponitˀ modo dicto ante oppoſitum, quia tunc antecedens eſt uerum, ſicut & conſequens. ſenſus.n. huius eſt, tantum pater in diuinis eſt eſſentia diuina.i.ille, cum quo nullus alius pater eſt eſſentia diuina in diuinis, cum enim dicimus, tantum pater in diuinis eſt eſſentia diuina, non negamus filium & ſpiritum ſanctum eſſe eſſentiam diuinam. ſed hoc dicentes ſignificamus quòd illi ſimul cum eo non ſunt pater. Ad
D quartum dr, ꝙ negatur antecedens & aſſumptum inde conſequens, uidelicet ꝙ antecedens ſit uerum & conſequens falſum. Et ad conſequentias improbantes conceduntur omnes, dempta iſta, nihil non idem animali eſt homo, ergo quodlibet idem animali eſt homo, quia licet nihil non, & quodlibet æquipolleant, tñ nihil non, idem animali & quodlibet idem animali non æquipollent propter duas cauſas. prima eſt, quia, cum dicitur, nihil non idem animali eſt homo, ambæ negationes non feruntur ad eandem copulam, quia prima fertur ad eſt, alia uero ad hoc, quod dicitur, exiſtens. modo regulæ conſequentiarum debent intelligi, quando negatio incluſa in ſigno, & alia poſtpoſita, feruntur ad eandem copulam, & propter hoc, quòd illæ negationes ambæ non feruntur ad idem prouenit. Secunda cauſa eſt, uidelicet, quod illæ duæ non ſunt eiuſdem ſubiecti, immo

Immo oẽs tres ſunt una eſſentia, ut in 1. Sen. & in 12. Met. per Moder. Scriben. & in c. firmiter d' ſũm. trini. ut ibi p Doct. late patet.

immo ſubiectum unius eſt ens idem animali.ſ.ſecundæ, ſubiectum uero alterius E .ſ.primæ eſt ens non idem animali, modo ad æquipollentes requiritur, quòd ſint eiuſdem ſubiecti, unde æquipollens iſtius, nihil non idem animali eſt homo, eſt illa, quodlibet non idem animali non eſt homo, & illæ ſunt eiuſdem ſubiecti & prædicati, & ſunt ambæ ueræ, & negatiuæ ambæ, ſi enim daretur, illa, quodlibet idem animali eſt homo, ut arguebatur, tanquam ei æquipollens, tunc æquipolleret affirmatiuæ. nam prima eſt ſimpliciter negatiua, & ſecunda eſt ſimpliciter affirmatiua. Ad quintum dicitur, quòd, ſi ſenſibile teneatur uniuoce in ambabus, tunc conſequentia eſt bona. & ſicut antecedens eſt uerum, ita & conſequens. Sed, ſi ſenſibile teneatur æquiuoce in illis ſcilicet in excluſiua pro ſenſibili actiuo, & in uniuerſali de terminis tranſpoſitis pro ſenſibili paſsiuo, ſicut non ualeret conſequentia. Modo regula eſt intelligenda, quòd ab excluſiua affirmatiua ad uniuerſalem de terminis tranſpoſitis eſt bona conſequentia, ſi fiat excluſio gratia alietatis, & termini teneatur uniuoce in ambobus. F

De ſignorum Exceptiuorum natura ac diuerſitate, de Regulis item quibuſdam ad exceptiuarum propoſitionum expoſitionum neceſſarijs dictionem.

Nota ſenſum regulæ pro excluſiuis. Vide Strod. in conſequẽ. paul. pergulen. in dub. & alios fere. ſummiſtas omnes.

SEquitur de ſignis exceptiuis. Dicuntur autem exceptiua, quæ ſignificat exceptionem alicuius contenti ſub aliquo diſtributo, ut præter, præterquam, & ſic de alijs. De quibus tales dantur regulæ, Prima eſt. quòd omnis exceptio fit a toto in quantitate ſeu a termino ſumpto ſub ſigno uniuerſali Eſt autem totum in quantitate, terminus communis ſumptus cum ſigno uniuerſali, ut omnis homo præter Socratem currit. Secunda regula eſt, quòd dictio exceptiua non G impedita facit terminum communem, ſupra quem cadit, immediate ſupponere ſimpliciter, ut omne animal præter hominem eſt irrationale, ibi hominem ſupponit ſimpliciter. Tertia regula eſt quid uniuerſalis affirmatiua exceptiua exponitur copulatiue per tres exponentes categoricas, quarum prima affirmat uniuerſale prædicatum de ſubiecto, ſumptum cum aliud ab, & in ſecunda affirmat terminum, a quo fit exceptio. Tertia eſt negatiua in qua prædicatum negatur de termino excepto ut hic, omne animal prꝫter hominem eſt irrationale, iſta exponitur ſic ideſt omne animal aliud ab hominem eſt irrationale, homo eſt animal, & homo non eſt irrationalis. Quarta regula eſt, quòd H uniuerſalis negatiua exceptiua, exponitur copulatiue per tres exponentes, in quarum prima prædicatum negatur de ſubiecto ſumpto cum aliud ab, in ſecunda affirmatur ſubiectum de termino, qui excipitur, in tertia affirmatur uniuerſale prædicatum de termino excepto, ut hic, nullum animal præter hominem eſt riſibile, exponitur ſic, nullum animal aliud ab homine. eſt riſibile, homo eſt animal, & omnis homo eſt riſibilis. Ex iſtis patet qualiter in iſtis exceptiuis ualeant cõſequentiæ ab exponentibus ad expoſitum, uel econtra. Quare eodem

A dem modo dicendum eſt de ipſis, ſicut de copulatiuis, quibus expo-
nuntur &c.

Poſtquam ſuperius Autor determinauit de dictionibus excluſiuis, hic conſequenter determinat de dictionibus exceptiuis. Cuius ordinis ratio eſt, quia dictiones excluſiue ſecludunt ab aliquo actu plura tota diſtincta, aut plures eorum partes, dictiones autem exceptiuæ ſolum excludunt reſpectu alicuius actus aliquod contentum ſub aliquo diſtributo. & ideo patet ordo.

Primo ſciendum eſt, q Autor in textu ſic definit dictiones exceptiua dicens. Dictiones exceptiuæ ſunt, quæ ſignificant exceptionem alicuius contenti ſub aliquo diſtributo, ut præter præterquam, & ſic de aliis. & ponitur ibi li quæ loco generis, eſt. n. quæ relatiuum dans intelligere ſuum antecedens, quod eſt ſincategorema, quod habet modum gene. is reſpectu dictionis exceptiuæ, & totum reſiduū
B ponitur ad differentiam omnium aliorum ſincategorematum reddentium propoſitionem exponibilem, quorum nullum ſignificat exceptionem alicuius contenti ſub aliquo diſtributo. Dictionis exceptiuæ qu. d.

Secundo ſciendum, q ut dicit Autor in textu, omnis exceptio fit a toto in quantitate. cuius ratio eſt, quia oportet illud, quod uere excipitur, q ſit pars ſecundum actum contenta in eo a quo excipitur. & quia ſolæ partes totius in quantitate ſunt actualiter contentæ in ſuo toto, & non partes aliorum totorum, niſi habeant reductionem ad totum in quantitate, ideo exceptio fit in quantitate. Ex iſto uere poſſumus colligere, q ad hoc. q aliquid excipiatur ab aliquo toto, duo requiruntur, per q illud ſit pars illius, a quo excipitur ſecundum actum, & quia partes ſubiectiue, & in modo non ſunt ſecundū actum in ſuo toto, ideo non poſſunt excipi a ſuis totis. Omnium exceptionem circa totum in quantitate fieri neceſſe eſt.

Tertio ſciendum eſt, q exceptiua affirmatiua exponitur copulatiue per tres
C exponentes, ſicut ſatis ad longum dicitur in textu, & ſi in ea ponatur præter, li præter deſcendendo ſub termino a quo fit exceptio debet mutari in aliud ab. Vnde in exceptione quatuor requiruntur, ſcilicet excipiens, quod eſt duplex. ſ principale, ut eſt intellectus, & inſtrumentale, ut dictio exceptiua terminus exceptiuus, id a quo excipitur, & actus, reſpectu cuius fit exceptio. Et terminus exceptus uirtute dictionis exceptiuæ non impeditæ ſupponit ſimpliciter, & omnes alii termini propoſitionis exceptiuæ eodem modo ſupponunt ſicut in præiacente. Sed exceptiua negatiua contradictoria præcedentis exponitur disiunctiuæ per propoſitiones contradicentes partibus exponentibus ipſam affirmatiuam, ut patet per naturam contradictionis. v g. iſta exceptiua, non animal præter hominem eſt irrationale, ſic exponitur omne animal aliud ab homine non eſt irrationale, uel homo non eſt animal, uel homo eſt irrationalis. De mō exponēdi exceptiuā deq; quatuor eius conditionibus.

Quarto ſciendum eſt, q uniuerſalis negatiua exceptiua exponitur copulatiue
D per tres propoſitiones, ſicut clare deducitur in textu. ſed ſua contradictoria exponitur disiunctiue per tres propoſitiones contradicentes partibus copulatiuæ talis disiunctiuæ contradictoriæ, ut iſta, non nullum animal præter hominem currit. ſic exponitur, aliquod animal aliud ab homine currit, uel aliquis homo non eſt animal, uel aliquis homo currit. Vniuerſalis negatiua exceptiua qūo exponitur.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Præter, eſt dictio exceptiua, & tamen non ſemper ſignificat exceptionē, ergo &c. minor probatur, quia in iſta propoſitione, tu debes decem francos præter uiginti ſcuta, li præter non ſignificat exceptionem, nam ſenſus illius propoſitiones eſt, tu debes decem francos cum uiginti ſcutis Secundo ſic. Exceptio fit a toto integrali, ut patet dicendo, totus Socrates eſt in arca præter pedem, ergo male dicitur in textu, quod omnis exceptio fit a toto Argumen.

a toto in quantitate. Tertio ſic. Exceptio ſit a toto uniuerſali, ergo &c. Antecedens patet dicendo, homo ratiocinatur præter Socra. qui eſt ueſanus. Quarto ſic. Terminus exceptus non ſemper excipitur ſimpliciter, ergo male dicitur in textu, ꝙ dictio exceptiua facit terminum communem, ſupra quem cadit, ſupponere ſimpliciter. Antecedens patet, quia terminus exceptus excipitur reſpectu alicuius actus, modo actiones ſunt ſingularium & ſuppoſitorum, Proœmio Metaphiſicæ, & ſic terminus exceptus ſupponit perſonaliter & non ſimpliciter. Quinto ſic. Iſta eſt una propoſitio exceptiua, nullus homo præter aſinum currit, & tamen illud quod excipitur non continetur ſecundum actum in toto in quantitate a quo excipitur, ergo illæ conditiones aſſignatæ ad hoc quòd aliquid excipiatur non ſunt bonæ. E

Solutio.

Nota huius dictionis præter uarias in orõne acceptiones

Ad argumenta. Ad primum dicitur, ꝙ quandocunque præter accipitur exceptiue, ſemper ſignificat exceptionem, ſed ſemper non tenetur exceptiue, immo aliquando tenetur negatiue, ut ego ſtabo præter te. i. ſine te, aliquando abſtractiue, ut decem præter duo ſunt octo. i. remotis duobus a decem remanent octo. & aliquando aſſociatiue, ut tu debes decem francos præter uiginti ſcuta. i. cũ uiginti ſcutis. Ad ſecundum dicendum eſt, quod uerum eſt, ſed per totum in quantitate. Pet. Hiſpa. intelligit totum integrale, ſicut ſatis patet in ſuis ſincategorematibus, ubi expreſſe dicitur, ꝙ exceptio ſit a toto in quantitate & a toto integrali. Ad tertium dicitur, quòd ibi non eſt uera exceptio, ſed potius abuſiua: Ad quartum dicitur, quòd licet terminus ſupponens ſimpliciter ſupponat pro re uniuerſali, tamen hoc eſt ſecundum habitudinem quam habet ad ſuppoſita. & ideo ubicunque ſupponit pro ſuppoſitis, licet indeterminatis. Ad quintum dicitur, ꝙ ad hoc ꝙ aliqua propoſitio ſit uere exceptiua tam ex parte rei quã ex parte modi enunciandi requiritur quod excipiatur aliquid ab aliquo, quod ſert inſtantiam eius a quo ſit exceptio, ſic, quòd ſit pars ſecundum actum contenta in illo a quo excipitur, ſicut patuit in ſecundo notabili, & per amplius patebit in ſincategorematibus. F G

De Reduplicatiuis dictionibus, quomodoque per regulas ſint exponenda propoſitionum uaria genera, differitur.

SEquitur de reduplicatiuis dictionibus. Dicuntur autem reduplicatiuæ dictiones, quæ important rationem, ſecundum quam aliquid alteri attribuitur, ut inquantum, ſecundum ꝙ, ea ratione, qua et ſimilia. De quibus tales dantur regulæ.

Prima regula.

Prima eſt ꝙ dictio reduplicatiua præſupponit aliquod prædicatum ineſſe alicui ſubiecto, & denotat illud ſupra quod cadit immediate eſſe cauſam illius inhærentiæ.

Secunda regula.

Secunda regula eſt. Quòd dictio reduplicatiua ſemper fertur ad prædicatum, & nunquam reduplicat ipſum. H

Tertia regula.

Tertia regula eſt. Quod propoſitio reduplicatiua affirmatiua exponitur per quatuor exponentes affirmatiuas, quarum prima affirmat prædicatum principale de ſubiecto, ſecunda autem affirmat reduplicatiuum de ſubiecto, tertia uero affirmat prædicatum principale de reduplicato uniuerſali, quarta eſt una cauſalis, in cuius antecedente ponitur dictio ſupra quam cadit reduplicatio de aliquo tranſcendenti, & in conſequente prædicatum principale affirmatur de relatiuo illius tranſcendentis, ut hic,

homo

A homo inquantum rationalis eſt flebilis .i. homo eſt flebilis, & homo eſt rationalis,& omne rationale eſt flebile.& quia aliquid eſt rationale ipſum eſt flebile. Quarta regula eſt,ꝙ propoſitio reduplicatiua,in qua ponitur negatio poſt dictionem reduplicatiuam,exponitur copulatiue per quatuor exponentes, quarum prima negat prædicatum de ſubiecto principali ſecunda affirmat de reduplicatum de eodem tertia negat uniuerſaliter prædicatum principale de repuplicato, quarta eſt una cauſalis, in cuius antecedente prædicatum reduplicatum de ſuo tranſcendenti affirmatur, & in conſequente negatur prædicatum de relatiuo illius tranſcendentis, ut hic, nullus homo inquantum rationalis non eſt rudibilis .i. nullus homo eſt rudibilis, & omnis homo B eſt rationalis,& nullum rationale eſt rudibile, & quia aliquod eſt rationale, ipſum non eſt rudibile.Ex iſto patet per legem contradictoriarum qualiter ſunt exponendæ contradictoriæ iſtarum,& qualis ualeat conſequentia in ipſis.Patet etiam,quòd in iſtis ualet conformiter conſequentia ſicut in prioribus. Quarta regula.

Poſtquam Auctor determinauit de dictionibus exceptiuis, hic conſequenter determinat de dictionibus reduplicatiuis.Et ratio ordinis eſt, quia dictiones reduplicatiuæ denotant attributionem,ſicut apparebit per definitionem earum inferius ponendam. Dictiones uero exceptiuæ quodammodo important ſeparationem,& remotionem. modo attributio, & remotio quodammodo opponuntur,& quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt,ideo patet ordo.

C Primo ſciendum eſt,ꝙ Auctor in textu dictiones reduplicatiuas definit dicés. Dictiones reduplicatiuæ dicuntur, quæ important rationem ſecundum quam aliquid alteri attribuitur.& ſubintelligitur ſincategoremata,ita ut ſit ſenſus. dictiones reduplicatiuæ ſunt ſincategoremata, quæ important rationem &c. totũ reſiduum ponitur ad differentiam aliorum ſincategorematum,quorum nulli cõpetit ratio aliquid alteri attribuendi unde dictiones reduplicatiuæ ſunt aduerbium uel propoſitiones cum ſuo caſuali ut ſunt iſtæ, inquantum, ſecundum,ꝙ ea ratione.& iſtis dictionibus dicitur propoſitio reduplicatiua &c. Quæ nam dicātur dictiones reduplicatiuæ.

Secundo ſciendum eſt,quòd ut dicit Auctor in textu,dictio reduplicatiua præſupponit aliquod prædicatum in eſſe alicui ſubiecto, & denotat illud, ſupra quod cadit,eſſe cauſam illius inhærentiæ, unde reduplicatio ſic definitur. Reduplicatio eſt enunciatio reiterata ſupra extremum propoſitionis, denotans cauſam inhærentiæ prædicati cum ſubiecto. unde in propoſitione reduplicatiua quatuor ſunt conſyderanda, ſcilicet ſubiectum principale, & prædicatum principale, reduplicatum,& dictio reduplicatiua, ut in iſta propoſitione, omne animal eſt ſubſtantia inquantum animal, li primum, animal eſt ſubiectum principale,li ſubſtantia,eſt prædicatum principale materiale, li inquantum,eſt dictio reduplicatiua,& li animal.ſecundum, ſupra quod cadit iſta reduplicatiua,eſt reduplicatum. Propōnis reduplĩtiuæ natu rę ſecundũ q̃tuor exactiſs ma conſyderatio. D

Tertio ſciendum eſt,ꝙ ut dicit Alber.reduplicatio,& diſtributio ex oppoſito ſe habent,quia diſtributio incipit a ſubiecto diuidendo partes eius & terminãdo eas in receptione prædicati,ſed reduplicatio eſt proprietas inchoans a prædicato,& terminata in ſubiecto.dictio namque reduplicatiua,ut dicit textus,ſemper fertur ad prædicatũ,ſed nunquam reduplicat ipſum,unde reduplicatiua affirma- Nota dictũ Alber.pulcherrimũ d̄ reduplicationis & diſtribõis natura ac diſcrimĩe.

tiua exponitur per unam copulatiuam habentem quatuor propoſitiones cate- E
goricas affirmatiuas partes ſui, & reduplicatiua in qua ponitur negatio poſt di-
ctionem reduplicatiuam ſimiliter exponitur copulatiue per quatuor exponen-
tes ſicut ad longum deducitur in textu.

Reduplicatiua quomodo exponẽda ſit diſiũctiue. Quarto ſciendum eſt, ꝙ couplatiua, & diſiunctiua de partibus contradicentibus contradicunt. ideo ſicut reduplicatiua affirmatiua exponitur copulatiue per quatuor affirmatiuas propoſitiones, ſic reduplicatiua ei contradictoria exponitur diſiunctiue per quatuor propoſitiones negatiuas contradicentes exponentibus reduplicatiuam affirmatiuam, ut non omnis homo eſt animal inquantum ſenſitiuus, quæ contradicit iſti, omnis homo eſt animal inquantum ſenſitiuus, exponitur ſic, non omnis homo eſt animal, uel non omne ſenſitiuum eſt animal, uel homo non eſt ſenſitiuus, uel quia aliquid non eſt ſenſitiuum illud non eſt animal uel ſic, & idem reddit, aliquis homo non eſt animal, uel aliquod ſenſitiuum non eſt animal, uel homo non eſt ſenſitiuus, uel quia aliquid non eſt ſenſitiuum, illud non eſt animal, uel conformiter poſſet dici de contradictoria reduplicatiuæ, F in qua negatio ponitur poſt dictionem reduplicatiuam, uidelicet, ꝙ exponitur diſiunctiue per propoſitiones contradicentes propoſitionibus exponentibus ſuam contradictoriam. Exempla facilia ſunt intuenti.

Argumen. Contra prædicta arguitur primo ſic. Nulla propoſitio eſt reduplicatiua, ergo his male definitur. Antecedens patet, quia reduplicatio ſemper reduplicat ſubiectum, & ſic debet dici de reduplicatio extremo, & non propoſitio reduplicatiua. Secundo ſic. In iſta propoſitione, cognoſco Socra. inquantum homo ponitur dictio reduplicatiua, & tamen non eſt reduplicatiua propoſitio, ergo non omnis illa propoſitio in qua ponitur dictio reduplicatiua, eſt reduplicatiua. Tertio ſic. Hæc eſt reduplicatiua, homo eſt animal inquantum homo, & tamen homo, ſupra quem cadit reduplicatio, non eſt cauſa prædicati, quia homo non eſt cauſa animalis, ſed econtra, ergo reduplicatio non denotat cauſam G inhærentiæ prædicati cum ſubiecto. Quarto ſic. Dicendo, Socra. ſcribit inquantum poteſt. ibi hæc reduplicatio inquantum non eſt nota inhærentiæ prædicati cum ſubiecto, ergo male dicitur in ſecundo notabili, ꝙ reduplicatio denotat cauſam inhærentiæ prædicati cum ſubiecto. Quinto ſic. Reduplicatiua affirmatiua exponitur copulatiue per quatuor propoſitiones affirmatiuas, ergo eius contradictoria ſimiliter debet exponi copulatiue per quatuor propoſitiones negatiuas, quia oppoſitorum eadem eſt diſciplina, ergo male dicitur in quarto notabili, ꝙ exponitur diſiunctiue.

Solutio. Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ licet omnis reduplicatiua uideatur eſſe de reduplicato extremo .ſ. de reduplicato ſubiecto nihilominus tamen, quia talis reduplicatio fertur ſupra prædicatum, tota propoſitio dicitur reduplicatiua ratione ſuæ partis .ſ. ratione ſui ſubiecti reduplicati ſupra prædicatum. Ad ſecundum dicitur, ꝙ li inquantum non tenetur ibi reduplicatiue, H ſed ſpecificatiue, ita ꝙ eſt ſenſus, cognoſco Socratem inquantum homo .ſ. ea ratione qua eſt homo. Ad tertium dicitur, ꝙ in ſecundo notabili non dicitur, ꝙ illud ſupra quod cadit reduplicatio ſit cauſa prædicati, ſed duntaxat, ꝙ eſt cauſa inhærentiæ prædicati cum ſubiecto. modo, licet homo nõ eſt cauſa animalis quã tũ ad eſſe, ſed ecõtra, eſt tñ cauſa inhærentiæ animalis ad ipſum. Ad quartum dicitur, ꝙ duplex eſt reduplicatio, quædã eſt reduplicatio rei ſecundũ inhærentiam alterius ad ipſam, & talis eſt nota cauſæ inhærentiæ, ut homo eſt animal inquantum homo, alia eſt reduplicatio modi inhærendi, ut Socra. ſcribit inquantum poteſt, & de prima principaliter intelligitur definitio. Ad quintum dicitur, ꝙ, quia copulatiua & diſiunctiua de partibus contradicentibus contradicunt, ideo

E ideo ſicut reduplicatiua affirmatiua exponitur per copulatiuam affirmatiuam, ita reduplicatiua contradictoria eius exponitur per diſiunctiuam de partibus cõtradicentibus. & quia etiam contradictio in copulatiuis, ſicut & in omnibus alijs hypotheticis, poteſt dari ferendo negationem ad copulam principalem totius hypoteticæ, uel præponendo negationem toti propoſitioni, ideo reduplicatiua contradictoria reduplicatiue affirmatiuæ bene poſſet exponi per copulatiuam contradicentem copulatiuæ exponẽti reduplicatiuam affirmatiuam, ſed, quia magis eſt uſitatus primus modus dandi contradictionem, in copulatiuis, ideo dicit melius Auctor, quod exponitur per diſiunctiuam quam per copulatiuam.

De Verborum Incipit & Deſinit natura, & propoſitionum de ipſis formatarum reſoluta expoſitio.

F SEquitur de incipit & deſinit. Pro quorum expoſitione notandum eſt, quod rerũ, quædam ſunt, quarum acquiritur totum eſſe ſimul & in inſtanti, ut homo, uel binarius, ſiue hoc ſit, mediante aliqua mutatione ſucceſsiua præcedente, ut in productione naturali, ſiue hoc ſit, ſine aliqua mutatione præcedente, ut in creatione angeli, quædam autem ſunt quorũ eſſe acquiritur ſucceſsiue, & pars poſt partem, ut ſunt res naturæ permanentes, quarum denominatio dependet a dominio contrarij ſupra contrarium, ſicut album, & nigrum, frigidum, & calidum, & etiam res naturæ ſucceſsiuæ, ut motus & tempus, & ſimiliter aliquarum rerum quarum eſſe deperditur totum ſimul, & in inſtanti, G deperditur ſucceſsiuæ. & ſecundum has differentias quatuor dantur regulæ. Prima regula eſt, aliarum autem quarum totum eſſe, propoſitiones de incipit, in rebus quarum eſſe totum ſimul acquiritur, exponuntur per unam copulatiuam, cuius prima pars eſt affirmatiua de præſenti, ſecunda negatiua de præterito, ut nunc homo incipit, ideſt homo nunc eſt immediate ante hoc non fuit. Secunda regula. Propoſitiones de incipit, in rebus quarum eſſe acquiritur ſucceſsiue, exponuntur per unam copulatiuam, cuius prima pars eſt negatiua de præſenti, ſecunda eſt affirmatiua de futuro, ut hæc, Socra. incipit eſſe albus, nunc Socr. idem non eſt albus, & immediate poſt hoc erit albus, uel ſic, motus incipit eſſe. i. motus autem non eſt & immediate poſt H erit. Tertia regula eſt. quod propoſitiones de deſinit, rerum quarum eſſe totum ſimul deperditur, exponuntur per unam copulatiuam, cuius prima pars eſt affirmatiua de præſenti, & ſecunda eſt negatiua de futuro, ut Socra. deſinit eſſe homo, ideſt Socra. nunc eſt homo, & immediate poſt quod non erit homo. Quarta regula eſt, Propoſitiones de deſinit, rerum quarum eſſe deperditur ſucceſsiue, exponuntur copulatiue per unam negatiuam de præſenti, & alteram affirmatiuam de præterito, ut hic, Socrates deſinit eſſe albus, ideſt Socrates nunc non eſt albus, & immediate ante hoc fuit albus. Ex iſtis pa-

De iſtis tractatur 5. Phy. & 1. 2. Sẽt. ab omnibus Doctoribus.

Prima regula.

Secunda regula.

Tertia regula.

Quarta regula.

tet quomodo contradictoriæ iſtarum ſunt exponendæ, & quomodo E
in ipſis ualet conſequentia.

Poſtquam Autor determinauit de dictionibus reduplicatiuis, hic conſequenter determinat de iſtis duobus uerbis, incipit, & deſinit. Et ratio ordinis eſt, quia exponibilitas propoſitionis reduplicatiuæ fundatur ſupra principium materiale ipſius propoſitionis reduplicatiuæ, ſcilicet ſupra ſubiectum. eſt enim reduplicatio forma ſubiecti reduplicata ſupra prædicatum, ſed exponibilitas propoſitionum de incipit & deſinit magis ſe tenet ex parte prædicati formalis, ſcilicet ex parte uerbi. Et ita patet ordo.

Rerū, ſi ſucceſsiuas & pmanētes diuiſio, earūq; ab inuicē dría.

Primo ſciendum eſt, ꝙ ut dicit Autor in textu, quædam ſunt res, quarum eſſe totum acquiritur ſimul, & iſtæ ſunt permanentes, aliæ ſunt, quarum eſſe acquiritur ſucceſsiue & pars poſt partem, ut ſunt res naturæ permanentes, quarum denominatio dependet ad modum per contrarium, ſicut album & calidum. & F
etiam res naturæ ſucceſsiuæ, ut motus. unde res permanentes & ſucceſsiuæ differunt quatuor modis. primo, quia eſſe rerum permanentium eſt totum ſimul, eſſe autem rerum ſucceſsiuarum, capiendo entia ſucceſsiua duobus prædictis modis, non eſt ſimul, ſed in ſucceſsione. differunt ſecundo, quia partes rerum permanentium ſunt omnes ſimul, partes uero rerum ſucceſsiuarum non ſunt ſimul, ſed una poſt aliam. differunt tertio ſicut cauſa & effectus. permanentia enim ſunt cauſa ſucceſsiuorum, & priora ſecundum naturam, ſucceſsiua uero poſteriora. differtur quarto, quia res permanentes ſunt in ſe terminatæ, ſed res ſucceſsiuæ nō habent in ſe terminos, ut motus ſecundum proprium eſſe ſucceſsiuum non habet terminum, ſed terminatur ad res permanentes, ut alteratio ad qualitatem. & augmentatio ad quantitatem &c.

Cuius nā rei ſucceſsiuæ, ſeu pmanentis ſit primū uel ultimū inſtās aſsignare.

Secundo ſciendum eſt, quòd rei naturæ permanentis quæ in eſſe, fieri, & conſeruari non dependet a re ſucceſsiua, & rei permanentis quantumcunq; dependet G
ab alia datur primum inſtans eſſe quo ad inceptionem, ſic, quòd, uerum eſt dicere, iam eſt iſta res, & immediate ante hoc non fuit. Et rei naturæ ſucceſsiuæ datur ultimum inſtans non eſſe quò ad inceptionem, ut iſta res non eſt, & immediate poſt erit.

Iſtorū uerborū incipit & deſinit natura, ac reſolutio.

Tertio ſciendum eſt, ꝙ iſta duo uerba incipit & deſinit dicunt inceptionem & deſinitionem, ſed deſinitio & inceptio non ſunt niſi in terminis initialibus & finalibus rerum, & tamen ultra terminum finalem nihil eſt de re, neque ante terminum initialem aliquid eſt de re, eo ꝙ tota res intra totos ſuos terminos clauditur, ideo hoc uerbum deſinit. quòd dicit terminum finalem rei, per prius dat intelligere præſens, & conſequenter priuationem futuri, & hoc in permanentibus, ſed in ſucceſsiuis præteritum terminatum ad præſens, & conſequenter priuationem præſentis. & incipit, quod dicit terminum initialem rei, dat intelligere præſens & priuationem præteriti, & hoc in rebus permanentibus. & in ſucceſ- H
ſiuis per prius ponit futurum terminatum ad præſens, & per poſterius priuationem præſentis, quia res ſucceſsiuæ non ſunt in principio ſui, ſed poſt ipſum principium, ſicut ſunt res permanentes.

Propōnes de incipit & deſinit aliter i rebus pmanēribus & in ſucceſsi uis exponēdæ ſunt.

Quarto ſciendū eſt, ꝙ iſta duo uerba incipit & deſinit quandoq; adiungūtur permanentibus & ſucceſsiuis, quæ differunt ſpecie, habent rationes differentes ſpecie eo quòd dicunt motum, qui capit ſpeciem a ſuis terminis, & potiſsime a termino ad quē. & quia alia eſt rō horum uerborum incipit & deſinit cū pmanentibus, & alia cum ſucceſsiuis, ſicut ſuperius patuit, ideo aliter exponunt propōnes de incipit & deſinit in rebus permanentibus q̄ ſucceſsiuis, qa in permanētibus affirmatiuæ de incipit exponūtur per unam copulatiuam, cuius prima pars

eſt

A eſt affirmatiua de præſenti, & alia eſt negatiua de præterito, ut iſta, Homo incipit eſſe, ſic exponitur, homo nunc eſt, & immediate ante hoc non fuit. Sed in rebus ſucceſsiuis exponitur per unam copulatiuam, cuius prima pars eſt negatiua de præſenti, & ſecunda affirmatiua de futuro, ut homo incipit eſſe albus, ſic exponitur, homo non eſt nunc albus, & immediate poſt erit albus, & ſimili modo dicendum eſt de propoſitionibus de deſinit, ſicut apparet ſatis in textu. negatiuæ uero de incipit & deſinit exponuntur per copulatiuam expoſitam de partibus oppoſitis partibus copulatiuæ, per quam exponitur affirmatiua de ipſis.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Motus cœli eſt cauſa iſtorum inferiorū, quæ ut in pluribus ſunt permanentia, non ergo permanentia ſunt cauſa ſucceſsiuorum. tenet conſequentia, quia idem non eſt cauſa & effectus reſpectu eiuſdem. Secundo ſic. Cuiuſlibet rei eſt terminus intrinſecus, ergo male dicitur, ꝙ res ſucceſsiue non habent in ſe terminos ad quos terminantur. Tertio Argumē.
B ſic. Incipit & deſinit ſunt eiuſdem rationis in permanentibus & ſucceſsiuis, ergo ſemper eodem modo debent exponi propoſitiones de incipit & deſinit in permanentibus & ſucceſsiuis. Antecedens patet, quia incipit ſemper denotat inceptionem, quia eſt ratio eius, & deſinit deſinitionem. Quarto ſic. Permanentia non differunt a ſucceſsiuis de incipit & deſinit in ipſis. Antecedens patet, quia album & nigrum ſunt entia permanentia in eſſe, & ſunt ſucceſsiua. quia eſſe eorum acquiritur ſucceſsiue. Quinto ſic. Poſito caſu, quòd Socrates ſit in principio ſui fieri, iſta eſt uera, Socrates incipit eſſe, & tamen iſta eſt falſa, Socrates eſt nunc, & immediate ante non fuit, quia una pars illius copulatiuæ eſt falſa, ſcilicet iſta, immediate ante non fuit, poſito quòd alia pars copulatiuæ ſit uera, ſcilicet Socrates nunc eſt, quia propoſitio de præſenti ponit affirmationem de præterito & futuro ueram, ex eo quòd præſens eſt finis præteriti, & initium futuri.

C Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ licèt aliqua ſucceſsiua ſint cauſa permanentium, ſicut motus cœleſtis eſt cauſa permanentium hic inferius exiſtentium, tamen ſimpliciter loquendo, & a toto genere, permanentia ſunt cauſa ſucceſsiuorum. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet cuiuſlibet rei ſit terminus intrinſecus ſecundum eſſentiam, tamen in pluribus non eſt terminus intrinſecus ſecundū eſſe, ſicut motus rei ſecundum ſuum eſſe ſucceſsiuum, non habet terminum qui habet eſſe ſucceſsiuum, ſed bene habet terminum, qui habet eſſe permanens. & ſicut iſte motus, qui eſt alteratio determinatur ad qualitatem, & hic capitur ſucceſsiuum prout diſtinguitur contra quodcunque permanens, uidelicet ſpecialiter & non generaliter. Ad tertium dicitur, ꝙ licet incipit & deſinit ſint eiuſdem rationis generalis in permanentibus & ſucceſsiuis, quia ſemper important inceptionem aut deſinitionem, non tamen ſunt eiuſdem rationis ſpecialis, ſicut tactum eſt in principio primi notabilis. Quare aliter exponuntur Solōnes.
D propoſitiones de incipit & deſinit in permanentibus & ſucceſsiuis. Ad quartum dicitur, ꝙ capiendo ſucceſsiuum pro eo, quod quando ſit eſt, & quando factum eſt, non fit, nihil idem eſt ſucceſsiuum & permanēs, ſed ſi capiatur ſucceſsiuum, pro eo, cuius eſſe acquiritur ſucceſsiue, ſic aliquid poſſet eſſe ſucceſsiuum & permanens, ut tactum eſt in principio primi notabilis, non tamen de tali permanentia de qua eſt hic ad propoſitum, quia ibi res capitur res permanens ſolū pro illa, cuius eſſe in inſtanti acquiritur. Ad quintum dicitur, ꝙ licet idem inſtans materialiter ſit inſtans præteriti, non tamen eſt idem formaliter inſtans. & ideo non oportet ꝙ una propoſitio affirmatiua de præſenti ſemper ponat affirmatiuam ueram de præterito.

De Infiniti quinque acceptionibus, & propoſitionibus ex ipſo formatis. E

SEquitur de nomine infinito. Cuius quædam ſolent aſsignari diſtinctiones. Prima eſt, ꝙ infinitum quinque modis ſumitur. Vno mō negatiue, & eſt illud, quod non eſt finitum nec aptum natum finiri, ut punctus uel Deus, alio modo priuatiue, & eſt illud, quod non eſt finitum, ſed aptum natum eſt finiri, ut motus nondum perfectus eſt infinitus, & illud eſt triplex.ſ.infinitum per appoſitionē, ut numerus, infinitum per diuiſionem, ut continuum, & infinitum per appoſitionem & diuiſionem ſimul, ſicut eſt tempus. Secunda diſtinctio eſt de infinito, qua diſtinguuntur omnes modi præcedentes, ꝙ aliud dicitur infinitum in actu, quod eſt quantum non determinatum, aliud eſt infinitum in potentia ut ſunt continua, aliud eſt infinitum, quò ad nos tantum & non ſecundum rem. Tertia diſtinctio eſt, ꝙ infinitum capitur uno modo categorematice pro ut eſt terminus cōis & ſic ſignificat quantitatem rei ſubiectæ uel prædicatæ, ut cúm dicitur mūdus eſt infinitus. alio modo ſumitur ſincategorematice, non prout dicit quantitatem rei ſubiectæ uel prædicatæ, ſed qualiter ſe habet ſubiectū in ordine ad prædicatum, & ſic non eſt terminus cōis, ſed eſt diſpoſitio ſubiecti, & ſignum diſtributiuum, & de his dantur tres regulæ. Prima regula eſt, ꝙ infinitum ſincategorematice captum, poſitū in ſubiecto facit terminum cōem ſequentem pro ſe ſtare confuſe tm̄, ut hic, infiniti hoīes currunt, ibi homines, ſupponit confuſe, non tn̄ mobiliter. Secunda regula eſt, ꝙ propoſitio de infinito ſincategorematice capto exponitur per unam copulatiuā, cuius prima pars affirmat prædicatū de ſubiecto ſumpto ſub aliqua quantitate cōtinua uel diſcreta, & alia negat prædicatum ineſſe tali ſubiecto ſecundum determinatam quantitatem, ut iſta, infiniti homines currūt, quæ ſic exponitur, aliqui homines currunt, & non tot, quin plures duobus uel tribus, uel ſic, aliqui homines currunt, & quotlibet plures. Tertia regula categorematice eſt, ꝙ ꝓpoſitio de infinito capto ſignificatiue, exponitur per unā copulatiuam cuius. prima pars affirmat quantitatem de ſubiecto, & ſecūda pars negat terminum illius quātitatis, ut hic, linea eſt infinita, ideſt linea eſt quanta, & nō habet terminū ſuæ quantitatis, & hoc eſt, ſi infinitum ſit in prædicato, ſed, ſi ſit in ſubiecto, prima affirmat prædicatū de ſubiecto quanto, & ſecunda negat terminū illius quantitatis, ut hic, aliquod corpus infinitum eſt album. i. aliquod corpus quantum & album, idem corpus non habet terminum ſuæ quantitatis. Et nota, ꝙ oportet negare terminum illius quantitatis ſecundum quem dicitur infinitum, ita ꝙ ſi ſit infinitum actu negandus eſt terminus illius

Margin notes: F — Prima regula. — G — Secunda regula. — Tertia regula. — H

E lius quantitatis actualis,ſed ſi ſit in potentia, ita quòd ſit infinitum ſecundum quantitatem potentialem tantum, & non ſecundum actualē, negandus eſt terminus quantitatis potentialis, & non actualis, ſiue ſit infinitum ſecundum appoſitionem,uel ſecundum diuiſionem.

Poſtquàm Auctor ſuperius determinauit de incipit,& deſinit,hic conſequenter determinat de infinito, Ratio ordinis eſt,quia deſinit oſtendit poſitiue finem rei eo q; ſignificat deſitionem eius, infinitum uero deſignat finem rei priuatiuę,quia ſignificat carentiam finis,ſicut ſatis apparet per uim nominis.Infinitum enim dicitur ab in,quod eſt non,& finitum,quaſi non finitum.i.ſine fine, & quia habitus præcedit priuationem,ideo patet ordo. Primo ſciendum eſt,q; ut dicit Ariſt.3.Phyſi.infinitum dicitur quinq; modis.Primo modo negatiue.ſ.quod non eſt aptum natum tranſiri,& hoc modo dicitur uox inuiſibilis,ſicut infinitum F intranſibile,ſecundo modo dicitur infinitum,quod quantum eſt de ſe poteſt trāſiri,non tamen a nobis propter impedimentum,ut profunditas maris dicitur infinita.Tertio modo dicitur infinitum,quod poteſt tranſiri etiam a nobis,ſed hoc eſt uix,& cum magna difficultate, & ſic iter uſque ad Indiam dicitur infinitum. Quarto modo dicitur infinitum,quod habet tranſitum inconſummabilem propter eius extenſionem infinitam, ut ſi eſſet aliqua magnitudo non habens terminos,illa eſſet infinita.Quinto modo dicitur infinitum ſecundum diuiſionem, ut in magnitudinibus,aut ſecundum appoſitionem,ut in numeris,aut utroq; modo,ut in tempore. Secundo ſciendum eſt,q; Petrus Hiſp in textu reducit iſtos quinque modos ad duas diuiſiones,quarum prima eſt,q; infinitum quandoq; ſumitur negatiue,& eſt illud,quod non eſt finitum,nec aptum natum finiri,ut punctus uel Deus.Alio modo ſumitur priuatiue, & eſt illud, quod non eſt finitum, eſt tamen aptum natum finiri, ut motus nondum perfectus. & eſt illud triplex, G ſcilicet infinitum per appoſitionem tantum,ut in numeris, quia dato quocunq; numero adhuc poteſt dari maior,infinitum per diuiſionem tantum,ut in continuis,quia dato quocunque continuo,utputa bicubito, illud eſt diuiſibile in infinitum diuidendo in partes eiuſdem proportionis,& infinitum per appoſitionem & diuiſionem ſimul,ſicut eſt tempus,eſt enim tempus infinitum quo ad diuiſionem,quia eſt continuum, & eſt infinitum per appoſitionem, quia eſt numerus motus. Secunda diuiſio eſt de infinito, qua omnes diſtinguuntur modi præcedentes,quia aliquid dicitur infinitum in actu, quod eſt quantum non terminatum,ut eſt magnitudo carens terminus,aliud eſt infinitum in potentia, ut ſunt continua, aliud eſt infinitum quo ad nos,ut profunditas maris. Tertio ſciendum eſt cum textu, quòd infinitum ſecundum quòd ſubſeruit propoſito adhuc poteſt capi duobus modis.Vno modo ſignificatiue categorematicę, & ſic eſt terminus communis ſignificans quantitatem rei ſubiectę,uel prędicatæ,ut cum dici H tur,mundus eſt infinitus,infinitum eſt album, & tunc eſt nomen ſubſtantiuum. Alio modo capitur ſincategorematice,nō prout dicit quantitatem rei, ſed prout dicit qualiter ſe habet ſubiectum in ordine ad prędicatū,& ſic eſt nomen adiectiuum.nec eſt terminus cō:s ſignificans rem ſubiicibilem,aut prędicabilem,ſed eſt diſpoſitio ſubiecti, & ſignum, & ipſum poſitum in ſubiecto facit terminum ſequentem ſtare confuſe tm̄,non tamen mobiliter,quia licet ſupponat pro quolibet ſuo ſuppoſito,non tamen ſub eo poteſt fieri deſcenſus. Quarto ſciendū eſt, q; propoſitio de infinito ſincategorematice capto,exponitur per unam copulatiuam,cuius prima pars affirmat prædicatum de ſubiecto,ſumpto ſub aliqua quātitate continua uel diſcreta,& ſecunda negat prædicatum ineſſe tali ſubiecto ſecundum determinatam quantitatem,ut iſta,infiniti hoīes currunt,ſic exponitur,ali-

Quinque modis ſumitur infinitum.

A te.c.24. infra hř in finiti materia,uid ibi & Docto.

Diuiſiões duæ penes quas ſumūtur omnes modi infiniti.

Infinitum ſubſtantiuum q̄nq;, & q̄nq; adiectiuū nomen eſt.

Propōnes de infinito qūo exponendæ.

quot homines currunt,& non tot quin plures duobus uel tribus uel ſic, aliquot **E**
homines currunt,& quotlibet plures. Sed illæ infinito ſincategorematice,ſeu ſignificatiue capto,exponuntur per unam copulatiuam,cuius prima pars affirmat quantitatem de ſubiecto,& ſecunda negat terminum illius quantitatis. ut hæc propoſitio,linea eſt infinita,ſic exponitur linea eſt quanta , & non habet terminum ſuæ quantitatis,& hoc eſt intelligendum,ſi li infinitum ſit prædicato,quia, ſi ſit in ſubiecto,exponuntur per unam copulatiuam,cuius prima pars affirmat prædicatum de ſubiecto quanto,& ſecunda negat terminum illius quantitatis, ut hæc,aliquod corpus infinitum eſt album , ſic exponitur , aliquod corpus eſt album,& illud corpus non habet terminum ſuæ quantitatis. Et oportet negare terminum illius quantitatis,ſecundum quem dicitur infinitum,ita q ſi ſit infinitum in actu,negandus eſt terminus quantitatis actualis,& ſi ſit infinitum in potentia,negandus eſt terminus quantitatis potentialis. Ex quibus poſſumus colligere,ſiue infinitum capiatur categorematice ſeu ſignificatiue , ſiue ſincategorematice,ſemper reddit propoſitionem exponibilem,licet hoc potius faciat,quando tenetur ſincategorematice. **F**

Secus ĩn ð infinito ad imaginatio nē ve diſcen titur. 1. Cę. & Mund. a Philoſo.

Arguméta

Contra prædicta arguitur primo ſic. Quod habet poſitionem in continuo eſt finitum,igitur punctus eſt finitus,& ſic male exemplificatur de puncto,dum dicitur,quòd punctus eſt finitus,& ſic male exemplificatur de puncto, dum dicitur, q punctus eſt infinitus negatiue,quia non eſt finitus nec aptus natus finiri. Antecedens patet,quia quod habet poſitionem in continuo eſt terminatum. Secundo ſic. Sola ſigna uniuerſalis,& negationes confundunt , ſed infinitum non eſt ſignum uniuerſale,nec eſt negatio,ergo non facit terminum ſequentem ſe ſtare confuſe. Tertio ſic Propoſitio exponibilis eſt intelligibilis & apprehenſibilis ab intellectu exponente,ſed propoſitio de infinito non eſt apprehenſibilis ab intellectu,quia intellectus,& natura abhorrent infinitum, ergo propoſitio de infinito non eſt exponibilis. Quarto ſic. Iſta eſt de infinito, quantitas eſt res naturalis,& tamen non eſt exponibilis,ergo non omnis propoſitio de infinito eſt exponibilis. Antecedens patet,quia infinitum eſt paſſio quantitatis, modo poſito ſubiecto ponitur proprietas eius , eo quòd ſe conſequuntur conuertibiliter , & ſic poſita quantitate ponitur infinitum,quod eſt paſſio eius. Quinto arguitur ſic. Hæc non eſt exponibilis,linea eſt infinita,ergo male exponitur in textu. Antecedens patet,quia in ea non eſt aliquod ſincategorema, quod requiritur ad propoſitionem exponibilem,ſuam hoc prædicatum infinita,tenetur categorematice. **G**

Solutiões.

1 Ad argumenta. Ad primum iſtorũ dicitur,q omne illud quod habet poſitionem in continuo tanquam pars quantitatiua eius,eſt finitum actu, & infinitum in potentia,quia nullum eſt continuum,quin habeat extrema ipſum determinantia. Sed non oportet de omni illo,quod habet poſitionem in continuo tanquàm pars eſſentialis eius cuiuſmodi eſt punctus. Ad ſecundum dicitur , quòd infinitum includit negationẽ,ratione cuius poteſt confundere, & ideo ab Auctore in textu uocatur ſignum diſtributiuum. Ad tertium dicitur,quod licet natura,& intellectus abhorrent infinitum in actu,non tamen infinitum in potentia, & ſic licet intellectus non apprehendat infinitũ in actu,tanquàm ens poſitiuum , tamẽ apprehendit infinitum tanquàm ens priuatiuũ per apprehenſionẽ finiti, & hoc ſufficit ad hoc quod exponat propoſitionem de infinito tanquam ab eo cognitam. Ad quartum dicitur,quòd licet poſito ſubiecto ponatur paſſio ſubiecti , tñ non dat intelligere ſuam paſſionem. Et ideo quantitas non dat intelligere infinitum,quia prius non dat intelligere poſterius,quare illa propoſitio non eſt de infinito. Ad quintum dicitur,quòd licet infinita teneatur categorematice,tamẽ æquipollet uni ſincategorematice,& ideo reddit propoſitionem exponibilem **H**

De

A ### *De Comparatiuorum, & Superlatiuorum natura, & modo exponendi propoſitiones ex illis formatas.*

Prima regula.

SEquitur de comparatiuis, & ſuperlatiuis, de quibus tales dantur regulæ. Prima eſt propoſitio habens comparatiue proprie captum & non abuſiue exponitur, affirmatiue per tres exponentes. Quarum prima affirmat poſitiuum de re excedente, ſecunda, affirmat eundem de re exceſſa, & tertia affirmat exceſſum de re excedente reſpectu rei exceſſę, ut hic Socrates eſt albior aſino. i. Socra. eſt albus, & aſinus eſt albus, & Socra. eſt magis albus q̄ aſinus, uel negando æqualitatem formæ ineſſe expreſſæ reſpectu rei excedentis, ut Socr. eſt albus, & aſinus eſt albus, & aſinus nō eſt æque albus, ſicut Socr. Secunda regula eſt ꝙ
B ſuperlatiuus diſtribuit communem terminum ſequentem, qui ſignificat rē exceſſam, ut leo eſt fortiſsimus animalium, ibi animal diſtribuit. Tertia regula eſt ꝙ ſuperlatiuus proprie tentus denotat rem exceſſam conuenire rei excedenti, patet, quia hæc eſt impropria, leo eſt fortiſsimus lincum, quia fortitudo de lince omnino non uerificatur. Quarta regula eſt, quòd ꝓpoſitio de ſuperlatiuo ꝓprie capto exponitur copulatiue per tres exponentes, quarū prima affirmat poſitiuū, dę re excedente, ſecunda affirmat idem de re exceſſa, tertia negat uniuerſaliter exceſſum de re exceſſa per reſpectum ad rem excedētem, ut hic, roſa eſt pulcherrima florum. i. roſa eſt pulchra, & omnis flos eſt pulcher,
C & nullus flos eſt pulchrior roſa. ſi uero ſuperlatiuus teneatur affirmatiue, tertia exponens debet eſſe affirmatiua affirmans de re excedente exceſſum per reſpectum ad rem exceſſam acceptum uniuerſaliter, ut dicēdo, roſa eſt pulchrior oīum florū. Et oēs propōnes de maximo & minimo, & aliis ſuperlatiuis, his duobus modis pñt exponi, dūmō ibi ponatur genitiuus importans rē exceſſam, ſed ſi nō ponatur ibi genitiuus debet omitti ſecunda exponens, ut hic, Socr. eſt fortiſsimus. i. Socra. eſt fortis, & nullus hō eſt fortior ipſo. Et cōtradictoriæ iſtarum ſemper habent exponi per diſiunctiuas de partibus contradicentibus.

Secunda regula.

Tertia regula.

Quarta regula.

Poſtquam Auctor ſuperius determinauit de infinito, hic conſequenter determinat de comparatiuis, & ſuperlatiuis. Et ratio ordinis eſt, quia infinitum importat quendam exceſſum finis per comparationem ad finitum, ſed exceſſus
D importatur per comparatiuum, & ſuperlatiuum, ergo patet ordo.

Primo ſciendum eſt, ꝙ comparatiuus, & ſuperlatiuus poſſunt teneri dupliciter. Vno modo proprie, alio modo abuſiue. Vnde comparatiuus, & ſuperlatiuus tenenur proprie, qn̄ id quod comparatur, & illud cui comparatur participant proprietatem in qua comparantur, ut Plato eſt fortior Ioanne uel Plato eſt fortiſsimus hominum, ibi Plato, & Ioannes participant fortitudinem. Sed tenentur improprie, qn̄ illud cui comparantur nō participat proprietatem ſecundū q̄ fit comparatio, & hoc fit tribus modis. Primo modo, quādo ponitur cōparatiuus aut ſuperlatiuus loco poſitiui, ut dicendo iſte eſt ſenior, non addendo reſpectu cuius ſit ſenior, ſi ſenior ponitur ibi p̱ o ſenex, ita ꝙ eſt ſenſus, iſte eſt ſenior, idelt

Superlatiuus, & comparatiuus aliquando proprie aliquādo improprie ſūpta qd ſūt.

id eſt ſenex. Secundo modo, quando ponitur id, quod comparatur cum forma importante exceſſum ſine eo cui comparatur, ut dicendo, Nicolaus eſt ſanctiſsimus, aut ſaltem ſi ponatur id cui comparatur, & illud non participat formã comparationis, ut DEVS eſt melior Diabolo, ibi li melior tenetur abuſiue. Tertio modo, quando comparatiuus & ſuperlatiuus includunt cum hoc aduerbio minus poſitiuum oppoſitum ſuo proprio poſitiuo, ut ibi fornicatio eſt melior adulterio, ſenſus enim eſt, fornicatio eſt minus malum quàm adulterium. A

Exceſſus p comparatiuum & ſuperlatiuũ importati quatuor cõſideranda.

Secundo ſciendum eſt, ꝙ in exceſſu comparationis importato per comparatiuum, & ſuperlatiuum quatuor requiruntur. Primum eſt excedens ſeu id, quod comparatur. Secundum eſt exceſſum ſeu id cui comparatur. Tertium eſt id, in quo comparantur ſiue in quo fit comparatio. Et quartum eſt exceſſus in eo in quo fit comparatio, uerbi gratia, ut hic, Socra. eſt fortiſsimus hominum, Socra. eſt excedens ſeu id, quod comparatur. li hominum, eſt exceſſum ſeu id, cui comparatur Socrates. Et iſte ſuperlatiuus fortiſsimus, qui dicit fortitudinem, & exceſſus illius fortitudinis eſt id, in quo fit comparatio, quia Socra. habet fortitudinem, & etiam habet eam in exceſſu reſpectu aliorum hominum. B

Propõnis de comparatiuo proprie ſũpto formatꝗtriplex exponendi modus.

Tertio ſciendum eſt, ꝙ propoſitio de comparatiuo proprie capto, & non abuſiue exponitur copulatiue per tres exponentes. Quarum prima affirmat poſitiuum de re excedente, ſecunda affirmat eundem de re exceſſa, & tertia affirmat exceſſum, i. formam ſecundum quam fit comparatio cum exceſſu importatam, ſeu deſignatam de re excedente reſpectu rei exceſſę, ut illa Socra. eſt albior aſino, ſic exponitur, Socra. eſt albus, aſinus eſt albus, & Socra. eſt magis albus quàm aſinus. Et hoc intelligendum, ſi ille comparatiuus albior teneatur affirmatiuæ, quia ſi teneatur negatiue, debet exponi negando qualitatem formæ in exceſſu reſpectu excedentis, ut Socra. eſt albus, aſinus eſt albus. ſed non eſt æque albus, ſicut Socr. Poteſt etiam exponi propoſitio de comparatiuo affirmatiue ſumpto Grammaticaliter ſic, Socrates eſt albior Platone. i. Socrates eſt magis albus quàm Plato. Vnde ualde obſeruandum eſt in exponendo, ꝙ terminus non diſtributus in expoſita non diſtribuatur in exponentibus. C

Propõnes de ſuperlatiuo quomodo affirmatiue ſeu negatiue exponendæ ſint.

Quarto ſciendum eſt, quòd terminus ſignificans rem exceſſam, ſequens ſuperlatiuum ſupponit diſtributiue, ut leo eſt fortiſsimus animalium, li animalium diſtribuitur. Vnde propoſitio de ſuperlatiuo poteſt exponi affirmatiue & negatiue ſecundum ꝙ ſuperlatiuus poteſt teneri negatiue & affirmatiue. & quando tenetur negatiue, exponitur copulatiue per tres exponentes, quarum prima affirmat poſitiuum de re excedente, & ſecunda eundem de re exceſſa, & tertia negat uniuerſaliter exceſſum de re exceſſa per reſpectum ad rem excedentem, ut iſta, roſa eſt pulcherrimus florum, ſic exponitur negatiue, roſa eſt pulchra, omnis flos eſt pulcher, & nullus flos eſt pulchrior roſa. Et dicitur iſte ſuperlatiuus pulcherrimus hic teneri negatiue, non ꝙ ſupra ipſum feratur negatio, ſicut ſi diceretur, non eſt pulcherrimus, ſed dicitur teneri negatiue, eo quòd exceſſus ſeu forma comparationis negatur de re exceſſa reſpectu rei excedentis. Sed propoſitio de ſuperlatiuo affirmatiue tento, debet exponi copulatiue per tres exponentes, quarum prima affirmat poſitiuum de re excedente, & ſecunda eundem de re exceſſa, & tertia affirmat exceſſum de re excedente per reſpectum ad rem exceſſam uniuerſaliter acceptam, ut iſta, roſa eſt pulcherrimus florum, ſic exponitur affirmatiue, roſa eſt pulchra, & omnis flos eſt pulcher, & roſa eſt pulchrior omni flore. Et dicitur ſuperlatiuus hic teneri affirmatiue, quia forma, ſecundum quam fit comparatio, affirmatur de re excedente per reſpectum ad rem exceſſam. Et iſta quæ dicta ſunt debent intelligi de propoſitionibus de ſuperlatiuo, in quibus ponitur genitiuus pluralis, quia ſi non ponatur genitiuus pluralis, tunc D

A ſolum debet exponi per duas exponentes,& debet omitti ſecunda exponens, vt iſta, Socrates eſt fortiſsimus hō, ſic exponitur, Socrates eſt fortis homo,& nullus ē fortior ipſo. Et contradictoriæ tam propoſitionum de comparatiuo quàm de ſuperlatiuo debent exponi per diſiunctiuas de partibus contradicentibus.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Comparatiuus,& ſuperlatiuus non ſunt dictiones categorematicæ, ergo non redditur propoſitionem exponibilem tenet conſequentia per definitionem propoſitionis exponibilis in principio huius tractatus poſitam. Secundo ſic. Iſta eſt de comparatiuo, fornicatio eſt melior adulterio, & tamen non exponitur copulatiue per tres exponentes, quarum prima affirmet poſitiuum de re excedente,& ſecunda eundem de re exceſſa,& tertia affirmet exceſſum de re excedente reſpectu rei exceſſæ, quia tunc, ſic exponeretur, fornicatio eſt bona adulterium eſt bonum,& fornicatio eſt magis bona adulterio quod non poteſt fieri, quia exponens eſt bona,& exponentes ſunt falſæ. Tertia ſic. Iſta de ſuperlatiuo, leo eſt fortiſsimus lincum,& non exponitur ſecundū modum dictum in quarta regula, ergo ipſa non eſt bene poſita. Quarto ſic. Iſta eſt de ſuperlatiuo affirmatiue ſumpto, roſa eſt pulcherrimus florum, ergo male exponitur tanquam de ſuperlatiuo negatiue ſumpto. Quinto ſic Iſta eſt de ſuperlatiuo, Beatus Nicolaus eſt ſanctiſsimus,& tamen non poteſt exponi aliquo modorum poſitorum in textu, ergo quarta regula eſt inſufficiens. Minor probatur primo, quia non poteſt exponi per tres exponentes, ſicut in textu ſatis poteſt perpendi, nec poteſt exponi affirmatiue per duas, quia non ſequitur, Nicolaus eſt ſanctus,& ſanctior, omni alio, quia plures fuerunt eo ſanctiores, nec etiam negatiue, quia non ſequitur, Nicolaus eſt ſanctus,& nullus eſt eo ſanctior. (margin: Argumen.; B)

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ comparatiuus, & ſuperlatiuus æquiualent ſincategorematibus ratione alicuius proprietatis in eis incluſæ. Ad ſecundum dicitur, ꝙ illæ comparatiuus non tenetur ibi proprie, ſed magis abuſiue, ut dictum eſt in ſecundo notabili modo de eo ſic accepto nō eſt hic ad propoſitum, unde iſta poteſt ſic exponi, fornicatio eſt mala, adulterium eſt malū, & fornicatio eſt minus mala quam adulterium. Ad tertium dicitur, ꝙ illa eſt de ſuperlatiuo abuſiue capto, de quo hic non intenditur, quia comparatiue, & ſuperlatiue de hoc modo non conceduntur nec a Grammatico, nec a Logico, quia non ſunt cōgruæ. Ad quartum dicitur, ꝙ ipſa poteſt eſſe de ſuperlatiuo affirmatiue ſumpto,& negatiue, quia ſi forma ſecundum quam fit comparatio, affirmetur de re excedente reſpectu rei exceſſæ tenetur affirmatiue, ſed ſi negeť de re exceſſa reſpectu rei excedentis, tunc tenetur negatiue. Ad quintum dicitur, ꝙ ille ſuperlatiuus non tenetur ibi proprie, ſed magis abuſiue, iuxta ſecundum modū dictum in primo notabili, poteſt tñ iſta,& ſibi ſimiles ſic exponi, Nicolaus eſt ſanctiſsimus idest, Nicolaus eſt ualde ſanctus, ſed quia non requirit plures exponentes ad ſui expoſitionem, ideo de illa Petrus Hiſpanus non facit mentionem. (margin: Solutio.; C)

D

Harum Dictionum, differt, Aliud, Ab, diuerſitatem importantium natura,& in propoſitionibus uſus.

Sequitur de differt, aliud, ab, de quibus tales dantur regulæ. Prima eſt, quòd differt, diuerſum, aliud, ab conueniunt tantum enti, quia ut dicitur Decimo Meta nec non ens enti, nec ens non enti, idem uel diuerſum eſt, a Secunda regula eſt, ꝙ ablatiuus rectus ab iſtis dictionibus mediante a uel ab diſtribuitur, ſi ſit diſtribuibilis, licet non primo,& ſimpliciter,& non habeat aliud impedimentum. Tertia regula eſt, (margin: Prima regula te. cō. 11.& 12.& infra,& ibi per Doctores, a Secū da regula.)

Tertia regula. eſt, ꝙ propoſitio affirma. de differt, exponitur copulatiue per tres exponētes affirmatiuas, in quarū prima affirmatur hoc uerbū eſt de eo, quod differt, in ſecunda affirmatur idē de eodē a quo differt. tertia negat unū illorum de alio, ut hō differt ab aſino, ideſt, hō eſt, & aſinus eſt, & homo non eſt aſinus. E

Quarta regula. Quarta regula eſt, ꝙ propoſitio negatiua de differt, debet exponi per unam diſiunctiuā de partibus contradicentibus, ut Socra. non differt ab aſino, ideſt Socrates nōn eſt, uel aſinus non eſt, uel Socr. eſt aſinus, & ualent cōſequentiæ in iſtis, ſicut in præcedentibus. Sequitur de hoc ſigno totus. Pro quo ſciendum eſt, ꝙ hoc ſignum totus pōt capi tribus modis, uno mō communi pro omni eo, quod habet partes unde componitur. Secundo modo capitur magis proprie illo, quod ex omnibus ſuis partibus eſt perfectum, ſicut domus dicitur tota, qñ eſt perfecta, & iſtis duobus modis totus tenetur categorematice. Tertio modo capitur ſincategorematice prout includit ſignum diſtributiuum ut hic, totus Socra. eſt albus, & ſic non dicit quale ſubiectum ſit, ſed qualiter ſe habeat in ordine ad prædicatum. Et hoc modo reddit propoſitionem exponibilem, de quo dantur tales regulæ. Prima eſt, quòd totus diſtribuit terminum cui adiungitur pro qualibet parte integrali eius, ut Socr. eſt albus. i. quælibet pars Socra. eſt alba. Secunda eſt, quòd propoſitio affirmatiua de toto exponitur per unam categoricam tranſmutando li totus in hoc quòd eſt, ſecundum quamlibet ſui partem, ut totus Socra. eſt minor Socra. i. Socrates ſecundum quamlibet ſui partem eſt minor Socra. Præterea notandū, quòd hæc ſigna quamtumlibet, qualelibet non faciunt proprie propoſitionem exponibilem, ſed faciunt diſtributionem, non abſolutam, ut omnis quilibet, ſed contrahunt ſpeciem ad prædicamentale genus determinatum, ut quantumlibet diſtribuit pro quantitate continua, & tantum ualet ſicut habens omnem qualitatem continuam, & qualelibet pro qualitate, & tantum ualet ſicut habens omnem qualitatem, & ſic dicuntur mentaliter complexa quorum propoſitiones fiunt per compoſitionem. F G

Nota dictum pulcherrimū. Poſtquam ſuperius Auctor determinauit de exponibilibus de cōparatiuo, & ſuperlatiuo, hic conſequenter determinat de exponibilibus, de differt, aliud, ab, & diuerſum, & finaliter de hoc ſigno totus, & primo de exponibilibus de differt, aliud, ab, & diuerſum quàm de totus, quia iſta, differt, aliud, ab, & diuerſum, ſolem conueniunt entibus, quia ut dicitur. 10. Meta. nec ens non enti, nec non ens enti eſt idem, uel diuerſum totus uero poteſt attributam entibus quàm non entibus, & ideo patet ordo. H

propoſitiones de differt affirmatiuæ, & Primo ſciendum eſt, ꝙ ad omnes propoſitiones de differt, ſiue ſint affirmatiuæ ſiue negatiuæ, tria requiruntur. ſ. id quod differt, id a quo differt, & uerbum denotans differentiam inter illa, ut in iſta, hō differt ab aſino, hō eſt quod differt, aſinus eſt id a quo differt, & hoc uerbum differt, dē ſignā differentiam inter illa,

unde

A unde propoſitio affirmatiua de diff:rt exponitur copulatiue per tres exponentes, in quarum prima affirmatur hoc uerbum eſt, de eo quod differt, in ſecunda affirmatur idem de eo a quo differt, & in tertia negatur id a quo differt ab eo quod differt ut iſta, homo differt ab aſino, ſic exponitur, homo eſt & aſinus eſt, & homo non eſt aſinus. Sed negatiua exponitur per diſiunctiuã de partibus contradicentibus, ut iſta, Socra. non diff-rt ab aſino, exponitur ſic, Socrates non eſt uel aſinus non eſt, uel Socrates eſt aſinus.

negatiuæ, qũo exponendæ.

Secundo ſciendum eſt, ꝙ hoc ſignum totus poteſt capi dupliciter. uno modo categorematice, & hoc dupliciter. uno modo uniuerſaliter, pro omni illo quod habet partes, alio modo magis ſtricte, & proprie, pro omni illo, quod ex omnibus ſuis partibus eſt perfectum, ita ꝙ totum, hoc modo categorematice ſumptum idem eſt quod perfectum. Alio modo capitur ſincategorematice, prout ſcilicet includit ſignum diſtributiuum, ut hic, totus Socr. eſt albus, & totum, hoc modo B ſumptum, non dicit quale ſit ſubiectum, ſed qualiter ſe habeat ſubiectum ad prędicatum, & hoc modo reddit propoſitionem exponibilem.

Totũ diuerſimode ſũptum qũo propõnem exponibilẽ reddat.

Tertio ſciendum, ꝙ hoc ſignum totus, ſincategorematice tentũ, diſtribuit terminum cui adiungitur, & non diſtribuit pro partibus ſubiectiuis, ſed ſolũ pro partibus integralibus. & ſic illa propoſitio, in qua ponitur hoc ſignũ totus, eſt æquiualenter uniuerſalis. Nam includit uirtualiter unam uniuerſalem, ut iſta, totus Socr. eſt albus, tantum ualet ſicut iſta, quælibet pars Socr. eſt alba.

Propõ de ſigno totus formata uniuerſalis eſt.

Quarto ſciendum eſt, ꝙ propoſitio affirmatiua de hoc ſigno totus, exponitur per unam categoricam tranſmutando totum in hoc, quod dicitur ſecundũ quãlibet ſui partem, ut iſta, totus Socr. eſt minus Socr. ſic exponitur, Socrates ſecundum quamlibet ſui partem eſt minor Socrate, uel ſic, quælibet pars Socratis eſt minor Socrate. Et hoc eſt intelligendũ dum hoc ſignũ totus tenetur pure ſincategorematice, quia, ſi teneatur partim ſincategorematice, & partim categorema- C tice, ut æquiualet uni ypotheticæ copulatiuæ, iſta, tota anima intellectiua eſt in qualibet parte ſuæ materiæ, ſic exponitur, anima intellectiua eſt in qualibet parte ſuæ materiæ, & nihil ipſius eſt quod non ſit in ea.

Propõ affirmatina de hoc ſigno, totus qũo exponitur.

Contra prædicta arguitur primo ſic. Differt, aliud, ab, & diuerſum, conueniũt non entibus, ergo textus ſupponit falſum. Antecedens patet, quia chimera eſt aliud ab aureo monte, cum chimera habeat aliud eſſe in imaginatione q̃ mons aureus, modo chimera, & mons aureus ſunt non entia. Secundo ſic. Fruſtra fit per plura quod fieri poteſt per pauciora, ſed propoſitiones affirmatiuæ de differt poſſunt exponi per categoricam affirmatiuam de materia remota, ut iſta, homo differt ab aſino, ſufficienter ſic exponitur, homo non eſt aſinus, ergo &c. Tertio ſic. Nullæ ſunt negatiuæ de differt, ergo fruſtra datur hic modus exponendi eas. Antecedens patet, quia maxime eſſent iſtæ, homo non differt a rationali, Socrates non differt ab homine, ſed hoc non, quia illæ ſunt de eodem, quia D bene ſequitur, Socrates non differt ab homine, ergo Socrates eſt idem cum homine. Quarto ſic. Materia Socr. non eſt minor Socr. ergo iſta totus Socra. eſt minor Socrate, male exponitur per iſtam, quælibet pars Socratis eſt minor Socra. quia ſuppoſito quòd exponibilis ſit uera, ſicut ab omnibus conceditur, uera per falſam exponeretur.

Argumen.

Quinto ſic. Qualelibet, & quantumlibet reddunt propoſitionem exponibilem, & tamen de illis Auctor non facit mentionem, ergo eſt diminutus. Antecedens patet, quia iſta eſt exponibilis, quodlibet qualelibet currit, exponitur, enim ſic, quodlibet habens omnem qualitatem currit.

Solutio.

Ad argumenta. Ad primum iſtorum dicitur, ꝙ licet in non entibus adinuicem comparatis reperiatur idem, & diuerſum ſecundũ imaginationem, eo modo quo

non entia imaginari poſſunt, tamen in non entibus non reperitur idem & diuer A
ſum in comparatione ad eadem, quia non ens non dicitur idem, uel diuerſum en
ti, nec econuerſa. Ad ſecundum dicitur, ꝙ non omnes affirmatiuæ de differt arguunt affirmationem de materia remota, & ideo non ſufficienter poſſunt exponi per ipſam. Ad tertium dicitur, ꝙ licet omnes negatiuæ de differt ſint uirtualiter de eodem, non tamen formaliter, ſed ſunt formaliter de differt, & ideo non debent dici de eodem, ſed de differt. Ad quartum dicitur, ꝙ li totus diſtribuit pro partibus integralibus, & non pro partibus eſſentialibus, cuiuſmodi eſt materia Socra. reſpectu Socratis. Ad quintum dicitur, ꝙ hæc ſigna, qualelibet, & quantumlibet, non proprie faciunt propoſitionem exponibilem, ſed faciunt diſtributionem abſolutam, ſicut iſta ſigna, omnis, & quælibet, ſed contrahunt diſtributionem ad aliquod genus determinatum, ut quantumlibet diſtribuit pro quantitate continua, & tantum ualet, ſicut habens omnem quantitatem continuã, &
tantum ualet, ſicut habens omnem quantitatem continuam, & qualelibet diſt. i- B
buit pro qualitate, & tantum ualet, ſicut habens omnem qualitatem. Dicitur ultra quòd Auctor ſolum determinat de illis exponibilibus, in quibus eminebat maior difficultas in exponẽdo. Et ideo licet multa alia ſint reddentia propõnem exponibilem a prius enumeratis, quia tamen iſta, de quibus determinauit, ſunt magis difficilia ad exponendum, ideo de ipſis ſolum determinauit, relinquendo alia ſincategoremata propoſitionem exponibilem reddentia periti ei legentis. Hæc de expoſitione dicta ſufficiant.

Septem Tractatuum Summularum Logicæ
Petri Hiſpani finis.

A PETRO HISPANO ASCRIPTVM OPVS.

PARVORVM LOGICALIVM INCIPIT.

De compoſitione in communi.

Syncategorematicarum Dictionum natura in ſignificando in ipſa
B *orationis compoſitione.* Cap. I.

B eo ꝙ res eſt, uel non eſt, oratio uera uel falſa dicitur, ſed a dictionibus syncategorematicis, ut, tantum, ſolus, niſi, præter, & conſimilibus, cauſantur ueritas uel falſitas in oratione, ergo dictiones syncategorematicæ ſignificant res aliquas, ſed non ſignificant res ſubiicibiles uel prædicabiles, ergo ſignificãt res, quæ ſunt diſpoſitiones ſubiicibilium uel prędicabilium quia nihil eſt in oratione præter uerũ uel falſum, niſi ſubiectum & prædicatum., &
C eorum diſpoſitiones. res enim dupliciter dicitur. quia eſt quædam res ſubiicibilis uel prædicabilis, ut homo uel equus ambulat, uel currit, & alio modo eſt res, quæ eſt diſpoſitio rei ſubiicibilis uel prædicabilis. Sed diſpoſitio rerum, ſiue res, quæ eſt diſpoſitio, eſt duplex, quia eſt quædum diſpoſitio eius, quod eſt ſubiectum, Res quæ eſt diſpoſitio ſubiecti duplex.
uel eius, quod eſt prædicatum, ut albus, niger, bene, male, & conſimilia, & talis diſpoſitio ſubiicitur cum ſubiecto, & prædicatur cum prædicato, ut homo albus currit bene. Subiectum enim, & id, quod eſt ſubiectum differunt, ſicut pater, & id, quod eſt pater, quia ſicut pater dicitur ad filium & econuerſo, ita ſubiectum dicitur ad prædicatum & econuerſo, ſunt enim ad aliquid ſiue relationes, ſicut pater & filius. Alia autem eſt diſpoſitio ſubiecti inquantum eſt ſubiectũ, uel prædicati, inquantum eſt prædicatum, ut tantum, ſolus, neceſſario, contingenter, &
D ſic de alijs. & illæ non ſubiiciuntur neque prædicantur, quia ſunt diſpoſitiones ipſius ſubiecti in comparatione ad prædicatum uel econuerſo. Et tales diſpoſitiones ſignificantur per dictiones syncategorematicas. dicunt n comparationes ſiue habitudines ſubiicibilis inquantum ſubiicibile, uel prædicabilis inquãtum prædicabile. Et dicitur syncategorema a ſyn, quod eſt con, & categorema, quod eſt prædicatiuum uel ſignificatiuum, quaſi conſignificatiuum.

Eſt, & non quid ſignificent, & quomodo ſe habeant in compoſitione. Cap. II.

HAbito, quòd dictiones syncategorematicæ ſignificant diſpoſitiones in ſubiecti inquantum ſubiectum, & prædicati inquantum prædicatum, ſic cognito

ſignificatione

ſignificatione earum in genere, nunc dicendum eſt de ſignificatione vniuſcuiuſque earum in ſpecie, & prius de prioribus, quia vt vult Ariſtoteles, de prioribus prior eſt ſpeculatio. Cum ergo in dictionibus ſyncategorematicis per ſe, intelligantur eſt & non, & non econuerſo, ideo eſt & non, ſunt priora illis & ideo de his prius eſt dicendum. Sed videndum eſt quomodo eſt & non, per ſe intelligantur in iſtis. Sciendum autem quòd per ſe dicitur quatuor modis. Primo modo per ſe inſunt, quæcunque cadunt in definitione rei, ſiue prædicentur, ſiue non de definito. quædam enim definientia prædicantur de definito, vt animal rationale mortale de homine, quædam vero non prædicentur de definito, vt punctum non prædicatur de linea, & cadit in definitione eius. Linea enim eſt longitudo, ſine latitudine, cuius extremitates ſunt duo puncta, nec linea prædicatur de triangulo, & cadit in definitione eius. eſt enim triangulus figura plana tribus rectis lineis contenta, habens angulum extrinſecum æquipollentem tribus rectis ſibi oppoſitis. Secundo modo per ſe inſunt, quæcunque recipiunt ſua ſubiecta in ſuis definitionibus, & hoc eſt, quando propria paſſio, ſiue per ſe accidens prædicatur de ſua definitione, vt omne priuatum lumine a terræ obiectu deficit, ſiue eclipſatur. Hic enim deficere ſiue eclipſari eſt per ſe accidens, ſiue propria paſsio, & non prædicatur de ſua definitione. Similiter, ſi propria paſsio prædicatur de parte ſuæ definitionis, ut numerus eſt par vel impar, linea eſt recta vel curua, quia par definitur per numerum, & rectum per lineam. eſt enim par numerus diuiſibilis in duo æqualia, rectum vero eſt linea, cuius medium non exit ab extremis. Tertius modus eſt, quando propria paſsio prædicatur de proprio ſubiecto, vt rectum, vel curuum de linea, par vel impar de numero, & habere tres angulos æquales duobus rectis de triangulo. ſubiectum enim & propria paſsio dupliciter comparantur, quia vno modo ſecundum quòd ſubiectum eſt cauſa paſsionis & definiens paſsionem, & ſic pertinet ad ſecundum modum, alio modo ſumitur ſubiectum, & inquantum eſt ſubiectum, & propria paſsio, inquantum eſt accidens eius, & ſic pertinet ad tertium modum. Quartus modus eſt, quando effectus, qui eſt propria paſsio, concluditur de ſubiecto per ſuam cauſam, & iſte quartus modus ſemper eſt in habitudine præmiſſarum ad concluſionem demonſtratam, vt omne priuatum lumine a terræ obiectu deficit, Luna eſt priuata lumine a terræ obiectu, ergo Luna deficit. Sciendum ergo quòd eſt & non, intelliguntur in dictionibus ſyncategorematicis ſecundum primum modum eius, quod eſt per ſe, quia intelliguntur in definitionibus ſiue deſcriptionibus eorum. Solum enim ſiue tantum, eſt idem quod non cum alio, & deſinit, eſt quod de cætero non erit, uel nunc ultimo eſt, & ſic de alijs, & ideo eſt & non, ſunt priora ſyncategorematicis dictionibus. Et eſt prius eſt quàm non, quia affirmatio prior eſt negatione, ſicut habitus prior eſt priuatione, & etiam negatio non habet eſſe, niſi affirmationem, unde affirmatio dat eſſe ei, ergo prior eſt. Et etiam, quia negatio non cognoſcitur, niſi per affirmationem, & non econuerſo, ergo prius eſt dicendum de affirmatione quàm de negatione, ergo prius eſt dicendum de eſt q̃ de non. Nota ergo, quòd hoc uerbum eſt, conſignificat compoſitionem, & etiam alia uerba. ſed hoc uerbum eſt per prius conſignificat, cum natura ſit prius alijs uerbis, & in eis intelligitur. Sed compoſitio non ſolum reperitur in uerbo, ſed etiam in rebus alijs. Et ideo prius dicendũ eſt de cõpoſitione in cõmuni, & poſtea de ſpecialibus cõpoſitionibus.

Non oĩa q̃ ſunt in definitione p̃dicant̃ de definito.

Cur affirmatio prior ſit negatione.

Compoſitionis natura, & eius multiplex modus, deque natura nominis in communi. *Cap.* III.

SCiendum ergo q̃ compoſitio ad aliquid eſt quia compoſitio eſt compoſitorum,

A rum,& compoſitio,& compoſita ſunt compoſitione compoſita,quare compoſitio in prædicamento relationis erit. Diuiditur igitur compoſitio in duas partes, quia compoſitionis alia aſt rerum,alia modorum ſignificandi. Compoſitio uero modorum ſignificandi pertinet Ad Grammaticum,ſecundum quòd in nomine eſt compoſitio qualitatis cum ſubſtantia, & in principio actus eſt unitus,cum ſubſtantia. Compoſitio autem rerum fit quinque modis, quia quædam eſt formæ cum materia,ut animæ cum corpore,alia eſt accidentis cum ſubiecto,ut coloris cum corpore,alia eſt potentiarum cum eſſentia, ſicut uirtutum animæ cũ anima,alia eſt partium integralium adinuicem in ſuo toto,ut partium lineæ in linea ad punctum,& ſuperficiei in ſuperficie ad lineam,alia differentiarum cum genere ad conſtitutionem ſpecierum. Harum autem compoſitionum quæ ſunt rerum quædam pertinent ad Naturalem quædam ad Mathematicum,aliæ uero ad Logicum. Item compoſitionis quæ eſt modorum ſignificandi,alia eſt compoſitio qualitatis cum ſubſtantia,& hæc ſignificatur per nomen ſicut in hoc nomine homo,& in quolibet alio nomine,alio eſt actus cum ſubſtantia, de qua poſtea dicetur. Sed prius dicatur de qualitate nominis. Omne ergo nomen ſignificat ſubſtantiam cum qualitate,uerbi gratia homo,ut ita dicam, eſt res habens humanitatem,& res eſt ſubſtantia eius,humanitas autem ſecundum, ꝙ ſignificatur per hoc nomen homo,eſt qualitas eius,& non ſecundum,ꝙ ſignificatur per hoc nomen humanitas, quia hoc nomen humanitas eſt non en aliud & diuerſum ab hoc nomine homo,& unum non eſt qualitas alterius,neq; econuerſo ſed qualitas uniuſcuiuſque per ipſum nomen ſignificatur. Homo enim ſignificat ſuam ſubſtantiam,& ſuam qualitatem,& hęc duo ſunt unita, non unum in eo,ita ꝙ unum ſignificatur in altero ſine per alterum.

B

Sed obiicitur circa qualitatem nominis,quia cum qualitas,& ſubſtantia ſint diuerſa,& omne nomen ſignificat ſubſtantiam cum qualitate, ergo omne nomen ſignificat diuerſa,& eſt ſyllogiſmus in primo primæ,ſed omnis dictio ſignificans diuerſa eſt æquiuoca,ergo omne nomen eſt æquiuocum,quod eſt inconueniens,non ergo in nomine eſt compoſitio qualitatis cum ſubſtantia. Solutio. Quatuor modis contingit ſignificari diuerſa per dictionem eandem. Primo quando diuerſa æqualiter ſignificantur per eandem dictionem, ut in hoc nomine canis. Secundo quando diuerſa ſignificantur ſecundum prius, & poſterius,ut in hoc nomine ſanum, & proprie non ſignificat diuerſa ſecundum rem unam,& modos diuerſos,& ſimiliter ens. Tertio modo ſignificantur plures per dictionem unam,quãdo unum ex impoſitione eſt,& reliquum transſumptiue,ut in hoc uerbo ride e,quod ex impoſitione ſignificat ridere,& florere ſignificat trãſumptiue,& iſti tres modi faciunt æquiuocationem. Quarto autem modo ſignificantur diuerſa per dictionem unam,quando unum eſt ratio intelligẽdi alterũ, ſiue quaſi unſi eſt principium intelligendi alterũ,quod idẽ eſt, ut forma eſt ratio ſiue principium illius,cuius eſt,& cognoſcendi illud,ut figura triangularis oblonga, & ſic diſpoſitio eſt ratio ſiue principiũ intelligendi cultellum, & cognoſcendi pſum. Et hoc mõ nomen ſignificat ſubſtantiã cum qualitate, qualitas.n. nominis eſt iõ,ſiue principiũ intelligendi ipſum nomẽ,& ſuã ſubſtantiã,& qualitas ſignificatur per nomen,ut principiũ intelligendi ipſum,ſubſtantia uero ſignificatur p ipſum nomen,ut quod intelligitur per ipſam qualitatem. Et quia unum intelligitur per alterum,ideo non ſunt ibi diuerſæ ſignificationes, ſed una. Et propter hoc ille modus ſignificandi plura,non facit ęquiuocationem,ſicut cum uideo coloratum,& ſuam magnitudinem non ſunt duæ uiſiones, ſed una,quia color eſt ratio,ſiue principium intelligendi ſiue uidendi magnitudinem in qua eſt. & propter hoc dictum eſt, ubi unum eſt propter alterum,tantum unum eſt.

C Aa oẽ nomẽ ſit æquocum.

D

An cōpō qualitatis cum ſuba aliqd ſit. Item quæritur utrum cōpoſitio qualitatis cum ſubſtantia ſit aliquid aut nō? E ſi non eſt aliquid, ergo in nomine non eſt compoſitio qualitatis cum ſubſtantia, ſi eſt aliquid, & non eſt ſubſtantia neque qualitas, ergo tertium eſt ab iſtis, ergo per nomen ſignificantur tria, ergo oportet dici, quòd non ſignificat ſubſtantiam cum qualitate, & compoſitione earum, quod non eſt uerum. Solutio. Compoſitio qualitatis cum ſubſtantia eſt aliquid in nomine, & non ſunt duo niſi ſecundum rem. ſ. ſubſtantia & qualitas, tria uero ſecundum rationem. ſ. ſubſtantia, & qualitas, & compoſitio earum, quia qualitas ſeipſa componitur cum ſubſtantia per inclinationem quam habet ad ſubſtantiam. Omnis enim forma, & omnis qualitas, & etiam omne accidens, naturalem habet inclinationem ad illud, in quo eſt, quia non habent eſſe actuale, ſiue eſſe in actu, niſi in eo in quo eſt. Vnde de accidentibus dicit Boethus, quia accidentis eſſe in eſſe, hoc eſt, accidentis eſſe eſt in alio. Similiter eſſe actuale ipſius formæ eſt eſſe in materia, unde qualitas nominis per inclinationem quam habet ad ſubſtantiam nominis, ſtat in ratione compoſitionis. Ipſa qualitas nominis ſecundum ſe eſt unum compoſitorum. Et ideo dicendum eſt, ꝙ qualitas ſecundum ſe, & qualitas inclinata ad ſubſtātiam ſunt idem ſecundum rem, & ſubſtantia nominis fit alterum extremum, propter hoc in nomine nō ſunt niſi duo ſecundū rem, tria uero ſecundum rationem, quia alterius rationis eſt qualitas ſecundum ſe, & qualitas inclinata, & ſubſtantia eſt tertium, & ideo dixi, quia in nomine erant duo ſecundum rem, tria uero ſecundum rationem. Vnde quia Grammaticus loquitur de rebus ſignificatiuis per partes orationis, ideo debet dicere, ꝙ nomen ſignificat ſubſtantiam cum qualitate, & non debet dicere, quia nomen ſignificat ſubſtantiam cum qualitate, & compoſitionem. F

Vid. 1. phy. te. cō. 26.

Si aliquis quid ſit compoſitio quærat? Dicendum eſt, ꝙ iam patet ex prædictis, quia inclinatio qualitatis ad ſubſtantiam, quia inclinatio unius ad alterum nihil eſt niſi per illud, ergo eſt, & per illud ad quod eſt, & ideo iſta compoſitio, G quamuis ſit aliquid, tamen non eſt niſi per ſua extrema. Non. n. poteſt eſſe res aliqua media inter qualitatem & ſubſtantiam, quæ componat unum cum altero, quia ſic contingeret abire in infinitum, oporteret etiam, ꝙ iſta res media eſſet ſubſtantia, uel qualitas, & ſi eſſet ſubſtantia, oporteret ponere compoſitionem ipſius cum qualitate. Et ſimiliter eſſet ulterius quærendum de iſta compoſitione utrum res eſſet aliqua. & ſimiliter ſi eſſet qualitas. Item quæritur de compoſitione qualitatis cum ſubſtantia in nomine, quare non eſt duplex. ſ. unita, & ut diſtans, ſicut eſt quædam compoſitio actus uniti ut in participio, & alia ut diſtantis, ſicut in uerbo, & uidetur quod aliquando, eſt qualitas ſubſtantiæ unita, ut homo albus, aliquando uero diſtans, ut homo eſt albus, quia homo ponitur in ſubiecto, & albus prædicatur, ergo debet eſſe duplex compoſitio qualitatis cum ſubſtantia. Dicendum quòd compoſitio actus cum ſubſtantia eſt duplex & non compoſitio qualitatis cum ſubſtantia, quia actus ſumitur duobus modis. H Vno enim modo ſumitur actus, ſecundum quòd habet inclinationem ad ſubſtantiam, ſecundum quam inclinationem dicitur de altero, uerbum enim, ut uult Ariſtoteles, eſt nota eorum quæ de altero prædicantur. Alio autem modo ſumitur actus priuatus iſta inclinatione, & ſic eſt in participio. Et quia actus his duobus modis ſumitur, ideo eſt dupliciter actus cum ſubſtantia, & una eſt in participio, alia autem eſt in uerbo, quæ de compoſitio actus ut diſtantis, eo ꝙ uerbum per eam dicitur de altero, ut prædicatum de ſubiecto. Sed quia prædicta inclinatio non poteſt eſſe in qualitate, ſed tantum in actu, eo ꝙ anima non poteſt inclinari ad res, ut enuntiet unum de altero niſi mediante actu, & non mediante qualitate, ideo qualitas non poteſt ſignificari ut diſtans, ſed ſemper ſignificatur

Primo Peri Her. c. 3.

E ficatur ut unita, & ideo non poteſt eſſe duplex compoſitio qualitatis cũ ſubſtantia, ſed tantum una, quæ eſt in quolibet nomine. Ad illud quod obiicitur de hac oratione imperfecta, homo albus, & de hac perfecta, homo eſt albus, quòd in una eſt qualitas unita, & in alia diſtans. Dicendum, quòd obiectio nulla eſt, quia loquimur de qualitate unita, quæ eſt eſſentialis, & quæ eſt ratio intelligendi illud cuius eſt. ſ. ſubſtantiam, & ſic homo habet in ſe ſuam ſubſtantiam & ſuã qualitatem. & ſimiliter albus habet ſuam ſubſtantiam & ſuam qualitatem, & non loquimur de qualitate accidentali de qua ipſe obiicit. albus enim non dicit qualitatem eſſentialem homini, neque eſt principium intelligendi hominẽ ſimpliciter, ſed hominem talem & ideo de qualitate accidentali unita ſuo ſubiecto nihil eſt ad propoſitum. In alia uero oratione perfecta, quæ eſt, homo eſt albus, quamuis ſit qualitas diſtans, quia hæc non eſt per inclinationem uerbi ibi poſiti, ſimiliter de illa, nihil eſt ad propoſitum.

F

De duplici compoſitione actus cum ſubſtantia, uniti uidelicet & diſtantis, prima participij, alia uerbi eſt. & de uerborum modis, & illorum origine ac natura. Cap. IIII.

Dicto de compoſitione in communi, cuius alia erat compoſitio rerum, & alia compoſitio modorum, & iterum compoſitio modorum ſubdiuidebatur, quia alia erat compoſitio qualitatis cum ſubſtantia, alia actus cum ſubſtantia, cum habitum ſit de compoſitione qualitatis cum ſubſtantia, conſequenter dicendum de compoſitione actus cum ſubſtantia. Compoſitioni, ergo actus cũ ſubſtantia, alia eſt actus uniti, ut in participio, alia uero eſt actus diſtantis, ut in uerbo. Quod autem in participio ſit compoſitio actus uniti, patet primo per ſignificationem participii, quia participium ſignificat actionem, uel paſsionem
G in ſubſtantia, uel ſubſtantiam ſub actione, uel paſsione, & non ſignificat tantũ ſubſtantiam, nec tantum actionem, uel paſsionem, quare actum unitum ſubſtantiæ ſignificat, ergo in participio eſt compoſitio actus uniti cum ſubſtantia. Patet etiam inductione, quia hoc participium legens ſignificat actionem cum ſubſtantia infinita. legens enim eſt qui legit, ſed qui, dicit ſubſtantiam infinitam, quia in eo intelligitur ſubſtantia infinita, & actus determinatus. & hæc duo ſunt unita, ergo legens habens in ſe compoſitionem actus uniti cum ſubſtantia, & ſic de alijs participijs ſpecialibus, ergo participium habent in ſe compoſitionẽ prædictam. Quod autem in uerbo ſit compoſitio actus ut diſtantis, patet per hoc, quia actus ſignificatus per uerbum ſemper ſignificatur ut de altero. cum. n. dico currit, oportet intelligere ſubſtantiam determinatam, de qua dicatur currit, ut prædicatum de ſubiecto.

Sed quæritur cum ſit inclinatio qualitatis ad ſubſtantiã, & ſic inclinatio actus
H ad ſubſtantiam tam uniti q̃ diſtantis, qualiter differunt ad ſeinuicem illæ tres inclinationes. Et dicendum quòd inclinatio qualitatis nominis ad ſubſtantiam eſt inclinatio perfecti ſiue perfectionis ad perfectibile, quia per ipſam perfectionem perficitur, quia ſubſtantia, uel qualitas nominis complet & perficit ſubſtantiam nominis. Vnde inclinatio qualitatis ad ſubſtantiam eſt inclinatio, per quam perfectio unitur perfectibili, ut unum ex eis, quod eſt nomen, inclinatio uero ipſius actus participij ad ſubſtantiam eſt inclinatio, per quam actus unitur ſubſtantiæ infinitæ, ut ſit in illa ſicut in ſubiecto infinito. Inclinatio actus diſtantis ſiue uerbi, eſt inclinatio per quam actus uerbi eſt de altero, ut prædicatum de ſubiecto, & ſic illæ inclinationes ſunt tres ſpecie differentes. Si quis quærat qualiter differat compoſitio uerbi a compoſitione nominis & a compo-

ſitione quæ eſt in participio, Dicendum quod differunt illæ tres compoſitiones, ſicut differunt inclinationes ſupradictæ, & per ſe loquendo non differunt illæ tres compoſitiones per hoc quòd compoſitio uerbi eſt ſubiectum ueritatis, uel falſitatis, aliæ uero non, quia illa differentia eſt ſumpta a poſteriori. Præterea compoſitio uerbi non eſt ſubiectum ueritatis, & falſitatis ſimpliciter, ſed quodammodo, quia hæc eſt tantum in indicatiuo modo, & non in aliis modis, in quibus eſt compoſitio. Item quæritur de compoſitione uerbi, cum habeat compoſitionem ſubiecti cum prædicato quantum ad indicatiuum modum, & ſuppoſitum cum appoſito, quantum ad alios tres modos, quare potius importatur compoſitio per alterum extremorum quam per utrunque, quia compoſitio æqualiter ſe habet ad extrema. ergo compoſitio debet ſignificari cum utroque extremorum. Item a ſimili uidetur, quia compoſitio qualitatis cum ſubſtantia ſignificatur cum utroque extremorũ in nomine, & in participio. Compoſitio actus uniti cum ſubſtantia ſimiliter ſignificatur cum utroque extremorum, ergo in uerbo debet eſſe ſimiliter. Item habito, quòd illa compoſitio ſignificetur cum altero extremorum. Quæratur quare potius per uerbum ſignificatur ſiue cum uerbo, quam per nomen, cum æqualiter ſe habeat ad utrunque extremorum. Et dicendum ad primum quod compoſitio duplicẽ habet comparationem, unam enim habet ad ſubiectum, & aliam ad obiectum, ſicut uiſio comparatur ad ſubiectum in quo eſt, ſcilicet ad ipſum uidens, & comparatur ad obiectum ſuum, quod eſt res uiſa ſiue coloratum. Similiter compoſitio comparatur ad ſubiectum ſuum, quod eſt componens, & comparatur ad obiectum ſuum ſiue ad obiecta, quod eſt ipſum compoſitum, quia recipiunt ſupra ſe compoſitionem, ſicut uiſibilia uiſionem. Dico ergo, quòd compoſitio ſecundum comparationem, quam habet ad obiectum ſiue ad obiecta, æqualiter ſe habet ad utrunque extremorum, ſed, ſecundum comparationem quam habet ad ſubiectum, quod eſt componens, magis ſe habet ad unum quam ad alterum, quia cum ipſum componens ſit anima, & anima non poſſit componere niſi mediante actu, ideo magis ſe habet compoſitio ad actum quam ad reliquum extremorum. & cum actus ſignificetur per uerbum, & non per nomen, ideo magis debet compoſitio ſignificari per uerbum quam per nomen. Et ſic patet ſolutio primæ, & tertiæ quæſtionis. Ad ſecundum dicendum, ꝙ non eſt ſimile de nomine, & de participio ad uerbum, quia in uerbo eſt compoſitio diſtantium, ut prius eſt dictum, & ideo compoſitio uerbi non potuit ſignificari cum utroque extremorum, ſed in participio, & in nomine eſt compoſitio unicorũ, & ideo in illis ſignificatur compoſitio cum utroque extremorum, in uerbo autem non potuit compoſitio ſignificari cum utroque extremorum, quia compoſitio diſtantis eſt compoſitio, per quam actus eſt de altero ut prædicatum de ſubiecto.

cur potius per uerbũ qui per nomen ſignificetur cõpoſitio.

Item quæritur, cum in uerbo ſit compoſitio, & inclinatio ipſius ad ſubſtantiam. utrum compoſitio natura præcedat inclinationem, uel econuerſo, inclinatio compoſitionem, quia cum actus non habet eſſe niſi ſubiecto, & in ſubiecto, eo quòd accidens eſt proprium ſubſtantiæ, ergo actus naturalem habet inclinationem ad ſubſtantiam, & ſi non uniatur ei, tamen habet naturalem inclinationem ad ſubſtantiam, ſed compoſitio actus cum ſubſtantia non eſt, niſi cum uniatur actus ſubſtantiæ, ergo inclinatio actus ad ſubſtantiam natura præcedit compoſitionem actus cum ſubiecto. Et dicendum, ꝙ actus duplicem habet inclinationem ad ſubſtantiam, una enim earum prior eſt compoſitione, & alia natura poſterior, quia cum omnis actus ſit accidens, & non econuerſo, ipſi actui debetur quædam inclinatio, inquantum eſt accidens, cum omne accidens naturaliter inclinetur ad ſubiectum ſuum, & hæc inclinatio natura præcedit

quid prius ĩ uerbo an compõ, an inclinatio ĩ cõpõnẽ.

cedit

A cedit compoſitionem. Alia autem eſt inclinatio, quæ debetur actui inquantum actus eſt, non ut in ſubiecto, ſed de ſubiecto, prout anima inclinat ſe ad enunciandum unum de altero, & hæc inclinatio poſterior eſt compoſitione. Et ſic patet q inclinatio una antecedit compoſitionem, & alia ſequitur eam per naturam. Hoc etiam patet per operationes animæ, quia cum anima apprehendit rerum ſimilitudines prius cognoſci res ſibi inuicem conuenire, & poſtea conſentit, deinde componit apud ſe, & poſtea enunciat unũ de altero. Cum ergo animal prius conſentiat quam componat &c. & prius uideat conuenientiam, in quam conſentiat, & conuenientia unius rei ad alteram cauſetur per naturalem inclinationem unius ad alterum, ideo oportet quod naturalis inclinatio actus, inquantum eſt accidens, præcedat compoſitionem actus cum ſubſtantia. & iterum cum anima apud ſe prius natura componat, quam inclinet ſe ad enunciandum unum de altero mediante actu, ideo compoſitio actus cum ſubſtantia natura præcedit inclinationem actus, per quam anima inclinatur ut actus ſit de ſuo ſubiecto, & per

B iſtam ſecundam inclinationem reperitur modus in uerbo.

Et ut hoc planius pateat, nota q cum uerbum debeat imponi ad ſignificandũ, tunc anima prius apprehendit actum de ſubſtantia, & poſtea afficitur ad enunciandum actum eundem de ſubſtantia, & per iſtum affectum inclinatur ad enunciandum actum ipſum, & per hanc inclinationem enunciabit iam actum de ſubſtantia, unde poſt apprehenſionem actus de ſubſtantia, prius eſt natura affectus animæ reſpectu ipſius actus ut ſit de ſubſtantia, quam inclinatio ipſius animæ ad enunciandum, & per iſtam inclinationem indicat animal, uel imperat, & ſic de alijs ipſa autem indicatio, uel imperatio, uel optatio ſunt modus, unde quamuis iſta tria, ſcilicet affectus, inclinatio, & indicatio cauſaliter ordinentur, tamen poſteriora ſunt & accidunt ipſi actui, qui eſt, uel eſſe debet de ſubſtantia & cauſa huius eſt, quia tam indicatio affectus, quam inclinatio, non poſſunt eſſe niſi

C in reſpectu ad actum, & ipſe actus bene poteſt eſſe ſine ipſis. ideo ſignum, quòd imponebatur ad ſignificandum ipſum actum, principaliter dat intelligere ipſum actum, & poſtea tria dat intelligere quaſi accidentia ipſi actu. Et ideo dicimus, quòd uerbum ſignificat agere, uel pati, & conſignificat affectus, & inclinationes uel modos, & ſic patet quod modus cauſatur ab inclinatione, ſicut a cauſa proxima efficiente, & inclinatio ab effectu, & omnia iſta tria cauſantur a compoſitione actus cum ſubſtantia, ſicut a cauſa remota, & finali, cauſantur eadem ab anima ſicut ab efficiente remota, uel uniuerſali.

De modo in uerbo.

Nota, q hæc definitio modorum ſ. Modi ſunt inclinationes animi uarios eius affectus demonſtrantes, eſt cauſalis, ſicut patet ex prædictis. Vnde inclinatio animi non prædicatur de modis ſicut agendis, ſed cauſaliter, unde inclinatio ſignificat affectum, ſicut effectus ſuam cauſam. Nota etiam quòd generalis compoſitio in uerbo debetur ipſi agere, uel pati generaliter ſumpto, ſpecialis autem compo-

D ſitio ipſi agere, uel pati ſpecialiter ſumpto, & contracto.

Si quis obiiciat, q cum anima afficiatur, & inclinetur ſignificato cuiuſlibet partis, ut ipſum ſignificet, & repræſentet per ſuum ſignum, ergo quælibet pars orationis erit alicuius modi, cum propter hoc modus accidat uerbo. Dicendum quòd iſta obiectio fit per prædicta mala intellecta, ſiue quod non intelligat ea, quæ prædicta ſunt, quod non dixi q prædictus affectus, & inclinatio, & modus in anima reſpectu illius actus tantum, ſed reſpectu illius actus, ut eſt de ſubſtãtia, ſiue reſpectu ipſius actus, inquantum componitur cum ſubſtantia, nulla autem eſt pars ipſius orationis, quæ eſt de ſubſtantia niſi uerbum, quia in nulla intelligitur compoſitio ipſius cum ſubſtantia exteriori, niſi in uerbo, & ideo modus ſolum accidit uerbo, & nulli alij parti orationis, & per iſtam ſecundam inclinationem reperitur modus in uerbo.

Dubiũ neceſſarium.

Vide in 1. Peri Her. cap. 4. Item quæritur, qualiter intelligatur illa compoſitio, quam dicit Ariſto. ꝙ iſta compoſitio ſine compoſitis non eſt intelligere. Et dicendum ꝙ compoſitio cum ſubſtantia intelligitur per extrema, quia actus ſe ipſo inhæret ſuo ſubiecto, ſicut quodlibet aliud accidens ſeipſo inhæret ſub ſubiecto in quo eſt, & per quod eſt, & non alio mediante, quia ſic contingeret abire in infinitum, ut dictum eſt de qualitate nominis, unde compoſitio actus cum ſubſtantia fit per inclinationem ipſius actus ad ſubſtantiam, ut ad ſubiectum ſuum, & quia inclinatio ad alterum non poteſt intelligi niſi per illud quod inclinatur, & ad illud per quod inclinatur, ideo compoſitio actus ad ſubiectum ſuum, quod ſignificatur per uerbum, non poteſt intelligi ſine extremis, & ideo dicit Ariſto. quòd, quod eſt, conſignificat quandam compoſitionem, quam ſine compoſitis non contingit intelligere, cum ſolum habeat intelligi per illud quod inclinatur, & cui inclinatur, quia inclinatio illa, quæ eſt ipſius ad ſubſtantiam, re nostis quod inclinatur, & cui inclinatur, nihil eſt, & ideo ſine extremis nihil eſt compoſitio, quia unumquodq; intelligitur per id, quod dat ei eſſe, & iſt extrema, ut dictum eſt. Nota quòd illa compoſitio ſecundum ſuam ueritatem eſt in re, & eſt quoddam indiuiſibile. In uerbo autem eſt compoſitio ut in ſigno, ſicut ſanitas ſecundum ſuam ueritatem eſt in animali ut in ſubiecto, in urina autem eſt ut in ſigno. Nota etiam quòd compoſitio illa per inclinationem actus ad ſubſtantiam, inquantum actus eſt, & præcedit alteram per quam eſt de alio, ut prius dictum eſt. B F

An compō ſimplex ſit necne. Item quæritur utrum compoſitio ſit ſimplex ens uel non? Et uidetur ꝙ non, quia reperitur in rebus exiſtentibus, ut homo eſt animal, & in rebus non exiſtentibus, ut chymera eſt non ens, ergo reperitur in eis per aliquod commune repertum in ipſis, quia ut uult Ariſto. in fine Secundi Priorum, quòd ſi aliqua paſſio

2. Priorum cap. 25. ſequitur aliqua diuerſa, oportet ꝙ ſequatur ea per aliquod commune repertum in ipſis, ſed nihil eſt commune enti, & non enti, niſi ens quodammodo, ergo compoſitio primo ſequitur ens quodammodo, ergo, & ipſa eſt ens quodammodo, & non eſt ens ſimpliciter. G

An prius ſit affirmatiua cōpō. quàm negatiua. Et dicendum, ꝙ compoſitio importata per uerbum communiter ſe habet ad compoſitionem non entium, ut chymera eſt non ens, unde primo ſequitur ens quodammodo, ut obiectum eſt, & ipſa in communi eſt ens quodammodo, & nō ſimpliciter. Item quæritur utrum compoſitio uerbi in communi æqualiter ſe habet ad compoſitionem entium, ut homo eſt animal, & ad compoſitionem non entium, ut chymera eſt non ens, uel ipſa per prius dicatur de una, & per poſterius de alia. Et dicendum, ꝙ compoſitio in communi per prius conuenit compoſitioni entium, & per poſterius compoſitioni non entium.

Item uidetur quòd compoſitio in communi ſit ens ſimpliciter, & non quodammodo. & ſic conuenit compoſitioni non entium, quia uidetur quòd extrema ponantur ſecundum exigentiam compoſitionis, ut ſi compoſitio eſt ens ſimpliciter, & extrema, unde uidetur ſequi, homo eſt animal, ergo homo, & animal eſt. Et ſi compoſitio eſt ens quodammodo, & extrema. unde non ſequitur, chimera eſt non ens, ergo chymera eſt uel non eſt, ergo ſi compoſitio in communi eſt ens quodammodo, & non ſimpliciter, ergo hæc eſt uera, Antichriſtus eſt homo, cum ibi ponatur homo quodammodo, & hæc ſit uera, Antichriſtus eſt homo quodammodo, & iſtæ duæ conuertuntur, Antichriſtus eſt homo, & Antichriſtus eſt homo quodammodo, quod falſum eſt, ergo primum ex quo ſequitur, ſcilicet quòd compoſitio in communi ſit ens quodammodo, & non ſimpliciter. Et dicendum, quod compoſitio in communi eſt ens quodāmodo, ut prius dictum eſt, & extrema eius ſimpliciter in communi ſunt entia. ſed cōpoſitio contracta ad illam partem eius, quod eſt compoſitio entium, eſt ens ſimpliciter, unde in hac, H

E in hac, Antichriſtus eſt homo, contra eſt ad compoſitionem entium, unde ponitur ibi homo quodammodo, ſed ſimpliciter, & ideo hæc, Antichriſtus eſt homo, non æquipollet huic, Antichriſtus eſt homo quodammodo. Ad illud, quod obiicitur, quòd extrema ponuntur ſecundum exigentiam compoſitionis, dicendum, quòd falſum eſt, quia cum extrema ſint, non propter hoc ſequitur, quòd cõpoſitio ſit, ut cum dico, homo eſt Antichriſtus, extrema ſunt, non tamen eſt cõpoſitio. &, ſi compoſitio eſt, non propter hoc ſequitur, quòd extrema ſunt, ſicut ſibi inuicem conueniẽtia, ut chimera eſt non ens. iſta compoſitio eſt, non tamẽ extrema ſunt, ſed hic ſequitur, extrema ſunt ſibiinuicem conuenientia, ergo cõpoſitio eorum eſt. & eſt locus a cauſa & econuerſo ſequitur compoſitio eſt, ergo extrema ſunt ſibiinuicem conuenientia, & eſt locus ab effectu, quia conuenientia extremorum eſt cauſa compoſitionis, & compoſitio eſt effectus conuenientiæ extremorum.

F Item uidetur, quòd compoſitio in communi æqualiter prædicetur de compoſitione entium, & de compoſitione non entium, quia illæ duæ ſunt ſimpliciter conuenientes, homo eſt animal, & chimera non eſt ens, ergo ueritas eorum ſimiliter eſt ens, ergo ſubiectum ueritatis in utraque eſt ens ſimpliciter, ſed ſubiectum ueritatis eſt compoſitio, ergo compoſitio utriuſque ſimpliciter eſt ens. ſed in una eſt compoſitio entium, in altera non entium, ergo compoſitio non entium ſimpliciter eſt ens, ergo compoſitio in communi non magis ſe habet ad unam partem quàm ad alteram. Et dicendum, quòd compoſitio in communi dicitur ſecundum prius, & poſterius de utraque illarum compoſitionum, ut prius dictum eſt, quia per prius dicitur de compoſitione entium, & per poſterius de compoſitione non entium. Ad aliud autem, quod obiicitur, q utraque illarum compoſitionum ſimpliciter eſt ens, dicendum, quòd non ſequitur. quia ueritas entium eſt ens ſimpliciter, ueritas autem non entium non eſt ens ſimpliciter, ſed

G quodammodo, quod patet. quia ueritas entium eſt ſecundum conuenientiam extremorum, quæ eſt cauſa compoſitionis in affirmatiua, ut homo eſt animal, uel repugnantiam extremorum, & eſt cauſa diuiſionis in negatiua uera, ut homo non eſt aſinus. unde ueritas entium eſt per conuenientiam ad compoſitionẽ uel diuiſionem, & etiam per hoc, quòd extrema ſunt ſimpliciter entia. ſed ueritas non entium non habet niſi alteram cauſarum iſtarum, ſcilicet conuenientiam extremorum ad compoſitionem uel diuiſionem, & non habet entitatem earundem, quia extrema non ſunt entia, immo ſunt non entia, & ideo ueritas non entium eſt ens quoddammodo, ueritas entium eſt ens ſimpliciter. & ideo cõpoſitio entiũ eſt ens ſimpliciter, cõpoſitio autẽ non entiũ eſt ens quodammodo.

Au compõ æqualiter de ente ac non ente prædicet.

Compõ in cõi quid.

De Negatione, & Affirmatione.

H *De Negationis natura, & numero ſpecierum ipſius.* Cap. I.

CVM ſecundum diuerſitatem compoſitionum diuerſificetur negatio, ideo poſt compoſitionem dicendum eſt de negatione. Primo autem ſciendũ eſt, q negatio dicitur æquiuoce, quia uno modo dicitur negatio oratio negatiua, & eſt ſpecies enunciationis. Enunciationis. n. alia eſt oratio affirmatiua, & alia negatiua, ut hõ currit, hõ non currit, & ſic definitur. Negatio eſt oratio negatiua alicuius ab aliquo. Alio autẽ modo dicitur negatio ſignum, & inſtrumentũ negandi, & hoc modo dicitur tripliciter. quia negatio, ut eſt inſtrumentum negandi, ſumitur uno mõ ut ſubſtantia, ut in hoc nomine negatio, alio autẽ modo, ut actus, ut actus in uerbo, & in participio, ut nego, gas, uel

Negatiõis triplex acceptio.

negans uel negatus. & his duobus modis ſumitur negatio ut concepta ſiue per modum conceptus. Alio autem modo ſumitur negatio, quæ eſt inſtrumentum negandi, ut exercita, & ſic ſignificatur per hanc particulam, non Et nota, quòd conceptus & affectus differunt in hoc, quia conceptus dicitur eſſe illud, quod eſt in anima per ſimilitudinem aliquam, ut cognitio de coloribus & de omnibus eſt, inquãtum ſimilitudines earum recipio in anima & non res ipſas. affectus autem ut exercitus dicitur eſſe id, quod ſecundum ueritatem eſt in anima uel in corpore, ut cum laboro in ægritudine, dolor eſt in anima mea ſecundum ueritatem afficiens eam, & quando curro, curſus eſt in corpore ſecundum ueritatem exercitus & afficiens ipſum corpus. Item negatio ultimo mõ ſumpta eſt duplex, quia eſt quædam negatio, quæ eſt termini, ut in nomine infinito, uel in uerbo infinito, alia eſt orationis, & hæc remouet actum a ſubſtantia, de qua ipſe actus prædicatur. & prima additur termino per compoſitionem, ſecunda uero per appoſitionem. Item negatio, quæ eſt termini, eſt duplex, quia quædam eſt, quæ facit nomen infinitum ſiue priuatum, ut non homo, non lapis Et alia eſt, quæ facit uerbum infinitum, ſiue priuatum, ut non currit, non laborat. E F

Sed uidetur, ꝙ nec qualitas accidentalis neque actus poſsit prædicari de ſubſtantia, quia ſunt diuerſa, & diuerſa, inquantum diuerſa, ſunt ſibi repugnantia, ergo unum uere non prædicatur de altero, ergo, ſicut hæc eſt falſa, Socrates eſt albedo, & ſimiliter hæc, Socrates eſt albus, & ſimiliter Socrates currit, ſicut & hæc, Socrates eſt curſus. Et dicendum, quòd dupliciter contingit ſignificare diuerſa, quia inquantum unum opponitur alteri, uel eſt diuerſum ab eo, ut Socrates, albedo, curſus, & ſic unum uere non prædicatur de altero, alio autem modo contingit ſignificare diuerſa, prout unum eſt de altero, ut albus, niger, currit, legit, & uniuerſaliter quæcunque ſignificantur in concretione ab ſubiectum, ſiue dicantur denominatiue, ut albus currit, ſiue non denominatiue, ut ſtudioſus, curſor, pugillator, & conſimilia, prout dicuntur a naturalibus potentiis curſor & pugillator, & hoc modo unum diuerſum prædicatur de altero. G

An duæ tm̃ ſint negationes. Item, cum triplex ſit compoſitio. ſ. qualitatis ad ſubſtantiam, & actus diſtantis a ſubſtantia, cum ſubſtantia & actus uniti ſubſtantiæ & cuilibet harum compoſitionum ſua opponatur negatio, ergo erit triplex negatio, ergo male ponuntur duæ tantum. Et dicendum ſicut dictum eſt prius, ꝙ negatio, ut exercita, ſiue afficiens, eſt duplex in genere ſicut compoſitio eſt duplex in genere, quia eſt quædam termini & alia orationis, ut dictum eſt. Sed negatio illa in ſpecie dicitur quadrupliciter, eò quòd negatio terminatio ſubdiuiditur, quia eſt quædam negatio termini, quæ remouet qualitatem a ſubſtantia, faciens nomen infinitum, ut non homo, non equus, & eſt alia, quæ actum unitum remouet a ſubſtantia, faciens participium, ut non currens, non legens, tertia uero actum diſtantem a ſubſtantia exteriori remouet, ſiue priuat a ſubſtantia unita, faciens uerbum infinitum, ut non currit, non laborat, quarta uero, ut dictum eſt, faciens orationem H

Inſtantiæ dilutio. negatiuam, & ſic negatio termini ſubdiuiditur per tres partes. Ad illud autẽ qđ obiicit, ꝙ triplex eſt compoſitio actus cum ſubſtantia, ergo ex oppoſito erit triplex negatio. Dicendum ꝙ inſufficienter diuidit, quia relinquit compoſitionẽ actus diſtantis a ſubſtantia exteriorum cum ſuba intra, & ſic ſunt quatuor compõnes. unde ex oppoſito erunt quatuor negationes. Quod autem quatuor ſint compõnes patet, quia eſt quædam qualitatis cum ſuba, ut in quolibet noĩe, & negatio ei oppoſita facit nomen infinitum, ut non homo, & alia actus uniti ſubſtãtiæ cum ſubſtantia, ut in participio, & negatio ei oppoſita facit participium infinitum, ut non currens, tertia uero compoſitio actus eſt diſtantis a ſuba exteriori cum eadem ſuba exteriori, ut Socra. currit, & negatio ei oppoſita facit orationem

A tionem negatiuam, ut Socrates non currit, quarta uero eſt actus diſtantis a ſubſtantia exteriori cum ſubſtantia intra, & negatio ei oppoſita facit uerbum infinitum, ut non currit non laborat, & ſic inſufficienter diuidebat compoſitiones iſtas in ſpecie, & etiam negationes ei oppoſitas. Nota ꝙ uerbum duplici ſubſtantiæ comparatur. ſ. ſubſtantiæ exteriori, quæ reddit ei ſuppoſitum, ut Socra. currit, & ſubſtantiæ interiori, quæ infinite intelligitur in ipſo, quia eſt idem, quod res currens, & currens eſt ille actus, res uero eſt ſubſtantia interius intellecta.

Difficultatis ſolutio, de nominis Infiniti natura et intellectu. Cap. II.

DIcto de negatione in genere conſequenter dicendum eſt de unaquaque prædictarum negationum in ſpecie. & primo de negatione nominis infiniti, cũ B ſit prior alijs. Circa quam primo quæritur utrum nomen infinitum de quolibet quod eſt, & quod non eſt prædicetur. Et u detur, ꝙ non, quia ut eſt in Secundo Peri Hermenias, ad affirmationem, in qua prædicatur nomen infinitum, ſequitur negatio, in qua prædicatur nomen finitum, & non ecõuerſo, ut omnis homo eſt non iuſtus, ergo nullus homo eſt iuſtus, & non econuerſo, ergo affirmatio, in qua ponitur nomen infinitum, ponit aliquid, quia ſi nihil poneret, tunc conuertentur cum negatione, ergo nomen infinitum ſolum prædicatur de ente, ergo non de quolibet, quod eſt, & quod non eſt. Ad idem cum dicitur, homo eſt non iuſtus, hic ponitur ens, quod affirmatur eſſe, nec compoſitio negatur per negationem ipſius termini infiniti ſequentem, ergo nomen infinitũ prædicatur ſolum de ente, ergo non de quolibet, &c. Sed contra. Homini opponitur aliquid ſecundum priuationem, & aliquid ſecundum negationem, ut mortuum opponitur homini priuatiue, & non homo negatiue, ſed priuatio plus participat de ente q̃ C negatio, ergo mortuum plus participat de ente, q̃ non homo, ſed mortuum prædicatur de non ente, ergo multo fortius non homo, ergo terminus infinitus nõ ſolum prædicatur de ente, ſed etiam de non ente. Ad idem Boethius docet cõuertere uniuerſalem affirmatiuã infinitando terminos, ut omnis homo eſt ens, ergo omne non ens eſt non homo, ergo non homo prædicatur de non ente, ergo non ſolum de ente, ſed etiam de non ente. Item, ut eſt in ſecundo Topicorum. Quòd, ſi ad hominem ſequitur animal, ergo per conſequentiam econuerſo, ad non animal ſequitur non homo, ſed bene ſequitur, ſi eſt homo, eſt ens, ergo ſequitur per conſequentiam econtrario, ſi non eſt ens, eſt non homo, ergo nomen infinitum non ſolum prædicatur de ente, ſed ẽt de non ente Item, in homine eſt duplex compoſitio. eſt. n. quædam cõpoſitio formæ cum materia, homo. n. & unũquodq; aliud a primo, conſtat ex materia & forma, uel uere, uel proportionabiliter, & eſt alia compoſitio in homine, quæ eſt differentiarum cum ſuo gene-D re, uel ſuo ſuperiori, ſiue ſint differentiæ ſpecificæ, ut in ſpeciebus omnibus & generis ſubalternis, ſiue ſint differentiæ non ſpecificæ, ſicut ſunt differentiæ, quæ ſecundum rationem finis, uel cauſa alicuius alius adijciuntur enti, per quas generaliſsima differunt a ſe. Cum enim generaliſsima communicent in ente, licet ſecundum prius & poſterius, oportet qđ per aliquid differant, ut patet, quia ſuba eſt ens per ſe, q̃titas uero eſt ens menſuratiuum ſubſtantiæ, qualitas uero eſt informatiuum, uel qualificatiuum ſubſtantiæ, relatio uero eſt ens comparatiuum ſubſtantiæ, actio uero eſt ens mediũ, per quod, ſiue ſecũdũ qđ, unũ agit in aliud, & ſic de alijs. Vnde hæc dña per ſe eſt differentia ſubæ, & mẽſuratiuum ſubẽ eſt differentia quantitatis, & ſic de alijs, & ſic per iſtas differentias, quæ non ſunt ſpecificæ, generaliſsima differunt inter ſe. Formatur argumentum ſic. Inhoĩe eſt duplex

An nomẽ infinitũ indifferẽter ꝑdicet de quolibet qđ eſt & quod non eſt.

Vidẽ ad hoc Philoſo. 1. Prio. ca. 2.

duplex compoſitio ſcilicet formæ cum materia, differentia cum primo prædicabili, ut cum ente, ſed cuilibet cõpoſitioni ſua opponitur negatio. ergo duplici cõpoſitioni exiſtenti in homine duplex opponitur negatio, ergo negatio in hoc termino non homo, eſt duplex, quia uel remouebit compoſitionem, quæ eſt differentiarum cum ente, & ſic relinquitur ens, quia, cùm dicitur ens per ſe, corporeum aiatum ſenſibili rationabile mortale, ſed aggregatio iſtarum differentiarum remouetur pro una uel pro pluribus, non dico, quòd unaquæque earum remouetur, ſed earum aggregatio, quæ poteſt remoueri pro una uel pro pluribus ſiue ꝑ omnibus, ſic relinquitur ens, quia ſi una ſola remoueatur iam non ſunt ibi oẽs, uel ſi plures uel ſi omnes, ſemper earum aggregatio remouetur, & ita non homo ponit ens, & prædicatur ſolum de ente, & ſic non homo dicitur terminus priuatiuus. Si autem negatio iſta negat compoſitionem formæ cum materia, tunc nihil ponit in actu, ſed tantum ponit ens in potentia uel in oppoſitione, & ſic non homo eſt terminus negatiuus, & non homo prædicatur de ente & de non ente. & ſic nomen infinitum eſt duplex, quod concedimus. A B

Nomen infinitum duplex.

Dicendum, ergo, ꝙ nomen dupliciter poteſt infinitari, ut oſtenſum eſt, uno modo ſecundum priuationem, & ſic non homo ponit ens remouendo aggregationem differentiarum a primo prædicabili, & ſic homo & non homo opponuntur ut priuatio & habitus, & prædicantur ſolum de ente. alio autem modo poteſt infinitari nomen ſecundum negationem, & ſic non homo nihil ponit, & eſt terminus negatiuus, & ſic non homo de quodlibet ente aliud ab homine prædicatur & de non ente, & ſic homo & non homo opponuntur ut affirmatio uel negatio, & prædicantur de quodlibet, quod eſt, & quod non eſt, ita, ꝙ hoc uel illud, ſicut quælibet contradictio. Et nota, quòd ille modus duplex infinitandi terminum eſt ſolum in terminis ſpecialibus, quia termini generales, ut ens, & aliqd, uno ſolo modo infinitantur ſcilicet ſecundum negationem, quia in eis non eſt duplex compoſitio ſicut in ſpecialibus. unde non ens & non aliquid ſolũ prædicantur de eo, quod non eſt nullus. n. terminus infinitus poteſt prædicari de eo, cuius forma remouetur per ipſum. unde non homo non poteſt prædicari de homine, nec ens de non ente, & nullum oppoſitorum poteſt de ſibi oppoſito prædicari. C

Ad illud autem, quod obiicitur, ꝙ ad affirmationem, in qua prædicatur nomen infinitum ſequitur negatio, in qua prædicatur nomen infinitum & non ecõuerſo, & ſic nomen infinitum ponit ens. Eſt dicendum, ſicut dictum eſt prius, quia nomen infinitum duplex eſt, propter hoc, quod uel infinitum ſecundum negationem, & ſic nihil ponit, uel eſt infinitum ſecundum priuationem, & ſic ponitur ens ſiue ſit ſubſtantiale, ut homo, animal, ſiue accidentale, ut album, iuſtum, rectum, par, uel impar. unde ſimplex terminus accidentalis ſecundum priuationem, ſicut relinquit ſubiectum accidentis ineſſe, & ſic iſta homo eſt non iuſtus, & conſimiles ponunt ens, ſic ad ipſas ſequitur negatio de prædicato finito & non econuerſo, ut homo eſt non iuſtus, ergo homo non eſt iuſtus, & non econuerſo. Et hoc determinat Ariſt. in Primo & Secundo Peri Hermen as dicendo, ꝙ ſic conſequuntur ſe inuicem, ſicut dictum in Prioribus. Hoc etiam dicit Ariſto in fine Primi Priorum, ꝙ ad priuatiuam orationem affirmatiuam, ſequitur negatiua finita, & non econuerſo, ut hoc eſt inæquale, ergo non æquale, & non econuerſo & hoc eſt album, ergo non eſt album, & non econuerſo. Si autem prędicatur terminus accidẽtalis infinitus ſecundum negationem, ſic nihil ponit, ut dictum eſt, & ſic conuertitur cum negatiua finita, ut omnis homo eſt non iuſtus, ergo nullus homo eſt iuſtus, & econuerſo. Et ſimiliter dicit in principio Secundi Peri Hermenias paulo poſt, ꝙ ad negationem finitã, ſequitur affirmatiua infinita, ut nullus homo eſt iuſtus, ergo omnis homo eſt non iuſtus, quia nõ D

Cap. 43. & ibi Auer.

poſſit

A poſſet eſſe niſi conuerterentur illo ſecundo modo. ſ. ſecundum q eſt nomen infinitum ſecundum negationem. Et ſimiliter intellige de termino infinito ſubſtantiali, ut non homo, ſicut de accidentali, ut non iuſtum. Ad illud autem, quod poſtea obiicit q iſta, homo eſt non iuſtus, ponit ens, cum affirmatur eſſe, & non remoueatur compoſitio affirmatiua, & non negatur per negationem ſequentem. Dicendum, q argumentum peccat tripliciter. Primo modo ſecundum æquiuocationem huius nominis, non iuſtum, quod uno modo ponitur ens, & alio modo non, ut dictum eſt prius. Et alio modo peccat ſecundum conſequens, ſiue ſecundum quid, & ſimpliciter, quia, ut ſequitur, affirmatur eſſe aut ipſa compoſitio, ergo eſt, quia affirmatio eſt etiam tam de ente q̃ de non ente; ergo in plus eſt affirmatio q̃ eſſe ſecundum negationem, ergo eſt conſequens unde q non iuſtus eſt nomen infinitū ſecundum negationē non ſequitur, homo eſt nō iuſtus. ergo homo eſt. Præterea eſt ibi fallacia ſecundū quid & ſimpliciter, quia licet ſit ibi compoſi-
B tio affirmatiua, non tamen ponitur ens ſimpliciter, ſed diminutum per determinationem ſequentem. unde, ſicut non ſequitur, eſt opinabile, ergo eſt, quamuis ſit ibi compoſitio affirmatiua, ita non ſequitur, eſt non iuſtus, ergo eſt, cum diminuatur eſſe per determinationem nihil ponentem, ſecundū q non iuſtus, eſt terminus negatiuus. Sciendum autem q nullus terminus poteſt infinitari; niſi ſit ſubiicibile uel prædicabile. Et ideo ſignū uniuerſalia uel particularia non poſſunt infinitari, quia ſunt diſpoſitiones ſubiecti inquantum ſubiectum, & ita non faciunt prædicatum. Et ideo dicit Ariſto q hæc negatio, non, non eſt niſi addēda huic ſigno omnis, quia non ſignificatur uniuerſale, ſed quoniam uniuerſaliter.

Nō oīs terminus infinitari contingit. Colligitur ex 2. Prio.

De Verborum Infinitate. *Cap.* III.

DIcto de negatione ſpecialis nominis, faciente nomen infinitari, conſequenter dicendum eſt de ſpeciali negatione uerbi, infinitante uerbum, quia no-
C men eſt natura prius uerbo infinito. Primum enim quæritur de uerbo infinito, utrum prædicetur de quolibet quod eſt, & quod non eſt. Et uidetur q ſic, quia ut uult Ariſto. uerbum infinitum ſimpliciter eſt in quolibet, quod eſt, & quod non eſt, ergo de omni quod eſt prædicatur, & quod non eſt.

An uerbū infinitū de quolibet quod eſt & qđ non eſt prædicet.

Sed contra. negatio quæ eſt in uerbo infinito, relinquit compoſitionem affirmatiuam, remouendo actum a ſubſtantia, de qua prædicatur actus, unde ſenſus huius, Cæſar non currit, ſecundum q non currit eſt uerbum infinitum, eſt iſte, Cæſar non eſt currens, ſed compoſitio affirmatiua ponit ens, quia ponit ſubiectum ineſſe, ergo uerbum infinitum ponit ens, ergo ſolum prædicatur de ente. Et ſecundum dictum quorundam eſt, q uerbum infinitum extra orationem manet infinitum, ſed fit ſemper oratio, quando ponitur in oratione, quoniam negatio eſt una pas, & uerbum alia. Sed hoc nihil eſt, quia mouentur eo q non ſciunt diſtinguere in hac oratione, Cæſar non currit, & in conſimilibus ſecun-
D dum q ſunt propoſitiones negatiuæ, & ſecundum q ſunt de uerbo infinito. Vnde dicendum, q uerbum infinitum prædicatur de quolibet quod eſt, & quod nō eſt, & manet infinitum extra orationem, & in oratione, & hæc propoſitio Cæſar non currit, & conſimiles, ſecundum q ſunt orationes negatiuæ, nihil ponunt. & compoſitio negatur in eis nihil relinquendo per eas, ſecundum autem quòd in eis ponitur uerbum infinitum, compoſitio remanet affirmatiua. unde iſto modo. ſ. ſecundum q eſt in eis uerbum infinitum, adhuc duplices ſunt. quia uerbum infinitum poteſt infinitari ſecundum negationem, & ſic nihil ponit, uel poteſt infinitari ſecundum priuationem, & ſic nihil ponit niſi ſubiectum in eſſe, & ſic ponit ens. Ad illud autem quod obiicitur, quod compoſitio affirmatiua ponit ens, quia ponit ſubiectum ineſſe. Dicendum, q utrunque eſt falſum, quod compoſitio

poſitio æqualiter ſe habet ad compoſitionem entium & ad compoſitionem non ent um, ut ponit ens ipſa compoſitio, neque ponit ſubiectum ſuum ineſſe. & ita uirtute compoſitionis affirmatiuæ, inquantum eſt affirmatiua, nihil ponunt, ſed uirtute prædicati aliquando ponitur ſubiectum ineſſe, ut quando prædicatum eſt ens ſimpliciter. & aliquando non ponitur ſubiectum ineſſe, ut quando prædicatum eſt ens diminutum, uel quodammodo, & ideo ſequitur, lapis eſt homo, ergo lapis eſt & non ſequitur, lapis eſt opinabile, ergo lapis. unde ſenſus huius, Cæſar non currit, ſecundum quòd non currit eſt uerbum infinitum, eſt ille Cæſar eſt non currens, & ſimiliter intellige de participio ſicut de uerbo. unde illæ duæ, Cæſar non currit, & Cæſar eſt non currens, nihil ponunt, ſecundum quòd uerbum & participium ſunt termini negatiui, ſed ſecundum quòd ſunt termini priuatiui ſic ponunt, quia ponunt ſubiectum in eſſe, & hoc uirtute prædicati & non uirtute compoſitionis, ut dictum eſt. De negatione infinitante participium ſatis patet ex prædictis, & ideo relinquitur. E F

De Multiplici negationum uſu ac natura in orationibus tam negatiuis quam affirmatiuis. Cap. IIII.

DEterminatis negationibus terminorum, dicendum eſt de negatione orationis. ſimplex enim natura præcedit compoſitum. unde nomen & uerbum natura ſunt priora oratione, unde negatio nominis, uel uerbi, natura præcedit negationem orationis. Primo quæritur utrum negatio orationis faciat contradictionem. Et u detur quòd non. quia ad hoc quòd negatio contradicat oportet quòd remoueat compoſitionem, ſed non poteſt remouere compoſitionem, quia compoſitio eſt ſubiectum negationis, & nullum accidens remouet ſuum ſubiectum, ergo non poteſt facere contradictionem, ergo non contingit contradicere. Item ad idem. Quicquid eſt creatum, aut eſt ſubſtantia aut accidens, ergo negatio, cum ſit creata, aut eſt ſubſtantia aut accidens. ſed non eſt ſubſtantia, ergo eſt accidens, ergo eſt in ſubiecto aliquo, ſed non eſt niſi in compoſitione, ergo non remouet eam ergo non contingit contradicere. Item, cum contingit contradicere, quia hoc eſt principium principiorum in ſcientiis, ergo remouet compoſitionem, ſed compoſitio eſt cauſa negationis, ergo remouet modum, ergo nulla negatio eſt alicuius modi, ergo nec indicatiui per locum a genere, ergo nulla eſt uera, uel falſa, Sola enim indicatiua eſt in qua eſt uerum, uel falſum. Solutio. Sicut hoc nomen homo duplicem habet ſignificationem. ſ. generalem, ut ſignificat ſubſtantiam cum qualitate, & ſpecialem, ut ſignificet hanc ſubſtantiam quæ eſt homo, ſic & in uerbo eſt duplex ſignificatio ſcilicet generalis & ſpecialis. Generalis eſt ſignificare agere, uel pati Specialis eſt, ut ſignificare iſtum actum, uel iſtam paſsionem, uel legere, uel legi, uel percutere, uel percuti Generalis autem compoſitio communiter ſe habet quantum eſt de ſe ad omnia componibilia. cum. n. dicimus, quòd uerbum conſignificat compoſitionem, ut diximus, hanc compoſitionem, uel illam non ſignificat, ſed compoſitionem in genere, & hæc eſt compoſitio generalis. Specialis autem compoſitio, eſt cum extrema compoſitionis talem actum denotat & negatio remouet ſpecialem compoſitionem, & hoc ſufficit ad contradictionem, & relinquit generalem rationem, cui accidit modus, unde contingit ad hoc contradicere. Item ſolet dici quòd duæ negationes æquipollent uni affirmationi. Et quæritur, econuerſo, cur duæ affirmationes non æquipolleant mó. quod uidetur, quia ſicut negatio remouet affirmationé, ſic econuerſo affirmatio negationé. Et dicédum, q negatio apta nata eſt remouere quicquid reperit, quia negatio eſt actus G H

cur duę negatiões vni ęquipollét affirmationi, & non econtra.

deſtruens

A deſtruens ſuũ obiectum. vnde obiectum negationis, quodcunque fuerit, remo-
uetur per negationem, & quoniam negatio aliquando eſt obiectum negationis,
aliquando negatio negatur, ut non Socrates non currit, & ideo negatio non re-
mouetur per negationem, & ideo ex conſequenti ponitur affirmatio, quia remo-
ta negatione ponitur affirmatio, eo ꝙ neceſſe eſt ſemper eſſe affirmationem, uel
negationem. Et ideo duæ negationes æquipollent uni affirmationi. Affirmatio
autem non eſt apta nata deſtruere ſuum obiectum, ſed ponit ipſum potius & cõ
ſeruat, & ideo eſt res, cum res affirmatiua quæ eſt obiectum affirmationis, non
remouetur per affirmationem. & ob hoc duæ affirmationes non poſſunt æqui-
pollere negationi. Ad illud autem quod obiicitur, quia affirmatio remouet
negationem, ſic econuerſo. Dicendum, ꝙ duæ comparationes ſunt in affirma-
tione, & duæ in negatione diuerſimode comparatæ. una enim eſt comparatio
affirmationis ad illud quod affirmatur. alio uero habet ad illud cui opponitur.
B & illæ duæ comparationes affirmationis non ſunt reſpectu eiuſdem, ſed reſpe-
ctu diuerſorum, uerbi gratia, hæc affirmatio Socra currit, affirmat Socratem
currere, & apponitur ei quod eſt non Socr. currere, & ideo ratione oppoſitionis
non deſtruit ſuum obiectum. Sed duæ comparationes in negatione ſunt reſpe-
ctu eiuſdem, quia negatio ſemper negat aliquid ſicut affirmatio affirmat. &
ſemper negatio opponitur alicui, ſed non niſi ei quod negat, & ideo negatio
ratione ſuæ oppoſitionis ſemper deſtruit ſuum obiectum, quod negabat, ſed af-
firmatio non opponitur ei quod affirmat, ut dictum eſt, & ideo affirmatio
non deſtruit quod affirmat. & ſic non eſt ſimile de affirmatione ad negationem,
& de negatione ad affirmationem, ut patet iam per hoc, ꝙ negatio opponitur
affirmationi & negat eam, affirmatio opponitur negationi & affirmat eam,
ſed aliud, ut dictum eſt. Item dicit Ariſto. in. 2. Topicorum. quòd ſi aliquid non Cap. 21. &
eſt ſuſceptibile contrariorum, neque alterius ergo quod non poteſt negari non infra.
C poteſt affirmari, ſed iſta Socra. non currit, non poteſt affirmari, cum ſit negati
ua, ergo non poteſt addici altera negatio ut per eam negetur, ergo duæ nega-
tiones non æquipollent affirmationi. Ad hoc dicunt quidam, quòd negatio quo
dammodo eſt affirmatio, quoniã, negatio habet in ſe de ente, ſiue de affirmatio-
ne. unde participat naturam affirmationi. & ideo poteſt negari per negatio-
nem. & ita homo proponit, Socra. non currit, poteſt ei addi altera negatio ſit,
non Socra. non currit, & ita duæ negationes æquipollent affirmatione. Sed
ego credo, ꝙ melius dicitur, ꝙ quamuis accidentium negatiua non poſſunt refle-
cti ſupra ſe agendo in ſe, ſed in ſuum obiectum cum accidentia cauſata a ratio
ne poſſunt reflecti ſupra ſe agendo ſicut ratio ſupra ſe cognoſcendo in ſe &
indicando de ſe unde negatio, quæ eſt actus ſiue accidens creatum a ratione,
poteſt reflecti ſimpliciter ſupra negationem ſiue ſupra negatam agendo in ip-
ſum, & ideo negatio poteſt negari, quamuis non poteſt affirmari. Et conſidera-
D tio Ariſt. debet intelligi de accidentibus naturæ, ſiue de contrariis negando, ut
album, nigrum, calidum, frigidum. & conſimilia. Item illæ duæ, Socra. cur-
rit, & non Socra. non currit æquipollent ſibiinuicem, & contradicunt huic So- 2. periHer.
crates non currit. Sed contradicit Ariſto. ꝙ unum uni opponitur, ergo duæ
oppoſitiones non contradicunt uni. Dicendum, quòd dupliciter fit contradictio
.ſ. primo & ex conſequenti unde in his eſt prima contradictio, Socrates cur-
rit, Socra. non currit. contradicit ex conſequenti huic, Socrates non currit,
quia inquantum æquipollent, conuertitur cum iſta ſcilicet Socrates currit. unde
intellige quòd in contradictione prima, ſemper altera eſt negatio, & alia affirma
tio. unde dicit Ariſt quod contradictio eſt affirmatio & negatio oppoſita, ſed
in contradictione quæ eſt ex conſequenti, negatio poteſt contradicere negationi.
Item

Negatio p̄poſita, uel poſtpoſita termino ſingulari idē ſignificat ſecus ī cōmunibus.

Item nota ꝙ negatio præpoſita, uel poſtpoſita termino ſingulari idem ſignificat, A
ut Socr. non currit, & non Socrates currit, ſed non eſt ſimiliter in terminis com-
munibus namque hæc eſt indefinita, homo currit, hæc autem uniuerſalis nega-
tiua, non homo currit. Neque eſt contrarium quod dicit Ariſtot ꝙ tranſpoſita
nomina, & uerba idē ſignificant, quia intelligit de alijs dictionibus, quoniā intel
ligit de dictione quæ eſt ſubijcibilis, uel prædicabilis, ut hō, animal, uel quæ eſt
diſpoſitio ipſius ſubijcibilis, uel prædicabilis abſolute, & non intelligit de dictio
ne quæ eſt diſpoſitio unius ad alterum, ut ſunt negationes, & ſigna uniuerſal.a.
negatio enim negat unum ab altero, & ſignum uniuerſale diſponit ſubiectum in
reſpectu ad prædicatum. Item quæritur de hoc ſophiſmate, nullo homine curre
te tu es aſinus, probatio, hæc eſt falſa aliquo homine currente tu es aſinus, ergo
eius contradictoria eſt uera, hæc.ſ. non aliquo homine currente tu es aſinus, ſed
non aliquo, & nullo æquipollent, ſicut non aliquis, & nullus, ergo eſt uera, nullo
homine currente tu es aſinus. Sed contra. nullo homine currente tu es aſinus, er B
go dum nullus homo, uel ſi nullus homo, uel quia nullus homo currit, tu es aſi-
nus, quod falſum eſt. Solutio. prima eſt falſa, ſcilicet hæc, nullo homine curren
te tu es aſinus, quia iſta, per quam probat eam, peccat ſecundum diuiſionem, &
compoſitionem, hæc, ſcilicet non aliquo homine currente tu es aſinus, eo quòd
negatio poteſt negare tantum participium, & ſic eſt diuiſa, & falſa, uel poteſt
negare participium in comparatione ad uerbum ſequens, & ſic eſt compoſita, &
uera, & iſto modo æquipollet primæ, ſcilicet huic, nullo homine currente tu es

Regula neceſſaria.

aſinus, ſed hæc eſt falſa, nullo homine &c. quia negatio, quæ eſt in comparatione
huius ſigni, nullo modo poteſt fieri ultra participium per hanc regulam. Quo-
tieſcunq; negatio, & diſtributio includuntur in termino uno ad nihil pōt unum
ferri ſine reliquo, ſed diſtributio non fertur ultra participium, ergo neque nega-
tio, & ita hæc eſt falſa, nullo homine currente &c. quare, & ſua æquipollens illo
modo quæ ei æquipollet. & utraque affirmatiua eſt hæc.ſ. non aliquo homine C
currente &c. & nullo homine currente &c. ſecundum ꝙ æquipollent. Et per hoc
etiam patet quòd neutra contradicit affirmatiuæ.

Item quæritur de hoc ſophiſmate. Nihil eſt nihil. Probatio. eius contradicto-
ria eſt falſa, hæc.ſ. aliquid eſt nihil, ergo prima uera. Contra. nihil eſt nihil, ergo
nihil nulla ſubſtantia eſt, & eſt locus a genere ſiue a toto in quantitate, ut nihil
eſt, ergo nihil nulla ſubſtantia eſt, ſed concluſio eſt falſa, hæc.ſ. nihil nulla ſub-
ſtantia eſt, quia æquipollet huic, quodlibet eſt aliqua ſubſtantia, quod falſum eſt,
ergo prima ex qua ſequitur eſt falſa. Solutio. Prima eſt uera, ſcilicet nihil eſt ni
hil, quia æquipollet huic, quodlibet eſt aliquid, per illam regulam. Quotieſ-
cunque duo ſigna uniuerſalis naturæ ponuntur in eadem oratione, ita ꝙ unum
in ſubiecto eſt, reliquum prædicato, primum æquipollet ſuo contrario, ſecun-
dum ſuo contradictorio. Item improbatio peccat. ſed communiter loquendo,
quia ſicut hic eſt conſequens communiter loquendo, quodlibet eſt aliquid, ergo D
quodlibet eſt aliqua ſubſtantia. Similiter hic eſt conſequens, nihil, nihil eſt, ergo
nihil nulla ſubſtantia eſt.

Ad illud quod obijcitur, quod uidetur locus a genere, ſiue a toto in quantita-
te. Dicendū ꝙ non eſt uerum, unde eſt ibi locus ſecundum conſequens, ſicut hic,
nullus hō eſt nullū animal, ergo nullus hō eſt nullū riſibile, quia in iſta, oīs hō eſt
nullum animal, animal remouetur a ſubiecto &c. apponatur alia negatiua per
hoc ſignum nullus, remouetur prædicatum negatum a ſubiecto ſic, nullus homo
eſt nullum animal, ſed remouere prædicatum negatum eſt ponere ex conſequen
ti affirmatum in eodem, ergo iſta, nullus homo eſt nullum animal æquipollet
huic, omnis homo eſt aliquod animal, & ſimiliter iſta, nullus homo eſt nullū ri-
ſibile

A ſibile æquipollet huic, omnis homo eſt aliquod riſibile, hic autem ponunt conſequens, animal eſt, ergo riſibile eſt, ſicut hic, animal currit, ergo homo currit, ergo hic, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt riſibile, & ſimiliter in ſuis æquipollentibus, nullus homo eſt nullum animal, ergo nullus homo eſt nullum riſibile. & ſimiliter eſt in propoſito, nihil, nihil eſt, ergo nihil nulla ſubſtantia eſt. Item uidetur, q nulla concluſio improbationis ſit uera, quoniam hæc eſt uera nulla ſubſtantia eſt nihil, quod patet per prædictam regulam, quia æquipollet huic, omnis ſubſtantia eſt aliquid. & etiam quia ſua conuerſa eſt falſa, hæc .ſ. aliqua ſubſtantia eſt nihil, ergo hæc eſt uera, nulla ſubſtantia eſt nihil, ergo ſua conuerſa eſt uera, hæc.ſ. nihil eſt nulla ſubſtantia. Et dicendum, quòd non recte conuertit illam, nulla ſubſtantia eſt nihil, quia debet ponere ſignum ſubiecti ſupra totum prædicatum & reducere ad ſubiectum ſic, nulla ſubſtantia eſt nihil, ergo nullum ens nihil eſt ſubſtantia, ſed utraq; eſt uera, & ſic non probat concluſionem improbationis. Item, quòd concluſio improbationis ſit falſa
B probatur dupliciter, quia uno modo per prædictam regulam, & alio modo quia eius contradictoria eſt uera, hæc. ſ. aliquid nulla ſubſtantia, ut albedo & quodlibet aliud accidens, &c.

De Dictionibus Excluſiuis.

Quid ſignificent dictiones excluſiuæ. Cap. I.

DICTO de negatione & de affirmatione, conſequenter dicendum eſt de dictionibus excluſiuis, ut tantum, ſolus. Circa quas primo quæritur propter quid dicatur dictio excluſiua. Et quid ſignificet dictio excluſiua. Secundo, quod & quæ ſunt cauſæ excluſionis, & quæ exiguntur ad eſſe excluſionis. Tertio quot ſunt partes ſiue ſpecies excluſionis. Quarto quæritur deſcendendo ad quandam cauſam excluſionis.ſ. ad id, quod excluditur, & quæ ſunt ea quæ debent excludi. Quintum & ultimum eſt de differentia dictionum, tantum, ſolus, in ſuis excluſionibus. Primum, ergo quæritur propter quid dictio dicatur excluſiua. Et dicunt quidam, quod dictio dicit excluſiua, quia ſignificat excluſionem. Sed contra, nulla dictio ſignificat actum, quem exercet, ut ille terminus homo non ſignificat ſuppoſitionem, quam exercet ſupponendo pro hoc uel pro illo, & ſic de aliis, ſed ſignificat hominē, & exercet ſuppoſitionem, & ſic de aliis, ergo nulla dictio ſignificat actum quem exercet. & eſt inductio, & eſt locus a partibus ſufficienter enumeratis. ſed tantum, & ſolus, exercet excluſionem, ergo non ſignificat eam. Item excluſio intelligitur dupliciter.ſ. ut concepta, & ut exercita, ſicut curſus ſignificatur, ut conceptus per hoc nomen curſus, & per hoc uerbum curro, ris, aliter autem ſignificatur curſus ut exercitus, ut cum aliquis exercet ipſum currendo. Similiter excluſio intelligitur ut concepta, ſicut per hoc nomen excluſionis, & per hoc uerbum excludo, dis. aliter autem intelligitur ut exercita, ut per ipſas dictiones, ſolus & tantum, ergo, ſi ſolus & tantum ſignificant excluſionem, aut ſignificant hoc modo aut illo, ſed ſi ſignificent eam, ut conceptam, ergo illæ dictiones, exceptio, nis, & excluſio, nis, & excludo, dis, erunt dictiones excluſiuæ, quod falſum eſt, ergo non ſignificant eam, ut conceptam, neque ſignificant eam, ut exercitam, quia ſicut ſe habet dictio in communi actum ſuum communem, quem exercet, qui eſt ſignificare, ſimiliter dictio ſpecialis ad actum ſuum ſpecialem, ſed dictio communi non ſignificat actum ſuum communem. dictio enim, enim non ſignificat actum ſuum

Propter qd dictio aliqua excluſiua dicatur.

C (margin) D (margin)

No. illud pulchrum. ſuum ſignificare ſed exercet ipſum, ergo dictio ſpecialis non ſignificat actū ſuū proprium, ſed exercet ipſum, ergo dictio ſolus, non ſignificat excluſionem, ſed exercet eam, ergo dictiones excluſiuæ non ſignificant excluſionem, ut exercitam neq; ut conceptā ut probatū eſt, ergo nullo modo ſignificat excluſionem. Quod concedimus dicentes, q̇ dictiones excluſiuæ dicuntur, non quia ſignificant excluſionem, ſed quia exercent eam ut tantum, & ſolus dicuntur dictiones excluſiuæ ab excluſione exercita, & non ab excluſione ſignificata, ſicut ſecuris dicitur i... ab inciſione exercita, & non ab inciſione ſignificata, ſecuris enim nullo modo ſignificat inciſionem, ſed ſignificat ſecurim, ſicut homo hominem, & exercet inciſionem ſiue ipſum ſcindere. E

Quid ſignificet dictio excluſiua. Ad illud autem quod quæritur, quid ſignificet dictio excluſiua. dicendum q̇ ſignificat idem, quod hæc oratio, non cum alio, ſiue priuationem aſſociationis totius ad partem, ut ſolus Socra. currit. i. Socra. currit & nihil aliud, uel Socra. currit, & nullus alius homo currit, & ſic pars ponitur & totum remouetur, quia ponitur Socra. & remouetur quilibet alius homo, uel quodlibet aliud a Socra. & totum non aſſociatur parti ſuæ. Et ſic dictio excluſiua priuat aſſociationem totius ad partem per ſuam ſignificationem, & ideo dicitur ſignificare priuationem aſſociationis totius ad partem. Sed ad iſtam priuationem ſequitur excluſio omnium aliarum, ſicut proprius actus ſequitur ad id, per quod exercetur, & ideo excluſio importatur per dictionem excluſiuam non ut ſignificata, ſed ut exercita, & ſic patet primum. F

Quæ nam & quot cauſæ ad excluſionem elligantur. Cap. 11.

Circa ſecundum quæritur in hunc modum. Aſſociatio & priuatio aſſociationis opponuntur ut priuatio & habitus, ſed priuatio diffinitur per habitum, quia cæcitas eſt priuatio uiſus in oculo, & per hoc habet eſſe, ergo priuatio aſſociationis erit per ea, per quæ eſt aſſociatio, & per illam habebit eſſe, ſed ad aſſociationem exigitur quod aſſociatur, & cui aſſociatur, & in quo aſſociatur, ergo ad priuationem aſſociationis exiguntur eadem tria, quod concedimus. Vnde dicendum, quòd ad excluſionem, quæ ſequitur ad priuationem prædictam, quatuor exiguntur hic. ſ. quod excluditur, & a quo excluditur, & reſpectu cuius excluditur, & quartum eſt ipſe actus excludendi, ut cùm dicitur, ſolus Socrates currit, alii a Socrate excluduntur ut a ſubiecto reſpectu curſus, & actus excludendi importatur per hanc dictionem ſolus, & hæ quatuor cauſæ exiguntur ad excluſionem ſimpliciter. Ex prædictis patet quædam regula, quæ talis. Vbicunque uere ſit excluſio ſemper id, reſpectu cuius fit excluſio, ponitur in eo, a quo omnia excluduntur, ut tantum homo eſt riſibile, hic enim riſibile reſpectu cuius fit exceptio, ponitur in homine, a quo omnia alia excluduntur unde ſequitur, tantum homo eſt riſibile, ergo homo eſt riſibile. & tantum homo currit, ergo homo currit. Ex prædicta ſequitur alia regula, quæ talis eſt, Omnis dictio exceptiua uera relinquit ſuam præiacentem ueram, ut patet ex prædictis exemplis, ut ſolus Socrates currit, ergo Socrates currit. Propoſitio dicitur excluſiua, in qua ponitur dictio excluſiua, ut tantum, ſolus, ut ſolum Socrates currit, tantum Socrates currit. Præiacens autem dicitur ipſa propoſitio, remota dictione exceptiua, ut homo currit, uel Socra. currit. G

Regula ad excluſiuas. H

Secundum prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. tantum unum eſt. Probatio. unum eſt, & nihil eſt aliud, quod non ſit unum, ergo tantum unum eſt. Contra. multa ſunt, ergo ſophiſma, non tantum unum eſt. Item probatio primæ, quia ut uult Ariſt. & Boethus, unumquodq; ſingulariter eſt, quia unū eſt, ergo unum tantum eſt Item in eodem Boetho. Vnumquodq, eſt ideo quia unū numero

A numero eſt, ſed unum numero eſt unum, ergo unumquodq; unum eſt, ergo tantum unum eſt. Item ad idem patet per quandam regulam, quæ talis eſt. Quotieſcunque unum de altero conuertibiliter prædicatur, ſi dictio exceptiua uere adiungitur uni & reliquo, ut tantum homo currit, ergo tantum riſibile, & econuerſo, ſed unum conuertitur cum ente, ergo ſi dictio exceptiua uere adiungitur enti, ergo & uni, ſed hæc eſt uera, tantum ens eſt, ergo hæc eſt uera tantum unũ eſt. Solutio. Prima eſt duplex. quia hoc nomen unum eſt æquiuocum, eo quòd eſt quædam unitas, quæ eſt eſſentialis, ut illa per quam res exiſtit in eſſe ſpecialis, ſiue in eſſe ſpecifico, & hæc eſt unitas per formam completiuã dantem eſſe rei ſeparando & diſtinguendo ipſam rem ab omnibus aliis in ſua ſpecie, ut Socrates non ſolum eſt in ſpecie hominis per ſuam formam completiuam, ſed etiam ipſe per ipſam perficitur in ſuo eſſe proprio, & ſpecificatur cum diſtinguitur ab omnibus aliis hominibus, & hæc eſt unitas eſſentialis. Alia eſt unitas accidentalis, quæ eſt principium numeri. unde ſicut numerus accidit rebus quę numerantur, ſimiliter & unitas, per quam enumerantur, & quę eſt principium numeri, accidit eis, quicquid enim numeratur per hanc unitatem numeratur, quia nihil aliud eſt numerus niſi aggregatio unitatum. Numerus enim eſt multitudo ex unitatibus aggregata. utraque iſtarum unitatum conuertitur cum ente. ſed differunt in hoc, quia prima eſt eſſentialis, & in hoc quòd prima eſt, ſecunda eſt ut accidens in ſubiecto unde ſecunda accidit primæ, & ſic unitas dicitur æquiuoce, & ſimiliter unum. Dico ergo quòd ſi accipiatur unitas eſſentialis ſiue unum eſſentiale, ſic prima eſt uera. ſi autem accipiatur accidentalis, ſiue unum accidentale, ſic prima eſt falſa, quia dictio excluſiua adiuncta parti numerali deſtruit totum, ut duo tantum currunt, ergo non tria, ſic, & tantum unum, non ergo duo, uel non ergo multa. Alii dicunt quòd prima eſt duplex. hæc. ſ. tantum unum eſt, eo quòd poteſt fieri exceptio ratione ſuppoſiti, & ſic eſt uera, uel poteſt fieri exceptio ratione accidentis ſiue formæ, & ſic eſt falſa & tunc ſequitur, tantum unum eſt, non ergo multa ſunt. ſed primam ſolutionẽ eſſe credo ueriorem. Ad improbationem uero dicendũ, ꝙ procedit ſecundum quòd unum dicit unitatem eſſentialem, quia quicquid eſt, per ſuum completiuum eſt, quod dat ei eſſe, ut Socra. eſt per ſuam formam completiuã, quæ eſt anima ipſius, & qua ſpecificatur & differt, & dat ei eſſentiale eſſe. Et ſic eſt de omnibus aliis. Ad improbationem dicendum, quòd accipit unitatem accidentalem, quæ per ſui aggregationem eſt principium unum, & hoc modo tenet improbatio. Ad duo argumenta ſequentia dicendũ ꝙ accipiunt unum eſſentiale ſicut improbatio accidentale. Ad ultimum argumentum dicendum ꝙ bene ſequitur, tantũ ens eſt, ergo tantũ unum eſt, accipiendo ens ſecundũ unitatem eſſentialem, ſed nõ ſequitur, tantũ ens eſt, ergo tantũ unum eſt, quia accipit ſecundũ unitatem accidentalem, quamuis unitas accidentalis conuertatur cum ente, quia unum accidentale dicit diſcretionem ſiue rem diſcretam, & cum ſit principium numeri unum, ens uero formæ, non dicit rem ſuam per modum ſubſtantiæ, & ſic peccat ſecundum figuram dictionis, ſicut hic, tantum homo currit, ergo tantum unus homo currit, poſito quòd omnes homines currant, & nihil aliud currat. hæc eſt uera. tantum homo currit, hæc autem eſt falſa tantum unus homo currit, & eſt fallacia figuræ dictionis ſicut dictum eſt, quia homo dicit rem ſuam per modum ſubſtantiæ, ſed unus addit diſcretionem uni ſuper ipſum. Præterea ibi eſt accidens, quia cum eſſe conueniat uni & multis quamuis dictio exceptiua uere adiungatur enti reſpectu eſſe, ut tantum ens eſt, non tamen poteſt adiungi enti dicenti diſcretionem numeralem. unde de hoc uno non poſſum dicere, tantum unum eſt, quia tunc excluderentur duo tria,

Colligitur dictũ ex. 1. Elen. ca. 7. & in multis aliis locis.

Vnitas duplex.

B

C

D

& ſic de aliis aſcendendo, ut tantum unum, non ergo duo neque tria, & ſic de E
aliis. unde eſſe eſt ibi res ſubiecta, & unum eſt accidens ei, & excluſio reſpectu eſ-
ſe aſſignatur conueniens utrique ſiue rei ab utroque. Ad illud quod obiicitur per
regulam conuertibilium dicendum quòd regula debet intelligi remoto accidente ſi-
cut aliæ omnes regulæ, quamuis .n. regula ſit ſiue maxima. Quicquid prædicatur
de definitione & de definito, non ſequitur animal rationale mortale eſt definitum, ergo homo eſt definitio propter accidens quod impedit.

Partes ſeu ſpecies excluſionis duæ ſunt, generalis ac ſpecialis, & quid utraque ſit. *Cap.* I I I.

CIrca tertium quæritur quot partes ſunt excluſionis, & ſolent eſſe duæ, quia ponitur duplex excluſio. Vna eſt generalis, & altera ſpecialis. Generalis excluſio ponitur communiter, quando excluditur diuerſum genere. Specialis uero quando excluditur diuerſum ſpecie. Sed contra. diuerſum tripliciter dicitur diuerſum genere, diuerſum ſpecie, diuerſum numero, ergo ſi excluſio dicitur generalis, quia diuerſa genere excluduntur, & ſpecialis, quia excluditur diuerſum ſpecie, ergo debet eſſe alia excluſio numeralis, ex eo quòd excluduntur diuerſa numero, ergo non ſolum erunt duæ partes ſiue duæ ſpecies excluſionis, ſed erũt tres. Et dicendum, quòd non ſunt niſi duæ partes excluſionis .ſ. generalis & ſpecialis. ſed non dicitur excluſio generalis, eò quod diuerſa genere excludũtur, ſed quia ab aliquo ſubiecto excludantur omnia, quæ communicant cum eo in aliquo genere, ſiue in aliquo generali, ut ad omnia, quæ ſunt ſicut in ente. Vnde hoc modo ſenſus huius propoſitionis, ſolus Socra. currit, eſt talis, Socrates, currit & nihil, uel nullum aliud ens. Item ſpecialis excluſio non dicitur eo quod diuerſum ſpecie excludatur, ſed dicitur excluſio ſpecialis, quoniam ab aliquo ſubiecto excluduntur quæcunque communicant cum eo in aliquo ſpeciali, & G hoc modo ſenſus huius, ſolus Socra. currit, eſt talis, Socrat. currit, & nullus alius homo currit. unde excluduntur alii particulares homines quicunque communicant cum Socra. in homine. Et ſimiliter ſolus, homo currit, idest homo, & nullum aliud animal, quia animalia omnia communicant cum hoc in animali, & hæc eſt ſpecialis excluſio, & ſimiliter ſenſus huius, ſolus homo currit ſit talis, homo currit. & nihil aliud currit, tunc eſt excluſio generalis. Ex prædictis patet, quòd idem numero non poteſt excludi. uel ea, quæ communicant in numero eodem. quia cum dicitur, ſolus homo currit, iſta ponit quòd homo currit per regulam datam, quæ talis eſt, omnis excluſiua uera relinquit ſuam præiacentem ueram, & ſi excluditur idem numero, tunc excluderetur riſibile, uel animal rationale mortale, & ſic eſſet ſenſus, ſolus homo currit, & nullum riſibile uel nullum animal rationale mortale currit, & ſic ponitur hæc contradictio, & ob hoc non poterit fieri excluſio numeralis. Ex prædictis patet, quòd cum quæ- H cunque ſunt diuerſa genere, uel diuerſa numero, uel diuerſa ſpecie, communicent in aliquo generali ad omnia, ut in ente, aut in aliquo ſpeciali ſub ente cõmuniter, non poſſunt eſſe niſi duæ partes excluſionis .ſ. generalis & ſpecialis. De ſpeciali ſolet dari talis regula. Quotieſcunque fit ſpecialis excluſio non tenet argumentum ab inferiori ad ſuperius cum dictione excluſiua, neque a ſuperiori ad inferius, neque a parte prędicati, neque a parte ſubiecti, ut ſolus Socra. currit, ergo ſolus homo currit, & ſimiliter a parte prędicati ſit proceſſus, ut Socrates currit, ergo ſolus mouetur, quia ſemper eſt ibi fallacia conſequentis, & patet quòd non tenet huiuſmodi argumentatio. quia poſito quòd ſolus Socrates currat, & quidam equus, tunc eſt hęc uera, ſolus Socrates. currit, faciendo ſpecialem excluſionem,

Regula excluſionis ſpecialis.

E excluſionem,quia ſenſus eſt Socr.currit,& nullus alius homo, hæc autem falſa. ſolus homo currit, faciendo ſpecialem excluſionem, quia ſenſus eſt homo currit,& nullum aliud animal, quod falſum eſt, cum equus currat, & ſimiliter a parte prædicati,quia poſito quod ſolus Socrates currit, & Plato moueatur,ſed non currat.tunc hæc eſt uera,ſolus Socrates currit, hæc eſt falſa ſolus Socrates mouetur, & ſic patet quòd nullum eſt argumentum. Quòd uero ibi ſit fallacia conſequentis patet quod præmiſſa claudit in ſe nullam affirmatiuam,& aliã negatiuam,ut ſolus Socrates currit,id eſt Socra.currit,& nullus alius homo,& ſolus homo currit.i. homo,& nullum aliud animal,& propter negatiuas, non tenet argumentum ab inferiori negato ad ſuperius,& propter affirmatiuas non tenet a ſuperiori ad inferius.De generali excluſione talis ſolet dari regula. Quotieſcunque fit generalis excluſio bene tenet argumentum ab inferiori ad ſuperius cum dictione excluſiua a parte ſubiecti,& non a parte prædicati, ut ſolus Socra.currit,ergo ſolus homo currit, quia prima claudit in ſe iſtas duas, ſolus Socrates currit,& nihil aliud a Socra.currit, & propoſitio illata claudit intra ſe iſtas,homo currit, & nihil aliud ab homine currit.Sed ratione affirmationis bene ſequitur Socra.currit,ergo homo currit,ratione negationis bene ſequitur, nihil aliud a Socra.currit, ergo nihil aliud ab homine currit,ergo bene ſequitur a parte ſubiecti faciendo generalem excluſionem.ut ſolus Socra.currit,ergo ſolus homo currit.

Regula ad generalem excluſioné

F

Quid nam ſit id quod excluditur,& quæ excludi debeant.
Cap. II.

Circa quartum de quo quærebatur circa dictiones excluſiuas erat deſcendendo ad unam de quatuor cauſis excluſionis.ſ.ad id quod excluditur,& iſta cõtinet ſub ſe ſeptem alias. Prima eſt.utrum dictio excluſiua adiuncta enti poſſit excludere aliud,ut tantum ens,& nihil aliud.Similiter ſi adiungatur iſtis terminis, qui conuertuntur cum ente, ut ſunt iſti, unum,aliquid,res.Secunda quæſtio eſt magis deſcendendo,ſcilicet utrum dictio excluſiua adiuncta uni generaliſſimo excludit aliud,ut tantum ſubſtantia,nõn ergo quantitas,uel econuerſo.Tertia quæſtio eſt ſpecialior omnibus aliis ſuprãdictis, ſcilicet utrum dictio excluſiua adiuncta ſpeciei unius prædicamenti poſſit excludere ſpeciem alterius prædicamenti,ut tantum homo,non ergo color,uel albedo.Quarta quæſtio eſt utrũ dictio excluſiua adiuncta alicui ſpeciei unius prædicamenti poſſit excludere cæteras ſpecies eiuſdem prædicamenti,ut tantum homo,non ergo equus,uel tantum color,non ergo ſcientia,& ſic in unoquoque prædicamento, & hæc eſt ſpecialior omnibus prædictis,& iſtas quatuor quæſtiones intellige in terminis ſubſtantialibus.dicentibus quid,ſiue prædicantibus in quid,ſicut ſpecies,& genera uniuſcuiuſq; prædicamenti.Quinta quæſtio eſt,utrum dictio excluſiua adiuncta termino accidentali excludat alios terminos accidentales,ut tantum coloratum,ergo non ſonorum.Sexta quæſtio eſt utrum dictio excluſiua addita uni oppoſitorum excludat alterum in quolibet genere oppoſitionis,ut tantum album, non ergo nigrum,& tantum uidens, non ergo cæcum, & ſic de aliis.Septima quæſtio eſt,utrum dictio excluſiua addita toti excludat partem, uel econuerſo & utrum addita minori numero excludat maiorem, uel econuerſo, ut tantum paries,non ergo domus,& tantum duo,non ergo tria.

Septem quæſita.

G

H

Circa primam obiicitur,q dictio exceptiua adiuncta enti,uel ſuis conuertibilibus nihil poteſt excludere,quia quod excluditur debet cõuenire cum eo,a quo fit excluſio in generali,uel ſpeciali, ſed nihil poteſt conuenire cum ente in aliquo generali uel ſpeciali ſupra ens duplici de cauſa,ſcilicet,uel quia nihil aliud

An excluſiua adiungatur enti.

Vide in 1. Peri Her. cap. 4.

Item quæritur, qualiter intelligatur illa compoſitio, quam dicit Ariſto. ꝙ iſta compoſitio ſine compoſitis non eſt intelligere. Et dicendum ꝙ compoſitio cum ſubſtantia intelligitur per extrema, quia actus ſe ipſo inhæret ſuo ſubiecto, ſicut quodlibet aliud accidens ſeipſo inhæret ſub ſubiecto in quo eſt, & per quod eſt, & non alio mediante, quia ſic contingeret abire in infinitum, ut dictum eſt de qualitate nominis, unde compoſitio actus cum ſubſtantia fit per inclinationem ipſius actus ad ſubſtantiam, ut ad ſubiectum ſuum, & quia inclinatio ad alterum non poteſt intelligi niſi per illud quod inclinatur, & ad illud per quod inclinatur, ideo compoſitio actus ad ſubiectum ſuum, quod ſignificatur per uerbum, non poteſt intelligi ſine extremis, & ideo dicit Ariſto. quòd, quod eſt, conſignificat quandam compoſitionem, quam ſine compoſitis non contingit intelligere, cum ſolum habeat intelligi per illud quod inclinatur, & cui inclinatur, quia inclinatio illa, quæ eſt ipſius ad ſubſtantiam, remotis quod inclinatur, & cui inclinatur, nihil eſt, & ideo ſine extremis nihil eſt compoſitio, quia unumquodq; intelligitur per id, quod dat ei eſſe, & eſt extrema, ut dictum eſt. Nota quòd illa compoſitio ſecundum ſuam ueritatem eſt in re, & eſt quoddam indiuiſibile. In uerbo autem eſt compoſitio ut in ſigno, ſicut ſanitas ſecundum ſuam ueritatem eſt in animali ut in ſubiecto, in urina autem eſt ut in ſigno. Nota etiam quòd cõpoſitio illa per inclinationem actus ad ſubſtantiam, inquantum actus eſt, & præcedit alteram per quam eſt de alio, ut prius dictum eſt.

An compõ ſimplex ſit necne.

Item quæritur utrum compoſitio ſit ſimplex ens uel non? Et uidetur ꝙ non, quia reperitur in rebus exiſtentibus, ut homo eſt animal, & in rebus non exiſtentibus, ut chymera eſt non ens, ergo reperitur in eis per aliquod commune repertum in ipſis, quia ut uult Ariſto. in fine Secundi Priorum, quòd ſi aliqua paſſio

2. Priorum cap. 25.

ſequitur aliqua diuerſa, oportet ꝙ ſequatur ea per aliquod commune repertum in ipſis, ſed nihil eſt commune enti, & non enti, niſi ens quodammodo, ergo compoſitio primo ſequitur ens quodammodo, ergo, & ipſa eſt ens quodammodo, & non eſt ens ſimpliciter.

An prius ſit affirmatiua cõpõ, quàm negatiua.

Et dicendum, ꝙ compoſitio importata per uerbum communiter ſe habet ad compoſitionem non entium, ut chymera eſt non ens, unde primo ſequitur ens quodammodo, ut obiectum eſt, & ipſa in communi eſt ens quodammodo, & nõ ſimpliciter. Item quæritur utrum compoſitio uerbi in communi æqualiter ſe habet ad compoſitionem entium, ut homo eſt animal, & ad compoſitionem non entium, ut chymera eſt non ens, uel ipſa per prius dicatur de una, & per poſterius de alia. Et dicendum, ꝙ compoſitio in communi per prius conuenit compoſitioni entium, & per poſterius compoſitioni non entium.

Item uidetur quòd compoſitio in communi ſit ens ſimpliciter, & non quodammodo. & ſic conuenit compoſitioni non entium, quia uidetur quòd extrema ponantur ſecundum exigentiam compoſitionis, ut ſi compoſitio eſt ens ſimpliciter, & extrema, unde uidetur ſequi, homo eſt animal, ergo homo, & animal eſt. Et ſi compoſitio eſt ens quodammodo, & extrema. unde non ſequitur, chimera eſt non ens, ergo chymera eſt uel non eſt, ergo ſi compoſitio in communi eſt ens quodammodo, & non ſimpliciter, ergo hæc eſt uera, Antichriſtus eſt homo, cum ibi ponatur homo quodammodo, & hæc ſit uera, Antichriſtus eſt homo quodammodo, & iſtæ duæ conuertuntur, Antichriſtus eſt homo, & Antichriſtus eſt homo quodammodo, quod falſum eſt, ergo primum ex quo ſequitur, ſcilicet quòd compoſitio in communi ſit ens quodammodo, & non ſimpliciter. Et dicendum, quod compoſitio in communi eſt ens quodãmodo, ut prius dictum eſt, & extrema eius ſimpliciter in communi ſunt entia. ſed cõpoſitio contracta ad illam partem eius, quod eſt compoſitio entium, eſt ens ſimpliciter, unde

in hac,

E in hac, Antichriſtus eſt homo, contra eſt ad compoſitionem entium, unde ponitur ibi homo quodammodo, ſed ſimpliciter, & ideo hæc, Antichriſtus eſt homo, non æquipollet huic, Antichriſtus eſt homo quodammodo. Ad illud, quod obiicitur, quòd extrema ponuntur ſecundum exigentiam compoſitionis, dicendum, quòd falſum eſt, quia cum extrema ſint, non propter hoc ſequitur, quòd cōpoſitio ſit, ut cum dico, homo eſt Antichriſtus, extrema ſunt, non tamen eſt cōpoſitio. &, ſi compoſitio eſt, non propter hoc ſequitur, quòd extrema ſunt, ſicut ſibi inuicem conueniētia, ut chimera eſt non ens. iſta compoſitio eſt, non tamē extrema ſunt, ſed hic ſequitur, extrema ſunt ſibiinuicem conuenientia, ergo cōpoſitio eorum eſt. & eſt locus a cauſa & econuerſo ſequitur compoſitio eſt, ergo extrema ſunt ſibiinuicem conuenientia, & eſt locus ab effectu, quia conuenientia extremorum eſt cauſa compoſitionis, & compoſitio eſt effectus conuenientiæ extremorum.

F Item uidetur, quòd compoſitio in communi æqualiter prædicetur de compoſitione entium, & de compoſitione non entium, quia illæ duæ ſunt ſimpliciter conuenientes, homo eſt animal, & chimera non eſt ens, ergo ueritas eorum ſimiliter eſt ens, ergo ſubiectum ueritatis in utraque eſt ens ſimpliciter, ſed ſubiectum ueritatis eſt compoſitio, ergo compoſitio utriuſque ſimpliciter eſt ens. ſed in una eſt compoſitio entium, in altera non entium, ergo compoſitio non entium ſimpliciter eſt ens, ergo compoſitio in communi non magis ſe habet ad unam partem quàm ad alteram. Et dicendum, quòd compoſitio in communi dicitur ſecundum prius, & poſterius de utraque illarum compoſitionum, ut prius dictum eſt, quia per prius dicitur de compoſitione entium, & per poſterius de compoſitione non entium. Ad aliud autem, quod obiicitur, ꝙ utraque illarum compoſitionum ſimpliciter eſt ens, dicendum, quòd non ſequitur. quia ueritas entium eſt ens ſimpliciter, ueritas autem non entium non eſt ens ſimpliciter, ſed

Au compō æqualiter de ente ac non ente prædicet.

Compō in cōi quid.

G quodammodo, quod patet. quia ueritas entium eſt ſecundum conuenientiam extremorum, quæ eſt cauſa compoſitionis in affirmatiua, ut homo eſt animal, uel repugnantiam extremorum, & eſt cauſa diuiſionis in negatiua uera, ut homo non eſt aſinus. unde ueritas entium eſt per conuenientiam ad compoſitionē uel diuiſionem, & etiam per hoc, quòd extrema ſunt ſimpliciter entia. ſed, ueritas non entium non habet niſi alteram cauſarum iſtarum, ſcilicet conuenientiam extremorum ad compoſitionem uel diuiſionem, & non habet entitatem earundem, quia extrema non ſunt entia, immo ſunt non entia, & ideo ueritas non entium eſt ens quoddammodo, ueritas entium eſt ens ſimpliciter. & ideo cōpoſitio entiū eſt ens ſimpliciter, cōpoſitio autē non entiū eſt ens quodammodo.

De Negatione, & Affirmatione.

H *De Negationis natura, & numero ſpecierum ipſius.* *Cap. 1.*

CVM ſecundum diuerſitatem compoſitionum diuerſificetur negatio, ideo poſt compoſitionem dicendum eſt de negatione. Primo autem ſciendū eſt, ꝙ negatio dicitur æquiuoce, quia uno modo dicitur negatio oratio negatiua, & eſt ſpecies enunciationis. Enunciationis. n. alia eſt oratio affirmatiua, & alia negatiua, ut hō currit, hō non currit, & ſic definitur. Negatio eſt oratio negatiua alicuius ab aliquo. Alio autē modo dicitur negatio ſignum, & inſtrumentū negandi, & hoc modo dicitur tripliciter. quia negatio, ut eſt inſtrumentum negandi, ſumitur uno mō ut ſubſtantia, ut in hoc nomine negatio, alio autē modo, ut actus, ut actus in uerbo, & in participio, ut nego, gas, uel

Negatiōis triplex acceptio.

negans uel negatus. & his duobus modis ſumitur negatio ut concepta ſiue per E
modum conceptus. Alio autem modo ſumitur negatio, quæ eſt inſtrumentum
negandi, ut exercita, & ſic ſignificatur per hanc particulam, non Et nota, quòd
conceptus & affectus differunt in hoc, quia conceptus dicitur eſſe illud, quod eſt
in anima per ſimilitudinem aliquam, ut cognitio de coloribus & de omnibus eſt,
inquãtum ſimilitudines earum recipio in anima & non res ipſas. affectus autem
ut exercitus dicitur eſſe id, quod ſecundum ueritatem eſt in anima uel in corpo-
re, ut cum laboro in ęgritudine, dolor eſt in anima mea ſecundum ueritatem af
ficiens eam, & quando curro, curſus eſt in corpore ſecundum ueritatem exercitus
& afficiens ipſum corpus. Item negatio ultimo mō ſumpta eſt duplex, quia eſt q̃-
dam negatio, quæ eſt termini, ut in nomine infinito, uel in uerbo infinito, alia eſt
orationis, & hæc remouet actum a ſubſtantia, de qua ipſe actus prædicatur. & pri
ma additur termino per compoſitionem, ſecunda uero per appoſitionem. Item
negatio, quæ eſt termini, eſt duplex, quia quædam eſt, quæ facit nomen infinitum F
ſiue priuatum, ut non homo, non lapis Et alia eſt, quæ facit uerbum infinitum,
ſiue priuatum, ut non currit, non laborat.

Sed uidetur, ꝙ nec qualitas accidentalis neque actus poſsit prædicari de ſub-
ſtantia, quia ſunt diuerſa, & diuerſa, inquantum diuerſa, ſunt ſibi repugnantia, er
go unum uere non prædicatur de altero, ergo, ſicut hæc eſt falſa, Socrates eſt albe
do, & ſimiliter hæc, Socrates eſt albus, & ſimiliter Socrates currit, ſicut & hæc, So
crates eſt curſus. Et dicendum, quòd dupliciter contingit ſignificare diuerſa, quia
inquantum unum opponitur alteri, uel eſt diuerſum ab eo, ut Socrates, albedo,
curſus, & ſic unum uere non prædicatur de altero, alio autem modo contingit ſi-
gnificare diuerſa, prout unum eſt de altero, ut albus, niger, currit, legit, & uniuer
ſaliter quæcunque ſignificantur in concretione ab ſubiectum, ſiue dicantur deno
minatiue, ut albus currit, ſiue non denominatiue, ut ſtudioſus, curſor, pugillator,
& conſimilia, prout dicuntur a naturalibus potentiis curſor & pugillator, & hoc G
modo unum diuerſum prædicatur de altero.

An duæ tm̃ ſint negationes.

Item, cum triplex ſit compoſitio. ſ. qualitatis ad ſubſtantiam, & actus diſtantis
a ſubſtantia, cum ſubſtantia & actus uniti ſubſtantiæ & cuilibet harum compoſi
tionum ſua opponatur negatio, ergo erit triplex negatio, ergo male ponuntur
duæ tantum. Et dicendum ſicut dictum eſt prius, ꝙ negatio, ut exercita, ſiue affi-
ciens, eſt duplex in genere ſicut compoſitio eſt duplex in genere, quia eſt quæ-
dam termini & alia orationis, ut dictum eſt. Sed negatio illa in ſpecie dicitur
quadrupliciter, eò quòd negatio terminatio ſubdiuiditur, quia eſt quædam ne-
gatio termini, quæ remouet qualitatem a ſubſtantia, faciens nomen infinitum,
ut non homo, non equus, & eſt alia, quæ actum unitum remouet a ſubſtantia,
faciens participium, ut non currens, non legens, tertia uero actum diſtantem a
ſubſtantia exteriori remouet, ſiue priuat a ſubſtantia unita, faciens uerbum infi-
nitum, ut non currit, non laborat, quarta uero, ut dictum eſt, faciens orationem H
negatiuam, & ſic negatio termini ſubdiuiditur per tres partes. Ad illud autē q̃d

Inſtantiæ dilutio.

obiicit, ꝙ triplex eſt compoſitio actus cum ſubſtantia, ergo ex oppoſito erit tri-
plex negatio. Dicendum ꝙ inſufficienter diuidit, quia relinquit compoſitionē
actus diſtantis a ſubſtantia exteriorum cum ſuba intra, & ſic ſunt quatuor com-
pōnes. unde ex oppoſito erunt quatuor negationes. Quod autem quatuor ſint
compōnes patet, quia eſt quædam qualitatis cum ſuba, ut in quolibet noīe, & ne
gatio ei oppoſita facit nomen infinitum, ut non homo, & alia actus uniti ſubſtā
tiæ cum ſubſtantia, ut in participio, & negatio ei oppoſita facit participium infi
nitum, ut non currens, tertia uero compoſitio actus eſt diſtantis a ſuba exterio-
rum cum eadem ſuba exteriori, ut Socra. currit, & negatio ei oppoſita facit ora-
tionem

A tionem negatiuam, ut Socrates non currit, quarta uero eſt actus diſtantis a ſub-
ſtantia exteriori cum ſubſtantia intra, & negatio ei oppoſita facit uerbum infini-
tum, ut non currit non laborat, & ſic inſufficienter diuidebat compoſitiones iſtas
in ſpecie, & etiam negationes ei oppoſitas. Nota q̃ uerbum duplici ſubſtantiæ
comparatur. ſ. ſubſtantiæ exteriori, quæ reddit ei ſuppoſitum, ut Socra. currit, &
ſubſtantiæ interiori, quæ infinite intelligitur in ipſo, quia eſt idem, quod res cur-
rens, & currens eſt ille actus, res uero eſt ſubſtantia interius intellecta.

Difficultatis ſolutio, de nominis Infiniti natura et intellectu. *Cap.* I I.

An nomẽ infinitũ indifferẽter ꝑdicet de quolibet qđ eſt & quod non eſt.

Dicto de negatione in genere conſequenter dicendum eſt de unaquaque præ
dictarum negationum in ſpecie. & primo de negatione nominis infiniti, cũ
B ſit prior aliis. Circa quam primo quæritur utrum nomen infinitum de quolibet
quod eſt, & quod non eſt prædicetur. Et u detur, q̃ non, quia ut eſt in Secundo
Peri Hermenias, ad affirmationem, in qua prædicatur nomen infinitum, ſequi-
tur negatio, in qua prædicatur nomen finitum, & non ecõuerſo, ut omnis homo
eſt non iuſtus, ergo nullus homo eſt iuſtus, & non econuerſo, ergo affirmatio,
in qua ponitur nomen infinitum, ponit aliquid, quia ſi nihil poneret, tunc con-
uertentur cum negatione, ergo nomen infinitum ſolum prædicatur de ente, er-
go non de quolibet, quod eſt, & quod non eſt. Ad idem cum dicitur, homo eſt
non iuſtus, hic ponitur ens, quod affirmatur eſſe, nec compoſitio negatur per ne
gationem ipſius termini infiniti ſequentem, ergo nomen infinitũ prędicatur ſo-
lum de ente, ergo non de quolibet, &c. Sed contra. Homini opponitur aliquid
ſecundum priuationem, & aliquid ſecundum negationem, ut mortuum opponit̃
homini priuatiue, & non homo negatiue, ſed priuatio plus participat de ente q̃
C negatio, ergo mortuum plus participat de ente, q̃ non homo, ſed mortuum præ-
dicatur de non ente, ergo multo fortius non homo, ergo terminus infinitus nõ
ſolum prædicatur de ente, ſed etiam de non ente. Ad idem Boethus docet cõ
uertere uniuerſalem affirmatiuã infinitando terminos, ut omnis homo eſt ens,
ergo omne non ens eſt non homo, ergo non homo prædicatur de non ente, ergo
non ſolum de ente, ſed etiam de non ente. Item, ut eſt in ſecundo Topicorum.
Quòd, ſi ad hominem ſequitur animal, ergo per conſequentiam econuerſo, ad
non animal ſequitur non homo, ſed bene ſequit̃, ſi eſt homo, eſt ens, ergo ſequi
tur per conſequentiam econtrario, ſi non eſt ens, eſt non homo, ergo nomen infi
nitum non ſolum prædicatur de ente, ſed ẽt de non ente Item, in homine eſt du
plex compoſitio. eſt. n. quædam cõpoſitio formæ cum materia, homo. n. & unũ-
quodq; aliud a primo, conſtat ex materia & forma, uel uere, uel proportiona-
biliter, & eſt alia compoſitio in homine, quæ eſt differentiarum cum ſuo gene-
D re, uel ſuo ſuperiori, ſiue ſint differentiæ ſpecificæ, ut in ſpeciebus omnibus & ge
neris ſubalternis, ſiue ſint differentiæ non ſpecificæ, ſicut ſunt differentiæ, quæ
ſecundum rationem finis, uel cauſa alicuius alius adiiciuntur enti, per quas gene
raliſsimã differunt a ſe. Cum enim generaliſsima communicent in ente, licet ſe
cundum prius & poſterius, oportet qđ per aliquid differant, ut patet, quia ſuba
eſt ens per ſe, q̃titas uero eſt ens menſuratiuum ſubſtantiæ, qualitas uero eſt in-
formatiuum, uel qualificatiuum ſubſtantiæ, relatio uero eſt ens comparatiuum
ſubſtantiæ, actio uero eſt ens mediũ, per quod, ſiue ſecũdũ qđ, unũ agit in aliud,
& ſic de aliis. Vnde hæc dña per ſe eſt differentia ſubæ, & mẽſuratiuum ſubeeſt
differentia quantitatis, & ſic de aliis, & ſic per iſtas differentias, quæ non ſunt ſpe
cificæ, generaliſsima differunt inter ſe. Formatur argumentum ſic. In hoĩe eſt
duplex

uid̃ ad hoc Philoſo. 1. Prio. ca. 2.

duplex compoſitio ſcilicet formæ cum materia, differentia cum primo prædica- A
bili, ut cum ente, ſed cuilibet cõpoſitioni ſua opponitur negatio. ergo duplici cõ-
poſitioni exiſtenti in homine duplex opponitur negatio, ergo negatio in hoc ter-
mino non homo, eſt duplex, quia uel remouebit compoſitionem, quæ eſt differen
tiarum cum ente, & ſic relinquitur ens, quia, cùm dicitur ens per ſe, corporeum
animatum, ſenſibili rationabile mortale, ſed aggregatio iſtarum differentiarum re-
mouetur pro una uel pro pluribus, non dico, quòd unaquæque earum remoue-
tur, ſed earum aggregatio, quæ poteſt remoueri pro una uel pro pluribus ſiue ꝓ
omnibus, ſic relinquitur ens, quia ſi una ſola remoueatur iam non ſunt ibi oẽs,
uel ſi plures uel ſi omnes, ſemper earum aggregatio remouetur, & ita non ho-
mo ponit ens, & prædicatur ſolum de ente, & ſic non homo dicitur terminus pri
uatiuus Si autem negatio iſta negat compoſitionem formæ cum materiæ, tunc
nihil ponit in actu, ſed tantum ponit ens in potentia uel in oppoſitione, & ſic non
homo eſt terminus negatiuus, & non homo prædicatur de ente & de non ente. & B
ſic nomen infinitum eſt duplex, quod concedimus.

Nomen infinitum duplex.

Dicendum, ergo, ꝙ nomen dupliciter poteſt infinitari, ut oſtenſum eſt, uno
modo ſecundum priuationem, & ſic non homo ponit ens remouendo aggrega
tionem differentiarum a primo prædicabili, & ſic homo & non homo opponun
tur ut priuatio & habitus, & prædicantur ſolum de ente. alio autem modo po-
teſt infinitari nomen ſecundum negationem, & ſic non homo nihil ponit, & eſt
terminus negatiuus, & ſic non homo de quodlibet ente aliud ab homine prædi-
catur & de non ente, & ſic homo & non homo opponuntur ut affirmatio uel ne-
gatio, & prædicantur de quodlibet, quod eſt, & quod non eſt, ita, ꝙ hoc uel illud,
ſicut quælibet contradictio. Et nota, quòd ille modus duplex infinitandi termi-
num eſt ſolum in terminis ſpecialibus, quia termini generales, ut ens, & aliqd,
uno ſolo modo infinitantur ſcilicet ſecundum negationem, quia in eis non eſt du
plex compoſitio ſicut in ſpecialibus. unde non ens & non aliquid ſolũ prædican- C
tur de eo, quod non eſt nullus.n. terminus infinitus poteſt prædicari de eo, cuius
forma remouetur per ipſum. vnde non homo non poteſt prædicari de homine,
nec ens de non ente, & nullum oppoſitorum poteſt de ſibi oppoſito prædicari.

Ad illud autem, quod obiicitur, ꝙ ad affirmationem, in qua prædicatur no
men infinitum ſequitur negatio, in qua prædicatur nomen infinitum & non ecõ
uerſo, & ſic nomen infinitum ponit ens. Eſt dicendum, ſicut dictum eſt prius,
quia nomen infinitum duplex eſt, propter hoc, quod uel infinitum ſecundum ne
gationem, & ſic nihil ponit, uel eſt infinitum ſecundum priuationem, & ſic poni-
tur ens ſiue ſit ſubſtantiale, ut homo, animal, ſiue accidentale, ut album, iu-
ſtum, rectum, par, uel impar. unde ſimplex terminus accidentalis ſecundum pri-
uationem, ſicut relinquit ſubiectum accidentis ineſſe, & ſic iſta homo eſt non iu
ſtus, & conſimiles ponunt ens, ſic ad ipſas ſequitur negatio de prædicato finito &
non econuerſo, ut homo eſt non iuſtus, ergo homo non eſt iuſtus, & non econ- D
uerſo. Et hoc determinat Ariſt. in Primo & Secundo Peri Hermenias dicendo,
ꝙ ſic conſequuntur ſeinuicem, ſicut dictum in Prioribus. Hoc etiam dicit Ari-
ſto in fine Primi Priorum, ꝙ ad priuatiuam orationem affirmatiuam, ſequitur
negatiua finita, & non econuerſo, ut hoc eſt inæquale, ergo non æquale, &
non econuerſo & hoc eſt album, ergo non eſt album, & non econuerſo. Si au-
tem prędicatur terminus accidẽtalis infinitus ſecundum negationem, ſic nihil po
nit, ut dictum eſt, & ſic conuertitur cum negatiua finita, ut omnis homo eſt non
iuſtus, ergo nullus homo eſt iuſtus, & econuerſo. Et ſimiliter dicit in principio
Secundi Peri Hermenias paulo poſt, ꝙ ad negationem finitã, ſequitur affirmati
ua infinita, ut nullus homo eſt iuſtus, ergo omnis homo eſt non iuſtus, quia nõ

Cap. 43. & ibi Auer.

poſſet

A poſſet eſſe niſi conuerterentur illo ſecundo modo. ſ. ſecundum q eſt nomen infinitum ſecundum negationem. Et ſimiliter intellige de termino infinito ſubſtantiali, ut non homo, ſicut de accidentali, ut non iuſtum. Ad illud autem, quod poſtea obiicit q iſta, homo eſt non iuſtus, ponit ens, cum affirmatur eſſe, & non remoueatur compoſitio affirmatiua, & non negatur per negationem ſequentem. Dicendum, q argumentum peccat tripliciter. Primo, modo ſecundum æquiuocationem huius nominis, non iuſtum, quod uno modo ponitur ens, & alio modo non, ut dictum eſt prius. Et alio modo peccat ſecundum conſequens, ſiue ſecundum quid, & ſimpliciter, quia, ut ſequitur, affirmatur eſſe aut ipſa compoſitio, ergo eſt, quia affirmatio eſt etiam tam de ente q̃ de non ente, ergo in plus eſt affirmatio q̃ eſſe ſecundum negationem, ergo eſt conſequens unde q non iuſtus eſt nomen infinitũ ſecundum negationẽ non ſequitur, homo eſt nõ iuſtus. ergo homo eſt. Præterea eſt ibi fallacia ſecundũ quid & ſimpliciter, quia licet ſit ibi compoſi-
B tio affirmatiua, non tñ ponitur ens ſimpliciter, ſed diminutum per determinationem ſequentem unde, licet non ſequitur, eſt opinabile, ergo eſt, quamuis ſit ibi compoſitio affirmatiua, ita non ſequitur, eſt non iuſtus, ergo eſt, cum dicitur eſſe per determinationem nihil ponentem, ſecundũ q non iuſtus, eſt terminus negatiuus. Sciendum autem q nullus terminus poteſt infinitari, niſi ſit ſubiicibile uel prædicabile. Et ideo ſignũ uniuerſalia uel particularia non poſſunt infinitari, quia ſunt diſpoſitiones ſubiecti in quantum ſubiectum, & ita non faciunt prædicatum. Et ideo dicit Ariſto q hæc negatio, non, non eſt niſi addẽda huic ſigno omnis, quia non ſignificatur uniuerſale, ſed quoniam uniuerſaliter. Nõ oĩs terminus infinitari contingit. Colligitur ex 2. Prio.

De Verborum Infinitate. *Cap.* III.

DIcto de negatione ſpecialis nominis, faciente nomen infinitari, conſequenter dicendum eſt de ſpeciali negatione uerbi, infinitante uerbum, quia nomen eſt natura prius uerbo infinito. Primum enim quæritur de uerbo infinito,
C utrum prædicatur de quolibet quod eſt, & quod non eſt. Et uidetur q ſic, quia ut uult Ariſto. uerbum infinitum ſimpliciter eſt in quolibet, quod eſt, & quod non eſt, ergo de omni quod eſt prædicatur, & quod non eſt. An uerbũ infinitũ de quolibet quod eſt & qđ non eſt prædicetur.

Sed contra. negatio quæ eſt in uerbo infinito, relinquit compoſitionem affirmatiuam, remouendo actum a ſubſtantia, de qua prædicatur actus, unde ſenſus huius, Cæſar non currit, ſecundum q non currit eſt uerbum infinitum, eſt iſte, Cæſar non eſt currens, ſed compoſitio affirmatiua ponit ens, quia ponit ſubiectum ineſſe, ergo uerbum infinitum ponit ens, ergo ſolum prædicatur de ente. Et ſecundum dictum quorundam eſt, q uerbum infinitum extra orationem manet infinitum, ſed fit ſemper oratio, quando ponitur in oratione, quoniam negatio eſt una pas, & uerbum alia. Sed hoc nihil eſt, quia mouentur eo q non ſciunt diſtinguere in hac oratione, Cæſar non currit, & in conſimilibus ſecun-
D dum q ſunt propoſitiones negatiuæ, & ſecundum q ſunt de uerbo infinito. Vnde dicendum, q uerbum infinitum prædicatur de quolibet quod eſt, & quod nõ eſt, & manet infinitum extra orationem, & in oratione, & hæc propoſitio Cæſar non currit, & conſimiles, ſecundum q ſunt orationes negatiuæ, nihil ponunt. & compoſitio negatur in eis nihil relinquendo per eas, ſecundum autem quòd in eis ponitur uerbum infinitum, compoſitio remanet affirmatiua. unde iſto modo. ſ. ſecundum q eſt in eis uerbum infinitum, adhuc duplices ſunt. quia uerbum infinitum poteſt infinitari ſecundum negationem, & ſic nihil ponit, uel poteſt infinitari ſecundum priuationem, & ſic nihil ponit niſi ſubiectum in eſſe, & ſic ponit ens. Ad illud autem quod obiicitur, quod compoſitio affirmatiua ponit ens, quia ponit ſubiectum ineſſe. Dicendum, q utrunque eſt falſum, quod compoſitio

poſitio æqualiter ſe habet ad compoſitionem entium & ad compoſitionem non E
entium, ut ponit ens ipſa compoſitio, neque ponit ſubiectum ſuum ineſſe. & ita
uirtute compoſitionis affirmatiuæ, inquantum eſt affirmatiua, nihil ponunt, ſed
uirtute prædicati aliquando ponitur ſubiectum ineſſe, ut quando prædicatum
eſt ens ſimpliciter. & aliquando non ponitur ſubiectum ineſſe, ut quando prædicatum eſt ens diminutum, uel quodammodo, & ideo ſequitur, lapis eſt homo,
ergo lapis eſt & non ſequitur, lapis eſt opinabile, ergo lapis. unde ſenſus huius,
Cæſar non currit, ſecundum quòd non currit eſt uerbum infinitum, eſt ille Cæſar eſt non currens, & ſimiliter intellige de participio ſicut de uerbo. unde illæ
duæ, Cæſar non currit, & Cæſar eſt non currens, nihil ponunt, ſecundum quòd
uerbum & participium ſunt termini negatiui, ſed ſecundum quòd ſunt termini
priuatiui ſic ponunt, quia ponunt ſubiectam in eſſe, & hoc uirtute prædicati &
non uirtute compoſitionis, ut dictum eſt. De negatione infinitante participium
ſatis patet ex prædictis, & ideo relinquitur. F

De Multiplici negationum uſu ac natura in orationibus tam negatiuis quam affirmatiuis. Cap. IIII.

DEterminatis negationibus terminorum, dicendum eſt de negatione orationis. ſimplex enim natura præcedit compoſitum. unde nomen & uerbum natura ſunt priora oratione, unde negatio nominis, uel uerbi, natura præcedit negationem orationis. Primo quæritur utrum negatio orationis faciat contradictionem. Et u detur quòd non. quia ad hoc quòd negatio contradicat oportet quòd remoueat compoſitionem, ſed non poteſt remouere compoſitionem, quia compoſitio eſt ſubiectum negationis, & nullum accidens remouet ſuum ſubiectum, ergo non poteſt facere contradictionem, ergo non contingit contradicere. Item ad idem. Quicquid eſt creatum, aut eſt ſubſtantia aut accidens, ergo negatio, cum ſit creata, aut eſt ſubſtantia aut accidens. ſed non eſt ſubſtantia, ergo eſt accidens, ergo eſt in ſubiecto aliquo, ſed non eſt niſi in compoſitione, ergo non remouet eam ergo non contingit contradicere. Item, cum contingit contradicere, quia hoc eſt principium principiorum G
in ſcientiis, ergo remouet compoſitionem, ſed compoſitio eſt cauſa negationis, ergo remouet modum, ergo nulla negatio eſt alicuius modi, ergo nec indicatiui per locum a genere, ergo nulla eſt uera, uel falſa, Sola enim indicatiua eſt in qua eſt uerum, uel falſum. Solutio. Sicut hoc nomen homo duplicem habet ſignificationem. ſ. generalem, ut ſignificat ſubſtantiam cum qualitate, & ſpecialem, ut ſignificet hanc ſubſtantiam quæ eſt homo, ſic & in uerbo eſt duplex ſignificatio ſcilicet generalis & ſpecialis. Generalis eſt ſignificare agere, uel pati. Specialis eſt, ut ſignificare iſtum actum, uel iſtam paſsionem, uel legere, uel legi, uel percutere, uel percuti Generalis autem compoſitio communiter ſe habet H
quantum eſt de ſe ad omnia componibilia. cum. n. dicimus, quòd uerbum conſignificat compoſitionem, ut diximus, hanc compoſitionem, uel illam non ſignificat, ſed compoſitionem in genere, & hæc eſt compoſitio generalis. Specialis autem compoſitio, eſt cum extrema compoſitionis talem actum denotat & negatio remouet ſpecialem compoſitionem, & hoc ſufficit ad contradictionem, & relinquit generalem rationem, cui accidit modus, unde contingit ad hoc contradicere. Item ſolet dici quòd duæ negationes æquipollent uni affirmationi. Et quæritur, econuerſo, cur duæ affirmationes non æquipolleant inō. quod uidetur, quia ſicut negatio remouet affirmationē, ſic econuerſo affirmatio negationē. Et dicēdum, quòd negatio apta nata eſt remouere quicquid reperit, quia negatio eſt actus deſtruens

cur duę negatiōes vni ęquipollēt affirmationi, & non econtra.

A deſtruens ſuũ obiectum. unde obiectum negationis, quodcunque fuerit, remouetur per negationem, & quoniam negatio aliquando eſt obiectum negationis, aliquando negatio negatur, ut non Socrates non currit, & ideo negatio non remouetur per negationem, & ideo ex conſequenti ponitur affirmatio, quia remota negatione ponitur affirmatio, eo ꝙ neceſſe eſt ſemper eſſe affirmationem, uel negationem. Et ideo duæ negationes æquipollent uni affirmationi. Affirmatio autem non eſt apta nata deſtruere ſuum obiectum, ſed ponit ipſum potius & cõſeruat, & ideo eſt res, cum res affirmatiua quæ eſt obiectum affirmationis, non remouetur per affirmationem. & ob hoc duæ affirmationes non poſſunt æquipollere negationi. Ad illud autem quod obiicitur, quia affirmatio remouet negationem, ſic econuerſo. Dicendum, ꝙ duæ comparationes ſunt in affirmatione, & duæ in negatione diuerſimode comparatæ. una enim eſt comparatio affirmationis ad illud quod affirmatur. alio uero habet ad illud cui opponitur.
B & illæ duæ comparationes affirmationis non ſunt reſpectu eiuſdem, ſed reſpectu diuerſorum, uerbi gratia, hæc affirmatio Socra currit, affirmat Socratem currere, & apponitur ei quod eſt non Socr. currere, & ideo ratione oppoſitionis non deſtruit ſuum obiectum. Sed duæ comparationes in negatione ſunt reſpectu eiuſdem, quia negatio ſemper negat aliquid ſicut affirmatio affirmat. & ſemper negatio opponitur alicui, ſed non niſi ei quod negat, & ideo negatio ratione ſuæ oppoſitionis ſemper deſtruit ſuum obiectum, quod negabat, ſed affirmatio non opponitur ei quod affirmat, ut dictum eſt, & ideo affirmatio non deſtruit quod affirmat. & ſic non eſt ſimile de affirmatione ad negationem, & de negatione ad affirmationem, ut patet iam per hoc, ꝙ negatio opponitur affirmationi & negat eam, affirmatio opponitur negationi & affirmat eam, ſed aliud, ut dictum eſt. Item dicit Ariſto. in. 2. Topicorum. quòd ſi aliquid non Cap. 21. &
eſt ſuſceptibile contrariorum, neque alterius ergo quod non poteſt negari non infra.
C poteſt affirmari, ſed iſta Socra. non currit, non poteſt affirmari, cum ſit negatiua, ergo non poteſt addi ei altera negatio ut per eam negetur, ergo duæ negationes non æquipollent affirmationi. Ad hoc dicunt quidam, quòd negatio quodammodo eſt affirmatio, quoniã, negatio habet in ſe de ente, ſiue de affirmatione. unde participat naturam affirmationis. & ideo poteſt negari per negationem. & ita homo proponit, Socra. non currit, poteſt ei addi altera negatio ſit, non Socra. non currit, & ita duæ negationes æquipollent affirmatione. Sed ego credo, ꝙ melius dicitur, ꝙ quamuis accidentium negatiua non poſſunt reflecti ſupra ſe agendo in ſe, ſed in ſuum obiectum cum accidentia cauſata a ratione poſſunt reflecti ſupra ſe agendo ſicut ratio ſupra ſe cognoſcendo in ſe & indicando de ſe unde negatio, quæ eſt actus ſiue accidens creatum a ratione, poteſt reflecti ſimpliciter ſupra negationem ſiue ſupra negatam agendo in ipſum, & ideo negatio poteſt negari, quamuis non poteſt affirmari. Et conſidera-
D tio Ariſt. debet intelligi de accidentibus naturæ, ſiue de contrariis negando, ut album, nigrum, calidum, frigidum. & conſimilia. Item illæ duæ, Socra. currit, & non Socra. non currit æquipollent ſibiinuicem, & contradicunt huic Socrates non currit. 2. periHer.
Sed contradicit Ariſto. ꝙ unum uni opponitur, ergo duæ oppoſitiones non contradicunt uni. Dicendum, quòd dupliciter fit contradictio .ſ. primo & ex conſequenti unde in his eſt prima contradictio, Socrates currit, Socra. non currit. contradicit ex conſequenti huic, Socrates non currit, quia inquantum æquipollent, conuertitur cum iſta ſcilicet Socrates currit. unde intellige quòd in contradictione prima, ſemper altera eſt negatio, & alia affirmatio. unde dicit Ariſt quod contradictio eſt affirmatio & negatio oppoſita, ſed in contradictione quæ eſt ex conſequenti, negatio poteſt contradicere negationi.

Item

Negatio p̄poſita, uel poſtpoſita terminō ſingulari idē ſignificat ſecus ī cōmunibus.

Item nota q; negatio præpoſita, uel poſtpoſita termino ſingulari idem ſignificat, A
ut Socr. non currit, & non Socrates currit, ſed non eſt ſimiliter in terminis communibus namque hæc eſt indefinita, homo currit, hæc autem uniuerſalis negatiua, non homo currit. Neque eſt contrarium quod dicit Ariſtot q; tranſpoſita nomina, & uerba idē ſignificant, quia intelligit de alijs dictionibus, quoniā intelligit de dictione quæ eſt ſubijcibilis, uel prædicabilis, ut hō, animal, uel quæ eſt diſpoſitio ipſius ſubijcibilis, uel prædicabilis abſolute, & non intelligit de dictione quæ eſt diſpoſitio unius ad alterum, ut ſunt negationes, & ſigna uniuerſalia. negatio enim negat unum ab altero, & ſignum uniuerſale diſponit ſubiectum in reſpectu ad prædicatum. Item quæritur de hoc ſophiſmate, nullo homine currē te tu es aſinus, probatio, hæc eſt falſa aliquo homine currente tu es aſinus, ergo eius contradictoria eſt uera, hæc. ſ. non aliquo homine currente tu es aſinus, ſed non aliquo, & nullo æquipollent, ſicut non aliquis, & nullus, ergo eſt uera, nullo homine currente tu es aſinus. Sed contra. nullo homine currente tu es aſinus, er- B
go dum nullus homo, uel ſi nullus homo, uel quia nullus homo currit, tu es aſinus, quod falſum eſt. Solutio. prima eſt falſa, ſcilicet hæc, nullo homine currente tu es aſinus, quia iſta, per quam probat eam, peccat ſecundum diuiſionem, & compoſitionem, hæc, ſcilicet non aliquo homine currente tu es aſinus, eo quòd negatio poteſt negare tantum participium, & ſic eſt diuiſa, & falſa, uel poteſt negare participium in comparatione ad uerbum ſequens, & ſic eſt compoſita, & uera, & iſto modo æquipollet primæ, ſcilicet huic, nullo homine currente tu es aſinus, ſed hæc eſt falſa, nullo homine &c. quia negatio, quæ eſt in comparatione huius ſigni, nullo modo poteſt fieri ultra participium per hanc regulam.

Regula neceſſaria.

Quotieſcunq; negatio, & diſtributio includuntur in termino uno ad nihil pōt unum ferri ſine reliquo, ſed diſtributio non fertur ultra participium, ergo neque negatio, & ita hæc eſt falſa, nullo homine currente &c. quare, & ſua æquipollens illo modo quæ ei æquipollet. & utraque affirmatiua eſt hæc. ſ. non aliquo homine C
currente &c. & nullo homine currente &c. ſecundum q; æquipollent. Et per hoc etiam patet quòd neutra contradicit affirmatiuæ.

Item quæritur de hoc ſophiſmate. Nihil eſt nihil. Probatio. eius contradictoria eſt falſa, hæc. ſ. aliquid eſt nihil, ergo prima uera. Contra. nihil eſt nihil, ergo nihil nulla ſubſtantia eſt, & eſt locus a genere ſiue a toto in quantitate, ut nihil eſt, ergo nihil nulla ſubſtantia eſt, ſed concluſio eſt falſa, hæc. ſ. nihil nulla ſubſtantia eſt, quia æquipollet huic, quodlibet eſt aliqua ſubſtantia, quod falſum eſt, ergo prima ex qua ſequitur eſt falſa. Solutio. Prima eſt uera, ſcilicet nihil eſt nihil, quia æquipollet huic, quodlibet eſt aliquid, per illam regulam. Quotieſcunque duo ſigna uniuerſalis naturæ ponuntur in eadem oratione, ita q; unum in ſubiecto eſt, reliquum prædicato, primum æquipollet ſuo contrario, ſecundum ſuo contradictorio. Item improbatio peccat. ſed communiter loquendo, quia ſicut hic eſt conſequens communiter loquendo, quodlibet eſt aliquid, ergo D
quodlibet eſt aliqua ſubſtantia. Similiter hic eſt conſequens, nihil, nihil eſt, ergo nihil nulla ſubſtantia eſt.

Ad illud quod obijcitur, quod uidetur locus a genere, ſiue a toto in quantitate. Dicendū q; non eſt uerum, unde eſt ibi locus ſecundum conſequens, ſicut hic, nullus hō eſt nullū animal, ergo nullus hō eſt nullū riſibile, quia in iſta, oīs hō eſt nullum animal, animal remouetur a ſubiecto &c. apponatur alia negatiua per hoc ſignum nullus, remouetur prædicatum negatum a ſubiecto ſic, nullus homo eſt nullum animal, ſed remouere prædicatum negatum eſt ponere ex conſequenti affirmatum in eodem, ergo iſta, nullus homo eſt nullum animal æquipollet huic, omnis homo eſt aliquod animal, & ſimiliter iſta, nullus homo eſt nullū ri-

ſibile

A ſibile æquipollet huic, omnis homo eſt aliquod riſibile, hic autem ponunt con ſequens, animal eſt, ergo riſibile eſt, ſicut hic, animal currit, ergo homo currit, er go hic, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt riſibile, & ſimiliter in ſuis æquipollentibus, nullus homo eſt nullum animal, ergo nullus homo eſt nullum riſibile. & ſimiliter eſt in propoſito, nihil, nihil eſt, ergo nihil nulla ſubſtantia eſt. Item uidetur, ꝙ nulla concluſio improbationis ſit uera, quoniam hæc eſt uera nulla ſubſtantia eſt nihil, quod patet per prædictam regulam, quia æquipol let huic, omnis ſubſtantia eſt aliquid. & etiam quia ſua conuerſa eſt falſa, hæc .ſ. aliqua ſubſtantia eſt nihil, ergo hæc eſt uera, nulla ſubſtantia eſt nihil, ergo ſua conuerſa eſt uera, hæc .ſ. nihil eſt nulla ſubſtantia. Et dicendum, quòd non recte conuertit illam, nulla ſubſtantia eſt nihil, quia debet ponere ſignum ſubiecti ſupra totum prædicatum & reducere ad ſubiectum ſic, nulla ſubſtantia eſt nihil, ergo nullum ens nihil eſt ſubſtantia, ſed utraq; eſt uera, & ſic non pro-
B bat concluſionem improbationis. Item, quòd concluſio improbationis ſit falſa probatur dupliciter, quia uno modo per prædictam regulam, & alio modo quia eius contradictoria eſt uera, hæc .ſ. aliquid nulla ſubſtantia, ut albedo & quodlibet aliud accidens, &c.

De Dictionibus Excluſiuis.

Quid ſignificent dictiones excluſiuæ. Cap. I.

DICTO de negatione & de affirmatione, conſequenter dicendum eſt de dictionibus excluſiuis, ut tantum, ſolus. Circa quas primo quæritur propter quid dicatur dictio excluſiua. Et quid ſignificet dictio excluſiua. Se-
C cundo, quod & quæ ſunt cauſæ excluſionis, & quæ exiguntur ad eſſe excluſionis. Tertio quot ſunt partes ſiue ſpecies excluſionis. Quarto quæritur deſcendendo ad quandam cauſam excluſionis .ſ. ad id, quod excluditur, & quæ ſunt ea quæ debent excludi. Quintum & ultimum eſt de differentia dictionum, tantum, ſolus, in ſuis excluſionibus. Primum, ergo quæritur propter quid dictio dicatur excluſiua. Et dicunt quidam, quod dictio dicitur excluſiua, quia ſignificat excluſionem. Sed contra, nulla dictio ſignificat actum, quem exercet, ut ille terminus homo non ſignificat ſuppoſitionem, quam exercet ſupponendo pro hoc uel pro illo, & ſic de aliis, ſed ſignificat hominē, & exercet ſuppoſitionem, & ſic de aliis, ergo nulla dictio ſignificat actum quem exercet. & eſt inductio, & eſt locus a partibus ſufficienter enumeratis. ſed tantum, & ſolus, exercet excluſionem, ergo non ſignificat eam. Item excluſio intelligitur dupliciter .ſ. ut concepta, & ut exercita, ſicut curſus ſignificatur, ut conceptus per hoc nomen cur- Propter q͞d dictio aliqua excluſiua dicatur.
D ſus, & per hoc uerbum curro, ris, aliter autem ſignificatur curſus ut exercitus, ut cum aliquis exercet ipſum currendo. Similiter excluſio intelligitur ut concepta, ſicut per hoc nomen excluſionis, & per hoc uerbum excludo, dis. aliter autem intelligitur ut exercita, ut per ipſas dictiones, ſolus & tantum, ergo, ſi ſolus & tantum ſignificant excluſionem, aut ſignificant hoc modo aut illo, ſed ſi ſignificent eam, ut conceptam, ergo illæ dictiones, exceptio, nis, & excluſio, nis, & excludo, dis, erunt dictiones excluſiuæ, quod falſum eſt, ergo non ſignificant eam, ut conceptam, neque ſignificant eam, ut exercitam, quia ſicut ſe habet dictio in communi actum ſuum communem, quem exercet, qui eſt ſignificare, ſimiliter dictio ſpecialis ad actum ſuum ſpecialem, ſed dictio communi non ſignificat actum ſuum communem. dictio enim, enim non ſignificat actum ſuum

No. illud pulchrum. ſuum ſignificare ſed exercet ipſum, ergo dictio ſpecialis non ſignificat actũ ſuũ proprium, ſed exercet ipſum, ergo dictio ſolus, non ſignificat excluſionem, ſed exercet eam, ergo dictiones excluſiuæ non ſignificant excluſionem, ut exercitam neq; ut concepta ut probatũ eſt, ergo nullo modo ſignificat excluſionem. Quod concedimus dicentes, q. dictiones excluſiuæ dicuntur, non quia ſignificant excluſionem, ſed quia exercent eam ut tantum, & ſolus dicuntur dictiones excluſiuæ ab excluſione exercita, & non ab excluſione ſignificata, ſicut ſecuris dicitur inciſiua ab inciſione exercita, & non ab inciſione ſignificata, ſecuris enim nullo modo ſignificat inciſionem, ſed ſignificat ſecurim, ſicut homo hominem, & exercet inciſionem ſiue ipſum ſcindere. E

Quid ſignificet dictio excluſiua. Ad illud autem quod quæritur, quid ſignificet dictio excluſiua. dicendum q. ſignificat idem, quod hæc oratio, non cum alio, ſiue priuationem aſſociationis totius ad partem, ut ſolus Socra. currit. i. Socra. currit & nihil aliud, uel Socra. currit, & nullus alius homo currit, & ſic pars ponitur & totum remouetur, quia ponitur Socra. & remouetur quilibet alius homo, uel quodlibet aliud a Socra. & totum non aſſociatur parti ſuæ. Et ſic dictio excluſiua priuat aſſociationem totius ad partem per ſuam ſignificationem, & ideo dicitur ſignificare priuationem aſſociationis totius ad partem. Sed ad iſtam priuationem ſequitur excluſio omnium aliarum, ſicut proprius actus ſequitur ad id, per quod exercetur, & ideo excluſio importatur per dictionem excluſiuam non ut ſignificata, ſed ut exercita, & ſic patet primum. F

Quæ nam & quot cauſæ ad excluſionem elligantur. *Cap. II.*

Circa ſecundum quæritur in hunc modum. Aſſociatio & priuatio aſſociationis opponuntur ut priuatio & habitus, ſed priuatio definitur per habitum, quia cæcitas eſt priuatio uiſus in oculo, & per hoc habere eſſe, ergo priuatio aſſociationis erit per ea, per quæ eſt aſſociatio, & per illam habebit eſſe, ſed ad aſſociationem exigitur quod aſſociatur, & cui aſſociatur, & in quo aſſociatur, ergo ad priuationem aſſociationis exiguntur eadem tria, quod concedimus. Vnde dicendum, quòd ad excluſionem, quæ ſequitur ad priuationem prædictam, quatuor exiguntur hic. ſ. quod excluditur, & a quo excluditur, & reſpectu cuius excluditur, & quartum eſt ipſe actus excludendi, ut cùm dicitur, ſolus Socrates currit, alii a Socrate excluduntur ut a ſubiecto reſpectu curſus, & actus excludendi importatur per hanc dictionem ſolus, & hæ quatuor cauſæ exiguntur ad excluſionem ſimpliciter, Ex prædictis patet quædam regula, quæ talis. Vbicunque uere fit excluſio ſemper id, reſpectu cuius fit excluſio, ponitur in eo, a quo omnia excluduntur, ut tantum homo eſt riſibile, hic enim riſibil e reſpectu cuius fit exceptio, ponitur in homine, a quo omnia alia excluduntur unde ſequitur, tantum homo eſt riſibile, ergo homo eſt riſibile. & tantum homo currit, ergo homo currit. Ex prædicta ſequitur alia regula, quæ talis eſt, Omnis dictio exceptiua uera relinquit ſuam præiacentem ueram, ut patet ex prædictis exemplis, ut ſolus Socrates currit, ergo Socrates currit. Propoſitio dicitur excluſiua, in qua ponitur dictio excluſiua, ut tantum, ſolus, ut ſolum Socrates currit, tantum Socrates currit Præiacens autem dicitur ipſa propoſitio, remota dictione exceptiua, ut homo currit, uel Socra. currit. G

Regula ad excluſiuas.

H

Secundum prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. tantum unum eſt Probatio. unum eſt, & nihil eſt aliud, quod non ſit unum, ergo tantum unum eſt. Contra. multa ſunt, ergo ſophiſma, non tantum unum eſt. Item probatio primæ, quia ut uult Ariſt. & Boethus, unumquodq; ſingulariter eſt, quia unũ eſt, ergo unum tantum eſt Item in eodem Boetho. Vnumquodq; eſt ideo quia unũ

numero

A numero eſt, ſed unum numero eſt unum,ergo unumquodq; unum eſt,ergo tan tum unum eſt.Item ad idem patet per quandam regulam,quæ talis eſt.Quotieſ cunque unum de altero conuertibiliter prædicatur, ſi dictio exceptiua uere adiungitur uni & reliquo,ut tantum homo currit,ergo tantum riſibile, & econ uerſo, ſed unum conuertitur cum ente,ergo ſi dictio exceptiua uere adiungitur enti,ergo & uni,ſed hæc eſt uera, tantum ens eſt,ergo hæc eſt uera tantum unũ eſt. Solutio. Prima eſt duplex. quia hoc nomen unum eſt æquiuocum, eo quòd eſt quædam unitas, quæ eſt eſſentialis, ut illa per quam res exiſtit in eſſe ſpecialis,ſiue in eſſe ſpecifico, & hæc eſt unitas per formam completiuã dantem eſſe rei ſeparando & diſtinguendo ipſam rem ab omnibus alijs in ſua ſpecie, ut Socrates non ſolum eſt in ſpecie hominis per ſuam formam completiuam, ſed etiam ipſe per ipſam perficitur in ſuo eſſe proprio, & ſpecificatur cum diſtin guitur ab omnibus alijs hominibus, & hæc eſt unitas eſſentialis. Alia eſt uni-

Colligitur hoc dictũ ex.1.Elen. ca.7. & in multis alijs locis.

B tas accidentalis, quæ eſt principium numeri.unde ſicut numerus accidit re. bus quę numerantur, ſimiliter & unitas, per quam enumerantur, & quęeſt principium numeri, accidit eis, quicquid enim numeratur per hanc unitatem numeratur, quia nihil aliud eſt numerus niſi aggregatio unitatum. Nume- rus enim eſt multitudo ex unitatibus aggregata. utraque iſtarum unitatum conuertitur cum ente. ſed differunt in hoc, quia prima eſt eſſentialis,& in hoc quòd prima eſt, ſecunda eſt ut accidens in ſubiecto unde ſecunda accidit primæ, & ſic unitas dicitur æquiuoce, & ſimiliter unum. Dico ergo quòd ſi accipiatur unitas eſſentialis ſiue unum eſſentiale, ſic prima eſt uera. ſi autem accipiatur accidentalis, ſiue unum accidentale, ſic prima eſt falſa, quia dictio excluſiua adiuncta parti numerali deſtruit totum, ut duo tantum currunt, ergo non tria, ſic,& tantum unum, non ergo duo, uel non ergo multa. Alij dicunt quòd pri- ma eſt duplex.hæc.ſ.tantum unum eſt,eo quòd poteſt fieri exceptio ratione ſup-

Vnitas duplex.

C poſiti, & ſic eſt uera, uel poteſt fieri exceptio ratione accidentis ſiue formæ, & ſic eſt falſa & tunc ſequitur, tantum unum eſt,non ergo multa ſunt.ſed primam ſolutionẽ eſſe credo ueriorem.Ad improbationem uero dicendũ,ꝙ procedit ſe- cundum quòd unum dicit unitatem eſſentialem, quia quicquid eſt, per ſuum completiuum eſt, quod dat ei eſſe, ut Socra.eſt per ſuam formam completiuã, quæ eſt anima ipſius, & qua ſpecificatur & differt, & dat ei eſſentiale eſſe. Et ſic eſt de omnibus alijs. Ad improbationem dicendum, quòd accipit unitatem accidentalem, quæ per ſui aggregationem eſt principium unum, & hoc modo tenet improbatio. Ad duo argumenta ſequentia dicendũ ꝙ accipiunt unum eſ- ſentiale ſicut improbatio accidentale. Ad ultimum argumentum dicendum ꝙ bene ſequitur,tan ũ ens eſt,ergo tantũ unum eſt,accipiendo ens ſecundũ uni a- tem eſſentialem,ſed nõ ſequitur,tantũ ens eſt,ergo tantũ unum eſt,quia accipit ſecundũ unitatem accidentalem, quamuis unitas accidentalis conuertatur cum

D ente, quia unum accidentale dicit diſcretionem ſiue rem diſcretam, & cum ſit principium numeri unum,ens uero formæ,non dicit rem ſuam per modum ſub ſtantiæ,& ſic peccat ſecundum figuram dictionis,ſicut hic,tantum homo currit, ergo tantum unus homo currit, poſito quòd omnes homines currant, & nihil aliud currat. hæc eſt uera. tantum homo currit, hæc autem eſt falſa tantum unus homo currit, & eſt fallacia figuræ dictionis ſicut dictum eſt, quia homo dicit rem ſuam per modum ſubſtantiæ, ſed unus addit diſcretionem uni ſu- per ipſum. Præterea ibi eſt accidens, quia cum eſſe conueniat uni & multis quamuis dictio exceptiua uere adiungatur enti reſpectu eſſe, ut tantum ens eſt, non tamen poteſt adiungi enti dicenti diſcretionem numeralem. unde de hoc uno non poſſum dicere,tantum unum eſt,quia tunc excluderentur duo tria,

& ſic de aliis aſcendendo, ut tantum unum, non ergo duo neque tria, & ſic de aliis. unde eſſe eſt ibi res ſubiecta, & unum eſt accidens ei, & excluſio reſpectu eſſe aſsignatur conueniens utrique ſiue rei ab utroque. Ad illud quod obiicitur per regulam conuertibilium dicendum quod regula debet intelligi remoto accidente ſicut aliæ omnes regulæ, quamuis.n.regula ſit ſiue maxima. Quicquid prædicatur de definitione & de definito, non ſequitur animal rationale mortale eſt definitio, ergo homo eſt definitio propter accidens quod impedit. E

Partes ſeu ſpecies excluſionis duæ ſunt, generalis ac ſpecialis, & quid utraque ſit. Cap. III.

Circa tertium quæritur quot partes ſunt excluſionis, & ſolent eſſe duæ, quia ponitur duplex excluſio. Vna eſt generalis, & altera ſpecialis. Generalis excluſio ponitur communiter, quando excluditur diuerſum genere. Specialis uero quando excluditur diuerſum ſpecie. Sed contra. diuerſum tripliciter dicitur diuerſum genere, diuerſum ſpecie, diuerſum numero, ergo ſi excluſio dicitur generalis, quia diuerſa genere excluduntur, & ſpecialis, quia excluditur diuerſum ſpecie, ergo debet eſſe alia excluſio numeralis, ex eò quod excluduntur diuerſa numero, ergo non ſolum erunt duæ partes ſiue duæ ſpecies excluſionis, ſed erũt tres. Et dicendum, quòd non ſunt niſi duæ partes excluſionis .ſ. generalis & ſpecialis. ſed non dicitur excluſio generalis, eò quod diuerſa genere excludũtur, ſed quia ab aliquo ſubiecto excludantur omnia, quæ communicant cum eo in aliquo genere, ſiue in aliquo generali, ut ad omnia, quæ ſunt ſicut in ente. Vnde hoc modo ſenſus huius propoſitionis, ſolus Socra. currit, eſt talis, Socrates, currit & nihil, uel nullum aliud ens. Item ſpecialis excluſio non dicitur eo quod diuerſum ſpecie excludatur, ſed dicitur excluſio ſpecialis, quoniam ab aliquo ſubiecto excluduntur quæcunque communicant cum eo in aliquo ſpeciali, & hoc modo ſenſus huius, ſolus Socra. currit, eſt talis, Socrat. currit, & nullus alius homo currit. unde excluduntur alii particulares homines quicunque communicant cum Socra. in homine. Et ſimiliter ſolus, homo currit, ideſt homo, & nullum aliud animal, quia animalia omnia communicant cum hoc in animali, & hæc eſt ſpecialis excluſio, & ſimiliter ſenſus huius, ſolus homo currit ſit talis, homo currit. & nihil aliud currit, tunc eſt excluſio generalis. Ex prædictis patet, quod idem numero non poteſt excludi. uel ea, quæ communicant in numero eodem. quia cum dicitur, ſolus homo currit, iſta ponit quòd homo currit per regulam datam, quæ talis eſt, omnis excluſiua uera relinquit ſuam præiacentem ueram, & ſi excluditur idem numero, tunc excluderetur riſibile, uel animal rationale mortale, & ſic eſſet ſenſus, ſolus homo currit, & nullum riſibile uel nullum animal rationale mortale currit, & ſic ponitur hæc contradictio, & ob hoc non poterit fieri excluſio numeralis. Ex prædictis patet, quòd cum quæcunque ſunt diuerſa genere, uel diuerſa numero, uel diuerſa ſpecie, communicent in aliquo generali ad omnia, ut in ente, aut in aliquo ſpeciali ſub ente cõmuniter, non poſſunt eſſe niſi duæ partes excluſionis .ſ. generalis & ſpecialis. De ſpeciali ſolet dari talis regula. Quotieſcunque fit ſpecialis excluſio non tenet argumentum ab inferiori ad ſuperius cum dictione excluſiua, neque a ſuperiori ad inferius, neque a parte prędicati, neque a parte ſubiecti, ut ſolus Socra. currit, ergo ſolus homo currit, & ſimiliter a parte prędicati fit proceſſus, ut Socrates currit, ergo ſolus mouetur, quia ſemper eſt ibi fallacia conſequentis, & patet quod non tenet huiuſmodi argumentatio. quia poſito quòd ſolus Socrates currat, & quidam equus, tunc eſt hęc uera, ſolus Socrates. currit, faciendo ſpecialem excluſionem,

F

G

H

Regula excluſionis ſpecialis.

E excluſionem,quia ſenſus eſt Socr.currit,& nullus alius homo, hæc autem falſa.
ſolus homo currit, faciendo ſpecialem excluſionem, quia ſenſus eſt homo cur-
rit,& nullum aliud animal, quod faſum eſt, cum equus currat, & ſimiliter a
parte prædicati,quia poſito quod ſolus Socrates currit, & Plato moueatur,ſed
non currat.tunc hæc eſt uera;ſolus Socrates currit, hæc eſt falſa ſolus Socrates
mouetur, & ſic patet quòd nullum eſt argumentum. Quòd uero ibi ſit fallacia
conſequentis patet quod præmiſſa claudit in ſe nullam affirmatiuam,& aliã ne
gatiuam,ut ſolus Socrates currit,id eſt Socra.currit,& nullus alius homo,& ſo-
lus homo currit.i. homo,& nullum aliud animal,& propter negatiuas, non te-
net argumentum ab inferiori negato ad ſuperius,& propter affirmatiuas non te
net a ſuperiori ad inferius.De generali excluſione talis ſolet dari regula. Quo- Regula ad
tieſcunque ſit generalis excluſio bene tenet argumentum ab inferiori ad ſupe- generalem
rius cum dictione excluſiua a parte ſubiecti,& non a parte prædicati, ut ſolus excluſioné
F Socra currit,ergo ſolus homo currit, quia prima claudit in ſe iſtas duas, ſolus
Socrates currit,& nihil aliud a Socra.currit, & propoſitio illata claudit intra ſe
iſtas,homo currit, & nihil aliud ab homine currit.Sed ratione affirmationis be-
ne ſequitur Socra.currit,ergo homo currit,ratione negationis bene ſequitur, ni
hil aliud a Socra.currit, ergo nihil aliud ab homine currit,ergo bene ſequitur
a parte ſubiecti faciendo generalem excluſionem.ut ſolus Socra.currit,ergo ſo-
lus homo currit.

Quid nam ſit id quod excluditur,& quæ excludi debeant.
Cap. 11.

CIrca quartum de quo quærebatur circa dictiones excluſiuas erat deſcenden Septem
do ad unam de quatuor cauſis excluſionis.ſ.ad id quod excluditur,& iſta cõ quæſita.
tinet ſub ſe ſeptem alias. Prima eſt.utrum dictio excluſiua adiuncta enti poſſit
G excludere aliud,ut tantum ens,& nihil aliud.Similiter ſi adiungatur iſtis termi
nis, qui conuertuntur cum ente, ut ſunt iſti, unum,aliquid,res.Secunda quæ-
ſtio eſt magis deſcendendo,ſcilicet utrum dictio excluſiua adiuncta uni generaliſ
ſimo excludit aliud,ut tantum ſubſtantia,non ergo quantitas,uel econuerſo.Ter
tia quæſtio eſt ſpecialior omnibus aliis ſupradictis, ſcilicet utrum dictio excluſi-
ua adiuncta ſpeciei unius prædicamenti poſſit excludere ſpeciem alterius præ
dicamenti,ut tantum homo,non ergo color,uel albedo.Quarta quæſtio eſt utrũ
dictio excluſiua adiuncta alicui ſpeciei unius prædicamenti poſſit excludere cę
teras ſpecies eiuſdem prædicamenti,ut tantum homo,non ergo equus,uel tan-
tum color,non ergo ſcientia,& ſic in unoquoque prædicamento, & hæc eſt ſpe
cialior omnibus prædictis,& iſtas quatuor quæſtiones intellige in terminis ſub-
ſtantialibus.dicentibus quid,ſiue prædicantibus in quid,ſicut ſpecies,& genera
uniuſcuiuſq; prædicamenti.Quinta quæſtio eſt,utrum dictio excluſiua adiun-
H cta termino accidentali excludat alios terminos accidentales,ut tantum colora-
tum.ergo non ſonorum.Sexta quæſtio eſt utrum dictio excluſiua addita uni op
poſitorum excludat alterum in quolibet genere oppoſitionis,ut tantum album,
non ergo nigrum,& tantum uidens, non ergo cæcum, & ſic de aliis.Septima
quæſtio eſt,utrum dictio excluſiua addita toti excludat partem, uel econuerſo
& utrum addita minori numero excludat maiorem, uel econuerſo, ut tantum
paries,non ergo domus,& tantum duo,non ergo tria.

Circa primam obiicitur, q̃ dictio exceptiua adiuncta enti,uel ſuis conuertibi An exclu-
libus nihil poteſt excludere,quia quod excluditur debet cõuenire cum eo,a quo ſiua adiun
fit excluſio in generali,uel ſpeciali, ſed nihil poteſt conuenire cum ente in ali- gatur enti.
quo generali uel ſpeciali ſupra ens duplici de cauſa,ſcilicet,uel quia nihil aliud

eſt ab ente, uel quia nihil aliud eſt ſupra ens, ergo nihil poteſt excludi ab ente, E
ergo dictio excluſiua adiuncta enti nihil poteſt excludere. Item ad idem. dictio excluſiua non poteſt excludere niſi quod eſt extra terminum cui adiungitur, ut tantum homo, non ergo aſinus, quia aſinus extra hominem eſt, ſed nihil eſt extra ens ergo dictio excluſiua adiuncta enti nihil poteſt excludere. Item ad idem. nihil excluditur niſi idem, uel diuerſum quo ad naturalem ſuppoſitionē, ut tantum homo, non ergo aſinus, uel quo ad quandam accidentalem, ut quo ad eam quæ fit per aliquod reſtringens tantum ex eadem parte, ut tantum homo albus, non ergo niger, ex hac patet ꝙ aliquo termino non reſtricto per aliquid ex eadem parte, ſed ſimpliciter ſumpto, non poteſt excludi niſi quo ad naturalem ſuppoſitionē, ſed ab ente ſimpliciter nihil eſt diuerſum quo ad naturalē ſuppoſitionem, ergo ab ente ſimpliciter ſumpto prædicta reſtrictione nō reſtricta ſiue coarctata, non poteſt excludi, ergo dictio excluſiua adiuncta enti nihil poteſt excludere. Item ad idem. Quicquid eſt ens, eſt, quicquid eſt ens, ergo conuertibilia ſunt F
ens, & eſſe, ſed nihil eſt dictum, tantum eſt, nec aliquid excluditur, ergo nihil eſt dictum, tantum ens eſt, nec aliquid excluditur.

Solutio. Solutio. excluſiua dictio adiuncta enti excludit aliquid quod excludit omnia, quo ad naturalem ſuppoſitionē eorum, quæ ſunt diuerſa ab ente, & in naturali ſuppoſitione eorum, quæ conuertuntur cū ente, quia naturalis ſuppoſitio nō ſolum eſt de ente, ſed ēt de non ente. Naturaliter. n. ſupponuntur per terminū tam entia quam non entia. unde excluſio non ſolum eſt de ente, ſed ēt de ente non ente. unde ſequitur tantū ens eſt, ergo nihil aliud ab ente eſt. Ad aliud, qđ obiicitur, dicendum, ꝙ conuertitur conſequentia. unde peccat ſecundū conſequens. & quia quicquid communicat in aliquo generali, uel in aliquo ſpeciali cum eo, a quo fit excluſio, debet excludi per dictionem excluſiuam, & non econuerſo. nō enim oportet ꝙ illud qđ excluditur ſiue quicquid excluditur communicet cum eo a quo fit excluſio in aliquo generali, uel in aliquo ſpeciali, quia conuertit cō- G
ſequentiam, ſicut hic. Quicquid eſt hō eſt animal, & non econuerſo, ꝙ quicquid ſit animal ꝙ ſit homo. Sicut enim animal in pluribus eſt quam homo, ſic excludi in pluribus eſt quam in communicantibus in ſpeciali, uel in generali cum eo a quo fit excluſio, quia eſt in iſtis, & non in communicantibus. unde non oportet ꝙ ſi aliquid excludatur ab ente ꝙ communicet cum aliquo, in aliquo generali, uel ſpeciali, quæ conuertit conſequentiam. Ad ſecundum dicendum, ꝙ hæc eſt duplex, dictio excluſiua non poteſt excludere niſi quod eſt extra terminū. quia eſſe extra terminum dupliciter eſt. quia uel quo ad eſſentiam, ſicut alia eſt eſſentia hominis, & alia equi, uel quo ad naturalem ſuppoſitionem, ſicut equus non continetur in naturali ſuppoſitione hominis, nec econuerſo. unde dicitur, ꝙ quando fit excluſio generalis excluduntur ea quæ ſunt extra terminum quo ad naturalem ſuppoſitionem tam entium quam non entium. ſed quando fit ſpecialis excluſio excluduntur ea, quæ ſunt extra terminum quo ad naturalē ſup- H
poſitionem entium communicantium cum illo a quo fit excluſio in aliquo

Aduerte ad iſtam limitationē. ſpeciali. Vnde licet aliquando excludantur ea, quæ ſunt extra terminum quo ad eſſentiam, ut tantum homo, non ergo aſinus, non tamen excluduntur inquantum ſunt extra terminum quo ad naturalis eſſentias, ſed inquantum ſunt extra terminum quo ad naturalem ſuppoſitionem unde dico, quód licet quo ad eſſentias nihil ſit extra ens, quia entia ſimul ſunt entium, unde quo ad naturalē ſuppoſitionem aliquid eſt extra ens, & ſic dictio excluſiua addita enti aliquid poteſt excludere. Ad tertium, ſoluendum per interemptionem. quia aliquid eſt extra naturalem ſuppoſitionem entis, ut dictum eſt, quia nō ſupponuntur entia per terminum. Ad ultimum autem dicendū, ꝙ non poteſt fieri excluſio ab hoc actu

eſſe,

A eſſe,quia ille actus eſſe comprehendit ſub ſe eſſe alium actum, ſicut conſequens comprehendit ſub ſe quodlibet aliud antecedens ſuum,& ideo nullus alius actus poteſt excludi ab hoc actu eſſe. Sed ens non comprehendit ſub ſe nomine aliud ſuppoſitum,ſed ſolum ſuppoſita ſua,& ſuarum partium,quia ſuppoſita non entium impoſsibilium eſſe nō comprehendit ſub ſe ut uacui,& infiniti,& aliorum non entium,& ideo poteſt excludi ab ente,cum excluſio fiat ab eo, quo ad naturalem ſuppoſitionem. Quod autem iſte actus, eſſe, comprehendat eſſe aliū actū ſub ſe,non quo ad ſubiectionē uel pdicationē, ſed ut ita dicā quo ad ſucceſsionē patet,quia oēs alii actus ancedūt ad iſtū,ut ſi eſt,eſt,& ſi cogitat eſt,& ſic de aliis.

An excluſio generaliſſimis addatur. Cap. III.

CIrca ſecundam quæſtionem ſic obiicitur, cum dictio excluſiua excludat diuerſum quo ad naturalem ſuppoſitionem,& unum generaliſsimum non ſit 2. quæſtio.
B de ſuppoſitione alterius neque econuerſo, ſed ſunt diuerſa quo ad naturalem ſuppoſitionem, ergo dictio excluſiua addita uni generaliſsimo excludit alterum,& econuerſo. Item ad idem. Dictio excluſiua excludit ea,quæ ſunt diuerſa a ſubiecto,ſiue excludit diuerſa ſubiecta, ut tantum Grammatica, non ergo Muſica. ſed diuerſa generaliſsima non poſſunt eſſe ſubiectum unum, immo ſunt diuerſa ſubiecta, ergo dictio excluſiua uni generaliſsimo excludit alterum, & econuerſo. Sed contra.dictio excluſiua non poteſt excludere,quod intelligitur in ſubiecto cui adiungitur, ut tantum album currit, non,ergo corpus currit,uel tantum Grammaticus diſputat,non,ergo homo diſputat,quia album dat intelligere corpus, & Grammaticus dat intelligere hominem, ſed quantitas dat intelligere ſubſtantiam, ergo dictio excluſiua adiuncta quantitati non poteſt excludere ſubſtantiam, ergo dictio excluſiua adiuncta uni generaliſsimo non excludit alterum. Item ad idem. Omnis excluſiua ponit ſuam præiacentem ue-
C ram,& ideo ſequitur, ſi tantum quantitas eſt, quantitas eſt, & ſi quantitas eſt, ſubſtantia eſt, quare alia a ſubiecto non ſunt niſi in ſubſtantia, ergo poſita quantitate uel quolibet alio generaliſsimo, neceſſe eſt ponere ſubſtantiam, ergo a primo,ſi tantum quantitas eſt ſubſtantia eſt, & ſic de aliis generaliſsimis, ergo dictio excluſiua adiuncta uni non excludit alterum.

Et dicendum, quòd dictio excluſiua adiuncta uni generaliſsimo excludit alterum uno modo, & alio modo non, ex eo,quòd generaliſsima alia a ſubſtantia habent duas comparationes. Vnam ſecundum abſtractionem prout unumquodque ordinatur ſecundum prædicamentalem lineam in ſua ordinatione ad omnes ſpecies, ſiue ad omnia indiuidua ſub ipſo exiſtentia, & hoc modo poteſt in quolibet prædicamento fieri talis figura, ſicut illa quæ eſt in ſubſtantia, quæ dicitur arbor Porphirij. Aliam autem habent comparationem ſecundum concretionem ad ſubſtantiam,in qua ſunt,& ſic ſumuntur omnia per modum acci- Solutio.
D dentis, ſed ſecundum comparationem primam ſumuntur per modum eſſentiæ, ſiue per modum eius,quod eſt quid. unde ſecundum primam comparationem dictio excluſiua adiuncta uni generaliſsimo excludit alia generaliſsima, & ſic concedo,niſi quando faciunt ſubiectū unum,quod in paucis accidit,ut tantū ſubſtātia eſt colorata. hic enim excluditur ſuperficies, quia ſuperficies, & ſubſtantia faciunt unum ſubiectum coloris.unde, niſi diuerſa prædicata faciant ſubiectum unum, ſemper dictio excluſiua adiuncta uni generaliſsimo excludit alterum ſecundum hanc comparationem, ſed ſecundum comparationem quam habent ſecundum concretionē,ſic dictio excluſiua adiuncta uni nō excludit alterū.ut cū dicitur,tm̄ agens currit, non ſequitur Grammaticus non currit,uel Muſicus, uel tricubitum, uel bicubitum, uel homo, quia Socrates homo eſt, & bicubitus,

Aduerte uel tricubitus, uel Grammaticus, Muſicus, & agens. Vnde dicendnm breuiter, ſi E
generaliſsima ſumantur in concretione, dictio excluſiua adiuncta uni generaliſſimo non excludit alterum. Sed, ſi ſumantur in abſtractione, tunc dictio excluſiua adiuncta uni excludit alterum, niſi faciant ſubiectum unum. Ad alia duo argumenta primo dicendum eſt, quòd bene tenent, ſi ſumantur in abſtractione, & non faciant ſubiectum unum. Ad tertium argumentum dicẽdum, quòd unum intelligitur in altero dupliciter. quia uno modo intelligitur unum eſſentialiter, ut animal in homine. & tale non excluditur. unde ſequitur, tantum homo currit, non, ergo animal currit. Alio autem mo lo intelligitur unum in altero per dependentiam accidentis ad ſubiectum. vnde in omni accidente includitur ſubiectum. & hoc dicitur, quia accidens concretum dat intelligere ſubiectum, ut album dat intelligere corpus, & etiam accidens in abſtractione dat intelligere ſubiectum. Color enim non poteſt eſſe niſi in corpore. unde ſiue accipiant colorem in concretione, ſic proprie dicitur coloratum, ſiue in abſtractione ſemper F
intelligitur corpus, & ſic de aliis nouem prædicamentis, quia intelliguntur abſtracta, ut quantitas, qualitas, & ſic de aliis, ſiue concreta, ut quantum, tale ſemper dat intelligere ſubſtantiam. dico ergo, quòd id, quod intelligitur in accidente concreto non excluditur. unde non ſequitur, tantum album currit, non ergo corpus. uel tantum homo currit, non, ergo animal. Sed illud, quod intelligitur in accidente abſtracto bene excluditur per dictionem excluſiuam, ut tantum quantitas, non, ergo ſubſtantia, & hoc dico, niſi illa duo faciant unum ſubiectum alicuius accidentis, ſicut dictum eſt prius. Sicut ſubſtantia, & ſuperficies eius faciunt unum ſubiectum albedinis uel coloris. Ad quartum dicendum, quòd re uera omnis propoſitio excluſiua ponit ſuam præiacentem ueram, ſed in hac propoſitione, tantum quantitas eſt duo ſunt, ſcilicet hæc dictio tantum, quæ eſt dictio excluſiua, & illud cui adiungitur, ſcilicet quantitas. Dico ergo quòd dictio excluſiua excludit ſubſtantiam, ſed quantitas ponit eam, & ideo propoſitio, tantum quantitas eſt ponit contradictionem, quia ponit ſubiectum eſſe, G
& non eſſe. Ponit etiam ſubſtantiam ratione quantitatis, & remouet eam ratione excluſionis, quæ additur quantitati.

An Dictio excluſiua adiuncta ſpeciei unius prædicamenti excludat ſpeciem alterius prædicamenti. Cap. IIII.

3. quæſtio. CIRCA tertium obiicitur ſic, cum dicitur tantum homo eſt albus, ex hoc non ſequitur, ergo ſuperficies hominis non eſt alba, ergo dictio excluſiua, addita uni ratione ſpeciei unius prædicamenti, non excludit ſpeciem alterius prædicamenti. Sed contra. magis differunt ea, quæ ſunt in diuerſis generibus quàm ea, quæ ſunt in eodem genere, ſiue ea, quæ ſunt ſub eadem ſpecie quia pluribus differentiis differunt, ſed dictio excluſiua addita uni indiuiduo ex H
cludit aliud indiuiduum, quod eſt ſub eadem ſpecie, ut tantum Socrates, non, ergo Plato, ergo magis excludit ea quæ ſunt diuerſorum generum, quia magis differunt, ergo dictio excluſiua addita ſpeciei prædicamenti unius excludit ſpecies alterius prædicamenti.

Quinq; ex cludi in ge nere. Et dicendum quòd in genere, quinque ſunt ea, quæ debent excludi. Vnum eſt diuerſum ſubiectum, ut tantum Socrates currit, excluditur Plato, & alij particulares homines, quia non poſſunt facere ſubiectum unum ſed diuerſum. Secundum eſt diuerſum loco, ut tantum hic non ergo ibi. Tertium eſt diuerſum tẽpore, ut tantum in hoc tempore, ergo non illo. Quartum eſt oppoſitum ex parte prædicati, ut tantum Socrates eſt albus, ergo non eſt niger, nec medio colore co-

E re coloratus. Quintum eſt accidens, ſiue diuerſum accidens a parte prædicati ſimiliter poſitum. dum ita ſit ꝙ unum non inſit per alterum, & ideo non ſequitur, tantum Socrates eſt Grammaticus, non ergo Muſicus, tantum legit, non ergo diſputat, non ergo currit, & non ſequitur, tantum Socrates eſt coloratus, non ergo quantus, quia coloratus ineſt Socrati per hoc quod eſt quantus, non ſequitur tantum currit, non ergo remouetur eo ꝙ unum ineſt in altero ſiue intelligitur per alterum ſecundum concretionem. Et in omnibus his quinque modis excluditur diuerſum per dictionem excluſiuam. Et in his patet ſolutio primi argumenti, quia homo & ſuperficies eius, ſubiectum unum eſt coloris & non diuerſum. unde non excluditur ſuperficies per hanc dictionem tantum, cum dicitur tantum Socra. eſt albus, ita dictio excluſiua adiuncta ſpeciei unius prædicamenti excludit alias, dum non faciunt ſubiectum. unde unum non inſit per alterum, ut dictum eſt. Patet etiam ſolutio alterius argumenti, quia dictio excluſiua excludit diuerF ſum ſiue differens. aliquo prædictorum modorum tantum.

Ex prædictis patet ſolutio quartæ quæſtionis, quæ erat. utrum dictio excluſiua adiuncta ſpeciei unius prædicamenti excludit ſpecies alias eiuſdem, quia omnes aliæ ſpecies eiuſdem generis excluduntur, niſi in una comparentur ad aliam, nō ſolum ut ſpecies diſperata, ſed etiam ut terminus eiuſdem, & ideo non ſequitur, tantum ſuperficies eſt, ergo linea non eſt, quia linea eſt terminus ſuperficiei, & ſuperficies corporis. unde bene ſequitur, tantum homo, non ergo aſinus, quia iſtæ ſpecies ſolummodo comparantur ſibiinuicem ut diſperatæ. 4. quæſtio.

Ex prædictis patet quinta quæſtio quæ erat, utrum dictio excluſiua adiuncta termino accidentali excludat terminos accidentales alios, quia dictio excluſiua, ut dictum eſt prius, habet excludere omne accidens diuerſum, ſiue diſperatum, dum ita ſit ꝙ unum non inſit per alterum uel faciant ſubiectum unum, unde ſequitur, tantum Socratem eſſe Grammaticum, non ergo eſſe Muſicum, ſed non G ſequitur, tantum Socratem eſſe coloratum, non ergo eſſe quantum, quia coloratum ineſt Socrati, eo quod eſt quantum. neque ſequitur, tantum album eſſe, non ergo corpus, quia ita faciunt ſubiectum unum. 5. quæſtio.

Circa ſextam quæſtionem obiicitur. quia dictio excluſiua adiuncta uni oppoſitorum excludit alterum in quolibet genere oppoſitionis, quia duo oppoſita nō poſſunt facere ſubiectum unum, ſed diuerſa, ſed quotieſcunque aliqua non faciūt unum, ſed diuerſa, oportet ꝙ unum excludatur ab altero per dictionem excluſiuam, ergo dictio excluſiua adiuncta uni oppoſitorum, habet excludere reliquum. Quod concedimus ſicut in contrariis, ut tantum albus currit, non ergo niger. Secundum prædicta, quæritur de hoc ſophiſmate, tantum uerum, opponitur falſo. Probatio. Verum opponitur falſo, & nihil aliud quam uerum opponitur falſo, ergo tantum uerum opponitur falſo. Contra, tantum uerum opponitur falſo, ergo tantum uerum & falſum opponuntur, quod falſum eſt, quia album & niH grum opponuntur, & calidum & frigidum. 6. quæſtio. Sophiſma.

Dicendum eſt, ꝙ prima eſt ſimpliciter uera, & improbatio peccat ſecundum conſequens ab inferiori ad ſuperius affirmato cum dictione excluſiua, quia oppòni ueri falſo, in minus eſt quàm opponi, ſicut oppoſitio ueri & falſi in minus eſt quam oppoſitio, cum hęc ſint ſpecies, illa uero genus, & ſic, cum dicit tantum uerum opponitur falſo, ergo tantum uerum & falſum opponitur, peccat ſecundum conſequens. Item dubitatur de relatiua oppoſitis, quia ex hac, tantum pater eſt, ſequitur ergo filius eſt, unde ſi tantū pater eſt, pater eſt, quia omnis excluſiua ponit ſuam præiacentem, ut ſi pater eſt, filius eſt, a relatiuo oppoſitis, ergo a primo, ſi tantum pater eſt, filius eſt, ergo dictio excluſiua adiuncta uni relatiue oppoſitorum ſiue correlatiuorum non excludit reliquum. Et dicendum ꝙ dictio ex- Solutio.

cluſiua adiuncta uni correlatiuorum excludit reliquum,ſed in iſta,tantum pater E
eſt,ponit cõditionem,quia dictio excluſiua excludit quicquid non facit ſubiectũ unum ſecundum diuerſa,cum pater & filius faciant ſubſtantia diuerſa,& ut unũ ꝙ nihil eſt dictum, pater filius eſt, ſed quia pater & filius referuntur ad ſeinuicem, & ideo dictio excluſiua adiuncta patri excludit filium & econuerſo. unde in iſta, tantum pater eſt excluditur filius ratione dictionis excluſiuæ, ſed pater ponitur ratione præiacentis, ſed pater eſt per hoc ꝙ eſt ad filium, & ita ratione præiacentis, & ratione excluſionis non ſolum remouetur filius, ſed etiam pater quia filius eſt per hoc quod eſt pater,& ſic tantum pater eſt,ponit duplicem contradictionem,quia ponit filium eſſe & non eſſe,& patrem eſſe & non eſſe.

Aliud ſophiſma. Circa prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. Si tantum pater eſt,non tantum pater eſt. Probatio.Si tantum pater eſt, pater eſt, & ſi pater eſt, filius eſt, & ſi

Solutio. 1. filius,aliud a patre eſt, non tantum pater eſt. Contra. ibi ſignificatur oppoſitum ſequi ad ſuum oppoſitum, ergo locutio eſt falſa, & impoſsibilis. Ad hoc F
ſoluunt quidam,ꝙ pater tripliciter ſignificatur, ſicut album uno modo nominat id, quod erit album, & hoc modo album poteſt eſſe nigrum ſecundum ꝙ hæc eſt uera,ſubiectum albedinis poteſt eſſe album. Alio modo album dicit compoſitionem ex ſubiecto & accidente, ut album currit.i.res habens albedinem currit. Alio modo album negat ipſum accidens.unde cum dicitur, albus contingit eidem uni & eidem ineſſe & non ineſſe.Similiter pater dicitur uno modo ſubiectum paternitatis,ut pater generat filium,id eſt,id quod eſt pater,alio modo dicit compoſitum ex ſubiecto & accidente, ut pater currit.i.homo,uel animal habens paternitatem currit. Et his duobus modis excluditur unum correlatiuorũ per dictionem excluſiuam adiunctam alteri. Alio modo,pater nominat ipſam relationem, quæ eſt paternitas, ut cum dicitur, pater eſt in genere relationis, & hoc modo non excluditur unum correlatiuorum ab alio, quia ſic unum ponit alium & econuerſo,ſed hoc nihil eſt.quia cum dictio excluſiua excludit quæcunque non faciunt ſubiectum unum, ſed diuerſa, & pater & filius non poſſunt facere unum ſed diuerſa,ſecundum quod ſunt in genere relationis neque ab ali quo neque alio modo, oportet ꝙ dictio excluſiua adiuncta patri excludat filium G

Solutio 2. & melior. & econuerſo. Quod concedimus. Et eſt dicendum,quòd ſi hæc, tantum pater eſt, non tantum pater eſt,ſimpliciter eſt uera, ſed ſecundum ſuum antecedens eſt impoſsibilis,hæc.ſ.tantum pater eſt, hæc dictio tantum remouet eſſe ad ſubiectum,uel accidens a patre, & ita remouet filiũ & eſt ibi hoc relatiuũ pater qđ ponit filium, & ita ex una parte remouet filium.ſ.a parte concluſionis, ex alia parte ponit ipſum.ſ.a parte ſui correlatiui. Ad improbationem autem ſoluendum per interemptionem, quod non ſequitur in oppoſitis ad oppoſitum, ſed ſequitur una pars contradictionis ad antecedens,quod concludit inter ſe utranque partem contradictionis. & ſic ſequitur pars ad totum ſicut hic Socra. currit & non currit,ergo Socr.currit. Locus etiam a toto intelligitur. Contradictio H
enim integratur ex ſuis partibus, ſicut domus ex ſuis partibus, unde poſita contradictione neceſſe eſt ex ea ſequi tam de affirmatione quam de negatione, per locum a toto integrali.

Aliud ſophiſma. Item quæritur de hoc ſophiſmate.Poſsibile eſt Socratẽ uidere tantum omnẽ hominem,non uidentẽ ſe. Probatio. Poſsibile eſt Socratẽ uidere tantum omnẽ hominem cæcum,ſed omnis homo cæcus eſt.ſ.homo non uidens ſe, ergo poſsibi

uide Paul. Ve. in logica magna, & alios. le eſt Socratem uidere tantum omnẽ hominem non uidentem ſe.Contra,ſi poſſibile eſt,ponatur ꝙ ſit in actu,Socrates uidet tantum hominem non uidentem, tunc Socra.aut uidet ſe, aut non uidet ſe.ſi non uidet ſe, ergo eſt homo non uidens ſe,& uidebat quemlibet talem, ergo uidet ſe,ſi uidet ſe, ergo eſt homo uidens

A dens ſe,ſed nullum talem uidebat,ergo non uidet ſe, quia tantum uidebat non
uidentem ſe, ergo uidet ſe,& non uidet ſe.

Solutio prima eſt impoſſibilis,hæc.ſ.Poſſibile eſt Socratem uidere tantum Solutio.
omnem hominem non uidentem ſe,& illa ſimiliter Socrates uidet tantum om-
nem hominem uidentem ſe,quia utraque habet in ſe contradictionem ut iam
patebit. Probatio peccat ſecundum conſequens procedendo ab inferiori ad
ſuperius cum diſtributione,& etiam cum dictione excluſiua,ut omnis homo,er
go omne animal,& tantum omnis homo,ergo tantum omne animal,quia ho-
mo non uidens ſe,in pluribus eſt quam homo cæcus,unde ſequitur ut conuer-
ſim,ut ſi homo eſt cæcus eſt homo non uidens ſe,& non econuerſo, quia homo
dormiens eſt homo non uidens ſe,nec tamen eſt cæcus , & etiam uigilans ha-
bens oculos clauſos,eſt homo non uidens ſe . Quod iſta Socrates uidet tantum
omnem hominem non uidentem ſe,habet contradictionem , patet,quia æqui-
B pollet illis duabus .ſ. Socrates uidet omnem hominem non uidentem ſe , &
non uidet aliquem non uidentem ſe , & iſtæ duæ ſunt exponentes illius. Sed ex
illa,Socrates non uidet aliquem hominem uidentem ſe,ſequitur, ergo Socra-
tes non nidet ſe uidentem ſe , & eſt locus a genere ſiue a toto in modo , ſicut
hæc, Socrates non uidet aliquem hominem album , ergo non uidet ſe album,
ſed ſi Socrates non uidet ſe,uidentem ſe,ergo Socrates non uidet ſe , quia con-
uertuntur,cum earum affirmationes conuertantur,unde ſi Socrates uidet uiden
tem ſe,ergo uidet ſe,& econuerſo.Sed quotieſcunque affirmationes ſibiinuicem
conuertuntur,neceſſe eſt negationes ſibiinuicem conuerti,ut ſi homo,& riſibile
conuertuntur,& non homo & riſibile conuertuntur,& ideo ſequitur neceſſario, Si affirma
ſi Socrates non uidet ſe uidentem ſe,ſequitur ergo Socrates non uidet ſe per lo- tione con-
cum a conuertibili,ergo a primo , ſi Socrates non uidet aliquem hominem ui- uertunt̃,&
dentem ſe,ergo non uidet ſe,& hęc eſt altera pars contradictionis, & hoc mo- negatiões.
C do.Socrates uidet omnem hominem non uidentem ſe,& ipſe non uidet ſe,ergo
uidet ſe,& ſic uidet ſe,& non uidet ſe , hæc autem contradictio , & ſequitur ex
duabus exponentibus,primæ duæ exponentes primæ intelliguntur in prima,&
contradictio intelligitur in prima,& ſic prima claudit intra ſe contradictionem.
Item illud uniuerſale oſtenditur alia ratione,quia ſequitur, ſi Socrates non ui-
det aliquem uidentem ſe,ergo Soctates uidet nullum uidentem ſe,quia non ali
quem,& nullum æquipollent,ſicut non aliquis,& nullus,ergo nullus homo ui-
dens ſe uidetur a Socrate , conuertendo actiuam in paſſiuam,ergo non Socra-
tes non uidet ſe,quia ſi Socrates uideret ſe iam aliquis homo uidens ſe uideretur
tur a Socrate,& dicebant,ꝙ nullus homo , ergo a primo,ſi Socrates non uidet
ſe,& ſic habetur altera pars contradictionis,ex qua eſt altera poſita, ſequitur
reliqua pars contradictionis ſicut prius , quare prima habet in ſe contradictio-
nem,quod concedimus.

D Item probatio quod prima eſt uera,hæc.ſ.Socrates uidet tantum omnem ho
minem non uidentem ſe.Ponatur,ꝙ Virgilius,Socrates,& Plato ſunt homines
non uidentes ſe tantum,& homines alii uident ſe,& ponatur cum hoc,quod So
crates uideat tantum illos tres,tunc hæc,omnis homo non uidet ſe, conuerti-
tur cum his tribus ſingularibus , Virgilius non uidet ſe, Socrates non uidet ſe,
Plato non uidet ſe,& iſtæ tres inſimul ſumptæ conuertuntur cum illa,quia ſequi
tur,omnis homo non uidens ſe legit,ergo hic,& iſte legit & ecõuerſo,ſed Socra
tes uidet tantũ illos tres, ergo Socrates uidet tantum omnem hominem non ui
dentem ſe,per locũ a conuertibili,quia ab uno conuertibili ad alterum ſequit̃
cum dictione excluſiua ut tantum riſibile , ergo tantum homo , ergo hæc eſt
uera,Socrates uidet tantum omnem hominem non uidentem ſe.Item ad idem.
Poſito

Poſito φ ſint tres homines cæci, & alij uideant ſe, tunc illæ duæ conuertuntur, omnis homo cæcus, & omnis homo non uidens ſe, ſed poſſibile eſt Socratem uidere tantum omnem hominem cæcum, ergo poſsibile eſt Socratem uidere tantum omnem hominem non uidentem ſe, ergo prima eſt poſsibilis. Solutio. Dico φ prima eſt falſa, & impoſsibilis, ſicut prius dictum eſt, quia ponit contradictionem, ut prius patuit duplici ratione. Ad primam autem poſitionem dicendum φ ponit duo incompoſsibilia, & concedo φ utrumq; eorum ſit poſsibile ſecundum ſe. ambo in ſimul ſunt impoſsibilia, quia hoc eſt poſsibile φ ſint tantum iſti tres homines non uidentes ſe, & aliquid ſimiliter ſecundum ſe eſt poſsibile. ſ φ Socrates uideat tantum iſtos tres, ſed ambo in ſimul ſunt impoſsibilia, quod ſic patet. quia cum ponit φ iſti tantum tres ſint non uidentes ſe, & hic ponit quod Socrates uideat ſe, cum non ſit de numero illorum, & qn ponit, φ Socrates uideat tantum illos tres in hoc poterit quòd Socrates non uideat ſe φ non ſit de illis, ita ponit quòd Socrates uideat ſe, & non uideat, & ita illa duo ſimul ſumpta ponunt contradictionem, & ideo ſunt incompoſsibilia. Ad aliud autem dicendum quòd hæc eſt uera ſecundum ſe, poſsibile eſt Socratem uidere tantum omnem hominem cæcum, ſed non eſt poſsibile, poſito φ homo cæcus conuertatur cum homine non uidente ſe, quia ſi Socrates uidet omnem hominem cæcum, tunc non uidet, ſi homo cæcus conuerteretur cum homine non uidente ſe, tunc Socrates uidet ſe, quòd non ſit cæcus, & a quocunq; remouetur unum conuertibilium & reliquum, & ſic ponit contrarium in hac ſecunda ratione φ Socrates uideat ſe, & φ non uideat ſe, & ſic non eſt uerum, ſed præmiſſa eſt impoſsibilis cum ipſam ſequatur exponibile impoſsibile. B

Vtrum dictio excluſiua adiuncta parti integrali totum excludat, & econtra. Cap. V.

C

SEptima quæſtio eſt utrum dictio excluſiua adiuncta parti integrali excludat totum uel econuerſo, & adiuncta minori numero excludat maiorem, uel eco uerſo. & u detur quòd adiuncta toti integrali poſsit excludere partem, quia ſequitur, domus ualet tantum centum libras, non ergo paries, ergo adiuncta toti excludit partem quòd econuerſo, ut ſi tantum paries eſt albus, non ergo domus. Sed contra. propoſitio excluſiua ſemper ponit ſuam præiacentem eſſe ueram, ut tantum domus eſt colorata, ergo domus eſt colorata, ſed ſi domus eſt colorata, ergo paries eſt coloratus, quia poſito toto integrali ponitur quælibet eius pars, ergo a primo, ſi tantum domus eſt colorata, paries eſt coloratus, ergo dictio excluſiua adiuncta toti non excludit partem. Et dicendum eſt quòd tria genera accidentium reperiuntur in toto integrali, & in ſua parte. quia quædam accidentia ſunt quæ tantum conueniunt toti integrali, ut eſſe compoſitum ex partibus integralibus, & habere partes omnes ſecundum quantitatem, & propter hoc anima non eſt pars integralis hominis, ſed eſſentialis, & ualere centum libras conuenit toti & non parti. Alia ſunt accidentia, quæ conueniunt tantum parti, & non toti, ut eſſe minus, uel ſequi ex toto integrali, uel partibus ut coniungi alij quanto ad faciendum maius ſecundum quantitatem. Tertio autem modo ſunt accidētia, quæ indifferenter conueniunt toti & parti, ut album, & nigrum, calidum, & frigidum, humidum, & ſiccum, & conſimilia, & in primo genere accidentium dictio excluſiua adiuncta toti integrali excludit partem, ut domus ualet centum libras, non ergo paries, & in aliis duobus generibus accidentium dictio excluſiua parti adiuncta ſemper excludit totum & non econuerſo. Item quæritur de hoc ſophiſmate. A ſolo Socrate differt quicquid non eſt Socrates, uel pars Socratis.

Not. dictū pro ſol.

D

Sophiſma.

A cratis. Probatio. A Socrate differt quicquid non eſt Socrates, uel pars Socratis, & non ab alio quam a Socrate differt quicquid non eſt Socrates, uel pars Socratis, ergo a ſolo Socrate differt &c. Contra. A ſolo Socrate differt quicquid non eſt Socrates, uel pars Socratis, ſed Plato non eſt Socrates, uel pars eius, ergo Plato differt a ſolo Socrate, quod eſt falſum. Solutio. Prima eſt falſa & altera probantium eſt falſa, hæc ſcilicet non ab alio quam a Socrate differt quicquid non eſt Socrates, uel pars Socratis, quia ſua contradictoria eſt uera, hæc ſcilicet ab alio a Socrate differt quicquid non eſt Socrates, uel pars Socratis. Et ſi quærat aliquis a quo alio, dicendum eſt, ꝙ nulla quæſtio, quia ille terminus alius, non tenetur determinate pro uno, ſed communiter pro pluribus ſicut hic, poſito ꝙ omnis homo uideat proprium equum, tunc hæc eſt uera, omnis homo uidet equum, nec tamen eſt quærere quem equum uideat, quia ille accuſatiuus, equum, non tenetur pro uno determinate, ſed communiter pro pluribus. Solutio.

B Item uidetur ꝙ dictio excluſiua adiuncta toti uniuerſali poſſit excludere partem eius, ſiue addita maiori numero, poſſit excludere minorem, quia omnes numeri ſunt ſpecie differentes, ut binarius, trinarius, quaternarius, & ſic de aliis, quia ſunt diuerſæ ſpecies ex oppoſito condiuidentes numerum, qui eſt genus omnium ſpecialium numerorum, ergo dictio excluſiua adiuncta uni ſpeciei numeri excludit omnes alias, ergo ſi dictio excluſiua addatur maiori numero, excludit quemlibet minorem, quia addita quinario excludit quamlibet aliam ſpeciem, ergo quamlibet minorem ſpeciem. Colligitur

Sed contra. Quilibet numerus maior ponit ſemper ſuam partem, & ideo dixit Ariſto. ꝙ ſi duo ſunt, unum eſt ergo minor numerus intelligitur ſemper in maiori, ſed dictio excluſiua non remouet quod intelligitur in ſua præiacente, ergo dictio excluſiua addita maiori numero non excludit minorem. Solutio, Numerus ſumitur duobus modis, ſicut & quodlibet aliud totum, quia uno modo ſumitur numerus ratione ſuæ totalitatis, ſiue ratione ſuæ aggregationis, & ſic dictio excluſiua addita maiori numero excludit quemlibet minorem, ut tantum decem ſunt paria, non ergo octo ſunt paria, nec quinque, nec quatuor, & excludit omnes ſuperiores, ut ſi tantum decem ſunt paria, non ergo duodecim ſunt paria, & ſimili modo de aliis aſcendendo. Alio autem modo ſumitur non ratione ſuæ totalitatis, ſiue totius ſuæ aggregationis, ſed ratione eorũ, ex quibus conſtat, ſiue ex quibus fit, & ſic dictio excluſiua adiuncta maiori numero non excludit minorem. immo potius ponit. unde ſequitur, tantũ decem currunt, non ergo octo currunt, uel ſex, immo potius oppoſitum ſequitur, quia ſi tantum decem currunt, ſequitur ꝙ octo currant, & etiam ſex currant, & ſic patet ꝙ dictio excluſiua addita maiori numero uno modo excludit minorem, & alio modo non. Sed addita minori numero ſemper excludit maiorem, unde de parte integrali & de parte in quantitate, & de parte in loco, & de parte in tempore, & de parte numerali talis datur regula. Quotieſcunque dictio excluſiua additur parti ſemper excludit ſuum totum, excepto toto uniuerſali, & toto in modo.

hoc. 2. Elẽ. cap. 5.

C

D Regula.

Ad argumenta prædicta facilis eſt ſolutio, quia primum argumentũ accipit ſpecies ratione ſuæ totalitatis, ſiue ratione ſuæ aggregationis, & ſic dictio excluſiua addita uni ſpeciei numeri excludit omnes alias. Secundum autem argumentum accipit ſpecies numeri ratione eorum ex quibus eſt numerus.

Circa prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. Solis tribus ſola duo ſunt pauciora. Probatio. Tribus ſola duo ſunt pauciora, & non aliis quam tribus ſola duo ſunt pauciora, ergo prima uera. Contra. ſolis tribus ſola duo ſunt pauciora, ergo ſolis tribus duo ſunt pauciora, & non aliis. ſ. quatuor, uel quinque, quod eſt falſum. Solutio. prima eſt duplex, quia poteſt exponi per excluſionem exiſtentem Sophiſma aliud.

tem in obliquo,& ſic eſt uera, uel poteſt exponi per excluſionem exiſtentem in E rectitudine,& improbatur, & tunc altera de exponentibus eſt falſa,hæc, ſcilicet ſolis tribus duo ſunt pauciora,cũ duo ſint pauciora omnibus aliis numeris aſcendendo,& ita non ſolum duo ſunt pauciora tribus. Vnde ſolet dari talis regula.

Regula. Quotieſcunque duo ſincategorematica ponuntur in eadem locutione ſeipſa attingentia, duplex eſt locutio,eo quòd unum poteſt eſſe determinatio alterius, uel econuerſo,& hoc eſt,quod ſolebant dicere antiqui, quòd unum poteſt includere alterum,uel includi ab eo,uel excludere alterum,uel excludi ab eo. Et nota quòd in numeris eſt duplex aſcenſus,quia unus eſt cauſarum, & alius eſt quantitatis, ſiue augmenti quantitatis in quantitate. unde loquendo de aſcenſu cauſarum omnes minores numeri ſunt ſuperiores maioribus, quia omnes minores ſunt cauſæ maiorum numerorum. unde quanto minor eſt numerus tanto eſt ſuperior,quia inquantum eſt prior,eſt cauſa, & omnis cauſa eſt ſuperior, & ideo ſupremum principium in numeris eſt unitas,& ſic de maioribus numeris,loquendo de aſcenſu cauſæ,ſemper eſt aſcendere a maioribus numeris ad minoré quolibet,& ultimo ad unitaté,econuerſo aũt eſt deſcendere. Sed loquẽdo de aſcẽſu quantitatis,ſiue de aſcenſu augmẽti quantitatis,tunc maiores numeri ſunt ſuperiores,& minores inferiores cum ſit maior quantitas in numeris maioribus q̃ in minoribus, hoc modo eſt aſcenſus a minori numero ad maioré, econuerſo auté deſcenſus eſt,& ſic aſcenſus, & deſcenſus fiunt dupliciter in ordine numerorum, F

Aſcenſus in numeris duplex.

De dictione ſolus,& tantum diſcrimen. Cap. V.

HIs habitis habentur ſex quæſtiones, quę fiebãt circa quartam quęſtionem, quæ erat deſcendendo ad ultimam excluſionis.i. quæ erat in ea quæ debent excludi. Conſequenter quæritur de quinta quæſtione, quæ fiebat in principio huius tractatus de differentia harum dictionum,ſolus, & tantum, qualiter differunt in ſuis excluſionibus. Et dicendum quòd hæc dictio ſolus excludit ſemper ab aliquo cauſali,ſiue ponatur in ſubiecto ſiue in prædicato, ut ſolus Socrates currit,id eſt Socrates currit,& nullus alius.In prædicato autem,ut ego do ſolum tibi denarium id eſt do tibi denarium,& nullam aliam rem. Sed hæc dictio tantum album currit ab aliquo caſuali, ut tantum Socrates currit, uel tantum album currit,uel tantum legens currit,id eſt Socrates currit, & nullus alius currit,& ſic de aliis. Aliquando autem excludit ab aliquo actu reliquos actus,ut cũ dicitur Socrates tantum legit,& nihil aliud facit. G

Sed contra. hæc dictio tantum eſt aduerbium, ergo ſemper excludit ab actu, quia aduerbium ſemper natum eſt determinare uerbũ,& ſemper ferri ad ipſum. Et dicendum quòd ſicut duplex eſt diſpoſitio ſubſtantiæ, quia una eſt diſpoſitio ſubſtantię ſecundum ſe,& abſolute,ut albus,niger, & conſimilia. eſt autem alia diſpoſitio ſubſtantiæ mediante actu, ut cum dicitur, ille incedit ſuperbus, hæc dictio ſuperbus, in hac oratione dicit ſuperbiam, quæ ſubeſt per actum. Similiter duplex diſpoſitio eſt actus, quia quædam eſt diſpoſitio actus ſecundum ſe & abſolute,ut bene, & male,& uelociter, & talis diſpoſitio actus ſemper determinat actum abſolute.& non mediante ſubſtantia ut bene legit, uelociter currit,Alia eſt diſpoſitio actus mediante ſubſtantia,ut tantum,tantummodo,ſolus, ſolummodo. & tales diſpoſitiones actus, aliquando determinant actum abſolute, aliquando mediante ſubſtantia, & ideo,quando hæc dictio tantum determinat actum abſolute,tunc excludi ab aliquo,ipſo actu,alios actus,quando uero determinat actus mediante ſubſtantia, tunc excludit ab aliquo, ipſo caſuali, ut patuit in exemplis ſupradictis. H

Sophiſma. Item quæritur de hoc ſophiſmate. Solus Socrates excluditur; poſito q̃ ſolus

excludatur

A excludatur ab aliquo ſubiecto reſpectu alicuius prædicati, & nullus alius excludatur Probatio primæ, Socrates excluditur & nullus alius a Socrate excluditur, ergo Socrates excluditur. Cōtra hæc eſt propoſitio excluſiua, in qua excludūtur omnes alii a Socrate, non ergo ſolus Socr. excluditur. Solutio. prima eſt ſimpliciter uera, & propoſitio peccat ſecundum quid, & ſimpliciter, quia quamuis prima ſit excluſiua ſimpliciter, tamen ſua excluſio ſit reſpectus huius actus excludi. Sed quod excluditur ab excluſione non excluditur, ſicut quod priuatur a priuatione non priuatur, quia priuare priuationem, hoc non eſt priuari, ſed potius dare habitum, ut priuare cæcitatem, non eſt priuare, ſed dare uiſum, & ſic priuari a priuatione non eſt priuari, & excludi ab excluſione non eſt excludi. Item uidetur, quòd ſolus debet reſtringere terminum cui adiungitur. Probatio per quandam regulam prius datam. Omne adiectiuum, non diminuens, nec habens naturam ampliandi adiunctum ex eadem parte termino communi, reſtringit

B terminum cui adiungitur, ſed hæc dictio ſolus eſt talis, ergo terminum reſtringit cui adiungitur. Et dicendum, quòd regula debet intelligi de adiectiuis ſpecialibus, ut ſunt albus, niger, & conſimilia, & non de adiectiuis generalibus, quia adiectiua generalia non reſtringunt, eo ꝙ reſtringens debet eſſe minus commune, ſed ſolus eſt adiungibile rebus omnium generum, & ideo nō poteſt reſtringere. Vel dicendum eſt ꝙ quædam ſunt adiectiua, quæ imponuntur ab aliqua qualitate ſpeciali, ut albus de albedine, niger a nigredine, & talia reſtringunt, quia qualitates a quibus ſumuntur ſunt ſpeciales. Alia autem ſunt adiectiua, quæ imponuntur a ſubſtantia oblique ſumpta, ut ſolus. Solus enim eſt non cum alio. unde in eo intelligitur ille ablatiuus alio ſignificans ſubſtantiam diuerſam in obliquitate, & talia non reſtringunt.

Item poſito, quòd ſolus Socrates ſcia hoc enunciabile, equum eſſe animal, & ipſe etiam cum Platone, & cum aliis multis ſciat alia multa, enunciabilia, Sophiſma.

C quæritur de hoc ſophiſmate. Solus Socrates ſcit aliquod enunciabile, quod non omnis alius a Platone ignorat. Probatio Socrates ſcit aliquod enunciabile, alius a Platone ignorat, ergo uel omnis alius, ſi omnis alius, ergo ſolus Socrates ſcit aliquod enunciabile, quod omnis alius a Platone ignorat, ergo Socrates ſcit aliquod enunciabile quod ipſe ignorat, quod eſt falſum. Si non omnis alius, ergo Socrates ſcit aliquod enunciabile, quod non omnis alius a Platone ignorat, & hæc eſt prima. Contra. alius a Socrate ſcit aliquod enunciabile, quod non omnis alius a Platone ignorat, ſicut unum dici communiter ſcitis, non ergo ſolus Socra. ſcit &c.

Solutio. prima eſt uera ſimpliciter, & iſtæ duæ. Alius a Socra. ſcit aliquod enunciabile, quod non omnis alius a Platone ignorat, & non ſilius a Socrate ſcit aliquod enunciabile, quod non omnis alius a Platone ignorat, contradicunt uno modo, & alio modo, non, quoniam hoc quod dico, aliquod enunciabile ſup-

D ponit indefinite per implicationem ſequentem, quæ poteſt reſtringere pro diuerſis, cum ponatur in eo hoc relatiuum diuerſitatis. ſ. alius indefinite ſumptus. Vnde in prima, hoc ꝙ dico, aliquod enunciabile, ſupponit ſolum pro hoc enunciabili. ſ. equum eſſe animal, & hoc relatiuum alius pro Socrate ſolo, unde concedo, ꝙ ſolus Socrates ſcit aliquod enunciabile, & nullus alius a Socra. cum autem dixit in probatione. Alius a Socrate, &c. tunc quod dico, aliquod enunciabile, non ſupponit pro eodem enunciabili, ſed pro alio. unde non contradicunt, ſi pro eodem ſupponerent tunc contradicerent.

De

De Exceptiuis dictionibus.

A

DICTO de excluſiuis,ſequitur de exceptiuis,ut præter præterq́,& niſi. Et primo quid ſignificet dictio exceptiua. Secundo propter quid dicatur dictio exceptiua. Tertio quæ & quot ſunt cauſæ,quæ exiguntur ad exceptionem. Quarto quam habitudinem,ſiue quam operationem denotet dictio exceptiua. Quinto cum excipiat ſemper partem multitudinis,a qua multitudine debeat excipere. Sexto utrum propoſitio exceptiua ſit uniuerſalis, uel ſingularis. Septimo quomodo ſumatur ſub ea ſiue quomodo ſit ſub ſyllogiſmo. Octauo & ultimo quæritur de conſtructione ipſius.

De ſignificatione exceptiuæ dictionis. *Cap.* I.

CIrca primum nota,ꝙ hæc dictio præter non ſignificat exceptionē,ſicut quidam dicunt,neque ut conceptam ueque ut exercitam. Quod probatur eiuſdem rationibus quibus oſtendebatur prius quod hæc dictio ſolus non ſignificat, neque ut conceptam,neque ut exercitam. Item oſtenditur per hoc ꝙ neutro modo ſignificat exceptionem hæc dictio præter, quia nulla propoſitio ſignificat affectum uel exercitum,ſed tantum ſignificat habitudinem caſualem ad actum, ergo dictio præter non ſignificat exceptionem, ut affectam uel ut exercitam. Et quod non ſignificat eam ut conceptam, patet ſicut prius de dictionibus excluſiuis,& ſic hæc dictio præter nullo modo ſignificat exceptionem. Quod concedimus,dicentes,ꝙ hæc dictio præter ſignificat inſtantiam in parte.ſiue totum non eſt hoc,& ideo dicitur dictio inſtantiua. Sed tunc obiicitur, ꝙ cum inſtantem ſit propoſitio propoſitioni contraria,ut eſt in fine ſecundi Priorum hæc autem eſt uniuerſalis aut particularis,ergo contingit inſtantiam fieri non ſolum in parte,ſed etiam in toto,ergo ſicut habemus dictionem inſtantiuam in parte, ſicut præter,ita debemus habere dictionem inſtantiuam in toto. Quod concedimus dicentes,ꝙ dictiones exceptiuæ,ut præter,& conſimiles, ferunt in parte dictiones uero exceptiuæ, ut tantum,ſolus & conſimiles ferunt inſtantiam in toto,& ꝙ iſte remouent partem a toto,ut omnis homo præter Socratem currit, illæ uero econtrario remouent totum a parte, ut tantum Socrates & nullus aliud homo, & ſic patet primum. Secundi uero patet ſolutio propter dicta, quia hæc dictio præter,& conſimiles dicuntur exceptiuæ,non ab exceptione ſignificata, ut obiectum eſt,ſed ab exceptione exercita, ſicut ſolus & tantum dicuntur excluſiue ab excluſione non ſignificata,ſed exercita.

B

Cap.16.& 27. & ibi Docto.

C

Cap.2.

Quæ & quot nam ſint cauſæ ad exceptionem requiſitæ. *Cap.* II.

D

CIrca tertium quæritur quæ & quot ſunt cauſæ,quæ exiguntur ad exceptionē. Videtur quod ſint tria,quia non poteſt fieri exceptio niſi aliquid excipiatur ab aliquo,& reſpectu alicuius,ut cum omnis homo præter Socratem currit, Socrates eſt exceptus, & hæc diſtributio omnis homo eſt illud a quo excipitur, & iſte actus, qui eſt currere,eſt illud reſpectu cuius excipitur, ergo iſta tria neceſſaria ſunt ad exceptionem. Et dicendum quòd quinque exiguntur ad exceptionem. Vnum eſt excipiens, & hæc eſt anima, & alterum eſt inſtrumentum excipiendi,& hæc eſt dictio exceptiua, ut præter & conſimiles, & etiam exiguntur illa tria,de quibus obiiciebatur.ſ.quod excipitur, & a quo excipitur,& reſpectu cuius excipitur. Vnde prædicta tria, de quibus obiiciebatur exiguntur,ſed non ſufficiunt

Quinque ad exceptionē exiguntur.

A ſufficiunt ad exceptionem,quare prædicta quinque concurrent ad hoc,quòd fiat
exceptio.Sed obi citur,quod hæc dictio præter non ſemper tenetur di minutiue,
ſicut quidam dicunt,quia hæc eſt uera,Decem præter unum ſunt nouem,ſed ex
denario non poteſt fieri nouenarius,niſi per diminutionem denarij numeri,ergo
oportet,quòd hæc dictio præter,teneatur ibi diminutiue.& ſic hęc dictio ęquiuo
catur ad exceptionem & ad diminutionem.Sed contra,Omnis pars eſt ſemper in
ſuo toto ſecundum habitudinem , per quam eſt pars , ut ſi in actu eſt pars,& ſe-
cundum actum eſt in ſuo toto,& ſi in habitu eſt pars & ſecundum habitum eſt in
toto,ergo pars,ſecundum,quòd eſt pars,non poteſt eſſe extra ſuum totum,ergo,
ſi ponatur extra totum,tunc non erit extra ſe ſecundum ſe,ſed reſpectu alicuius
tertii.ſed ſicut unitas eſt pars denarij, ita eſt pars decem , ergo unum non poteſt
excipi a decem,ut reſpectu alicuius tertii,ergo,cum dicitur decem pręter unum
ſunt nouem,ibi eſt,quod excipitur,quia unum,& a quo excipitur,quia decem,&
B reſpectu cuius,quia reſpectu huius ſcilicet eſſe nouem,& etiam excipiens, quod
excipit,quia intellectus,& inſtrumentum,per,quod excipit,quia dictio exceptiua,
ergo ibi ſunt prædictæ quinque cauſæ quæ ſufficiunt ad exceptionem,ergo tene-
tur ibi exceptiuæ,ergo ſemper tenetur exceptiue,quod concedimus.

Quam habitudinem dicat dictio exceptiua. Cap. III.

CIrca quartum quæritur in hunc modum . Cum ubicunque eſt exceptio exci-
piatur aliquid ab aliquo , quod fert inſtantiam ſecundum partem ei a quo
excipitur,neceſſe eſt,ergo,quòd illud,quod excipitur ſit pars eius a quo excipit,
& etiam non ſit ſecundum actum in eo a quo excipitur.Sed,cum pars ſubiectiua
& pars in modo non ferant inſtantiam contra ſuum totum, quia non ſunt actua
liter in ſuo toto,ideo neutra harum partium poteſt excipi a ſuo toto,ergo opor-
tet,quòd dictio exceptiua dicat habitudinem partis actualis exiſtentis in ſuo to
C to ad ſuum totum , & ideo omnes iſtæ orationes ſunt incongruæ , homo præter
Socratem currit,Plato præter Socratem currit, quia exceptiua non eſt actualiter
pars eius a quo fit exceptio , & ita dictio exceptiua non reperit habitudinem ad
quam actualiter ordinatur. Item nulla pars eſt inſtantiua contra ſuum totum,
niſi per ſui negationem contradicat ei , ſed pars ſubiectiua per ſui negationem
non contradicit toti,quia Socrate non exiſtente, adhuc homo eſt, & ſimiliter de
parte in modo, ergo relinquitur, quòd partes aliorum generum omnium con-
tradicunt ſuo toti per negationem , ſed iſtæ ſunt in ſuo toto actualiter ut patet in
toto integrali, & in toto in quantitate, ergo hæc dictio præter , dicit habitudi-
nem partis actualiter exiſtentis in ſuo toto ad ſuum totum. Item nulla pars fert
inſtantiam ſuo toti, niſi ſequatur ad ipſum, ſed nulla pars ſequitur ſuum totum
niſi actualiter ſit in ipſo , ergo hæc dictio præter , dicit comparationem partis
actualiter exiſtentis in toto ad ſuum totum,quod concedimus.Ex his patent plu Regulæ ad
D res regulæ. Prima talis eſt . Oportet exceptum ſecundum naturam actualiter exceptio-
contineri in eo , a quo fit exceptio , & remoueri ab ipſo reſpectu prædicati uel nem neceſ
alicuius tertii , ut hic omnis homo præter Socratem currit . Secunda regula ta ſariæ.
lis eſt. Quotieſcunque tot excipiuntur, quot ſupponuntur,locutio eſt impropria
& falſa, ut omnis homo præter omnem hominem currit.cum enim exceptio nõ
ſtet in ratione partis non reperit dictio exceptiua comparationem quam exigit,
& ſic ibi eſt improprietas. & cum prædicatum ponatur in quolibet,& remouea
tur a quolibet oportet ipſam eſſe falſam. Tertia regula talis eſt. Contra poſitio-
nem totam falſam non eſt dare inſtantiam , ut omnis homo præter omnem ho-
minem eſt lapis,propoſitio autem tota falſa eſt,quæ eſt contraria ueræ , ut uult
Ariſto.in ſecundo Priorum,ut omnis homo eſt aſinus, hæc eſt contraria ueræ.i. Cap. 26.
habet

habet falſitatem, pro qualibet ſui parte. unde a tali non poteſt fieri exceptio, E quia oporteret accipere quamlibet partem,& ſic omnia exciperentur quæcunq; ſuppoſita eſſent, quæ eſt contra ſecundam regulam.

Sophiſma.

Secundum prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. Omne animal, præter hominem, eſt irrationale propoſitio hæc eſt falſa, omne animal eſt irrationale, & non eſt inſtantia, niſi in homine. ergo facta exceptione pro illo erit uera, ergo hæc eſt uera, omne animal præter hominem eſt irrationale. Contra. Omne animal præter hominem eſt irrationale, ergo omne animal præter hunc hominem eſt irrationale, quod falſum eſt. Solutio. Prima eſt uera,& probatio bene tenet, ſed improbatio peccat ſecundum figuram dictionis a ſimplici ad perſonalem, quia iſte accuſatiuus, hominem, poſitus poſt dictionem exceptiuam, habet ſimplicem ſuppoſitionem, cum ſit terminus communis, cum dicit, omne animal præter hominem eſt irrationale, ſed cum dicit, ergo animal præter hunc hominem eſt irrationale, ſed cum dicit, ergo omne animal præter hunc hominem, iſte accuſatiuus, præter hunc hominem, habet perſonalem ſuppoſitionem, F & ſic eſt in figura dictionis. Item eſt conſequens ab inferiori ad ſuperius cum diſtributione, ſicut hic omnis homo, ergo omne animal, quia in hac propoſitione omne animal præter hominem eſt irrationale, iſta diſtributio, omne animal, cõprehendit in ſe omne aliud animal ab homine. Sed cum dicitur, omne animal præter hunc hominem, iſta diſtributio, omne animal comprehendit in ſe omne aliud animal ab uno homine,& ita comprehendit omnia animalia, quæ prius comprehendebat,& etiam omnes homines alios ab illo homine,& ſic argumentatur, ſicut hic, omne animal aliud ab homine, ergo omne animal aliud ab illo homine.

Idem autem iudicium eſt & de hoc ſophiſmate, omne animal præter ſanum eſt ægrum. omnis quantitas præter continuam eſt diſcreta. omne corpus præter animatum eſt inanimatum, omne præter uerum eſt falſum. G

A qua multitudine dictio exceptiua excipiat. Cap. IIII.

Duplex eſt multitudo a qua excipit dictio exceptiua.

CIrca quintum quæritur a qua multitudine debet excipere dictio exceptiua, quia non excipit indifferenter a quacunque multitudine. Nihil.n. eſt dictũ, homines præter Socratem currunt, ergo non excipit a multitudine quæ eſt in nomine pluralis numeri,& etiam nihil eſt dictum, turba præter Socratem currit, ergo non excipit a multitudine collectiui. Et dicendum eſt, ꝙ duplex eſt multitudo, quia quędam eſt multitudo, quę eſt modus intelligendi,& hæc eſt in nomine pluralis numeri. Omnia enim accidentia partium orationis ſunt modi intelligendi,& ab hac multitudine, quæ eſt modus intelligendi, non excipit dictio exceptiua. Alia autem eſt multitudo quæ non eſt modus intelligendi, ſed eſt multitudo rei,& iterum hæc eſt duplex, quia quædam eſt potentialis,& hæc eſt in quolibet uniuerſali, quia quodlibet uniuerſale in potentia habet in ſe ſua H indiuidua,& iterum ab iſta quæ eſt multitudo potentialis, non excipit dictio exceptiua,& ideo nihil eſt dictum, homo præter Socratem currit. Alia eſt multitudo rei, quæ eſt multitudo actualis,& hæc eſt in toto in quantitate, quando uniuerſale quod ſumitur uniuerſaliter continet ſub ſe plura indiuidua ut omnis homo uel omne animal. Talis autem multitudo eſt in toto integrali,& in aliis totis habentibus naturam horum. Et ab hac multitudine excipit dictio exceptiua quæ eſt multitudo actualis, quia hanc exigit. Quod ſic probatur per tres rõnes. Dictum eſt enim in prædictis, ꝙ dictio exceptiua ſemper excipit partem actualiter exiſtentem in ſuo toto, ergo cum oporteat partem aliquam uel aliquas relinqui in ipſo toto, quia non poſſunt tot excipi quot ſupponuntur, oportet tũc

quod

A quòd illa alia pars,uel ille aliæ partes actualiter ſint in ſuo toto, ergò dictio exceptiua ſemper excipit a multitudine partium actualiter exiſtentiũ in ſuo toto, uel partes,in quas diuiditur totum.Item oẽs partes in quas diuiditur totum ita ſe habent ad totum,ꝙ ſi una eſt actualiter & omnes aliæ,& ſi una eſt potentialiter,& omnes aliæ,ut patet inductione in toto uniuerſali, & in toto integrali,& quolibet alio toto,ſed dictio exceptiua nata eſt excipere partes in quas diuidĩ totũ,ſed excipit partem actualiter exiſtentem in toto,ergo oportet ibi aliam partẽ uel alias partes actualiter exiſtere, ergo dictio exceptioa excipit multitudinẽ partium actualiter exiſtentium in ſuo toto. Item dictio exceptiua in actu excipit.ergo in actu inuenit,quod excipit a toto,ſed non inueniret in actu niſi in toto eſſet actualiter,ergo dictio exceptiua,quod excipit actualiter eſt in toto, ſed nihil actualiter eſt in toto niſi pars actualis , ergo dictio exceptiua ſemper excipit partem actualiter exiſtentem toto,& idem eſt quod prius.Quòd autẽ dictio

B exceptiua excipiat a quolibet toto habẽte in ſe multitudinem actualem , patet inductione in quolibet toto,& primo patet in toto in quantitate , ut omnis hõ præter Socratem currit,hoc eſt a toto in quantitate excipitur pars eius.Et etiam in hoc ſophiſmate.Omnis homo præter Socratem excipitur, poſito ꝙ oẽs alii a Socrate excipiantur reſpectu alicuius prædicati & Socrate non . Probatio primæ,hæc eſt falſa,omnis homo excipitur, & non eſt inſtantia niſi in Socrate,ergo facta exceptione pro illo erit uera , ergo hæc eſt uera, omnis homo præter Socratem excipitur . Contra . In hac propoſitione dictio exceptiua adiungitur Socrati,ergo excipit ipſum reſpectu prædicati, ergo Socrates excipitur,ergo prima eſt falſa Solutio.prima eſt uera ſimpliciter,& improbatio peccat ſecundum quid & ſimpliciter,quia excipere ab exceptione,non eſt excipere ſimpliciter,ſed ſecundum quid,ſicut priuari a priuatione non eſt priuari ſimpliciter,ſed ſecundum quid,immo potius eſt dare habitum,ut priuare a cæcitate eſt dare uiſum,

C ergo excipi ab exceptione nõ eſt excipi ſimpliciter,ſed ſm quid.Et ideo licet Socrates excipiatur ab hoc prædicato excipi, ſicut eſt in prima,non tamen excipitur,& ideo eſt ibi quid,& ſimpliciter,& ſic patet, ꝙ exceptio ſit a toto in quantitate.Patet etiam quod ſit a toto integrali,ut tota domus præter parietẽ eſt alba, & totus Socrates præter pedem poteſt contineri ab arca, poſito ꝙ Socrates poſſit intrare arcam,ita ꝙ arca non poſſit recipere pedem cum eo.Probatio primę, hæc eſt falſa,totus Socrates poteſt contineri ab arca,& non eſt inſtantia niſi de pede Socratis,ergo facta exceptione pro illo erit uera , ergo hęc eſt uera,totum Socrates præter pedem contineri ab arca . Contra,pes Socratis poteſt ab arca contineri , non ergo totus Socrates præter pedem poteſt contineri ab arca, ergo prima falſa. Solutio.Prima eſt uera ſimpliciter , & improbatio peccat ſecundum accidens,quia duplici de cauſa pars accipitur a toto reſpectu prædicati.An quando excipitur pars a toto reſpectu prædicati, eo quòd pars ſecun-

D dum ſe non uere ſubiicitur ſuo prædicato,ut hic ,omne animal præter hominẽ eſt irrationale,homo excipitur a ſuo toto, quod non uere ſubiicitur irrationali, hæc enim eſt falſa , homo eſt irrationale . Aliquando autem pars excipitur a ſuo toto , eo ꝙ quamuis recipiat prædicatum ſecundum ſe , non tamen recipit ꝓut eſt in ſuo toto, & ſic pes bene poteſt locari ſecundũ ſe in arca , ſed prout eſt unita ſuo toto ſiue cum ſuo toto non poteſt locari in arca.Vnde, cum dicit improbando,pes Socratis poteſt contineri ab arca,non ergo totus Socrates præter pedem poteſt contineri ab arca peccat ſecundũ accidens,quia quãuis pes poſſit contineri ab arca ſecundum ſe,non tñ prout eſt in toto.Sicut hic cognoſco Choriſcũ,non ergo ignoto uenientẽ.licet.n.Cognoſco Choriſcũ ſecundũ ſe, ignoro tñ ipſum,ut eſt uenĩens,& ſic eſt ibi accidens.Item ꝙ a toto in loco partis poteſt

fieri exceptio, ut pluit ubique præterquam hic. Et etiam a toto in tempore ut currit ſemper præterquam heri, & ſic patet, q dictio exceptiua excipit ſemper a toto habente in ſe multitudinem actualem. Patet etiam hic in toto numerali, pats ut decem præter unũ currunt, & etiam in hoc ſophiſmate. Decem præter quinq; ſunt qinque, quod ſic probatur, hæc eſt falſa, Decem ſunt quinq; & non eſt inſtantia niſi pro quinq;, ergo facta exceptione pro quinq; erit uera, ergo hæc eſt uera. Decem præter quinque ſunt quinque Contra decem præter quinque ſunt quinque, ergo quinque non ſunt quinque, quia prædicatum ſemper remouetur ab excepto. Solutio. prima eſt ſimpliciter uera & probatio ſecundũ accidens, quia ſicut pars duobus modis cauſat falſitatem in oratione. Vno enim modo, quia prædicatum non conuenit parti ſecundum ſe, & ſic, hæc eſt falſa, omnis homo currit Socrate non currente. Alio modo cauſat falſitatem pars in orationis, quia licet prædicatum conueniat parti ſecundum ſe, homo tñ conuenit ei prout eſt in toto, & ſic hęc eſt falſa totus Socrates poteſt locari in arca, cum pars Socratis nõ poſsit eſſe in ea cum Socrate, & ſic falſitas cauſatur per partem, & differentem, ſiue hoc modo ſiue ille. Quare indifferenter contingit excipere partem a toto, aliquando hoc modo, aliquando alio modo, & ſic cauſatur falſitas in oratione per partem ita per eundem modum fit exceptio circa partem. Dicendum eſt ergo breuiter, q prima ſimpliciter eſt uera, & improbatio peccat ſecundum accidens, q eſſe quinque prædicatur de quinque ſecundum ſe, ut quinque ſunt quinque, ſed non prædicatur de quinque ſecundum, q quinque ſunt ſub forma totius, & ita peccat ſecundum accidens, ſicut patuit primo de hoc ſophiſmate. Totus Socrates præter pedem poteſt contineri ab arca. E F

Ad illud autem quod obiicitur, quòd prædicatum ſemper remouetur ab excepto. Dicendum, q non eſt uerum, quia quando falſitas in oratione cauſatur per partem, eo q prædicatum non conuenit parti, tunc prædicatum remouetur ab excepto, ſed quando cauſatur falſitas in oratione, eo q licet prædicatum conueniat parti ſecundum ſe, non tamen conuenit ei ut eſt in ſuo toto, tunc non contingit prædicatum remoueri ab excepto, & ſic eſt in propoſito. unde non ſequitur Decem præter quinque ſunt quinque, ergo quinque non ſunt quinque. G

An propoſitio exceptiua ſit uniuerſalis an ſingularis. Cap. v.

Circa ſextum ſic obiicitur. Propoſitio uniuerſalis eſt quæ omni aut nulli ineſſe ſignificat, ut eſt in primo Priorum, ſed propoſitio exceptiua non ſignificat ineſſe omni aut nulli, quia poteſt in aliquo uel in aliquibus, ergo propoſitio exceptiua non eſt uniuerſalis. Item ad idem ſolet dari talis regula Dictio exceptiua uult inuenire diſtributionem mobilem, & reddere eam immobilem, ergo cum dicitur omnis homo præter Socratem currit, hæc diſtributio, omnis homo præter Socratem currit eſt immobilis, ergo non circunſtat in ratione uniuerſalis cum contingat fieri motum ſub qualibet uniuerſali, & patet, q non eſt indefinita, neque particularis, ergo eſt ſingularis. Et dicendum, q propoſitio uniuerſalis eſt duplex, quia quædam eſt completa, & alia incompleta. Completa eſt illa in qua ſubiectum pro qualibet ſui parte recipit prædicatum, ut omnis homo albus currit. Hic enim homo albus, ſubiicitur curſui pro qualibet homine albo Incompleta eſt illa, in qua ſubiectum non pro q̃libet ſui parte, ſed pro quibuſdam ſubiicitur prædicato, & ſic omnis exceptiua eſt uniuerſalis, ut omnis homo præter Socratem currit primo autem modo nulla exceptiua eſt uniuerſalis. Ad primum autem argumentum dicendum, quod obiicitur de propoſitione uniuerſali completa & perfecta Secundi autem argumenti ſolutio patebit in ſeptima quæſtione. H

Propõ uniuerſalis duplex.

Quomodo

A *Quomodo ſyllogiſmum reſpiciat exceptiua dictio. Cap. VI.*

Circa ſeptimum ſic obiicitur, cum ſic dicitur, omnis homo præter Socratem currit, ſed Plato eſt homo, ergo Plato præter Socratem currit. nulla eſt talis illatio neque ſic poteſt fieri ſyllogiſmus, ergo non eſt ſyllogiſmus propoſitio exceptiua. Item ad idem. Cum omnis propoſitio exceptiua ſit immobilis per regulam præcedentem, ergo non debet fieri ſumptio ſub ea, ergo non eſt ſyllogiſmus. Et dicendum quòd propoſitio exceptiua non eſt ſyllogiſmus, ſic, omnis homo præter Socratem currit, Plato eſt homo, ergo non Plato currit, quia iſta determinatio præter Socratem non debet ſumi ad medium, neque in concluſione, eo quod eſt determinatio ſubiecti in comparatione ad prædicatũ, & nulla talis determinatio ſumitur ad medium, neque in cõcluſione, ſed ſolum debet ſumi determinatio eius quo eſt ſubiectum, quia hæc eſt abſoluta, alia au-
B tem eſt receptiua. Diſpoſitio reſpectiua attingit totum.i.prædicatum eſt ſubiectum, & non debet fieri ſumptio ſub toto, ideſt ſub utroque termino, ſed ſubiecto. Ad aliud autem dicendum quòd propoſitio exceptiua eſt mobilis, quia eſt ſyllogiſmus, ſicut dictum eſt, aſſumendo omnes partes alias ab excepto. unde prædictam regulam dicimus eſſe falſam, uel ſolum eſſe intelligendam quantum ad exceptionem, hoc eſt quòd nulla pars poteſt aſſumi cum excepto. unde non ſequitur, omnis homo præter Socratem currit, ergo Plato præter Socratẽ currit, ergo Virgilius præter Socratem currit, & ſic de aliis. Secundum prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. Socrates bis uidit omnẽ hominem præter Platonem, poſito quòd Socrates uiderit una uice omnem hominem, & alia uice omnem hominem præter Platonem. Probatio primæ, hæc eſt falſa. Socrates bis uidit omnem hominem, & non eſt inſtantia niſi in Platone, ergo facta exceptione pro illo, eſt uera, ergo hæc eſt uera. Socrates bis uidit omnem hominem præ-
C ter Platonem, ergo bis non uidit Platonem, ergo una uice, & alia uice non uidit Platonem, quod falſum eſt. Solutio, prima eſt duplex, eo quòd hæc dictio bis poteſt determinare hoc uerbum uidere, prout tranſit ſupra ſequentem accuſatiuum cum ſua determinatione facta per exceptionem, & tunc eſt ſenſus. Socrates uidit omnem hominem præter Platonem & hoc bis, & tunc ſequitur quòd nulla uice uidit Platonem, & ſic eſt falſa, & ſic hæc dictio præter, excipit ab hoc quod eſt uidere omnem hominem, & ſic prius aduenit hæc dictio præter, in oratione. Alio autem modo hæc dictio bis, poteſt determinare tantum hoc quod eſt uidere omnem hominem, tunc hæc dictio præter, excipit ab eo quod eſt bis uidere omnem hominem, & ſic eſt uera, quia non bis uidit Platonem, & ſic hæc dictio bis, primò intelligitur aduenire in oratione quàm hæc dictio præter. Ex prædictis patent plures regulæ, quarum prima talis eſt. Cuiuslibet exceptiuæ ueræ ſua præiacens eſt falſa. Præiacens autem exceptiuæ eſt illa a qua remouetur Regula.
D falſitas per dictionem exceptiuam. unde hæc, omne animal eſt irrationale, eſt præiacens falſa huius exceptiuæ ueræ, omne animal præter hominem eſt irrationale. Alia autem eſt regula talis. Si aliqua propoſitio eſt uera ſine exceptione, erit falſa cum exceptione appoſita.

Item quæritur de hoc ſophiſmate. Quilibet uiginti præter decem ſunt decem. sophiſma. Probatio, iſta uiginti præter decem ſunt decem, illa uiginti præter decem ſunt decem, & ſic de aliis, ergo prima uera. Contra. prima eſt tota falſa, ergo non poteſt uerificari per exceptionem. Per hanc regulam. Contra totam falſam non eſt dare inſtantiam. Solutio. prima eſt ſimplex falſa. Probatio autem peccat ſecundum accidens, ſicut in hoc ſophiſma. Omne coloratum præter unum currit. Probatio omne album præter unum currit, omne nigrum præter unũ currit, oẽ

medio colore coloratũ præter unũ currit,poſito ꝙ iſtæ tres ſint ueræ,ergo omne E
coloratũ præter unum currit.Contra.Prima tota eſt falſa,ergo non poteſt uerifi-
cari per dictionem exceptiuã. Patet autẽ antecedens probationis,cum quęlibet
præmiſſarum non habeat inſtantiam niſi in uno,& concluſio habeat inſtantiã in
tribus.ſ.in uno albo,& in uno nigro,& tertio quod eſt medio colore coloratum.

De conſtructione dictionis exceptiuæ. *Cap.* VII.

Circa octauum obiicitur,ꝙ hæc dictio præter, non conſtruatur cum accuſatiuo caſu, quia comparatio importata per hanc dictionem præter, eſt ipſius actus,uel reſpectus actus, ergo determinat actum, ſed actio habet ſignificari per uerbum,ergo hæc dictio præter,determinat uerbum. Sed ſolum aduerbium determinat uerbum ex oppoſito diuiſæ ergo eſt aduerbium, ergo non eſt præpoſitio,neque uerbum cum ſint partes orationis diuerſæ ab aduerbio, ergo non conſtruitur cum accuſatiuo.Et dicendum ꝙ præter,non eſt aduerbium,ſed eſt præpoſitio,quia aduerbia determinant uerbum ratione actus in ſe,uel ratione alicuius comparationis debite ipſi actui, cum aduerbium ſit ui uerbi adiectiui, ſed præpoſitiones non dicunt comparationem actus, immo dicunt comparationem ſubſtantiæ obliquæ ſignificatæ ad actum,uel reſpectu actus,& ſic differunt præpoſitiones & aduerbia. unde non ſequitur ꝙ ſi dicat comparationem aliquam reſpectu actus ꝙ ideo ſit aduerbium, immo potius ſequitur quòd non ſit aduerbium.Item cum dicitur,iſte currit ibi, hoc aduerbium ibi, dicit determinationem, ſed eadem determinatio ſignificatur in hac oratione, iſte currit in illo loco, ergo iſta præpoſitio in,dicit eandem comparationem cum hoc aduerbio ibi, ergo eſt aduerbium,cum dicat eandem comparationem,& ſimiliter de aliis præpoſitionibus, ut tranſiuit illac.i.per illam partem, & mouetur ſurſum.i.ad locum ſuperiorem,currit uelociter.i.cum uelocitate, & factum eſt cælitus.i.a cœlo,& diuinitus.i.a Deo,ergo idem ſignificant iſtæ præpoſitiones cum aduerbiis. G
& ſimiliter de aliis præpoſitionibus, ergo præpoſitiones differunt ab aduerbiis, ergo hæc dictio præter,eſt aduerbium,ſed nullum aduerbium cõſtruitur cum accuſatiuo caſu, ergo non conſtruitur cum accuſatiuo. Et dicendum, ꝙ hoc aduerbium uelociter dicit uelocitatem,ut determinationem actus,cum dico,currit uelociter,ſed ſi dicã currit cum uelocitate,hæc præpoſitio cũ,non dicit uelocitatẽ in determinationẽ actus, ſed dicit comparationem unius ad alterũ,ut uelocitatis ad actum. Similiter hoc aduerbium ibi, dicit locum, ut determinationem actus,ſed hæc præpoſitio in,non dicit locũ ut determinationẽ actus,ſed dicit cõparationẽ ipſius loci actum, qui ſit in eo,& ſic de aliis. unde propoſitiones non ſignificant idem cum aduerbiis.unde hæc propoſitio præter, non eſt aduerbium, ſed propoſitio.Itẽ hæc dictio præter,remouet uerbum perſonale ab excepto,ſed uerbũ alicuius perſonę nõ remouetur niſi a nominatiuo,ergo hæc dictio pręter, conſtruitur cũ nominatiuo.Et dicendũ ꝙ dupliciter remouet uerbũ perſonale ab H
aliquo caſuali,quia uno modo remouetur, eo ꝙ negatur cõpoſitio unius ad alterũ,& ſic remouet ſemper uerbũ perſonale a nominatiuo, ut ego nõ curro, tu nõ curris,ille non diſputat ſimiliter in imperſonali. Alio autẽ modo remouet uerbũ perſonale ab aliquo caſuali pp hoc ꝙ illud caſuale extrahitur ab aliquo recipiẽte in ſe actũ illum,& ſic ſemper remouetur actus ab excepto per hanc dictionem pręter.Sed hoc eſt ualde ex conſequente, quia primo hęc dictio pręter, extrahit partem a toto, ut omnis homo pręter Socratem currit. ſecundo, actus ponitur in toto a quo fit exceptio, ut omnis homo præter Socratem currit.tertio autem modo,quia actus ponitur a toto, nõ reperiebat partem quę prius erat remota a toto reſpectu ipſius actus. ideo cõſequebatur remotio actus a parte excepta,

A pta, ſicut prius uidiſti pluuiam uenientem, primo remouiſti librum a feneſtra, ſecundo cecidit pluuia ſuper feneſtram, tertio ſequitur quòd non ſit recepta in libro, uel q non cecidit, ſuper librum. Sciendum autem, q quæcunque dicta ſunt de hac dictione præter, omnia debent intelligi de hac dictione præterq̃, & de hac dictione niſi.i. quòd eſt dictio exceptiua, excepto hoc q hæc dictio præter excipit in accuſatiuo caſu ſemper, ut dictum eſt, ſed præterq̃ & niſi excipiunt in eodem caſu in quo eſt totum a quo ſit exceptio, ut nullus homo currit præterq̃ Socrates, uel niſi Socrates, nullius hominis miſereor præterq̃ Socratis, uel niſi Socra. nulli homini loquor præterq̃ Socrati, uel niſi Socrati, nullum hominem uideo præterq̃ Socratem, uel niſi Socratem, a nullo homine didici præterq̃ a Socrate, uel niſi a Socrate. De dictionibus exceptiuis hæc dicta ſufficiant.

De Dictionibus Conſecutiuis. Et primo de Coniunctione Si.

B DIcto de dictionibus exceptiuis. Dicendum eſt de dictionibus cõſecutiuis. Et primo de hac dictione ſi. De qua primo quæritur quid ſignificet. Secundo quot ſunt ſpecies conſecutionis ſiue conſecutiuæ. Tertio, utrum in conditionali contingit fieri deſcenſum ſub antecedente, uel ſub conſequente. Quarto qualiter ſumatur contradictio conditionalis propoſitionis. Quinto utrum impoſsibile antecedat ad quodlibet, ſiue ex impoſsibili ſequatur quodlibet.

Quid nam hæc dictio Si, ſignificet. *Cap.* I.

CIrca primum ſic obiicitur, q hæc dictio ſi, non ſignificat ſubſtantiã, quia ſubſtantia dicitur quatuor modis. Vno.n. modo ſuba dicitur materia, ut materia Socrat uel ignis, uel aliorum elementorum. Alio autem modo ſubſtantia dicitur forma, ut forma Socratis & aliarũ rerum naturaliũ. Tertio modo ſubſtãtia dicitur cõpoſitũ ex his.ſ. ex materia & forma, ut Soc. & alia indiuidua. Quarto aũt mõ ſubſtantia dicitur eſſentia dicẽs quid, ſiue prædicabilis de pluribus in qd, ut homo eſt animal, & conſimilia. Sed hæc dictio ſi, nullo prædictorum modorũ ſignificat ſubſtantiam, ergo hęc dictio ſi, non ſignificat ſubam, quod cõcedimus. Item quidam dicunt q hęc dictio ſi, ſignificat cauſalitatem. Alii uero dicunt anteceſsionem. Alii dicunt conſecutionem. Et uidetur quòd ſignificat cauſalitatem, quia dicitur coniunctio cauſalis, & non niſi a conſignificatione cauſæ, uel cauſalitatis, ergo hæc dictio ſi, ſignificat cauſalitatem. Item uidetur quòd magis ſignificat anteceſsionem q̃ conſecutionem, quia magis ſe tenet cum antecedẽte q̃ cum cõſequente a parte rei, cuius ſigum eſt, quia ſi, ſemper adiungitur antecedenti & nõ cõſequenti, ut animl eſt ſi hõ eſt, ſed ſemper anteceſsio eſt forma antecedentis, & conſecutio cõſequentis, ergo magis ſe tenet cum antecedente q̃ cũ conſequente, ergo ſi hæc dictio ſi, ſignificat alterum iſtorum magis ſignat anteceſsionem quam cõſecutionem. Item ad idem. Cauſa dicitur dupliciter, qa quædam eſt cauſa, quæ eſt cauſa rei quo ad eſſe, & hęc eſt cauſa eſſendi, ut corpus & anima ſunt cauſa hominis quo ad eſſe, & lucens ſuper terram eſt cauſa diei quo ad eſſe. Alia aũt cã eſt quæ eſt cauſa conſequendi, & ſic in qualibet conditionali antecedens eſt cauſa conſequẽtis, & non eſſendi, ſed conſequendi, & in quolibet argumento pmiſſæ ſunt cauſa concluſionis, & ſic cã eſt duplex.ſ. cã eſſendi, & cã conſequendi, ſed utraq; iſtorũ modorũ cã inquantũ eſt cã eſt autecedẽs & cãtum in qd eſt cauſatũ ad conſequens. Sed hæc dictio ſi. ſignificat cauſam, uel cauſalitatẽ, ergo ſignificat antecedentę & non conſecutionem. Item uidetur q ſignificat

Suba quatuor modis dicitur.

C D

Eodē. cap. & a modernioribus grammaticis.

conſecutionem per definitionem daram a Priſ. de coniunctione. Coniunctio eſt E
pars orationis indeclinabilis coniunctiua aliarum partium orationis uim, uel
ordinem demonſtrans. Et Priſ. exponit ſic. Vim ſignificant illæ coniunctiones
quæ ſignificant res aliquas ſimul eſſe, ut prius, & fortis fuit Aeneas. Ordinem
ſignificat coniunctio quando ſignificat conſecutionem aliquarum rerū, ut ſi am
bulat mouetur, ſed hæc coniunctio ſi, & conſimiles ſignificant ordinem, ergo ſi-
gnificant conſequentias rerum, ſiue conſecutiones, ergo non anteceſsionem. Et
dicendum eſt quòd hæc dictio ſi, ſignificat cauſalitatem ſiue anteceſsionem, &
hoc non eſt ſignificare plura, ſed unum, quia unum in altero ſiue per alterum,
quia per hoc quòd ſignificant cauſalitatem ſignificant anteceſsionem. quia ſicut
in omni cauſa intelligitur antecedens natura, cum omnis cauſa prior ſit natura
ſuo effectu, & ita in omni caſualitate intelligitur anteceſsio. Vnde hæc dictio
ſi, ſignificat cauſalitatem ſecundum quòd in ea intelligitur anteceſsio. Et ſic ſi-
gnificat cauſalitatem in anteceſsione, ſiue per anteceſsionem. vnde non ſigni- F
ficat duo, ſed unum, quod concedimus. Argumenta autem quibus oſtenditur
quòd ſignificant cauſalitatem ſiue anteceſsionem concedimus ſicut dictum eſt
quod ſignificat unum in alterum, ſiue per alterum. Ad argumentum autē pro-
bans quod hæc dictio ſi, ſignificat conſecutionem. Dicendum quòd non ſigni-
ficat conſecutiue ut diximus, ſed ad anteceſsionem ſequitur conſecutio. Et no-
ta quòd unum ſequi ad alterum dicitur multipliciter. quia quædam ſequuntur
eo quòd ſunt eſſentialiter prædicabilia, ut definitio genus, & differentia ad ſpe-
ciem. Alia autem ſequuntur ſecundum quòd ſunt partes integrales, ut paries ad
domum, & ceteræ partes eius. Alia ſequuntur quę ſunt partes eſſentiales rei, q̄uis
non ſint partes integrales, ut corpus humanum, & anima intellectiua ad homi-
nem. Et dicuntur partes integrales, quarum quælibet habet quantitatē. Et ideo
corpus, & anima non ſunt partes integrales, quia licet corpus habeat quantita-
tem, tamen anima non habet quantitatem, ſed ſunt partes eſſentiales animalis G
uiuentis, quia anima reperitur in hominibus ut intellectiua, in brutis animali-
bus ut ſenſitiua tantum, & terræ naſcentibus ut uegetatiua tantum. Alia con-
ſequuntur quia ſunt ſubiecta propria accidentium, uel econuerſo, quia ſunt pro-
pria accidentia ſubiectorum, & ſic ſequitur linea ad rectum, uel curuum, & ſic
numerus ad par, uel impar, & corpus elementatum ad colorem tanquam ad ac-
cidentia propria, uel econuerſo rectum, & curuum ad lineam, & par uel impar
ad numerū, & color ad corpus elementatū ſicut accidentia propria ad propria
ſubiecta, ſed nullo prædictorū modorū conſequentia ſequitur ad anteceſsionē.
Alia autē ſequuntur ad ſeinuicē relatiue, ut pater, & filius, dominus, & ſeruus, &
hoc mō conſecutio ſequitur ad anteceſsionem. Sicut. n. antecedens, & conſequens
ſunt ad aliquid, ſimiliter anteceſsio, & cōſecutio ad ſeinuicē dicuntur. unde hæc
dictio ſi, ſignificat ſolū anteceſsionē, quia oīs anteceſsio cōſecutionis eſt antece ſ-
ſio, ideo ad ſignificationem huius dictionis ſi, ſequitur conſecutio relatiue. H

Cōſecutio quinq; modis fit.

Quod ſint conſecutionis ſpecies. Cap. II.

Circa ſecundum quæritur quot ſunt ſpecies conſecutionis, quia cum unū rela-
tiuū exigatur ad cognitionē alterius oportet cognoſcere conſecutionem, &
modos ſiue ſpecies conſecutionis, ad hoc quòd anteceſsio cognoſcatur. Et di-
cendum ꝙ conſecutionis duæ ſunt diuiſiones. ſ. excedētes, & excellæ. Vna quidē
diuiſio eſt iſta. Conſecutionis alia eſt rerum ſimul exiſtentium, ut ſi homo eſt,
animal eſt, alia rerum exiſtentium ſecundum prius, & poſterius. Nam aliquan-
do ſequitur quòd eſt prius, aliquando quod eſt poſterius, & quod prius dicitur,
aliquando, uel temporis, ut ſi addiſcit ignorat, prius enim eſt ignorare, & poſt
ſequi-

A ſequitur ad diſcere, & ſequitur quod eſt poſterius, & in eodem tempore, quia quando addiſcit ignorat, non enim addiſcimus niſi quod ignoramus. Aliquando autem ſequitur prius in diuerſitate temporis, & hoc dupliciter. Vno enim modo ſequitur prius in præterito, ut ſi fumus eſt, ignis fuit, & ſi panis eſt, farina & aqua fuerunt, & hoc accidit maxime in cauſis non permanentibus, & in cauſis, tempore & natura antecedentibus ſuum effectum. Alio autem modo prius ſequitur in tempore futuro, ut purgatio & farina, quæ finaliter ordinantur ad ſanitatem priora ſunt, ergo ſanitas finaliter erit. Sanitas enim cauſa finalis eſt prædictorum. Cauſa enim finalis ſemper natura prior eſt ſuo effectu, aliquando autem tempore poſterior eſt prædictis, ergo patet ꝙ prius aliquando ſequitur in præſenti, aliquando in præterito, aliquando in futuro. Hæc autem diuerſitas conſecutionis accidit ex eo quòd cauſa tripliciter comparatur ad ſuum effectum. Aliquando enim cauſa eſt ſimul tempore cum ſuo effectu, quamuis non natura, ut Sol lucens ſuper

Cã tribus modis ad effectũ cõparatur.

B terram cum die. Aliquando autem cauſa præcedit tempore & natura ſuum effectum, ut ignis fumum, & racemi uinum. Aliquando autem cauſa antecedit natura ſuum effectum, & eſt poſteriori tempore, & hoc maxime ſolet accidere in cauſa finali. Et ſic patet diuiſio primæ conſecutionis. Alia eſt ſimul exiſtentium. Alia non ſimul exiſtentium.

Secunda uero diuiſio conſecutionis eſt iſta. Conſecutionis alia eſt ſimplex alia compoſita, ſiue ſecundum oppoſitionis, ut dictum eſt in tractatu de fallacia conſequentis. Hæc autem diuiſiones comparantur ad ſeinuicem, ut excedentia & exceſſa, quia utrunq; membrum primæ diuiſionis reperitur in ſimplici conſequẽtia, & in compoſita, & utrunq; membrum ſecundę diuiſionis reperitur in eis quę ſe ſimul conſequuntur, & in eis quæ conſequuntur ſecundum prius & poſterius, ut ſi panis eſt, farina fuit, & ſi uinum eſt racemi fuerunt, & conſequuntur ſecũdũ prius & poſterius, & eſt ibi ſimpliciter conſequentia, & in eodem. Etiam poteſt
C formari conſequentia compoſita, ut ſi uinum eſt racemi fuerunt, ergo ſi racemi nõ fuerunt non eſt uinũ. Similiter aũt & in his terminis qui ſe ſimul cõſequũtur. Et ideo dñr illæ diuiſiones excedentes & exceſſæ, quia ſecundũ ꝙ utrunq; membrum primæ diuiſionis reperitur in utroq; ſecundę, & ſic eſt excedens diuiſio prima, & ſecunda eſt exceſſa. Secundum autem ꝙ unum membrum ſecundæ diuiſionis reperitur in utroq; primæ. Similiter ſecunda eſt excedens, & prima eſt exceſſa. Et quod dico de uno membro diuiſionis, ſimiliter intelligatur de reliquo.

Secundum prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. Si nullum tempus eſt, aliquod tempus eſt. Probatio. Si nullum tempus eſt dies non eſt, & ſi dies non eſt & ſi nox eſt, aliquod tempus eſt, ergo a primo, ſi nullum tempus eſt, aliquod tempus eſt. Contra, ibi ſignificatur oppoſitum, ergo locutio eſt impoſsibilis. Solutio prima, ſimplex oppoſitum ſequi ad falſa. Et dicunt quidam quòd in prima conditionali, probationis locus eſt a toto in quantitate. In ſecunda uero

Sophiſma.

Solutio. 1.

D conditionalis eſt locus a contrariis immediatis. In tertia uero eſt locus a parte uel ſpecie ſubiectiua, & ſic uariatur habitudo inferendi, & ita impeditur locus a primo ad ultimum. Et ponunt ibi ſophiſma accidentis propter uariationem medij. Sed hoc deſtruit propter has maximas. Quicquid ſequitur ad conſequens ſequitur ad antecedens, ergo ſi ultimum conſequens, quod eſt, aliquod tempus eſſe ſequitur ad antecedentia intermedia, & antecedentia intermedia ſequuntur ad primum antecedens, quod eſt nullum tempus eſſe, tunc oportet quòd ultimum conſequens quod eſt aliquod tempus eſſe, ſequatur ad nullum tempus eſſe, quod eſt primum antecedens, & ſic neceſſe eſt primam eſſe ueram, ſi habitudines probationis ſunt neceſſariæ, ergo a deſtructione conſequentis, ſi prima non eſt neceſſaria, habitudines probationis non erunt neceſſariæ. Alia autẽ maxima

xima eſt iſta. Quicquid antecedit ad antecedens antecedit ad conſequens, ergo E
ſi primũ añs antecedit ad antecedentia intermedia, & antecedẽtia intermedia antecedunt ad ultimum conſequens, ergo primum antecedens antecedit ad ultimũ conſequens, ergo primum antecedens antecedit ad ultimum conſequens, ergo ſi habitudines probationis ſunt neceſſariæ prima eſt uera. Neque impeditur locus a primo ad ultimum propter diuerſas habitudines, ergo ſi prima nõ eſt uera habitudines probationis intermediæ non ſunt neceſſariæ. Itẽ ad idem. Si Socrates eſt animal rationale mortale, Socrates eſt hõ a definitione, & ſi Socrates eſt homo, Socrates animal, Socrates non eſt lapis, ab oppoſito, ergo a primo, ſi Socra. eſt animal rõnale mortale, Socrates non eſt lapis, ſed hoc bene ſequitur, & ſunt ibi diuerſæ hab tudines locales, ergo propter diuerſitatem habitudinum localiũ non impeditur proceſſus a primo ad ultimum. Item ad idem in ſyllogiſmo categorico non exigitur, ꝙ eadem ſit habitudo medii ad maiorem extremitatem, & minorem, ut nulla uirtus eſt uitium, omnis iuſtitia eſt uirtus, ergo nulla iuſtitia F
eſt uitium. In hoc ſyllogiſmo cõparatio medii ad maiorẽ extremitatẽ eſt habitudo cõtrariarũ, minoris uero extremitatis ad medium eſt habitudo ſpeciei ad genus. Harũ aũt localiũ habitudinũ una facit locũ intrinſecũ, ergo ſi inter oẽs locos maxime differunt intrinſeci, & extrinſeci, & iſtæ non impediunt ſyllogiſmũ categoricum, ergo iſta eadẽ multominus impediunt hypotheticũ, & ſi illæ nõ impediunt, nec aliæ habitudines, quæ magis conueniunt, & ſic a primo ad ultimum nõ impeditur proceſſus propter diuerſas habitudines locales, quod concedimus.

Solutio. 2. Vnde dicendum eſt quòd prima ſimpliciter eſt falſa, & prima conſequentia tenet uno modo, & alio modo non, quia hæc propoſitio, dies non eſt, quæ eſt primum conſequens eſt duplex, eo quòd poteſt eſſe negatio in genere ſiue circa genus, quod idem eſt, uel poteſt eſſe negatio ſimpliciter ſiue extra genus. Si enim ſit negatio in genere ſic ponit ſubiectum ſuum ineſſe, quod eſt tempus communiter loquendo, extenſo nomine ſubiecti, & eſt ſenſus iſtius, dies non eſt, ideſt tem G
pus eſt, ſed illud non eſt dies, & ita non ſequitur ex primo antecedente, quia immediate contradicit ei, & ſi non ſequitur, nullum tempus eſt, ergo dies non eſt nec eſt ibi locus a toto in quantitate, ſed eſt argumentum penitus diſperatum, ſicut hic, nullus homo currit, ergo aliquis homo currit. Similiter eſt in propoſito, nullum tempus eſt, ergo aliquod tempus eſt, ſed illud non eſt dies. Sed ſi ſit negatio ſimpliciter tunc nihil ponit iſta, dies non eſt, & ſic ſequitur, nullum tempus eſt, ergo dies non eſt, & ſic eſt locus a toto in quantitate. Similem autem

Tex. cõ 22. diſtinctionem innuit Ariſto. in primo Poſteriorum, huius quod dico non par, quia ſi non par negatio eſt in genere, ita ponit ſubiectum ſuum quod eſt numerus. Vnde non par ponit numerum, ſed ille non par eſt par; ſi uero non par ſit negatio ſimpliciter, ſic nihil ponit. Et ſic patet quòd hæc eſt duplex, dies non eſt, & ſecundum quòd eſt negatio in genere non ſequitur ex eo. E conuerſo autem dicendum eſt de ſecunda conditionali, ſcilicet de hac, ſi dies non eſt, nox H
non eſt, quia ſecundum quòd hæc dies non eſt, eſt negatio in genere, ita ſequitur ex ea noctem eſſe. Quare deſtructo uno contrariorum immediatorum non ſequitur alterum, niſi cum conſtantia ſubiecti. Vnde oportet ſic inferre, dies non eſt, & eſt tempus, ergo eſt nox. Si uero hæc, dies non eſt, ſit negatio ſimpliciter, ita non ſequitur ex ea noctem eſſe, neque hoc modo eſt ibi locus a contrariis. Item quæritur in quo ſit tempus, ut in ſubiecto, quia cum omnia nouem genera prædicamentorum alia ſubſtantia ſiue accidentalia, non poſſunt eſſe niſi in ſubiecto, quia nullum accidens poteſt eſſe niſi in ſubiecto. Vt enim uult

Hoc patet exerciſſe ab Boethus. Accidentis eſſe eſt ineſſe, ſed tempus eſt accidens, quia eſt quantitas, ergo eſt in ſubiecto. Et ideo quæritur in quo ſubiecto ſit. Et dicendum, quòd tempus

A tempus eſt in motu primi mobilis ſiue in motu cœli, ut in ſubiecto, uel in primo mobili inquantum eſt mobile ut in ſubiecto, quia idem eſt dicere, ꝙ ſit in primo mobili inquantum eſt mobile, ſiue in motu primi mobilis, eo quod ipſius mobilis inquantum eſt mobile perfectio eſt motus, ut eſt in tertio Phyſicorum. Item quæritur cum nox & dies ſint contraria immediate, & omnes contrarietas nata ſit fieri circa aliquod ſubiectum, ergo nox, & dies erunt uicifsim in ſubiecto aliquo, & ideo quæro quod eſt illud Et dicendum eſt quod nox, & dies ſumitur dupliciter, quia uno modo dies dicitur illuminatio aeris a latione ſiue ex latione ſolis in noſtro hemiſpherio, & nox dicitur priuatio illius illuminationis aeris in noſtro hemiſpherio, & hoc modo nox, & dies ſunt cōtraria immediata, & habēt fieri uicifsim circa aerem, ut circa ſubiectum proprium, & circa lationem ſolis ſupra terram ut circa cauſam efficientem, unde ſunt in aere ut in ſubiecto, & eſt ibi quintus modus eſſendi in, & ſunt in latione ſolis ſupra terram, ut in cauſa ef- Philo. primo Phyſi. tex. cō. 26.

B ficiente, & eſt ibi ſextus modus eſſendi in. Alio autē modo ſumitur nox, & dies, ſecundum quem modum dies dicitur ſpacium temporis menſurantis lationem ſolis noſtro hemiſpherio uſq; ad receſſum ſolis noſtro hemiſpherio. Et nox dicitur totum tempus neceſſarium lationi ſolis in alio hemiſpherio, & ſic nox, & dies ſunt partes temporis, ſed magis proprie ſumuntur nox, & dies primo modo quā ſecundo modo. Hemiſpherium autem eſt medietas illa cœli quæ apparet ſupra terram undique in circuitu. Et dicitur ab hemi quod eſt medium, & ſphera ſphera, quaſi dimidia ſphera. Item quæritur utrum tempus prædicetur de die, & de nocte ſecundum quod nox, & dies ſumuntur primo modo. Et dicendum, ꝙ prædicatio eſt multis modis Quædam enim eſt ſuperioris de inferiori, & hæc eſt eſſentialis prædicatio, ut homo eſt animal, uel homo eſt rationale. Alia aūt eſt prædicatio cauſalis, ut quando prædicatur cauſa de effectu, ut ſanitas eſt adæquatio humorum, & dies eſt ſol lucens ſuper terram. Alia eſt accidentis de ſubiecto, ut

C paries eſt albus, uel linea eſt recta, uel curua Alia eſt ſubiecti de propria paſsione, ut par eſt numerus, & eſt recta linea, & nullo iſtorum quatuor modorum tēpus prædicatur de nocte, & de die primo modo ſumptis, unde ſecundum has prędicationes omnes hæc eſt falſa, dies eſt tempus, & hæc ſimiliter, nox eſt tempus. Alia autem prædicatio eſt quæ eſt menſurantis ſiue menſuræ de menſurato, ut hoc uinum eſt quarta, hic prædicatur menſura de menſurato, & linea eſt quanta, & numerus eſt quantus, & ſuperficies eſt quanta, & ſic de omnibus ſpeciebus quantitatis, & prædicatur hoc modo quantitas, ut menſura, & non ut genus, qa genus non poteſt prędicari denominatiue de ſpecie, & hoc modo prædicatur tēpus de nocte, & de die primo modo ſumptis. unde hoc modo hæc eſt uera, dies eſt tempus, & prædicatur menſura de menſurato remoto, quia tempus primo menſurat motum primi mobilis, & motus primi mobilis menſurat motum ſolis, unde tempus ex conſequenti menſurat motum ſolis, & per motum ſolis, ulte

D rius menſurat noctem, & diem.

Item quæritur quid ſit tempus, cum omne tempus conſtet ex priori, & poſteriori, ſed prius, & poſterius debentur motui, ergo tempus eſt motus, & eſt ſyllogiſmus in primo primæ cum præmiſſe intelligantur uniuerſaliter, & tranſponitur. Et dicendum ꝙ tempus ita diffinitur ab Ariſtotele. Tempus eſt numerus motus ſecundū prius, & poſterius, nec tñ ſequitur, ergo tēpus eſt numerus, nec ſequitur, ergo tempus eſt diſcreta quantitas, quia ratio numeri diminuitur ꝑ ſibi adiunctum, quia numerare motum ſecundū prius, & poſterius, eſt continuare hoc eſt menſurare ipſum. Sed menſurare ſm̄ prius, & poſte ius ponit cōtinuitatē, & nō diſcretionē, ꝑp hoc ꝙ prius, & poſterius copulātur ad ipſum nunc. De tpe enim non habemus niſi nunc, quia quod præterit non eſt de præterito non eſt De hoc. 4. Phy. tex. c. 101. & infra. menſurare dicit continuitatem.

niſi memoria, de futuro prouidentia. Ratio numeri &c. uidere tenebras, hoc non E
eſt uidere ſimpliciter, ſed eſt nihil uidere, & ſcire te non ſcire, non eſt ſcire ſim-
pliciter, unde impediuntur hæ duæ illationes per quid & ſimpliciter. Ad argu-
mentum autem dicendum eſt, quod non eſt ſyllogiſmus in primo primæ, ſed po-
tius ſyllogiſmus contra ipſum primum primæ, eo ꝙ medium æquiuocatur, quia
prius & poſterius dicuntur dupliciter, nam uno modo prius & poſterius ſunt par
tes ipſius motus, & alio modo ſunt partes temporis, & ſic motus primus eſt cauſa
temporis, ita ut prius, & poſterius in motu ſunt cauſa prioris & poſterioris in tē-
pore, & ſic motus eſt ſubiectum temporis, ita prius & poſterius in motu ſunt ſub-
iectum prioris & poſterioris in tempore. Et nota ꝙ tria ſunt quæ ſibiinuicem
proportionantur. ſ. ſpacium, motus, & tempus. Motus enim adæquatur ſpacio ſu-
pra quod eſt: & tempus adæquatur motui ut ſubiecto ſuo, ut ſi imagineris tres
lineas æqualiter extenſas, ita ꝙ ſecunda ſupponatur primæ, & tertia ſecundæ, ſi-
militer imagineris extenſionem ſpacij, & motum ſupra ſpacium, & tempus ſupra F
motum. Sed in hoc eſt differentia, quia extenſio ſpacij eſt permanens. extenſio
uero motus, & extenſio temporis, ſunt ſucceſſiue, nec partes aliquas habent ſi-
mul, ut ſi imagināris ciphum plenum aqua, & ſi cum puncto acus protrahatur li-
nea in ſuperficie aquæ ab una extremitate ciphi uſque ad aliam, tunc de illa li-
nea non eſt pars præterita, quia iam deleta eſt, neque pars futura eſt, quia neque
fit, neque facta eſt, ſed fiet, & ſic illa linea nihil eſt niſi illud in quo eſt punctio
acus. Similiter de motu & tempore, quia quod præteriit de utroque, iam non
eſt, quod autem futurum eſt, nondum eſt ſed erit, unde de utroq; nulla pars eſt,
nec aliquid eſt de ipſis, niſi indiuiſibile. unde de tempore nihil eſt niſi nunc, quod
non eſt tempus, ſed eſt indiuiſibile in tempore, & per hoc tempus eſt, & de motu
nihil eſt, niſi mobile quod infertur, quod nec eſt motus, nec pars motus, & per
hoc motus eſt. Item nota ꝙ inquantum motus per ſuam ſubſtantiam eſt cauſa
temporis, & per ſuam quantitatem dat tempori quantitatem, ita motus per prius G
T. cō. 11. & eſt quantitas, & per motum tempus eſt quantitas, ut eſt in quinto Phyſicæ pri-
12. & id. mæ, & in capitulo de quantitate, ſed ſecundum ꝙ in tempore primo reperitur na
tura menſurandi, & per tempus reperitur in motu, ſic tempus per ſe eſt quanti-
tas, & motus eſt quantitas per tempus. & hoc modo motus eſt quantitas per ac-
cidens. Et nota ꝙ cum dico tres homines uel quinque, duo dico, quia per hoc ꝙ
dico homines, dico ſubſtantias hominum, & per hoc autem ꝙ dico tres uel quin
que dico menſuram eorum, & ſic de omnibus aliis numeralibus, & ſic intellige
ꝙ omnis numerus, & omnis quantitas eſt uno modo menſura, ſecundum ꝙ de-
notat aliquod ſubiectum, ut homines tres, & equi quatuor, homo bicubitus, co-
lumna bicubita, & eſt res ſecundum ꝙ eſt genus aut res aliqua ſpecialis dicta de
ſuis inferioribus. Similiter cum dico homo mouetur a mane uſque ad ueſperū,
duo dico, quia per hoc ꝙ dico mouetur, dico motum, ſed per hoc ꝙ dico a mane
uſque ueſperum, dico menſuram motus quæ tempus eſt. unde quanta eſt extenſio H
temporis a mane uſque ad ueſperum tantum intellige motum & extenſionem
eius, & per extenſionem temporis intelligo quanta eſt extenſio motus, & ſic tem-
pus eſt menſura motus. Et per hoc dicebatur prius in recta ſolutione ſophiſma-
tis ꝙ hæc negatio, dies non eſt, prout eſt negatio in genere ponebat ſubiectum
ſuum quod eſt tempus extenſo nomine ſubiecti, quia non ſolum appellatur ibi
ſubiectum illud quod ſubiicitur accidenti, ſed etiam illud quod eſt menſura ali-
cuius accidentis ut diei, & ita nomen ſubiecti extenditur ad ſubiectum & ad men
ſuram, & ob hoc dicebatur extenſo nomine ſubiecti.

Sophiſma aliud. Item quæritur de hoc ſophiſmate. Si nulla propoſitio eſt uera, aliqua propo-
ſitio eſt uera. Probatio. Si nulla propoſitio eſt uera, iſta propoſitio, homo eſt,

A non eſt uera, a toto in quantitate, & ſi iſta propoſitio, homo eſt non eſt uera, ſua
contradictoria eſt uera, a contradictorie oppoſitis, & ſi ſua contradictoria eſt
uera, aliqua propoſitio eſt uera, a parte ſubiectiua, ergo a primo, ſi nulla propo-
ſitio eſt uera, aliqua propoſitio eſt uera. Contra, ibi ſequitur oppoſitum ad op
poſitum, ergo locutio eſt impoſsibilis. Solutio. prima. ſ. hæc, ſi nulla propoſi-
tio eſt uera, aliqua propoſitio eſt uera, eſt uno modo uera, & alio modo falſa, Solutio.
& etiam prima conſequentia tenet uno modo, & alio modo non, eo, quod primum
antecedens. ſ. ſi nulla propoſitio eſt uera, eſt duplex, quia uno modo eſt uere ſim
plex, & ſic non ſequitur, ſi nulla propoſitio eſt uera iſta propoſitio, homo eſt,
non eſt uera, neque eſt locus ibi a toto in quantitate, quia hoc modo primum
antecedens. ſ. ſi nulla propoſitio eſt uera; neque ponit hic antecedens quod eſt ue-
rum, neque ſubiectum eius, quod eſt propoſitio, ſed conſequens eiuſdem conſe-
quentiæ ponit propoſitionem particularem uirtute demonſtrationis cum dicit.
B iſta propoſitio, homo eſt non eſt uera, tunc enim antecedens, remouet tam pro-
poſitionem, quam auctoritatem eius & conſequens ponit propoſitionem uirtute de-
monſtrationis, ſicut dictum eſt, & ſic conſequens contradicit antecedenti, ſicut ſi
diceretur, ſi nulla propoſitio eſt, neque ueritas eius eſt, iſta propoſitio eſt, homo
eſt, & ueritas eius non eſt. Alio autem modo antecedens. i. ſi nulla propoſitio eſt
uera, poteſt eſſe negatio in genere, & ſic ponit omnem propoſitionem & remo-
uet ueritatem ab omni propoſitione, & hoc modo ponit omnes contradictorias
falſas eſſe ſimul, & ex conſequenti ponit omnes contradictorias eſſe ueras ſimul,
eſt falſa, illa modo eſt uera, & ſi illa modo eſt falſa, iſta modo eſt uera. unde ſi
quia quando una contradictoria eſt falſa, reliqua eſt uera. unde ſi hoc mõ hæc
utraque eſt modo falſa, utraque eſt modo uera, & ſic primum antecedens ponit
& remouet quamlibet contradictionem, & ideo ſecundum, quod primum anteceděs
eſt negatio in genere, ſic tenet bene prima contradictoria, & omnes aliæ a primo
C ad ultimum & ſic prima propoſitio eſt uera. ſ. hæc, ſi nulla propoſitio eſt uera, ali
qua propoſitio eſt uera. Ad probationem autem ſoluendam hoc modo. ſ. ſe-
cundum primum antecedens eſt negatio in genere. Dicendum, quòd non ſequit̃
oppoſitum ad oppoſitum, ſequitur una pars contradictionis ad antecedens, quod
excludit intra ſe quamlibet contradictionem.

Item quæritur de hoc ſophiſmate. Si tu es ubique, tu non es ubique. Proba- Sophiſma
tio. Si tu es ubique. tu es hic, a toto in loco. ſi tu es hic, tu non es ibi, ab oppoſi- aliud.
tis, & ſi tu non es ibi, tu non es ubique, a parte in loco deſtructiue, ergo a primo,
ſi tu es ubique, tu non es ubique. Contra, ibi ſequitur oppoſitum ad oppoſi-
tum, ergo locutio eſt impoſsibilis. Solutio. Dicunt quidam, quod prima eſt duplex
eo quòd locus diuiditur dupliciter. ſ. proprius & communis. Proprius aũt locus,
eſt qui adæquatur rei locatæ, & circuit & continet rem undique, & talis dicit̃ cir
cunſcriptiuus, & hoc modo ſumendo locum impoſsibile eſt plura corpora eſſe
D in eodem loco. Communis autem locus, in quo ſunt plures res dicitur, ut plures
homines in eadem domo, uel elementa & elementata omnia intra cœlum. Vnde
dicunt, quòd ſi in antecedente locus communiter ſumatur, & in conſequente lo
cus ſumatur reſpectiue. ſic prima eſt uera. Si autem utrobique ſumatur circũſcri
ptiue, uel utrobique communiter, ſic eſt falſa. Sed hæc ſolutio nulla eſt, quia
ſumpto loco ſemper circunſcriptiue, ſic prima eſt uera, ſed adhuc remanet ſo-
phiſma, & procedit probatio & improbatio ſicut prius. Et propter hoc dicen-
dum eſt, quòd prima ſimpliciter non eſt uera, quia primum antecedens. ſ. ſi tu es
ubique ex duplici parte ponit contradictionem, propter hoc, quòd ſubiectum cõ
tradicit prædicato, & hæc eſt una contradictio, & etiam ipſum prædicatum po-
nit in ſe tot contradictiones quot ſunt loca circumſcriptiue. Quòd autẽ ſubie-

ctum

ctum contradicat prædicato, patet quia hoc pronomen tu poſitum in ſubiecto demonſtrat rem ſingularem aptam natam eſſe in uno loco tantum, & ita non ubique. & prædicatum ponit quòd ubique, & ſic eſt ibi ubique, & non ubique inter ſubiectum, & prædicatum, & hoc modo ſubiectum contradicit prædicato. Quod prædicatum in ſe plures contradictiones habeat patet, quia ſicut impoſſibile eſt plura corpora ſimul eſſe in eodem loco circunſcriptiue, ita impoſſibile eſt idem corpus ſimul eſſe in diuerſis locis circunſcriptiue. unde quod eſt hic circunſcriptiue non eſt ibi circunſcriptiue, & qd' non eſt hic circunſcriptiue eſt ibi circunſcriptiue, & de quolibet alio loco. unde eſſe hic circunſcriptiue, & econuerſo, & ſic de omnibus aliis circunſcriptis, & ſic eſſe ubique ponit tot contradictiones, quot ſunt loca partitiua circunſcriptiua. Patet ergo quòd primum antecedens ex duplici parte ponit contradictionem, & ideo per naturales conuenientias ex eo ſequitur contradictio, pp hoc dicendum eſt, quòd prima non eſt uera. E

Ad probationem eſt dicendũ quòd nõ ſequitur oppoſitũ ad oppoſitũ, ſed ſequitur una pars contradictionis ad antecedens, quod excludit intra ſe utranque partem contradictionis, & plures alias. F

A qua nam parte conſecutionis fieri deſcenſum contingat, an ab antecedente an a conſequente. Cap. III.

Circa tertium quæritur in hunc modum. Syllogiſmorum alius eſt categoricus alius conditionalis. Categoricus eſt qui eſt ex propoſitionibus categoricis. Conditionalis eſt qui eſt ex conditionalibus propoſitionibus, ergo propoſitio conditionalis eſt ſyllogiſmalis, ergo neceſſe eſt deſcendere ſub antecedente, uel ſub conſequente.

Sex regulæ deſcenſus.

Et dicendum quòd in conditionali aliquando licet fieri deſcenſum ſub antecedente, aliquando ſub conſequente. Vnde dantur plures regulæ. Quarum prima talis eſt. G Si termini communes ponantur in antecedente, & conſequente conditionalis alicuius ſine diſtributione, ſub antecedente contingit fieri deſcenſum, conſequente immobili permanente, ut ſi homo currit, animal currit, & ſi Plato currit, animal currit, & ſic de aliis. Secunda regula talis eſt. Si termini communes ponãtur cum diſtributione ſub antecedente, & conſequente, antecedens manet immobile, & ſub conſequente oportet deſcenſum fieri, ut ſi omne animal currit, omnis homo currit, ergo ſi omne animal currit Socrates currit, Plato, Cicero, & ſic de aliis. Tertia regula talis eſt. Si aliquid ſequitur ad aliud, deſtructo conſequente deſtruitur, & antecedens, & ob hoc tenet argumentum a conſequenti deſtructione, ut ſi eſt homo eſt animal, ergo ſi non eſt animal non eſt homo. Quarta regula talis eſt. Si aliquid ad aliud ſequitur, poſito antecedente ponitur conſequens, ut ſi homo eſt animal eſt, ergo animal eſt, & ob hoc tenet argumẽtum à poſitione antecedentis. Quinta regula talis eſt. H Quicquid antecedit ad antecedens antecedit ad conſquens, ut ſi animal eſt ſubſtantia eſt, ſed ſi homo eſt animal eſt. ergo ſi homo eſt, ſubſtantia eſt. Sexta regula talis eſt. Quicquid ſequitur ad conſequens ſequitur ad antecedens, ut ſi homo eſt, animal eſt, ſed ſi animal eſt, ſubſtantia eſt, ergo ſi homo eſt, ſubſtantia eſt.

Quomodo in conditionali ſumatur contradictio. Cap. IIII.

Circa quartum quæritur hoc modo ad quid feratur negatio, ut ſi ſumatur contradictoria alicuius conditionalis, & uidetur quòd ad uerbum conſequentis, quia ut uult Boethius, antecedens cedit in determinatione conſequentis, & ita uerbum conſequentis ponitur, & antecedens determinat ipſum, ſed quod po-

A nitur in affirmatiua debet negari in negatiua, ergo negatio debet ferri ad uerbum conſequentis,ut ſumatur contradictoria ipſius conditionalis.

Sed obicitur in contrarium,quia conſequens duo dicit.Conſequens inquantum eſt conſequens,& id quod eſt conſequens,ſicut pater,uno modo dicitur pater inquantum eſt pater, alio modo id quod eſt pater, ſed conſequens inquantum conſequens ad aliud eſt,quia conſequens, & econuerſo, & ſic poſito uno. ponitur alterum deſtructo uno,deſtruitur reliquum,cum ſit regula,ergo non eſt. maior ratio quare negatio magis feratur ad conſequens quam ad antecedens. Similiter non habet ferri negatio ad illud quod eſt conſequens, quia ſicut hæc eſt falſa,ſi Socrates legit Plato legit,ſimiliter hæc eſt falſa, ſi Socrates legit Plato non legit, ergo nullo modo negatio debet ferri ad conſequens,ergo non contingit contradicere in conditionali.Et dicendum quòd conſequens tribus modis dicitur. Vno enim modo ſumitur conſequens inquantum eſt conſequens, & Conſequēs tribus modis dicitur.
B ſic eſt ad aliud,& ſic conuertitur cum antecedente, & ſic ſimul ſunt uera conſequens,& antecedens,ſicut pater, & filius,& hoc modo negatio non refertur ad conſequens,ut contradicat conditionali. Alio autem modo dicitur id quod eſt conſequens ſecundum ſe,& abſolute ſumptum,& neque hoc modo negatio fertur ad conſequens,ut contradicat conditionali.Vnde ſicut hæc eſt falſa,ſi homo currit aſinus currit,ſimiliter hæc eſt falſa,ſi homo currit aſinus non currit,quare negatio non fertur ad conſequens ſecundum ſe ſumptum.Tertio autem mō ſumitur id quod eſt conſequēs ſecundum quod determinatur per accidens, qa in omni conditionali conſequens ponitur ſub conditione,ut homo mouetur,ſi currit,& animal eſt ſi homo eſt,& hoc modo antecedens eſt determinatio conſequentis,& iſto tertio modo debet negatio ferri ad conſequens,ut contradicat ipſi conditionali, & iſto tertio modo procedit primum argumentum.Duobus autem modis aliis procedit argumentum factum contrarium. Vnde contradi-
C ctoria huius,animal eſt ſi homo eſt,eſt iſta,non animal eſt ſi homo eſt,& eſt falſa,cum ſua contradictoria ſit uera.Et contradictoria huius, ſi homo currit aſinus currit,eſt iſta non ſi homo currit aſinus currit,& eſt uera,cum ſua contradictoria ſit falſa,hæc.ſ.ſi homo currit, aſinus currit.Semper enim negatio debet pponi toti conditionali ut contradicat ei. Vnde ſolet dari talis regula.Quotieſcunque negatio præponitur alicui propoſitioni tam categoticæ quàm conditionali,ſemper contradicit ei,

An ex impoſsibili ſequatur quodlibet. Cap. V.

Circa quintū q̄rit̄ utrū ex impoſsibili ſequatur quodlibet,ſiue impoſsibile antecedat ad quodlibet.Et uidetur ꝙ ſic,quia uerum,& falſum ſunt oppoſita cum ſint contraria immediata,& unum contrariorum deſtruit alterum,& econ-
D uerſo,ergo falſum deſtruit uerum,& econuerſo, & cum impoſsibile ſit falſum, tunc impoſsibile deſtruit uerum,& econuerſo,ſed ad impoſsibile ſequitur uerū, ergo multo magis ad ipſum ſequitur tam falſum quàm impoſsibile,quia ſi quod minus uidetur,ſequitur ad ipſum,ſcilicet uerum quod deſtruit ipſum,ergo multo fortius quodlibet aliud,ergo ex impoſsibili ſequitur quodlibet. Item omne uerum æqualiter diſtat a quolibet impoſsibili,quia ſunt æqualiter ſibi repugnātia,ergo qua ratione ſequitur unum uerum ex impoſsibili,quodlibet aliud uerū, ſequitur ex impoſsibili,ſed unum uerum ſequitur ex impoſsibili, ut ſi homo eſt aſinus,homo eſt animal,ergo quodlibet aliud uerum ſequitur ex impoſsibili.Itē probatio,ꝙ ex hoc impoſsibili,Socrates eſt homo,& nō eſt homo,ſequit̄ quodlibet aliud impoſsibile , quia ſi Socrates eſt homo,& non homo,ergo Socra eſt homo,& eſt locus a toto integrali,quia contradictio toti eſt ad utranque ſui partem,

tem, ſed ſi Socrates eſt homo, Socrates eſt homo uel aſinus, & eſt argumentū E
a parte ſubiectiua, quia totum diſiunctum commune eſt ad utranque ſui parté,
ergo a primo, ſi Socrates eſt homo & non eſt homo, ergo Socrates eſt homo,
aſinus, ſed non eſt homo, quia Socrates eſt homo, & non homo, & ſi Socrates
non eſt homo, a toto integrali, ergo Socrates eſt aſinus, & ex hoc impoſsibili
Socrates eſt homo & non eſt homo ſequitur Socratem eſſe aſinum. Et eodem
modo poteſt probari ꝙ ſequitur inde quodlibet aliud impoſsibile, & ita ex im-
poſsibili ſequitur quodlibet, ergo impoſsibile antecedit ad quodlibet. Si obii-
citur in contrarium quia cum concluſio ſit argumento, uel argumentatione ap-
probata propoſitio, & omne argumentum eſt ratio inferendi ſecundum aliqua,
uel aliquas habitudines, quia argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem, ſed
credulitas & fides non poteſt fieri de re dubia niſi per habitudinem, uel habitu-
dines aliquas, Neceſſe eſt ergo ꝙ ubicunque concluditur aliquid ex altero, uel ſe-
quitur aliquid ex altero, ꝙ ibi ſit habitudo aliqua, uel habitudines aliquæ pro- F
pter quam, uel propter quas ſequatur unum ex altero, ſed iſtius impoſsibilis
hominem eſſe aſinum non ſunt habitudines aliquę neque mediate neque imme-
diate ad hoc impoſsibile, albedinem eſſe nigredinem, uel iuſtitiam eſſe iniuſti-
tiam, ergo ad hoc impoſsibili, hominem eſſe aſinum non ſequuntur illa impoſ-
ſibilia, non ergo ex impoſsibili ſequitur quodlibet. Item in communi loco a pri-
mo ad ultimum, ſemper confirmantur cõſecutiones intermediæ per aliquos lo-
cos intrinſecos, uel extrinſecos, uel medios, ſed multa ſunt uera & multa ſunt
impoſsibilia quæ non poſſunt confirmari per aliquas habitudines locales ad
hoc impoſsibile hominem eſſe aſinum, ergo ad hoc impoſsibili nõ ſequitur quod-
libet, per locum a primo ad ultimum, neque per aliquem alium locum, ergo
Decisio qõ- non poteſt eſſe ꝙ ex impoſsibili ſequatur quodlibet. Quod concedimus, dicẽtes,
nis. ꝙ impoſsibile, tria dat intelligere. unum eſt ipſum impoſsibile inquantum eſt
impoſsibile, alterum eſt compoſitio rerum quæ non poſſunt ſibi inuicem conue- G
nire, ut homo eſt aſinus, uel diuiſio rerum ſibi neceſſario conuenientium, ut ho-
mo non eſt animal, quia ipſum impoſsibile inquantum eſt impoſsibile aliud eſt
quam prædicta compoſitio, uel diuiſio impoſsibilis, propter hoc quòd ſicut ue-
ritas & falſitas ſunt circa compoſitionem, & diuiſionem, ſicut circa ſubiectum,
extenſo nomine ſubiecti ad ſubiectum & ad ſignum rei. Similiter neceſsitas &
impoſsibilitas ſunt circa compoſitionem, uel diuiſionem. Patet ergo, ꝙ aliud eſt
impoſsibile inquantum eſt impoſsibile, ſiue ipſa impoſsibilitas, & aliud eſt com-
poſitio & diuiſio, circa quam eſt impoſsibile. Tertium autem quod impoſsibi-
le dat intelligere, eſt res ipſa quæ componitur, uel diuiditur, ſiue res ipſæ quæ cõ-
ponuntur, uel diuiduntur, ut homo ſecundum ſe, uel aſinus ſecundum ſe, cum
dicatur homo eſt aſinus, ideo ergo dicendum ꝙ ex impoſsibili quo ad duos pri-
mos modos, nihil ſequitur. unde ex impoſsibili inquantum eſt impoſsibile ni-
hil ſequitur, nec ex compoſitione, uel diuiſione circa quam eſt impoſsibilitas ali- H
quid ſequitur, & ita nihil ſignificant, quia ipſum impoſsibile, inquantum eſt
impoſsibile, nihil eſt, & ipſa compoſitio & diuiſio circa quam eſt impoſsibilitas
nihil eſt, & ita nihil ponunt. Sed ex rebus quæ ſubiacent prædictæ compoſitio-
ni, uel diuiſioni ſequitur aliud, ut cum dicitur homo eſt aſinus, quia illa res quæ
eſt aſinus eſt ſpecies animalis, & ſpecies ſemper ponit genus, ideo ſequitur ani-
mal eſt aſino. Vnde quando concludit ſic, ſi homo eſt aſinus, homo eſt animal,
iſtud non eſt propter impoſsibile inquantum eſt impoſsibile, neque propter
compoſitionem circa quam eſt impoſsibilitas, ſed propter habitudinem ſpeciei
ad genus quæ eſt aſini ad animal, qui ſcilicet aſinus erat res ſubiacens illi com-
poſitioni. Dicendum eſt ergo breuiter ꝙ ex impoſsibili quo ad duos primos mo-
dos,

A dos, nihil ſequitur, ſed ex impoſsibili quo ad iſtum tertium modũ, ſequuntur tã
tummodo illa uera, & illa impoſsibilia, cum habent aliquam habitudinem, ut ſi
homo eſt aſinus homo eſt animal, ſequitur uerum, iſto tertio modo, & eſt lo-
cus a ſpecie, & ſi hõ eſt aſinus, homo eſt animal rudibile, ſequitur impoſsibile
prædicto tertio modo, & eſt locus a deſcripto, ſimiliter intelligendum eſt de
quolibet alio impoſsibili, & ita patet, ꝙ ex impoſsibili non ſequitur quodlibet.

Ad prima duo argumenta dicendum, ꝙ non ſequitur uerum ex impoſsibili
inquantum eſt impoſsibile, ſicut dictum fuit primo, ſed, ſequitur ex rebus quarũ
compoſitio uel diuiſio eſt impoſsibilis, ſicut dictum fuit prius. Et hoc modo
quamuis impoſsibile perimat uerum, & econuerſo, tamen res quæ ſubiacet cõ-
poſitioni uel diuiſioni impoſsibili non perimit uerum nec econuerſo, ſed potius
ponit illum, & etiam hoc modo, ut omnis uera æqualiter diſtant ab impoſsibili,
quia magis diſtant illa uera quæ nullam habent multitudinem ad ipſum impoſ
B ſibile, & minus diſtant illa uera quæ habent aliquam habitudinem, uel aliquas
habitudines cum rebus ſubiacentibus compoſitioni uel diuiſioni impoſsibili.

Ad tertium dicendum, ꝙ bene tenet argumentum uſq; ad illationem, quæ fit
a primo ab ultimum dicendo ſic, ergo a primo ſi Socrates eſt homo, & non eſt
homo, Socrates eſt homo uel aſinus, ſed ſequens illatio non tenet, quia non
interimit hanc, Socrates eſt homo, quam oportet interimere, ad hoc, ut ſequere-
tur, Socratem eſſe aſinum, cum hoc ſit uerum, Socrates eſt homo, uel aſinus, quia
prædicta contradictio. ſ. Socra. eſt homo, & non homo æqualiter interimit, &
ponit hanc. ſ. Socrates eſt homo, & ita non magis interimit quàm ponit eam,
& propter hoc non interimit alteram partem diſiunctiuæ, & ob hoc non eſt lo-
cus a diuiſione, & ideo non ſequitur argumentum. Argumenta uera probantia
ꝙ ex impoſsibili non ſequitur quodlibet cõcedimus, & procedunt bene. Secundũ vide Entis
prædicta quæritur de hoc ſophiſ Si nihil eſt, aliquid eſt. Probatio. Si nihil eſt berũ Paul.
C nihil eſt uerum, & eſt locus a cauſa, quia res eſt cauſa ueritatis orationis, ut eſt ve. & alios.
in prædicamentis, ſed ſi nihil eſſe eſt uerum, hoc enunciabile, nihil eſt, uerũ eſt
a conuertibili a priori. Et ſi hoc enunciabile eſt uerum aliquid eſt uerum a par-
te ſubiectiua, & ſi aliquid eſt uerum, aliquid eſt, a conuertibili ſiue pari, quia eſ-
ſe, & eſſe uerum conuertuntur in eis quæ ſunt complexa; ergo a primo, ſi nihil
eſt aliquid eſt. Contra. ibi ſignificatur ſequi oppoſitum ad oppoſitum, ergo lo-
cutio eſt impoſsibilis. Solutio. Quidam dicunt, ꝙ prima ſimpliciter eſt falſa, &
dicunt, ꝙ prima conſequentia non tenet propter hoc, ꝙ prima propoſitio, nihil
eſt, omnia remoueat, & ſic non relinquit artes aliquas. neque ſcientias, neq; prin-
cipia aliqua, neque maximas neque locos, neque cauſas aliquas, neque eff ctus
aliquos, & ideo non eſt ibi locus a cauſa, neque alius, & ideo non tenet iſta
conſequentia, ſi nihil eſt, nihil eſſe uerum eſt Sed hoc nihil eſt, quia poſito, ꝙ
nihil ſit de rebus creatis, ſicut erat ante rerum creationem; & iſta diſtributio, ni-
D hil eſt, non comprehendit ſub ſe, niſi res creatas, tunc eſt uera, nihil eſt, loquen-
do de rebus creatis, & hæc, nihil eſſe eſt uerum, & una non poteſt intelligi ſine al
tera nec econuerſo, ergo neceſſario una ſequitur ad alteram & econuerſo. Alii
autem dicunt, ꝙ prima ponit impoſsibile, & ex impoſsibili ſequitur quodlibet,
& ita ex prima, ꝙ ſequitur aliquod eſſe, ſed hoc nihil eſt, quia oſtenſum eſt prius
ꝙ ex impoſsibili non ſequitur quodlibet. Alii autem dicunt, ꝙ prima interimit
ſeipſam, & ideo ponit ſuum oppoſitum. ſ. aliquid eſſe, quia primum antecedens
remouet omnes res naturæ, & moris & rationis, & ſic remouet omnem ſyllogiſ-
mum & omnem propoſitionem cum ſint res rationis, & ſic remouet & perimit
omnem propoſitionem, ergo & ſeipſum, & ita interimit ſeipſam, & ita ſequi-
tur ex ea nihil eſſe, & aliquid eſſe. Sed hoc nihil eſt, quia ſumpta diſtributione
pro

pro rebus creatis,ſicut dictum fuit prius,tunc hæc eſt uera,nihil eſt,loquendo de E
ſtatu qui erat ante rerum creationem,ergo neq; interimit ſe,neque opponit ſuũ
oppoſitum. Adhuc autem obiiciunt,ꝙ antecedens primæ conditionalis remo-
uet res naturæ & moris & rationis, unde remouet oẽm ſyllogiſmum & omnem
propoſitionem,ergo remouet ſeipſam. Dicendum,ꝙ non ſequitur immo eſt ibi,
quid & ſimpliciter,quia remouet omnem ſyllogiſmum & omnem propoſitionẽ,
ut ſunt res.ſed iſta propoſitio, nihil eſt,non ſumitur ut res, ſed ſumitur ut ſignũ
rei, uel ſicut uia in re, & ſic nihil negat de ſe ſed de rebus intellectis per ipſam.
Simile autem eſt hic,poſito, ꝙ omnes propoſitiones deſtruantur & nulla rema-
neat,tunc ſi aliquis dicat,nulla propõ eſt uera,uerum dicit,& tamen ipſe profert
propoſitionem hanc.ſ.nulla propoſitio eſt uera,neque ex hoc ſequitur,ꝙ aliqua
propoſitio ſit, quia hæc propoſitio quam ipſe profert.ſ.ſi nulla propoſitio eſt,nõ
ſumitur ut res,ſed ſumitur ut ſignum,& ut uia ad omnes alias propoſitiones. un
de eſſe iſtius non eſt niſi per eſſe illarum, & ideo non facit numerum in eſſe cum F
illis,& non ſequitur,ꝙ aliqua propoſitio ſit. Et propter hoc dicendum eſt, ꝙ pri
ma eſt falſa,hæc.ſ.ſi nihil eſt,aliquid eſt,& prima conſequentia bene tenet.ſ. ni-
hil eſt,nihil eſſe eſt uerũ, quia ex impoſſibili aliquo, bene ſequitur aliquid aliud
impoſſibile,dum habuerit habitudinem aliquam ad ipſum,& eſt ibi locus ab ef
fectu, quia ueritas propoſitionis ponit ueritatem dicti, ſicut effectus ponit cau-
ſam,& etiam ſecunda conſequentia bene tenet,hæc.ſ.ſi nihil eſſe eſt uerum,hoc
enunciabile,nihil eſſe eſt uerum, ſed tertia conſequentia peccat ſecundũ quid &
ſimpliciter,hæc.ſ.hoc enunciabile eſt uerum,ergo aliquid eſt uerum,quia enun-
ciabile non ponit aliquid eſſe ſimpliciter,ſed iſte terminus aliquid ponit ens ſim
pliciter, & ideo incidit in ſecundum quid & ſimpliciter.Patet hoc etiam aliter,
quia cum dicit,ſi hoc enunciabile eſt uerum,aliquid eſt uerum,per hoc pronomẽ
hoc,demonſtratur hoc enunciabile,nihil eſſet quia nihil ponit ineſſe,ſed omnia
remouet,& per hoc conſequens aliquid eſt uerũ,ponit rem ſimpliciter eſſe,& ſic G
ponit ens ſimpliciter eſſe & non ponit ens ſimpliciter.unde ſi aliquis recte inſpe
xerit rectam conditionalem,uidebit,ꝙ conſequens eius contradicit antecedenti
ipſius,& ideo aut nulla eſt apparẽtia,aut ſi ẽ,incidit in ſecũdũ q̃d & ſimpliciter.

Sophiſma aliud. Item quæritur de hoc ſophiſmate.Socra.dicit uerum,ſi ſolus Plato loquitur,
poſito,quòd Socr. dicat ſolum Platonem loqui. Probatio primæ, Socrates dicit
ſolum Platonem loqui,ſed ſolum Platonem loqui eſt uerum, ſi ſolus Plato lo-
quitur. Contra.ſi ſolus Plato loquitur non alius a Platone loquitur,a definito
uel a deſcripto, & ſi nullus alius a Platone loquitur, Socrates non loquitur,a to
to in quantitate, & ſi Socrates non loquitur, Socrates non dicit uerum,a gene
re,quia loqui ſuperius eſt ad dicere uerum & ad dicere falſum, & ad oẽs locu-
tiones ſpeciales, non,ergo dicit Socrates uerum, ſi ſolus Plato loquitur. Solu-
tio prima ſimpliciter eſt falſa, & probatio peccat ſecundum accidens,quia quã-
uis Socrates dicat ſolum Platonem loqui, & illud ſit uerum ſi ſolus Plato loqui H
tur, non tamen dicit uerum ſi ſolus Plato loquitur. Sicut quamuis cognoſcat
eum qui eſt coopertus ut Choriſcus, non tamen cognoſcit coopertum, ſed eſt ibi
ſophiſma accidentis, & ſimiliter eſt in propoſito, quia ſicut coopertum accidit
cooperto, ſimiliter uerum accidit ei,quod eſt,ſolum Platonem loqui. unde pri-
ma ſimpliciter eſt falſa, & ponit contradictionem, quia ponit ſolum Platonem
loqui,& non ſolum Platonem loqui,& Socrates dicere eſt uerum, & non dicere
eſt uerum,cum alii a Platone excludantur reſpectu huius actus loqui. unde pro-
batio non probat eam. Quidam tamen dicunt,ꝙ ſicut prima ponit contradi-
ctionem ſimiliter poſito quod ratio ponat contradictionem, unde non eſt mi-
rum ſi ex una contradictione naturæ ſequitur altera. Sed illi decepti ſunt per
quid.

A quid,& ſimpliciter,quia cũ taceo,& nihil dico,interroganti,quid dico,uere reſpõdeo,nihil dico,& ex hoc nõ ſequitur,ergo dico aliquid,immo eſt quid & ſimpliciter,quia dictio mea nõ ſumitur ut res quæ ſignificetur quod dicat per ſeipſam,ſed ſumitur ut ſignũ aliarũ rerũ.unde cum profero hoc.ſ.nihil dico,nõ profero illud ut rem de qua loquor,ſed ut rem per quã loquor, ſicut per ſignũ,ſed ſignum ſemper aliud eſt a ſignato & diuerſum,ideo iſta prolatio nõ continetur in ſuppoſitione huius quod dico aliquid,& non eſt ibi reſtrictio, ſicut ſolet dici in inſolubilibus. Similiter eſt, ꝙ ſolo Platone loquente Socrates poteſt hoc bene ſignificare & dicere,ſolus Plato loquitur,neq; ponit iſto poſito contradictio nem.quia dictio Socratis ſumitur ut ſignum aliarum dictionum, unde facit numerum cum aliis dictionibus,& non ſequitur,ergo alius a Platone loquitur.

Item quæritur de hoc ſophiſmate.Si tu ſcis te eſſe lapidem, tu non ſcis te eſſe lapidem.Probatio.Si tu ſcis te eſſe lapidem, te eſſe lapidem eſt uerum,quia nihil ſcitur niſi uerum, ſed ſi te eſſe lapidem,eſt uerum,tu es lapis,per locũ a cõ B uertibili, quia dictum conuertitur cum ſua p opoſitione,& ſi tu es lapis,tu nihil ſcis,ab oppoſitis,& ſi nihil ſcis,tu non ſcis te eſſe lapidem,a toto in quantitate,ergo a primo,ſi tu ſcis te eſſe lapidem,tu non ſcis te eſſe lapidem. Sophiſ tertium

Contra.ibi ſequitur oppoſitum ad oppoſitum, ergo locutio eſt impoſsibilis. Solutio.Prima eſt ſimpliciter uera, quia conſequens neceſſario ſequitur ex antecedente per locales habitudines ſicut probatio manifeſtat. Ad probationem autem,ſoluendum per interemptionem, quia non ſequitur ibi oppoſitũ ad oppoſitum,ſed ſequitur una pars cõtradictionis ad antecedens,quod claudit intra ſe utranque,quia hoc antecedens,tu ſcis te eſſe lapidem, ratione rei huius uerbi ſcire,ponit ſcientiam in ſubiecto, ſed ratione obiecti eiuſdem uerbi,quod.ſ. obiectum eſt, te eſſe lapidem,priuat ſcientiam a ſubiecto, & ita ponit ſubiectũ ſcire & non ſcire,& eſſe lapidem, & non ſcire ſe eſſe lapidem,& omnes iſtas cõ C tradictiones habent in ſe integrantes antecedẽs ipſum,ſicut totum integrale habet in ſe ſuas partes integrales. unde ex primo antecedente ſequitur quælibet iſtarum contradictionum per locales habitudines,& non propter hoc,ꝙ ex impoſsibili ſequitur quodlibet, ſed ſicut ex toto integrali ſequitur quælibet eius pars ſecundum conſequentiam naturalem,uel locales habitudines.

De coniunctione, An.

ITem coniunctionũ ſunt plures,quia quędã ſunt dubitatiuæ & interrogatiuæ ſecundũ prius,ut,ne,an,& utrũ,& hoc genus coniunctionũ comprehendit Donatus ſub diſiunctiuis. Sed miſsis omnibus aliis interrogatiuis & dubitatiuis coniunctionibus de hac dictione an ad præſens intendimus. Circa quã primo quæritur an ſit differentia inter interrogationem factam per nomẽ, interrogationem factam per aduerbium,& interrogationem factam per coniũ D ctionem.Secundo quæritur quid ſignificet hæc dictio an.Tertia quæſtio eſt qualiter differat hæc coniunctio an, ab aliis coniunctionibus interrogatiuis, ut ab his coniunctionibus ne & utrum.Quarta quæſtio eſt,cum habeat in ſe naturam diſiunctionis, inter quæ habeat diſiungere. Quinta quæſtio eſt,cum exerceat tres actus, quia importat diſputationem & interrogationem & dubitationem, utrum æqualiter ſe habeat ad omnes iſtos actus, uel non.

De multiplici interrogationum tam nominis,quam uerbi natura ac differentia quæritur. Cap. 1,

CIrca primum obiicitur,quia quicqd eſt,aut eſt ſubſtãtia,aut accidẽs,ſed dubitatio eſt de re aliqua,ergo eſt de ſubſtantia,uel de accidẽte,ſed omnis in-

terrogatio eſt de re dubitatiua, ergo omnis interrogatio eſt de ſubſtantia uel de B
accidente, ſed omnis interrogatio de ſubſtantia fit per hæc interrogatiua quis, qui, quod, uel quid, quæ ſunt interrogatiua nomina. Sed interrogatio de accidente fit, cum accidens ſignificetur uel per nomina quædam uel per aduerbia. & tunc fit uel per nomina, ut qualis, quantus, quotus, quotennis, uel per aduerbia, ut cur, quare, quando, ubi, & conſimilia, ergo omnis interrogatio fit per nomen uel per aduerbium, ergo oportet, quòd dictio interrogatiua ſit nomen uel aduerbium, ergo nulla coniunctio eſt dictio interrogatiua. Et dicendum, quòd quãque contingit dubitare de re ſignificatiua per nomen, ſiue ſignificetur per modum ſubſtantiæ ſiue per modum accidentis, & de huiuſmodi re quęritur per nomina interrogatiua, ut quis, quæ, quod, uel quid, qualis, quantus, quotus, quotennis, ſecundum diuerſitatem ſubſtantiæ, & eorum quæ accidunt ſubſtantiæ. Quãdoq; autem dubitatur de actu ſpeciali, & tunc quæritur de ipſo per hoc interrogatiuum, quid, addito actu generali, ut quid agit, ſedet, uel dormit, uel diſputat, E
uel legit, & ſic de aliis & de his duobus modis quæritur per nomen de re dubitata. Quandoque autem dubitamus de his quæ debentur actui, ut de cauſa actus, ut cur legit, quare legit, uel de tempore in quo fuit actus, ut quando cucurrit uel curret, uel de loco comparãdo ad actum ſecundum, q actus ſumitur in loco uel de loco, uel ad locum, uel per locum, ut ubi eſt. ubi fecit hæc, unde uenit, quo uadit, quà uadit, quà tranſiuit, & de his quæritur per aduerbia localia. Et ſic patet, q de omnibus prædictis quæ debentur actui, quæritur per aduerbia. Quandoque autem dubitamus de inhærentia uel compoſitione actus cum ſubſtantia, & tunc quæritur de ipſa inhærentia uel compoſitione per coniunctiones interrogatiuas, ut per has coniunctiones ne, an, utrum, & ideo interrogatiua rerum dubitatiuarum ſunt tribus modis, quia quædam ſunt nomina, & quædã aduerbia, aliæ uero coniunctiones, & hæc differentia ſumpta eſt a parte ipſarum rerum dubitatiuarum, quæ ſunt obiecta dubitationis. Ad argumentum dicendum, quòd omnis dubitatio eſt de ſubſtantia uel de accidente, extendendo accidens ad ipſum accidens & ad inhærentiam huius accidentis cum ſubſtãtia, uel ipſius actus cum ſubſtantia, & tunc interrogatio de accidente, aliquando fit per quædam nomina iterrogatiua, ut qualis, quantus, & conſimilia, aliquãdo per aduerbium, aliquando per coniunctiones, & ita inſufficienter diuidit interrogationem accidentis in oppoſito. G

Quid nam hæc dictio an, ſignificet. Cap. II.

Circa ſecundum quæritur quid ſignificet dictio an. Et dicunt quidam, q ſignificat diſiunctionem cum electione. Sed, quòd hæc dictio an, non ſignificet diſiunctionem cum electione ſciendum, quòd hæc dictio an, non ſignificat electionem. probo, quia dictio interrogatiua importat interrogationem, ſed omnis interrogatio cauſatur ex dubitatione, ergo hæc dictio an, importat dubitationem, H
ſed dubitatio eſt contra electionem, quia qui dubitat, neſcit eligere inter ea de quibus dubitat, ergo hæc dictio an, non importat electionem. Item ad idem, ſi hæc dictio an, ſignificat electionem, aut ſignificat eam ut conceptam, aut ut affectam, ſed non ſignificat ipſam ut conceptam, quia cum electio ſit actus animæ, & nullus actus animæ poſſit ſignificari, ut conceptus, niſi per nomen, uel per uerbum, uel participium, ergo ſi hæc dictio, an, ſignificat electionem ut conceptã, oportet, q ſit nomen uel uerbum uel participium, quod falſum eſt. Si autem ſignificat eam per modum affectus, contra, affectus animæ non ſignificantur per modum affectus, niſi per aduerbia quædam, & per interiectiones, & per modos uerborum, ergo ſi hæc dictio an, ſignificat electionem per modũ affectus, oportet.

A tet q̃ ſit aduerbium,uel interiectio, uel accidat uerbo tanquam modus, quod eſt impoſsibile,ergo impoſsibile eſt quòd hæc dictio an,ſignificet electionẽ per modum affectus,uel per modum conceptus. Quod concedimus dicentes,quòd hæc dictio an, ſignificat diſiunctionem cum dubitatione ſub modo interrogandi,& quia quicunque interrogat petit certificari inquantum interrogat,ideo ad interrogationem ſequitur petitio certitudinis de re dubitata. Et ideo quia hæc dictio an,interrogat diſiungendo inter aliqua, propter hoc per ipſam importatur petitio alterius partis diſiunctionis.Quod autem hæc dictio an,ſignificet diſiunctionem,patet per hoc quòd eſt diſiunctiua coniunctio. Quòd autẽ importet dubitationem,patet per hoc quòd eſt dictio interrogatiua,& ulterius ad interrogationem ſequitur petitio alterius diſiuncti,ut dictum eſt. An, dubitationem cũ interrogatione ſignificat.

De huius dictionis An, a cæteris diſcrimine. Cap. III.

B Circa tertium quæritur,quæ ſit differentia huius dictionis an,ad alias coniũctiones interrogatiuas,quæ ſunt,an,ne,& utrum,quia ſi nulla eſt differẽtia ergo una earum ſufficit,ergo aliæ ſuperfluunt. Et dicendum quòd illæ tres coniunctiones,utrum,ne,an conueniunt in hoc quòd interrogant de compoſitione actus cum ſubſtantia,ut dictum eſt.Sed differunt in hoc quòd hæc dictio ne,magis ſe tenet cum actu.Illæ uero coniunctiones utrum & an magis ſe tenent a parte ſuppoſiti.Et differunt illæ duæ.ſ.utrum,& an,hoc modo, quia hæc coniũctio utrum nunquam geminatur ſine diſiunctiua coniunctione,ſed exigit ſecum coniunctionem aliam diſiunctiuam,ut utrum Socra.currat, uel Pla.Sed coniunctio an,& quandoque geminatur ſine altera coniunctione, ut tu ſcis an Socr.currat an Pla.&c. Ex hoc patet alia differentia, ſcilicet quòd coniunctio, non poteſt recipere ſupra ſe tranſitionem alterius actus,propter hoc quòd ſe tenet cũ actu. Actus autem non tranſit ſupra alium actum,ſed ſupra aliquod caſuale.unde nihil eſt dictum, tu uides currit ne Socra.ſed tu uides Socra. currere. Aliæ uero
C duæ recipiunt ſupra ſe tranſitionem actus,propter hoc quòd magis ſe tenent cũ ſubſtantia ſiue cum ſuppoſito,ut tu ſcis an Socra.currat,& tu uides utrum Plato legat. Tertia differentia eſt quòd hæc coniunctione, ſemper eſt interrogatiua, aliæ uero duæ aliquando tenentur diſiunctiue tantum,unde ergo bene ſcio utrũ Socra.legat uel non, & bene ſcio an legat,an non legat.

Quæ nam hæc dictio an nata ſit diſiungere. Cap. IIII.

Circa quartum quæritur,cum hæc coniunctio an,ſit coniunctio diſiunctiua,inter quæ habeat diſiungere.Et de hac talis datur regula. Quotieſcunq; hæc coniunctio an ſemel ponit,diſiungit inter dicta contradictione oppoſita. Quando uero bis ponitur diſiungit inter dicta inuenta. Quòd autem prima pars regulæ ſit uera. Probatio,quia in omni interrogatione ſupponitur aliquod com-
D mune ad illud quod quæritur, ut cum quæritur quis diſputat, ſupponit hominem in communi diſputare,& uult certificari de particulari homine qui diſputat,& ſimiliter in qualibet interrogatione alia,ergo in omni interrogatione ſupponitur aliquid commune,uel uniuerſale ad illud quod quæritur,ergo in hac interrogatione,tu ſcis an Socrates currat ſupponitur commune ad illam,ſed nihil eſt commune ad partem contradictionis niſi diſiunctio,ergo ſupponitur ibi diſiunctio inter partes contradictionis,ſed non eſt ibi aliquid per quod ſupponatur iſta diſiunctiua niſi per hanc coniunctionẽ an, ergo hæc dictio an,diſiungit inter partes cõtradictionis, ſed hoc modo ſemel ponitur,ergo an,ſemel ponitur inter dicta contradictorie oppoſita,quod concedimus.Sed contra,omnis diſiunctio eſt ad minus inter duo.unde nihil eſt dictum Socr.currit uel quia deficit al

terum extremorum ergo nihil eſt dictum, ut ſcis an Socr. currat cum deficiat alterum extremorum. Solutio. non eſt ſimile de hac coniunctione an, quia hæc dictio an, eſt interrogatiua & diſiunctiua, & ideo ratione interrogationis adiunctæ diſiunctioni quando adiungitur uni parti contradictionis dat intelligere alterā, quia qui dubitat de uno oppoſitorum, dubitat & de reliquo. Sed hæc dictio uel, tantum eſt diſiunctiua & non interrogatiua, & ideo non dat intelligere alterum extremorum. Item obiicitur contra ſecundam partem regulæ, quia multorum non eſt dubitatio una, ſed plures, niſi illa multa opponātur aliquo genere oppoſitionis, ſed cum dicitur tu ſcis an Socra. currat, an Plato diſputent, iſta ſcilicet Socra. currere, & Platonem diſputare non opponuntur aliquo genere oppoſitionis, ergo eorum non eſt dubitatio una, ergo hæc dictio an, non diſiungit inter ea, ergo non diſiungit inter dicta inuenta quando bis ponitur. Sed contra. omne illud quæritur per interrogationem, & ſolū illud quo in reſponſione data quæſtio terminatur, ſed dato utrolibet prædictorum enunciabilium quæſtio terminatur, ergo indifferenter quæritur hoc, uel illud, ergo hæc dictio diſiungit inter ea, quia ſolum diſiungit inter ea de quibus quęritur, ſed hæc ſunt dicta inuenta, ergo quando bis ponitur diſiungit inter dicta inuēta, quod concedimus. Ad hoc quod obiicitur in contrarium dicendum ꝙ dubitatio una, & interrogatio una, & reſponſio una, neceſſario ſunt dupliciter, quia uno modo eſt reſpōſio una ſimpliciter, ut quando quæritur unum de uno ſecundū ſe & abſolute, ut cū quæritur, currit ne Socra. & reſpondentur ſic, uel non. Alio autem modo eſt reſponſio una non ſimpliciter, ſed per ſuppoſitionem, ut cum quæritur, currit nè Socr. uel Pla hic enim oportet ſupponere ꝙ alter iſtorum currat, ad hoc ꝙ detur reſponſio una. & ſimiliter dubitatio una, & interrogatio una ſunt dupliciter .ſ. ſimpliciter, & per ſuppoſitionem, cū quæritur, tu ſcis an Socra. an Pla. diſputat, non eſt interrogatio una, neque dubitatio ſecundum ſuppoſitionem uter illorum, ſicut ſimpliciter reſpondens ſciat de altero illorum.

Quomodo ad actus interrogationis, diſtinctionis, & dubitationis ſe habeat. Cap. v.

Circa quintū obiicit ꝙ hæc dictio an, nō debeat exercere iſtos tres actus, qui ſunt diſtinguere, dubitare, & interrogare, quia unius actus unum eſt inſtrumentum proprium & ecōuerſo, ergo ſi hæc dictio an, eſt inſtrumentū interrogandi non erit inſtrumentum dubitandi, uel diſiungendi. Et dicendum, ꝙ inſtrumētum idem ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum rationem non poteſt eſſe inſtrumentum diuerſorum actuū ſeſe non conſequentiū, ſed inſtrm idem ſecundū ſubſtantiā & diuerſam acceptionē ſecundū rationem bene poteſt eſſe actuū ſimpliciter diuerſorū unde ſicut pulmo eſt inſtrm temperādi calorē cordis per reſpirationem, & hoc ſecundū ꝙ eſt attractiuus aeris, & eſt inſtrumentū loquēdi repercutiendo aerem ad uocalem arteriam, & hoc eſt inquantū eſt expulſiuus & repercuſsiuus aeris, & ita ſecundū aliud eſt inſtrm tēperandi calorē cordis, & ſecundū aliud inſtrm loquēdi, ſic hoc quod dico an, ſecundū ꝙ diſiungit, cōtinet ſub ſpecie diſiunctiuarū coniunctionū, ſecundū autem ꝙ per ipſam interrogamus, cōtinetur ſub ſpē interrogatiuarū coniunctionū, ſecundū uero ꝙ per ipſum dubitamus ſub ſpecie dubitatiuarū, & ſic ſp eſt eadem coniunctio ſecundū ſubſtantiā, differt aūt ſecundū rationē, & ſecundū ſpeciē, cū ſit diuerſarū ſpec eiū ſecundum ꝙ per ipſam exercemus iſtos tres actus prædictos. Et nota, quòd per prius eſt diſiunctiua & per poſterius interrogatiua & dubitatiua, quia ſemper diſiungit, ſed non ſemper interrogat, uel dubitat. Et nota ꝙ hæc dictio an, petit alteram partem determinare. Quod probatur ſic, reſpondens. n. magis debet eſſe certus

Notabile pulchrum.

de

A de qõne q̃ interrogans, quia rñdens debet certificare interrogãtem de qõne, ſed interrogans ſcit alteram partem in genere ſiue in communi, ergo oportet, ꝙ rñdens ſciat alteram partem in ſpeciali & determinate. Quod concedimus.

Sed contra. Sicut contingit ſcire uniuerſale ignorando particulare, ut ſcio hoĩem in uniuerſali eſſe in Hiſpania, tñ nullũ particulare ſcio ibi eē, ſimiliter cõtingit ſcire diſiunctionẽ ignorando quãlibet partem diſiunctionis determinate. Probatio. Scio eſſe aſtra paria uel imparia, uñ neſcio partem hanc uel illam, ergo cũ dico tu ſcis an Socr. currat, an Plato diſputet, oportet, ꝙ reſpondens ſciat alteram partem determinare. Et dicendum, ꝙ hoc ultimũ argumentum non tenet. Si. n. hæc dictio an, eſſet tantũ diſiunctiua bene oporteret. Sed quia non ſolũ eſt diſiunctiua, ſed etiam interrogatiua ideo non tenet, quia quicunque interrogat petit certificari eo ipſo, quod interrogat, & ideo, cũ hæc dictio an, ſit interrogatiua alterius diſiunctorũ, oportet, ꝙ importet petitionem alterius diſiunctorũ,
B & pp huius petitionem oportet, ꝙ rñdens ſciat alteram partem determinate, & ideo argumentum prædictũ impeditur pp interrogationem huius dictionis an.

Item quæritur de hoc ſophiſmate, Tu ſcis an omnis homo ſit Socra an differat ab illo. Probatio. Tu ſcis an Socr. ſit Socra. an differat ab illo tu ſcis an Plato ſit Socrates, an differat ab illo, & ſic de aliis, ergo prima uera. Contra. Tu ſcis an omnis homo ſit Socr. an differat ab illo, ergo tu ſcis omnem hominem eſſe Socratem, uel omnem hominem differre a Socra. quorũ utrunque eſt falſum, hæc eſt quædam diſiunctiua, cuius utraque pars eſt falſa, ergo tota eſt falſa. Solutio. Prima ſimpliciter eſt falſa, & probatio peccat ſecundum conſequens ab inſufficienti, quia in hac propoſitione, Tu ſcis an omnis homo ſit Socr. an differat ab illo, eſt duplex uniuerſalitas, quoniã in una parte diſiũctionis eſt una diſtributio, & altera in alia. unde ſenſus eſt, Tu ſcis, an omnis homo ſit Socrates, an omnis homo differat a Socra. ſed non ſumuntur omnes ſingulares harũ duarũ diſtri- Sophiſ.
C butionum in ipſa probatione, quia præter omnes iſtas quas ſumit debet ſumere iſtas, tu ſcis an Socrates ſit Socra. an omnis homo differat a Socrate, tu ſcis an Plato ſit Socra. an omni homo differat a Socra. & hæc diſiunctiua eſt falſa, quia utraq; pars eſt falſa, & ſimiliter omnes aliæ quæ relinquuntur, & hoc modo debent ſumere omnes partes primæ diſtributionis ſecunda diſtributione integra permanente, & etiam debent econuerſo ſumere omnes partes ſecũdæ diſtributionis, ita, ꝙ prima diſtributio integra permaneat, tu ſcis an omnis homo ſit Socrates an differat a Socrate, & hæc eſt falſa, & tu ſcis an omnis homo ſit Socra. an Plato differat a Socra. & ſic de aliis. Alio autem modo debent ſumere partes .ſ. accipiendo ſingulares unius cũ omnibus ſingularibus alterius, tu ſcis an Plato ſit Socrates an differat a Socrate, & ſic de aliis, ſed omnium harum nulla accidit, & ita procedit ab inſufficienti, unde peccat ſecundum conſequens.

Item poſito, ꝙ Socrates uel Plato mentiatur, ſed tu neſcis quis eorum men- Sophiſ
D tiatur, quæritur de hoc ſophiſmate. Tu ſcis an de mentiente ſit falſum, Socratem eſſe illum. Probatio. hæc negatiua eſt uera, non de mentiente eſt falſum Socratem eſſe illum utroque caſu contingente, ſcilicet, ſiue Socrates mentiatur ſiue Plato, quia Socrates mentiente hæc eſt uera non de mentiente eſt falſum Socra. eſſe illum .i. Socratem eſſe mentientem, immo eſt uerum de Socrate. Item mentiente Platone hæc eſt uera, non de mentiente eſt falſum Socratem eſſe illum .i. Socratem eſſe Platonem mentiente, quia licet ſit falſum Socratem eſſe Platonẽ, non tamen eſt falſum de Platone, quia non eſt enunciabile de eo. unde nec uerum neq; falſum eſt de eo, pp hoc, ꝙ enunciabile dr eſſe ſemper de re, ſubiecti ſiue de eo, quod ſubiicitur, & non de eo, quod prædicatur, ut hominem eſſe lapidem, ſed lapidẽ eſſe hominẽ eſt enunciabile de lapide, & nõ de homine, & ſic pa

tet,ꝙ utroq; caſu contingente hæc eſt uera non de mentiẽte eſt falſum Socr.eſſe E
illum,& hic ſcis etiã ex hypoteſi,quia plures caſus non pñt contingere,ergo ut
ſcis hanc.ſ.non de mentiente &c.& hæc eſt altera pars primæ diſiunctiuæ, quia
hæc dictio an ſemel poſita diſiungit inter contradictorie oppoſita, ergo hæc eſt
uera,tu ſcis an de mentiente ſit falſum Socra. eſſe illum an non de mentiente ſit
falſum Socra.eſſe illum, quia huius diſiunctiuæ altera pars eſt uera. Contra. Tu
ſcis an de mentiente ſit falſum Socr. eſſe illum. ergo tu ſcis an de mentiente ſit
falſum illum eſſe Socratem,& eſt locus a conuertibili.ut Socra. eſt ille eſt Socr.
ſicut hic ſi homo eſt animal, animal eſt homo, ſed concluſio eſt dubia, & non
certa, quia Socrate mentiente hæc negatiua eſt uera, non de mentiente eſt fal-
ſum illum Socratem eſſe,ideſt mentiente eſſe Socratem,ſed Platone mentiente
falſa eſt,quia ſenſus eſt,non de mentiente eſt falſum illum eſſe Socratem,ideſt
Platonem eſſe Socratem,quia hoc eſt falſum de mentiente, eo,quòd Platonem F
eſſe Socratem falſum eſt de Platone, ergo prædicta negatiua eſt dubia, cum ſit
uera uno caſu contingente,& alia falſa, & tu ſcis quis caſus debeat accidere ſiue
contingere,ergo, & ſua oppoſita eſt dubia, quia qui dubitat de uno oppoſitorũ.
neceſſe eſt ipſum de reliquo dubitare, ergo hæc eſt falſa,tu ſcis an de mentiente
ſit falſum illum eſſe Socratem, ergo, & prima eſt falſa ex qua ſequitur. Solutio.
Prima eſt ſimpliciter uera, hæc,ſcilicet,Tu ſcis an de mentiente ſit Socratem eſ-
ſe illum,& probatio bene tenet,ſed primum argumentum improbationis peccat
ſecundum ſophiſma accidentis, ut hic. Tu ſcis, quòd de homine eſt enunciabile
hominem eſſe ſubſtantiam, ergo tu ſcis,quòd de homine eſt enunciabile ſubſtan
tiam eſſe hominem,quod falſum eſt,quia uerum eſt mentientem eſſe Socratem.
Si autem Plato mentiatur de non Socra.tunc hæc eſt falſa, ſcilicet de mentiente
eſt falſum ipſum eſſe Socra.quia quamuis hominem eſſe ſubſtantiam,& ſubſtan
tiam eſſe hominem conuertuntur, non tamen, quod ſubiicitur in uno ſubiicitur G
in reliquo. Vnde unum eſt enunciabile de homine, & non de ſubſtãtia, quia hõ
ſubiicĩ in eo,alterũ eſt enũciabile de ſuba,& nõ de hoĩe,q2 ſuba ſubicĩ in eo,&
ſicut dictum eſt enũciabile ſemper eſt de re ſubiecta,ſiue, quod ſubiicitur in eo.

De coniunctione Vel.

HABITO de hac coniunctione diſiunctiua an, conſequenter dicendum eſt
de hac coniunctione uel. Circa quam primo quæritur quid ſignificet
hæc dictio uel. Secundo quæritur utrum ſuum ſignificatum ſit ens ſim-
pliciter ſiue non. Tertio utrum res huius dictionis uel ſit in genere re-
lationis uel non. Quarto qualiter differt ab aliis coniunctionibus diſiunctiuis.
Quinto, utrum diſiunctio faciat tertiũ diſiunctum eſſe prædicabile de pluribus.

Quid ſignificet hæc dictio, Vel. Cap. I. H

CIrca primum obiicitur, quia ut patet per definitionem coniunctionis hæc
coniunctio uel, ſignificat comparationem quæ eſt ſecundum prius, & poſte-
rius, aut ſecundum ſimul, ſed non ſignificat comparationem quæ eſt ſecundum
prius, & poſterius, quia ſic eſt dictio conſecutiua, ergo ſignificat comparationẽ
quæ eſt ſecundum ſimul, ergo ſignificat res ſimul eſſe. Sed contra. dicit Boethus
ꝙ hæc ſapit diſiunctiua coniunctio,ꝙ ea inter quæ diſiungit ſimul eſſe non per-
mittit, ergo hæc coniunctio uel,non poteſt ſimul eſſe res ſignificare,ergo non ſi-
gnificat comparationem quæ eſt ſecundum ſimul. Item ad idem Priſcianus de-
finit diſiunctiuam coniunctionem dicens, diſiunctiuæ coniunctiones ſunt, quæ
quamuis dictiones coniungant,ſenſus tamen diſiungunt,alteram quidam re eſſe
ſignificant,& alteram non eſſe,ſed definitio ſuperioris conuenit cuilibet inferio
ri,ergo

A ri, ergo oportet ꝙ hæc definitio intelligatur de hac dictione uel, ergo hæc coniunctio non poterit res ſimul eſſe ſignificare, ergo non ſignificat comparationē quæ eſt ſecundum ſimul. Et dicendum ꝙ hæc coniunctio, uel ſignificat comparationem rerum ſimul exiſtentium diſiungendo, & hæc comparatio eſt diſiunctio ipſorū diſiunctiuorum, ſe habens ad utrunq; æqualiter, quia hæc cōiunctio uel, non magis ſe habet ad unū diſiunctiuorū q̃ ad alterū quātū de ſe eſt ut cū dicitur Socrates, uel Plato Ad illud quod obiicitur per Boethum dicendum, ꝙ ubi eſt diſiunctio, duo exiguntur. ſ. ea, quæ diſiunguntur, & illud reſpectu cuius eſt diſiunctio unde cum dicitur Socrates, uel Plato currit, Socra. uel Plato, ſunt diſiuncta, & diſiunguntur reſpectu huius actus currit. unde hæc coniunctio uel, ponit ipſa diſiuncta ſimul eſſe, & illud reſpectu cuius eſſe diſiunctio nō ponit ſimul eſſe in eis. unde Socr. & Pla. ſimul ponunt ſecundū ſe, nō tamē ſimul ponunt ſub curſu, & id qđ dicit Boeth. intelligēdū eſt, quoad illud reſpectu cuius ſit diſiūctio.

B Ad illud aūt quod obiicitur de definitione coniunctionis diſiunctiuæ dicendū ꝙ ſimul eſt duobus modis. Quoniam uno modo eſt ſimul ſecundum prius, & poſterius in conſequendo, & ſic omnes coniunctiones diſiunctiuæ dicunt res ſimul eſſe, eo ꝙ non ponunt unum tanquam antecedens, & reliquum tanquam conſequens. Alio autem modo dicitur ſimul ſecundum participationem unius rei, ut ſi Socrates, & Plato participent albedinem dicuntur eſſe ſimul in participatione albedinis, & hoc dixit Priſcianus ꝙ coniunctiones diſiunctiuæ diſiungunt ſenſum, & alteram quidem rem eſſe alteram uere non eſſe oſtendunt. Capitulo codē, quē recentiores ſequuntur.

An uel ſignificet ens ſimpliciter. Cap. II.

Circa ſecundum obiicitur, quia quod importatur per hanc coniunctionē uel, reperitur in ente, ut homo, uel aſinus, & etiam non in ente ut chimera eſt, uel hircoceruus, ergo non eſt ens ſimpliciter. Item ad idem. Quicquid eſt ſimpliciter aut eſt ſubſtantia, aut quantitas, & ſic de aliis. Sed hæc coniunctio, uel,
C non ſignificat ſubſtantiam nec quantitatem, & ſic de aliis, ergo ſignificatum eius non eſt ens ſimpliciter, ſed quodammodo. Quod concedimus dicentes, ꝙ ſignificat reſpectum quendam repertum tam in ente quam in non ente.

An Res huius dictionis uel, ſit in genere relationis. Cap. III.

Circa tertium obiicitur ꝙ omnes relationes ſunt in ad aliquid ſiue in prædicamento relationis. Sed hæc dictio uel, non dicit rem abſolutam, ſed reſpectiuam, quia nihil eſt dictum. Socrates currit, uel propter hoc quòd deficit alterum extremorum, ergo dicit relationem, ergo eſt in ad aliquid ſiue in prædicamento relationis. Item hæc dictio uel, æqualiter ſe habet quantum eſt de ſe ad utrunque extremorum, ſecundum comparationem unius ad alterum, ergo dicit relationem ſecundum æquiperantiam, ergo eſt in genere relationis. Sed obiicitur in contrarium, quia nulla comparatio quæ eſt ſecundum ſimul, aut ſecundū
D prius, & poſterius eſt in aliquo prędicamento, ſed omnis res cuiuſlibet coniunctionis eſt comparatio quæ ſecundum ſimul, uel ſecundum prius, & poſterius, ergo nulla res alicuius coniunctionis eſt in aliquo prædicamēto, & eſt ſyllogiſmus in ſecunda primæ, ergo ſignificatum huius dictionis uel, non eſt in aliquo genere. Quod concedimus. Ad primum autem quod obiicitur dicendum, quòd comparatio ſiue reſpectus eſt duplex, quia quędam ſunt comparationes quæ ſunt res ſimpliciter exiſtens, ut pater, & filius, duplum, & dimidium, & tales comparationes ſunt in prædicamento relationis, eo quod ſunt relationes. Aliæ ſunt comparationes quæ non ſunt ſimpliciter exiſtentes, eo quod ſunt tam exiſtentium quā non exiſtentiū, & huiuſmodi cōparationes non ſunt in genere relationis, & tales ſunt

ſignificationes coniunctionum diſiunctiuarum. unde ſequitur, quod quamuis hęc di E
ctio uel, dicat rem reſpectiuam, quod propter hoc ſit in ad aliquid ſiue in genere relationis. Ad aliud autem dicendum, quod comparatio ſecundum æqualitatem eſt duplex, quia quædam eſt quæ eſt ab anima dum anima apprehendit ſignificata partiũ orationis, & talis comparatio ſecundum æqualitatem non eſt in ad aliquid, quod non eſt ens ſimpliciter, ſed quodammodo cum ipſorum ſignificatorum, & contingit ſignificare tam ens quam non ens, ergo comparationes ſignificatorum ipſorum non poſſunt eſſe ſimpliciter entia, ergo non ſunt in genere relationis, & huius comparationes ſignificantur per coniunctionem diſiunctiuam. Alia eſt comparatio ſecundum æqualitatem, quæ ſolum ſequitur rem completam & perfectam in eſſe, ut amicus, uicinus, ſimilis, equalis, & huius comparatio ſecundum æqualitatem eſt per æquiparantiam, & eſt ſpecies relationis. unde eſt in genere relationis, quia ſpecies eſt in genere.

De dictione Vel, ab alijs diſtinctione. Cap. IIII. F

CIrca quartum obiicitur, quia, ſi iſtæ coniunctiones uel ue, aut, ne, an, utrum, non ſuperfluunt, oportet eas differre a ſe inuicem, aut ſi non differunt, oportet quod aliquæ earum ſuperfluant, & propter hoc quæritur, qualiter iſtæ coniunctiones ue, uel, aut differant ab aliis coniunctionibus diſiunctiuis. Et dicendum quod illæ coniunctiones ue, uel, aut differunt ab aliis tribus. ſ. an, ne, utrum, per hoc quod illæ tres poſſunt eſſe medium per quod unus actus tranſit ſuper alium actum, ut ſcis an Socra currat, & ſcis utrum Socra. currat putaſne Socra. currat. Sed ue, uel, & aut, non poſſunt eſſe medium quo unus actus tranſeat ſuper alium actum, nihil. n eſt dictum, ſcis uel Socra. currat, & ſcis aut Socrates currit, & ſcis ue Socrates currit. ut actus ſciendi intelligatur tranſire ſupra hoc, quod dico Socratem currere, ſicut ex alia parte bene dicebatur, tu ſcis a Socra. currat. i. tu ſcis Socratem currere uel non currere. Alia autem eſt differentia, quia illæ tres ſunt G
interrogatiuę, ſed ue, uel, & aut, non ſunt interrogatiuæ, immo tantum diſiunctiuæ. Item hæc coniunctio, uel diſiungit res, quæ debent mouere intellectum ſpeculatiuum, uel quamlibet aliam uirtutem cognoſcitiuam, non motam ab effectu, uel appetitu, ſed prout eſt cognoſcitiua tm̃, ſed hæc coniunctio aut, diſiungit res motiuas practici intellectus. uel ipſius effectus, uel etiam motiuas ipſius appetitus ſenſibilis. Item hæc dictio ue, differt ab hisduabus. ſ. uel & aut, quia hæc coniunctio ue, eſt diſiunctiua enclitica, illæ uero non, ſed tm̃ diſiunctiuæ ſunt Encliſis autem eſt inclinatio. unde encliticum eſt inclinatiuũ, & ſic iſtæ tres differunt inter ſe, & ab aliis tribus interrogatiuis. Item hęc dictio ne, differt ab aliis duabus an, & utrum. ſ. quia ne, eſt interrogatiua enclitica, an, uero, & utrum, non ſunt encliticæ. Encliſis autem in ſolis tribus coniunctionibus reperitur quę dicuntur encliticæ, ut quę, ne, ue, quia attrahunt accentum præcedentis ſyllabæ, uel dictionis ad ultimam ſyllabam, ut putaſne dixiſue, amatque, ideo ſequitur H
ſemper primam dictionem illius clauſulæ in qua ponuntur, & ideo ponuntur a Grammaticis ſubiunctiuæ.

An tertium diſiunctum per hanc diſiunctionem uel ſit de pluribus prædicabile. Cap. V.

CIrca quintum quæritur, quia terminus diſiunctiuus prædicatur de utraque ſui parte ut Socra. eſt Socr. uel Plato, & Plato eſt Socr. uel Plato, ergo terminus diſiunctiuus eſt terminus communis ad utrunque diſiunctiuorũ, ergo prędicabilis de pluribus. Sed dicitur in contrariũ, quia quicquid prædicatur de pluribus

A ribus eſt genus, uel ſpecies, uel differentia, uel propriũ, uel accidẽs, uel definitio, ſed terminus diſiunctiuus nullũ iſtorũ eſt, qa oĩa iſta ſunt cõiter entia, terminus uero diſiunctiuus reperit tã in ente q̃ in nõ ente, ergo terminus diſiunctiuus nõ eſt prædicabilis de pluribus. Solutio. Cõitas pdicationis eſt duobus modis, quia uno mõ, eſt qñ res una participata a pluribus pdicatur de pluribus, uel ſubſtãtia liter, uel accidẽtaliter, & tunc oportet q̃ ſit unũ de quinq; prędicabilibus, uel de finitio. Alio aũt mõ cõitas prædicationis eſt quando nõ prędicatur res una, ſed prædicatur cõplexio pluriũ rerũ differenter ponendo unã, & remouẽdo reliquã, & hoc mõ terminus diſiunctiuus eſt prędicabilis de pluribus, ut Socr. uel Plato, & ſic de alijs, quia hæc dictio uel, de natura ſua indeterminate poni numerũ di ſiunctiuorũ, & remouet reliquum reſpectu alicuius tertij, & ſic eſt diſiunctiua, iõ proprie ſumitur cum diſiunctiue terminus uero proprie quando tenetur ſubdi ſiunctiue, & dicitur ſubdiſiunctiue teneri, qa utraque pars diſiunctionis eſt uera.

B Itẽ uidetur q̃ terminus diſiunctiuus debeat eſſe aliquod de quinque prędica bilibus, quia quicquid recipit ſupra ſe diſtributionẽ, eſt unum de quinque prędi cabilibus. Sed terminus diſiunctiuus recipit ſupra ſe diſtributionem, ergo termi nus diſiunctiuus eſt unum de quinque prędicabilibus. maior patet, quia omnis, & nullus, & conſimilia ſignificant quoniam uniuerſaliter, ſed nihil ſumitur uni uerſaliter niſi uniuerſale, ergo tñ ſunt diſpoſitiones uniuerſalis, ſed uniuerſale diuiditur per quinque prędicabilia, ergo quicquid recipit ſupra ſe diſtributio- nem &c. & hæc fuit maior. minor uero patet, quia aliter non eſſet hæc uera, om ne rationale, uel irrationale eſt animal, & econuerſo. Solutio. In termino diſiũ ctiuo duo ſunt, unum eſt ipſa diſiunctio, & aliud eſt ipſi termini qui diſiungunt. unde terminus diſiũctus ratione diſiunctionis nunq̃ põt recipere diſtributionẽ, ſed ratione terminorum qui diſiunguntur, aliquando põt, aliquando non, quia, quando termini diſiuncti ſunt ſingulares, non poſſunt recipere diſtributionem,

C nihil. n. eſt dictum, omnis Socrates, uel omnis Plato. Quando aũt termini qui diſiunguntur ſunt uniuerſales, tunc terminus diſiunctus poteſt recipere diſtribu tionem, ut oĩs hõ, uel aſinus, eſt hõ. Sed tunc oratio eſt duplex, eo q̃ põt recipere diſtributionẽ ſupra ſe pro altera parte tñ, & ſic eſt uera, oĩs hõ, uel aſinus, eſt hõ, & eſt ſenſus, oĩs hõ eſt homo, uel aſinus eſt homo, & ſic eſt propoſitio diſiũctiua. Alio autem modo poteſt recipere ſupra ſe diſtributionẽ pro utraq; parte ſimul, & ſic eſt falſa hæc, oĩs hõ, uel aſinus eſt homo, & eſt cauſa, & eſt ſenſus tam homo quam aſinus uniuerſaliter eſt homo. Tertio autem modo totum diſiunctum po teſt recipere ſupra ſe diſtributionem. ſ. pro natura cõi utriuſque diſiunctionis, & ſic hęc eſt uera omne rationale, uel irrationale, & ſic patet qualiter terminus di- ſiunctiuus ſiue totum diſiunctum poteſt recipere ſupra ſe diſtributionem, & qua liter non. patet etiam q̃ in ſyllogiſmo quem facit, maior eſt duplex, & minor.

Secundum prædicta quęritur de hoc ſophiſmate. Quicquid eſt, uel nõ eſt, eſt

D Probatio. Hęc eſt uera. quicquid eſt, eſt, ſed uerum poteſt diſtingui a quolibet alio uero, ergo. Contra. Quicquid eſt, uel non eſt, eſt, ſed Cæſar eſt, uel non eſt, ergo Cęſar eſt. Solutio. Prima eſt duplex, eo quòd poteſt eſſe diuerſa, & eſt ſenſus, quicquid eſt, eſt, uel quicquid non eſt, eſt, & ſic eſt uera, quia pro altera parte, & ſic eſt diſiunctiua, uel poteſt eſſe compoſita, & eſt ſenſus quicquid eſt, non eſt, eſt, id eſt tam omne illud quod eſt, quam omne illud quod non eſt, eſt, & ſic eſt falſa, & hoc modo eſt categorica. unde eſt ibi ſophiſma cõpoſitionis, quia compoſita eſt falſa.

Item quæritur de hoc ſophiſmate. Omnis propoſitio, uel eius contradictoria eſt uera. Probatio. Hæc propoſitio Socrates currit, uel eius contradictoria eſt uera, iſta propoſitio, Socr. diſputat, uel eius cõtradictoria eſt uera, & ſic de alijs, ergo

ergo omnis propoſitio uel eius contradictoria eſt uera. Cõtra. Omnis propoſitio E
uel eius cõtradictoria eſt uera, ſicut ubi omnis propoſitio eſt uera, ergo omnis eius
contradictoria eſt uera, qđ falſum eſt. Solutio. Prima duplex, eo ꝙ diſtributio po-
teſt cadere ſupra propoſitionẽ ſumptam abſolute, & ſic diſtribuit ipſum, pro qua-
libet propoſitione particulari, & ſic eſt diuiſa, & falſa, quia hæc eſt diſiunctiua, cu-
ius utraque pars eſt falſa, uel diſtributio poteſt cadere ſupra propoſitionẽ nõ ab-
ſolute ſumptã, ſed comparatam ſuam contradictoriam, & hoc modo adhuc eſt
duplex, quia uno modo iſte terminus diſiunctiuus, omnis propoſitio uel eius con-
tradictoria, põt ſubiici prædicato pro utraq; parte uniuerſaliter, ſicut in his. Om-
ne rõnale uel irrationale eſt animal, & ecõuerſo. Omne par uel impar eſt nume-
rus uel ecõuerſo. Omne rectum, uel curuum eſt linea uel econuerſo, & prima ad
huc eſt falſa, qa hoc mõ ſenſus eſt, omnis propoſitio uel eius cõtradictoria eſt ue-
ra, i. oẽs propoſitiones, & earũ cõtradictoriæ ſimul ſunt ueræ. qđ eſt impoſsibile.
Alio autẽ modo iſte terminus diſiunctiuus, omnis propõ, uel eius cõtradictoria F
ſubiicitur huic pdicato. ſ. eſſe uerũ, non pro utraq; parte diſiunctionis inſimul, &
uniuerſaliter, ſed pro utraq; parte indeterminate, ita ꝙ aliqñ ſit ueritas pro ali-
quibus ſingularibus unius partis diſiunctionis, aliqñ pro aliquibus partibus alte-
rius diſiunctionis, & ſic eſt uera ſi ſint ſex propõnes. ſ. Deus eſt, hõ eſt lapis, Socra-
tes eſt aſinus, & cum iſtis earũ cõtradictoriæ, tunc dicatur. Hæc propoſitio, Deus
eſt uel eius contradictoria eſt uera, hæc propoſitio. ſ. hõ eſt lapis, uel eius cõtra-
dictoria eſt uera, & ſic de aliis tam affirmatiuis q̃ negatiuis, ut quælibet illarum
ſex accipiatur tam affirmatiua q̃ negatiua in diſiunctione ad ſuam oppoſitam.
Aliquando eſt ueritas ex una parte diſiunctionis, aliquando ex altera, & ſic pro-
bat, & ſic diſtribuitur propoſitio pro omni affirmatiua in diſiunctione ad ſuam
negatiuam, & pro omni negatiua in diſiunctione ad ſuam affirmatiuam. unde
tres ſunt ſenſus in prædicta propoſitione, & ſecundum primum eſt ibi ſophiſma
diuiſionis, & tunc eſt diuiſa & falſa, & tunc eſt propoſitio diſiunctiua, aliis duo- G
bus modis categorica, & prima earum eſt falſa, ſecunda eſt uera.

Nota de diſtributiõe, de qua ſin- Palatinus, & p Paul. Pergulenſem in ſummula & alios ſummiſtas.

De coniunctione &.

IN præcedentibus dictum eſt de coniunctionibus diſiunctiuis & interrogati-
uis. Nunc autem dicendum eſt de hac coniunctione. Et. Circa quam primo
quæritur quid ſignificet. Secundo utrum res eius ſit ens ſimpliciter uel non.
Tertio utrũ res eius ſit in gñe uel nõ. Quarto quæritur cuiuſmodi unitas fe-
ratur per hanc coniunctionem copulatiuam & Quinto cum habeat copulare di-
uerſa quæritur quæ ſint iſta diuerſa. Sexto quæritur propter quid quando præ-
ponitur geminatur.

Quid ſignificet hæc coniunctio, &. *Cap.* I.

CIrca primũ quæritur quid ſignificet coniunctio hæc, Et, quia hæc coniunctio H
&, dr copulatiua ab actu copulandi, quem exercet, & nulla dictio ſignificat
actum quem exercet, ſicut nullum inſtrumentum ſignificat actum ſuum, ergo cũ
hæc coniunctio &, exerceat copulationem uel actum copulandi, tunc hæc cõiun-
ctio &, non poteſt ſignificare copulationem. Item ad idem, hæc coniunctio &,
eſt pars orationis reperta ad copulandum cæteras partes orationis, quia dico, ꝙ
eſt pars orationis reperta ad copulandum alias partes. In hoc attribuo ei duo,
unum, quod eſt pars orationis, aliud eſt quod ex natura ſua debet copulare cæte-
ras partes, ſed ſua ſignificatio debetur ei per hoc, ꝙ eſt pars orationis, copulatio
uero debetur ei ratione finis prædicti ad quem eſt, & propter quem inuenta eſt
qui ſcilicet finis eſt copulare partes alias, ergo ſignificatio huius dictionis &,
non

A non eſt copulatio, ergo ſignificat comparationem, quod concedimus. Ad aliud autem quod quæritur dicendum ꝙ hæc dictio &, ſignificat comparat o..em quæ eſt ſecundum ſimul ſiue ſimultatem, ad iſtam ſimultatem ſequitur copulatio, ſicut ad hoc quod dico, non cum alio ſequitur excluſio. unde cum dico Socrates & Plato ſunt albi, hæc coniunctio, & dicit ſimultatem & eorum unitatem in albedine, & ideo copulat iſtos reſpectu albedinis. Et nota ꝙ hæc coniunctio, & non dicit ſimul in tempore, quia ſi ſic hæc eſſet falſa. Adam & Noe fuerūt homines, qui non fuerunt in eodem tempore, quia nec in tempore Adæ fuit Noe, nec in tempore Noe fuit Adam, ergo non dicit ſimul in tempore. Item ad idem bene dicitur, currit heri & currit hodie, nunc uel modo, & curret cras, ſed curſus heſternus, & hodiernus, & craſtinus non ſunt in eodem tempore, ergo hæc coniunctio, & non dicit ſimul in tempore. Quod concedimus dicentes, ꝙ hęc coniunctio &, primo & per ſe dicit ſimultatem plurium ſubiectiuorum in uno accidēte
B de pari, quantum eſt de ſe, uel plurium accidentium in uno ſubiecto, ut Socrates & Plato ſunt albi, & Socrates ſedet & diſputat.

Circa ſecundum circa tertium quæritur & ſoluatur ſicut prius de hanc coniunctione uel. Cap. II Cap. III

Quam unitatem inferat hæc dictio, &. Cap. IIII.

CIrca quartum uero obiicitur, ꝙ omne totum habet in ſe aliquam unitatem, ſed omnis terminus copulatiuus, ut Socra. & Plato eſt quoddam totū, ergo habet in ſe aliquam unitatem in primo primæ. Sed dicitur in contrariū, ꝙ nō eſt unum genere, neque unum ſpecie, neque unum numero, uel definitione, neq; unum proprio, neque unum accidente, ergo non habet in ſe aliquam unitatem. Omne autem præmiſſæ per ſe manifeſtæ ſunt, & ideo ſupponuntur. Et dicendum, ꝙ unum dr̄ multipliciter, quia eſt quoddam unum, quod eſt ex materia & Vide multa Primo Phyſi. tex. cō. 6.
C forma, ut homo ex corpore humano, quod eſt eius materia, & ex anima intellectiua, quæ eſt eius forma. Alio autem modo eſt unum continuatione, ut linea, ſuperficies, tempus & quodlibet continuum. Tertio modo eſt unum in ſitu, uel inſertione, ut in arbore, ex ramo unius arboris, & ex trunco alterius arboris fit unum per inſertionem. Alio autem modo eſt unum contiguatione ſicut ſunt duo corpora quæ coniunguntur inter quæ non eſt medium alterius naturæ, ſicut connectitur digitus digito, quando nihil eſt in medio. Aliter autem eſt unū aggregatione, ut aceruus lapidum. Alio autem modo eſt unum colla, uel colligatione, ſicut ex carne & oſſe fit unum per quoddam medium, quod non eſt omnino caro neque omnino os, ſicut nerui & cartilagines. Dico autem ꝙ hæc coniunctio, & facit unitatem aggregationis & non aliam ex prædictis. unde terminus copulatiuus eſt unum aggregatione. Ad iſtud autem quod obiicit in contrariū diuidendo unum per unum genere, & per unum ſpecie, dicendum ꝙ unū ibi non
D dr̄ unum quo ad omnes ſuas ſignificationes, ſed tantum quo ad illas ſecundum quas ſumuntur quatuor prædicata in Topicis & annexa eorum, Quatuor autem prædicata de quibus agitur in Topicis ſunt hæc, diffinitio, accidens, genus, proprium. Annexa autem eorum ſunt alia prædicata reductiua ad hæc, ut idem ſpecie reducitur ad genus, & etiam differentia reducuntur ad genus. Comparationes uero ad accidens, ut melior, utilior facilior, ulior, & ſic de alijs reducuntur ad prædicata de accidente. Idem autem ſimpliciter & diuerſum reducuntur ad prædicata in definitionem. Item nota, ꝙ licet hæc coniunctio &, debeat copulare diuerſa, non tamen copulat quælibet diuerſa, quia nō poteſt copulare adiectiuum ſubſtantiuo, nec econuerſo, ut homo & albus currit, propter hoc, ꝙ de ſe dicit aſſociationem aliquorum de pari. unde æqualiter reſpicit utrunque extremorum,

extremorũ,& ideo per ſe & primo,uel copulat duas ſubſtãtias uni actui, uel duo accidentia uni ſubſtantiæ,ut Socrates & Plato ſunt albi,homo legit & diſputat. E

Quæ diuerſa copulet dictio copulatiua,&. Cap. v.

Circa quintum quæritur, quia uidetur iam ex prædictis ꝙ hæc coniunctio &, non poſſit copulare quælibet diuerſa,quia non poteſt copulare adiectiuum ſubſtantiuo,ut prius patuit, ergo nõ copulat diuerſa quælibet propter hoc quæritur quam diuerſitatem exigit hæc coniunctio &.Et dicendum,ꝙ ſicut iam patet ex prædictis quòd exigit diuerſitatem ſubiectiuorum de pari ſe habentiũ,uel etiam actuum,uel habitudinem,& uniuerſaliter debet copulare diuerſa de pari ſe habentia,ut Socrates & Plato,albus & niger,ab illo & in illo, & ſic de aliis habitudinis & accidentibus & ſubſtantiis.Sed tunc quæritur utrum ſufficiat ei diuerſitas ſuppoſitorum cum unitate ſignificationis , ut homo & homo currit , & uidetur ꝙ ſic,quia omne plurale geminat ſuum ſingulare in terminis communibus,ut remoueantur ſigna uniuerſalia & affirmatiua , nam omnis non geminat ſuum ſingulare, ſed bene dicitur homines ſunt , ergo bene dicitur homo & homo ſunt ſimiliter bene dicitur homines currunt , ergo bene dicitur homo & homo currunt , & ſic de aliis Item ad idem dicit Boethius in libro ſuo de Trinitate,ꝙ talia ſunt prædicata qualia ſubiecta , quod probat , quia cum dicitur , homo eſt iuſtus , Deus eſt iuſtus , hoc nomen iuſtus prædicat de homine iuſtitiam accidentalem,de Deo autem prædicat diuinam eſſentiam.Econuerſo tamen poteſt dici,ꝙ talia ſunt ſubiecta qualia permiſerunt prædicata,ſed cum dicitur homo & homo currunt,prædicatum exigit ꝙ ille terminus infinite ſumptus teneatur pro diuerſis,ſed ſi pro diuerſis teneatur bene dicitur,ergo recte dicitur,homo & homo currunt,quod concedimus . Sciendum ꝙ conuenientius copulat diuerſa ſuppoſita & diuerſa ſignificata de pari ſe habentia,ut homo & equus currunt, quam diuerſa ſuppoſita cum unitate ſignificationis , ut homo & homo currunt. F G

Cur dictio copulatiua & præponitur & cur geminetur. Cap. v.

Circa ſextum quæritur , ꝙ omnis copulatiua coniunctio niſi ſit enclitica æqualiter ſe habet ad utrunq; extremorum,ergo hæc coniunctio & , æqualiter ſe habet ad utrunq; extremorum . Sed quando præponitur uni magis ſe habet ad illud cui præponitur q̃ ad aliud cui non præponitur,ergo nunq̃ debet præponi. ſed,ſi non præponitur,non geminatur,ergo unũ debet geminari . Et dicendũ,ꝙ hæc coniunctio &,æqualiter reſpicit utrunq; extremorum,& ideo quando præponitur uni extremorum,quia magis ſe habent ad illud cui præponitur, pp hoc oportet ꝙ præponatur alteri , ut æqualiter ſe habeat ad utrunq; extremorum, & hæc eſt cauſa propter quam , quando præponitur geminatur .

Sophiſma. Secundum prædicta quæritur de hoc ſophiſmate . omne non animal quod & Socrates, ſunt duo non eſt Socra. Probatio . Hoc non eſt animal quod & Socrates ſunt non eſt Socrates , demonſtrato ligno, illud non animal quod & Socrates ſunt duo non eſt Socrates , demonſtrato lapide , & ſic de aliis , ergo non eſt animal quod & Socrates ſunt duo non eſt Socrates. Contra . Omne non animal quod & Socra.ſunt duo nõ eſt Socrates, ergo omne aliud q̃ animal quod & Socr.ſunt duo non eſt Socrates , & eſt locus a conuertibili , quia non animal & aliud q̃ animal æquipollent, ſed Socrates aliud q̃ animal quod & Socrates ſunt duo,ergo Socrates non eſt Socrates,in quarto primę. Solutio. Prima ſimpliciter eſt uera,& probatio non ualet,neque eſt ſyllogiſmus quem facit . ſed eſt paralogiſmus,quia maior & minor ſunt duplices, quia hæc propoſitio quæ erat maior ſ.oẽ aliud q̃ animal qđ & Socrates ſunt duo non eſt Socrates , eſt duplex, eo ꝙ H

hoc

A hoc relatiuum,quod pōt referre hunc terminū aliud uel hūc terminū aīal.Si aūt
referatur ad hunc terminum aliud,ſic maior eſt uera , & eſt ſenſus,oē aliud ab
animali quod.ſ.aliud ab animali,& Socrates,ſunt duo non eſt Socrates , & hoc
eſt uerum,quia nihil aliud ab animali,ut lapis,& lignū,& cætera inanimata oīa,
quorum nullum eſt Socrates.Si aūt referatur ad iſtum terminum animal,ſic ma
ior eſt ſalſa,& eſt ſenſus.Omne aliud q̄ animal,quod.ſ.animal , & Socrates ſunt
duo,non eſt Socra.hæc autē falſa eſt,quia Socr.non facit numerum cum Socra.
& alia animalia,& iſta,Socrates eſt aliud a quolibet animali facienti numerum
cum Socrate,& ſic Socrates comprehendit in hac diſtributione omne aliud quā
animal,quod.ſ.animal &c.ſecundum,ꝙ hoc relatiuum quod,refert hunc termi
num animal.unde hoc modo maior dicit,ꝙ Socr.nō eſt Socrates,e conuerſo di-
cendum eſt de minori .Et ut magis pateat falſitas minoris in ſenſu ſecundo,po-
natur,ꝙ Socrates ſit,& nullum aliud animal ſit,niſi Plato,& unus equus,tūc nul
B lum aliud animal eſt quod faciat numerū cum Socrate niſi Plato ,& ille equus,
Socrates aliud eſt ab illis duobus,& ſic hæc eſt falſa.omne quā illa duo animalia
quę.ſ.animalia faciunt numerum cū Socrate non eſt Socr.Item quæritur de hoc Sophiſma.
ſophiſmate,omne enunciabile differt ab aliquo,& ſuum oppoſitū eſt componi-
bile illi.Probatio.Hoc enunciabile Socratem eſſe differt ab aliquo,& ſuum oppo
ſitum eſt componibile illi,quia differt ab hoc enunciabili equum currere , & ſuū
oppoſitū.ſ.Socratem non eſſe eſt componibile illi , quia pōt ſtare cum eo.Simul
enim poſſunt eſſe uera hæc duo enunciabilia.ſ.Socratē non eſſe,& equum currē
re,illud enunciabile.ſ.homine legere differt ab aliquo,& ſuū oppoſitū eſt com-
ponibile illi,& ſic de aliis, ergo prima eſt uera . Contra.hæc eſt quædam com-
poſita.cuius utraq; pars eſt falſa,ergo ipſa eſt.Solutio Prima eſt falſa ſimpliciter
& probatio peccat ſecundū figurā dictionis a pluribus determinatis ad unā huiu
termini aliquo.Et ēt eſt ibi accidens,per quandam regulā in diſtributionibus ha
C bitā,quia quāuis hæc diſtributio,omne enunciabile ſecundū ſe cōuertibiliter ſe-
quatur ad ſuas partes ſingulares oēs,tamen ſecundū,ꝙ partes ſtant ſub hoc præ
dicato,quod eſt differre ab aliquo.Sic non ſequitur ad illas, ſed eſt ibi accidens.

De coniunctione Niſi.

LOQVENTES cōmuniter ponūt,ꝙ hæc dictio niſi,per ſe,& proprie tene
tur conſecutiue,& non exceptiue.Et ideo circa hanc dictionē niſi,primo
quæratur utrū poſsit teneri exceptiue,uel non ſecundo quæratur utrum
hæc dictio niſi,& hæc oratio ſi non æquipollent adinuicē , cū hæc dictio
cōponatur ex ſi,& non. Tertio quæritur quot ſunt genera dictionum inſtantiua
rum,& qualiter differant in genere.Quarto quæritur quare potius ex hoc aduer
bio negandi non per cōpoſitionem fit dictio inſtantiua,quæ eſt exceptiua,quam
alia dictio inſtantiua alterius generis.Quinto quæritur quare hæc dictio niſi,ſe-
D cundum,ꝙ hæc dictio cōſecutiua vult ſemper adiungi uerbo ſubiunctiui modi.

An dictio niſi exceptiue teneatur nec ne . Cap 1 .

CIrca primū obiicitur,ꝙ aliquādo tenetur exceptiuæ, quia inſtantiua aliquā-
do fit in toto,ut Socrates currit,nullus hō currit.Hæc.n.eſt inſtantia in toto
contra partem.Aliquando fit inſtantia in tempore, ut cū dicitur,oīs homo cur-
rit,Socrates nō currit,uel quidā hō non currit,hic.n.fertur inſtātia in parte cōtra
totum.Sed poſito,ꝙ Socrates currat,& nihil aliud,tunc hæc eſt uera, nullus ho-
mo currit niſi Socrates,ſed non eſt ibi inſtantia extrahēdo,uel remouēdo partē
a toto niſi per dictionem exceptiuam , ergo hæc dictio niſi, in prædicta oratio-
ne tenetur exceptiue.Item ad idem cum dicitur,Nullus homo currit niſi iſte aſi

nus,

nus,hæc oratio eſt impropria,ſed ſi hęc dictio niſi,teneretur cõſecutiue eſſet propria,ſed eſſet falſa,ergo hæc dictio niſi, non tenetur ibi conſecutiue , ſed tenetur conſecutiue uel exceptiue,ergo tenetur exceptiue . E

Item ad idem conſequentia eſt duplex,quia quædam eſt conſecutiua ſimpliciter,ut ſi homo currit animal currit. Alio autem eſt conſequentia,ut nunc,ut ſi ueneris mecum ibo ad eccleſiam , ſed ex nulla earum licet inferre conſequens nec antecedens, quia ex prima conſequentia non ſequitur , ergo homo currit quod eſt antecedens,nec ſequitur,ergo animal currit quod eſt conſequens,& ex ſecunda conſequentia quæ eſt conſequentia ut nunc non ſequitur,ergo uenies mecũ, quod eſt antecedens,nec ſequitur ibi,ad eccleſiam , quod eſt conſequens, ergo ex nulla earum ſequitur ad conſequens nec antecedens.Sed cum dicitur , nullus hõ currit niſi Socrates,ex hac bene ſequitur , ergo Socr. currit,ergo hęc dictio niſi,non tenetur ibi conſecutiue,& tenetur conſecutiue,uel exceptiue , ergo tenetur exceptiue,quod concedimus dicentes,ꝙ aliquando tenetur exceptiue , ut F in prædictis orationibus,& conſimilibus,& non ſemper tenetur conſecutiue.Sed contra.hæc dictio niſi componitur,& ſi non,ſed nec,ſi nec non ſunt dictiones exceptiuæ,neque habent naturam exceptionis,ergo hæc dictio niſi non habet naturam exceptionis cum compoſitum non habeat naturam aliquam niſi a ſuis componẽtibus,ergo hæc dictio niſi,nõ tenẽt exceptiue,ſed tenetur exceptiue,uel cõſecutiue , ergo tenẽt conſecutiue.Item ad idem.Omnis dictio exceptiua dicit habitudinem partis ad totum,ſed nulla coniunctio dicit habitudinem partis ad totum,ergo nulla coniunctio eſt dictio exceptiua in ſecundo ſecundæ,ergo hæc dictio niſi,non eſt dictio exceptiua,ſed eſt exceptiua uel executiua,ergo eſt conſecutiua.Et dicendum ſicut prædictum eſt , ꝙ hæc dictio niſi , aliquando tenetur conſecutiue,aliquando exceptiue . Ad illud autem quod obiicitur in contrariũ dicendum,ꝙ ſicut obiicit,hæc dictio niſi,componitur ex ſi & non,ſed hoc aduerbium non ſemper fert exceptionem ei cui adiungitur cum ſemper contradicat G ei,& ſic eſt dictio inſtantiua,& fert inſtantiam,aliquando in parte,aliquando in toto,ut diximus prius,ſed per compoſitionem contrahitur ad inſtantiam,quæ eſt in parte,extrahendo partem a toto,& hoc ſufficit ad dictionem exceptiuam,ut nullus homo,niſi Socra.currit,& ideo hæc dictio niſi,aliquando tenetur exceptiue,aliquando conſecutiue,& ſic patet,ꝙ quamuis hoc aduerbium non ſit dictio exceptiua.habet tamen naturam inſtantiam,quæ ſcilicet natura inſtantiua propter compoſitionem extrahitur ad inſtantiam dictionum exceptiuarum uere in hac dictione niſi. Ad illud quod obiicitur in contrarium dicendum, ꝙ non ſyllogizat in ſecundo ſecundæ,ſed potius paralogizat, quia minor prædicti paralogiſmi eſt duplex, hæc,ſcilicet nulla coniunctio dicit habitudinem partis ad totum,quia quædam ſunt coniunctiones quæ habent in ſe naturam duplicem,ſicut illæ dictiones quæ ſunt compoſitæ ex coniunctione, & aliis partibus orationis,ut hæc coniunctio qua propter,quæ eſt compoſita ex hoc nomine qua,& ex H hac præpoſitione propter,& ſic intellectus eius inſtituitur eſt intellectu illarum dictionum,hæc autem coniunctio niſi,compoſita eſt ut dictum eſt , ex non,& ſi. unde habet in ſe naturam inſtantiuam,quæ eſt ſecundum partem,ut dictum fuit prius,& propter hoc dicit habitudinem uel compoſitionem partis ad totum , & ſic habet in ſe naturam duplicem,ſcilicet,naturam inſtantiuam ratione aduerbii ex quo componitur , & naturam aduerſatiuam ratione coniunctionis.unde dicitur coniunctio aduerſatiua.

Non niſi quãdoque exceptionẽ quando que conſecutionem dicit.

De differentia niſi a ſi non. Cap. II.

Circa ſecundum uero,ſicut patet ex ꝑdictis,hæc dictio niſi,aliquando tenetur exceptiue

A exceptiue aliquādo cōſecutiue & ſecundū, ꝙ tenetur conſecutiue hæc dictio niſi, & hæc oratio ſi,nō æquipollent,ut non currit niſi moueatur.i.non currit ſi non mouetur. Secundū autē, ꝙ hæc dictio niſi,tenetur exceptiue, tūc ſignificat aliud ꝙ hæc oratio ſi non, & ſic non ſignificat idem, cum tunc ſignificet habitudinem partis ad totum,ut nō eſt, hic eſt ſicut eſt dictio excluſiua,ſignificat hoc, non cū alio. Sic econuerſo dictio exceptiua ſignificat totum non eſt hic.

Quot nam ſint inſtantiuarum dictionum genera. Cap. III.

Circa tertium nota,ꝙ tria ſunt genera dictionum inſtantiuarū, quia quædam ſunt excluſiuæ, & iſtæ inſtant excludendo,aliæ ſunt exceptiuæ,& iſtæ inſtāt excipiendo. aliæ ſunt contradictoriæ & ſunt contradicentes,& per iſtas fit inſtantia contradicendo. Et nota, ꝙ in genere ſic differunt, quia excluſiuæ inſtant ſemper in toto remouendo ipſum a parte, ut ſolus Socra. exceptiuæ non inſtant ſemper in parte extrahendo partem a toto, ut nullus homo niſi Socrates. B Contradictoriæ uero uel contradicentes inſtant indifferenter,aliquando in parte,aliquando in toto remouendo aliquid a parte uel a toto, ut quidam homo currit, nullus homo currit,uel omnis homo currit, quidam homo non currit.

Cur potius ex aduerbio negandi, non fiat dictio inſtantiua, quàm aliqua alia dictio. Cap. IIII.

Circa quartum obiicitur,ꝙ cum hæc dictio niſi,intelligatur in qualibet dictione inſtātiua.ut in excluſiuis & exceptiuis dictionibus,& in contradicentibus, & ita ſit principium omnium earum, ergo ſicut per compoſitionem ex ea fit dictio exceptiua, tunc ſic ex eadem habet fieri dictio inſtantiua alterius generis ut exceptiua. Et dicendum,ꝙ non eſt idem modus intelligēdi hanc dictionem,nō, in qualibet dictione inſtantiua. unde non eſt uno modo principium omnium C dictionum inſtantiuarum, quia dicitur, una dictio eſt principium alterius, quia uno modo per impoſitionem,alio autem modo per compoſitionem. unde dico quòd in dictionibus excluſiuis per impoſitionem earum intelligitur negatio, quia tantum & ſolus ex ſua impoſitione ſignificant non cum alio,& illæ dictiones exceptiuæ præter,præterquam,ſimiliter habent ex impoſitione negationem de intellectu ſuo,ſed illæ dictiones contradicentes,nullus,nihil, neuter, & etiam hæc exceptiua,niſi per compoſitionem habent negationem de intellectu ſuo,& ſi patet, quòd non eſt idem modus intelligendi negationem in omnibus dictionibus inſtantiuis. unde non oportet,quòd ſi in quibuſdam eſt per compoſitionem, quòd in aliis ſit ſimiliter per compoſitionem.

Item quæritur, quare ex hoc aduerbio non, & ex hac coniunctione ſi, potius fit dictio exceptiua per compoſitionem,quàm excluſiua,cum hoc aduerbium nō ſit inſtantiuū, & inſtantia reperiatur tam in excluſiuis quàm in exceptiuis quā- D uis differenter. Et dicendum, quòd hoc aduerbium non,negatiuum eſt,quia negat,& per ordinem ipſius ad hanc coniunctionem ſi,intelligitur adiectiuatio. Unde in hac dictione niſi,intelligitur negatio,& etiam aduerſatio, & per hoc eſt dictio exceptiua,quia aduerſatur præcedenti in aliqua parte ipſius. Item cum hæc dictio niſi, ſit ſemper compoſita ex non & ſi, & aliquando ſit exceptiua uero, aliquando uero conſecutiua, oportet, ergo, quòd diuerſimode fiat compoſitio huius dictionis niſi ex ſuis componentibus. Quod concedimus, dicentes, quod quando hæc dictio niſi, eſt conſecutiua, conſecutio cadit ſupra negationem, & conſecutio eſt completiua huius dictionis niſi, & tunc hæc dictio niſi, ſecundum Priſcianum continetur ſub coniunctione continuatiua, & ſecundum Donatum ſub cauſali, non currit niſi moueatur, ideſt ſi non mouetur, non currit. Nota pulchrum dictum.

Quando

Quando autem eſt exceptiua, tunc negatio cadit ſupra conſecutionem, & ſic ne E
gatio tranſmutat compoſitioné in alteram ſpeciem, quia in dictione exceptiua, & ſic ſecundum diuerſos modos compoſitionis hæc dictio niſi, eſt alterius ſpeciei. S quæratur utrum inſtantia æqualiter reperiatur in tribus prædictis generibus dictionum inſtantiuarum. Dicendum ꝙ non. quia prius eſt inſtans in dictionibus inſtantiuis contradicentibus, quia ibi eſt maxime oppoſitionum eſt ibi. ſit contradictio, & per poſterius reperitur inſtantia in dictionibus exceptiuis, & tamen plus eſt de inſtãtia in his quàm in excluſiuis, quamuis exceptiuæ non immediate contradicat ſuo toti, tamen ſequitur, contradictio, ut oĩs hõ præter Socra. currit, ex hoc ſequitur, ꝙ Socra. non currat, & ulterius ſequitur ꝙ aliquis hõ non currat, quia Socra. non currit, aliquis homo non currit. Et eſt locus a parte ſubiectiua, ſed in dictionibus excluſiuis illud quod excluditur non contradicit ei, a quo fit excluſio, ut ſolus Socra. currit. i. Socra. & nullus alius a Socra. currit Iſtæ enim duæ, Socra. currit, & nullus alius a Socra. currit, non contradicunt neque F
ex primo neque ex conſequenti, & ideo minus eſt de inſtantia in dictionibus excluſiuis, & plus in dictionibus exceptiuis, & maxime in contradictionibus.

Cur uerbo ſubiunctiui modi ſemper adiungatur. *Cap.* v.

Circa quintum obiicitur ſic. Coniunctio nata eſt cõiungere cæteras partes orationis, ergo tam nomina quam uerba, & ſic de aliis partibus, & cõſimilibus, & quoſlibet numeros, & partes quaſcunque, & quælibet tempora, & quoſlibet modos, & ſic de aliis partibus ſub his accidentibus, & ſub aliis, ergo hæc coniunctio niſi, ſecundum, ꝙ eſt coniunctio conſecutiua determinatur tantum ad modũ ſubiecti. Et dicendum, ꝙ hæc negatio quæ eſt in hac dictione niſi, non eſt negatio abſoluta, ſed reſpectiua ſecundũ, ꝙ hæc dictio niſi, eſt dictio conſecutiua, & huius cauſa eſt, quia negatio, & conſecutio unita includitur in intellectu huius dictionis niſi, & quia intellectus eſt in cõſecutione, ideo in G
cõſecutione eſt negatio, quæ eſt unita intellectu uno conſecutione ipſa ut diximus, & ideo negatio non eſt ibi abſoluta, ſed reſpectiua. Vnde cũ negatio debeat determinare uerbũ, ideo negatio abſoluta determinabit uerbũ abſolutũ, & negatio reſpectiua determinabit uerbum reſpectiuũ, & ideo quia inter omnes modos uerborum ſolus modus ſubiunctiuus dicit rem ſuam in reſpectu, ſiue in comparatione ad aliud, ideo hæc dictio niſi, ſecundũ ꝙ eſt conſecutiua debet adiungi uerbo ſubiũctiui modi. Secundum prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. Nihil eſt uerũ niſi in hoc inſtanti. Probatio. Quicquid eſt uerũ, eſt uerum in hoc inſtanti, ergo nihil eſt uerum niſi in hoc inſtanti. Contra. nihil eſt uerũ niſi in hoc inſtanti ergo te eſſe aſinum non eſt uerum, niſi in hoc inſtanti, ergo te eſſe uerũ, eſt uerum in hoc inſtanti, ergo tu es aſinus. Vel ſic poteſt probari, hæc eſt falſa. Nihil uerum, & non eſt inſtans niſi pro uero in hoc inſtanti. ergo facta exceptione pro illo eſt uera, ergo hæc eſt uera, nihil eſt uerum niſi in hoc inſtanti. Solutio. prima eſt duplex, eo ꝙ hæc dictio niſi, poteſt teneri exceptiue uel conſecutiue, & utroque modo eſt uera, ſuppoſito inſtanti cõiter ad ipſum inſtans ſiue ad ipſum nunc, & ad tempus præſens. Sed tñ diſtinguenda eſt prima, quia aliter, & aliter eſt reſpondendum ad argumenta probationis. Prius autem uidendum eſt, utrunque ſenſum primæ, anteq̃ reſpondeamus ad improbationem. unde ſenſus primæ ſecundũ, ꝙ eſt exceptiua, eſt talis, nihil eſt uerum niſi in hoc inſtanti. i. nihil eſt uerum præter uerum quod eſt in hoc inſtanti, & hæc hoc modo uera eſt, ſumpto uero communiter ad uerum quod eſt in hoc inſtanti, & ad uerum quod in tempore, ſicut inſtans ſumebatur communiter ad inſtans, & ad tempus. Si autem teneatur conſecutiue, prima, tunc eſt ſenſus, nihil eſt uerum niſi in hoc in-

Negatio uerbum determinate habet.

Sophiſma.

H

E ſtanti,id eſt nihil eſt uerum ſi non eſt uerum in hoc inſtanti,& iterũ hoc mõ prima eſt uera. Habita ergo diſtinctio,reſpondeo ad probationem , dicendum: ꝙ ſi prima eſt exceptiua,ſic primum argumentum probationis non tenet,hæc.ſ.nihil eſt uerum niſi in hoc inſtanti , ergo te eſſe aſinum non eſt uerum niſi in hoc inſtanti,quia eſt ibi ſophiſma accidentis ſicut hic nullus homo præter Socratem currit,ergo Plato præter Socratem non currit,quia hoc modo prima eſt categorica,& hæc diſtributio nihil comprehendit ſub ſe tam uera quam falſa,tam cõplexa quam incomplexa . unde uerum in hoc inſtanti excipitur ab illa diſtributione ſic ſumpta. Vnde uerum in hoc inſtanti eſt pars illius diſtributionis,ſed nõ eſt pars huius quod dico,te eſſe aſinum,quia Socr.erat pars huius diſtributionis. Nullus homo,ſed non erat pars Platonis. Si autem prima teneatur conſecutiue, tunc primum argumentum probationis bene tenet, hæc ſcilicet nihil eſt uerum niſi ſit uerum in hoc inſtanti , ergo te eſſe aſinum non eſt uerum niſi in hoc in-

F ſtanti,quia ſenſus eſt nihil eſt uerum ſi non eſt uerum in hoc inſtanti, ergo te eſſe aſinum non eſt uerum ſi non eſt uerum in hoc inſtanti . Sed illud argumentũ quod ſequitur non tenet,hæc.ſ.te eſſe aſinum eſt uerum niſi in hoc inſtanti,ergo te eſſe aſinum eſt uerum,quia ſenſus eſt,te eſſe aſinum non eſt uerum ſi non eſt uerũ in hoc inſtanti,ergo te eſſe aſinum eſt uerum in hoc inſtanti,quia ſic nulla eſt ibi apparentia,& argumentum eſt penitus diſperatum, uel eſt quod,& ſimpliciter,propter hoc ꝙ ex nulla conditionali, licet inferre antecedens uel conſequens,ut ſi homo currit,animal currit,ex hoc non ſequitur , ergo homo currit, uel animal currit. Similiter non ſequitur,te eſſe aſinum non eſt uerum ſi non eſt uerum in hoc inſtanti , ergo te eſſe aſinum eſt uerum in hoc inſtanti quia ponit ibi antecedens,& ſic eſt ibi quid,& ſimpliciter. Poteſt tamen dici ꝙ nulla eſt ibi apparentia,quia ex negato antecedente,& ex negato conſequente infert antecedens affirmatum,ut ſi non eſt animal,non eſt homo,ergo eſt animal. in argumen-

Ex condi-tiõali nec añs nec cõſequens infertur.

G to autem nulla eſt apparentia , ut diximus,aut ſi eſt aliqua apparentia eſt ſecundum quid,& ſimpliciter . Item quæritur de hoc ſophiſmate,nullus homo legit Pariſiis niſi ipſe ſit aſinus. Probatio. hæc eſt falſa,aliquis homo legit Pariſiis niſi ipſe ſit aſinus,ergo ſua contradictoria eſt uera,hæc.ſ.non aliquis hõ legit Pariſiis niſi ipſe ſit aſinus,ſed non aliquis,& nullus æquipollent,ergo prima eſt uera. Cõtra. nullus homo legit Pariſiis niſi ipſe ſit aſinus,ergo a deſtructione conſequentis,ſi aliquis hõ legit Pariſiis ipſe eſt aſinus,quod falſum eſt,ergo prima eſt falſa. Solutio. Prima eſt falſa ſimpliciter,& hoc eſt duplex , non aliquis homo legit Pariſiis niſi ipſe ſit aſinus,eo ꝙ negatio poteſt determinare uerbum conſequentis ſecundum ſe,& abſolute,quod eſt legit,& ſic eſt falſa,& ſic æquipollet primæ, quia hoc modo non aliquis,& nullus æquipollent , & ſecundum hunc ſenſum iſta propoſitio,nõ aliquis hõ legit Pariſiis &c. non contradicit huic,aliquis hõ legit Pariſiis &c. utraq;.n.eſt falſa,uel negatio põt determinare uerbũ cõſequen-

H tis quod eſt legit non ĩn ſe, & abſolute in comparatione antecedens,& ſic eſt uera,& contradicit huic,aliquis homo &c.ſed hoc mõ non æquipollet primæ.

Item quæritur de hoc ſophiſmate, nullus homo moritur,niſi unus ſolus homo moriatur. Probatio,hæc eſt falſa,aliquis homo moritur , niſi unus ſolus homo moriatur,ergo ſua contradictoria eſt uera , ſcilicet non aliquis homo moritur &c. Sed non aliquis,& nullus æquipollent,ergo prima uera. Contra. antecedens eſt poſsibile,& conſequens impoſsibile,ergo conditionalis eſt falſa. Quod aũt antecedens ſit poſsibile patet ꝑ hoc ꝙ habet duas cauſas ueritatis uel plures quia unũ ſolum hominẽ mori eſt uerum,ſi duo moriantur,& ſi plures moriantur quam duo,uel etiam ſi omnes moriantur , ſed ſemper conſequens eſt falſum. ſ. nullus homo moritur. Solutio,eſt eadem quæ hic in præcedenti ſophiſmate.

De coniunctione Quin.

NVMERVS coniunctionũ in ſpecie ſecũdũ Donatũ eſt quinarius, ſecũ dum Priſcianũ uero multo plures ſunt ſpecies coniunctionũ, inter quas numerantur oẽs cauſalium tam a Priſciano quàm a Donato, & ſpecies rationaliũ quas Priſcianus appellat collectiuas ſiue rationales. Sed ſecundum Donatũ hæc coniunctio quin cõtinetur ſub cauſalibus, ſecundũ Priſcia num uero continetur ſub collectiuis, uel rationalibus. hanc aũt diuerſitatẽ omittimus ad præſens, cũ pertineat ad Grammaticũ. Vnde primo intendimus quærere circa hanc coniunctionẽ, quin, utrũ ſignificet conſecutiuam. Secundo aũt habito, ꝙ ſignificet conſecutiuam, quæritur utrũ ſignificet conſecutiuam aliquam, an conſecutiuam communiter ad omnes conſecutiuas. Tertio autem quæritur, utrum hæc dictio quin ſit cõpoſita ex his dictionibus ꝙ, & nõ. Quarto aũt q̃ritur utrum æquipolleat eis ſiue conuertatur cum eis. Quinto autem quæritur quare hæc dictio, quin, coniungitur ſemper uerbo ſubiunctiui modi. E F

An dictio Quin, conſecutiuam ſignificet. *Cap.* I.

CIrca primum ob icitur, quia, ut dicit Priſcianus. Omnis coniunctio ſignificat uim uel ordinem, & coniunctiones ſignificant uim quando res aliquas ſignificant ſimul eſſe, ut pius, & fortis fuit Aeneas. Ordinem aũt ſignificant coniunctiones quando conſequentiam aliquarũ rerum demonſtrant, ut ſi ambulat, mouetur. Sed hæc dictio quin, non ſignificat res aliquas ſimul eſſe, ergo ſignificat conſecutiuam aliquarum rerum, ergo hæc coniunctio quin, ſignificat conſecutiuam. Item ad idẽ, hæc eſt uera. Non eſt homo quin ſit animal, & in hac oratione ſignificatur, ꝙ non poteſt eſſe homo, ita ꝙ non ſit animal, ergo ſignificatur ꝙ homo non põt eſſe ſine animali, ſed ſi hõ non põt eſſe ſine animali, tunc animal de neceſſitate ſequitur ad hominem, ergo ſignificatur ibi ꝙ animal de neceſſitate ſequitur ad hominẽ. Sed hæc coniunctio non põt hoc ſignificare, niſi ſit dictio conſecutiua, & ſic ſignificat conſecutiuã, ergo hæc dictio quin, ſignificat conſecutiuã. Item ad idem dicit Priſ. ꝙ collectiuæ coniunctiones ſiue rationales ſunt quæ per illationem colligunt ſupradicta, & exemplificat de iſtis, ſicut in quin, & ergo, igitur de pluribus aliis, ergo hæc coniunctio quia, eſt coniunctio illatiua, ſed in omni illatione intelligitur conſecutiua, ergo in hac coniunctione, quin, intelligitur conſecutiua. Sed obiicitur in contrarium, communiter recipiuntur iſtæ propoſitiones, iſte non audit lectiones quin dormiat, ille non comedit quin bibat, & conſimiles, ſed ex eis unum de neceſſitate non ſequitur ad alterum, ergo hæc dictio quin non ſignificat conſecutionẽ illationis. Et dicendum, ꝙ hæc dictio quin, dicit conſecutionem illationis, unde hoc dictio eſt conſecutiua ſiue illatiua, & concedimus omnes argumentationes ad hæc. Ad illud autem quod obiicis in contrarium ꝙ cõiter dicitur uera hæc, ille non audit lectiones quin dormiat, & conſimilis, dicendum, ꝙ duplex eſt conſecutiua. Vna eſt conſecutiua ſimplex, ut ſi hõ eſt, animal eſt. Alia aũt eſt conſecutiua ut nunc, ut ſi ueneris ad me ibo tecum, & hoc ſecundo mõ non oportet ꝙ unũ de neceſſitate ſequatur ad alterũ. Item uidetur ꝙ non ſignificet conſecutionẽ, quia eſt collectiua ſiue rationalis ſecundum Priſcia. ergo ſignificat illationẽ, ergo non ſignificat conſecutionem. Et dicendũ, ꝙ omne illatũ inquantũ illatum ſequitur, & omne inferens antecedit. Vnde in omni illatione intelligitur conſecutio, & anteceſſio, & ideo hęc dictio quin, ſignificat conſecutionẽ per illationẽ ſiue in illationẽ, & ita ſignificat unum per alterũ ſiue in altero, & ideo hoc nõ eſt ſignificare plura, ſed unũ. Item cum hæc dictio quin, ſit illatiua, & in omni illatione per prius intelligatur antece- G H

A ceſsio quàm conſecutio, quia inferens cauſat ex ſe illationem, & non econuerſo,
ergo hęc dictio quin, per prius ſignificat anteceſsionem quam conſecutionē. Eſt
dicendum, ꝙ hæc dictio quin, per prius ſignificat conſecutionē, anteceſsionē au-
tem non ſignificat niſi ex conſequenti, propter hoc ꝙ conſecutio non pōt eſſe ſi
ne conceſsione. Ad illud aūt quod obiicit, ꝙ in illatione per prius eſt anteceſsio
& per poſterius conſecutio, dicendum ꝙ uerum eſt, tamen dictiones illatiuæ ma
gis ſe habent ad conſecutionem q̄ ad anteceſsionem, eo ꝙ illatio reſpicit conſe-
cutionem, ut obiectū ſiue ut terminū ad quē, & reſpicit præmiſſas, ut ex quibus
eſt, ſiue ut terminū a quo, & quia motus magis habet rationem, & ſpeciē a ter-
mino ad quem eſt, quā a termino a quo eſt, ideo illatio eſſentialius comparatur
ad illud quod infertur ſiue ad ipſam concluſionē quam ad illud quod infert ſiue
ad ipſas præmiſſas, propter hoc ꝙ concluſio eſt ut cōplementū ſiue perfectiuū
illationis, & propter hoc dictio quin, cum ſit illatiua magis ſe habet ad conſecu
B tionem quam ad anteceſsionem. Et nota quòd præmiſſæ quo ad cognitionem Præmiſſæ
ſuam, ſunt cauſa efficiens cognitionis ipſius concluſionis, ſed ipſæ præmiſſæ quo ſunt cāeffi
ad ſuā ſubſtantiam, ſunt uno mō materialis cauſa ſubſtantiæ cōcluſionis, & alio ciēs mate-
mō quo ad ſubſtantiā ſuam, cauſa efficiens ſubſtantiæ concluſionis, quia eædem rialis con-
præmiſſæ quo ad extremitates ſuas ſunt materia ſubſtantiæ cōcluſionis. Decidi cluſionis.
tur enim maior extremitas a præmiſsis, & ēt minor, ut ex eis fiat concluſio, tan
quam ex materia ſua, ſed præmiſſæ quo ad medium ordinatum inter utranq; ex
tremitatem ſecundū ſuam ſubſtantiam, ſunt cauſa efficiens ſubſtātiæ concluſio
nis, propter hoc quòd mediū eſt tota uirtus præmiſſarū, propter quā uirtutē edu-
citur ſubſtantia concluſionis a nō eſſe in eſſe, & ſic patet quòd pręmiſſæ ſunt uno
modo materia concluſionis, & duobus modis ſunt cauſa efficiens. Nota etiam De iſtis ui
quòd in ſyllogiſmis diſperatis, ut omnis homo eſt lapis, & omnis capra eſt ho- de in 2. Elē
mo ergo omnis capra eſt lapis, & uniuerſaliter in quolibet ſyllogiſmo ex falſis, cho. & in.
C præmiſſæ non ſunt cauſa efficiens quo ad cognitionem, ſed ſunt cauſa quo ad ī fallaciis.
ſubſtantiam, & etiam cauſa materialis ut dictum eſt.

Quam conſecutiuam Quin ſignificat. Cap. II.

CIrca ſecundū obiicitur, quòd cū hæc dictio quin dicat cōparationē unius ad
alteram, ſed in cōparatione unius ad alterū eſt conſecutio ſimplex tantum,
& non cōpoſita, ergo hæc dictio quin ſolū dicit conſecutiuā ſimplicē, ſiue conſe-
cutiuā ſimpliciter, & non cōpoſitam Quod cōcedimus, dicentes quòd cōſecutio
ex conſecutiuis, alia eſt ſimplex, ut ſi hō eſt, animal eſt, ſicut dictū fuit in fallacia
conſequentis, alia uero eſt compoſita ſiue plures, ut illa quæ ſunt ſecundum op-
poſitiones, ſicut illa quæ eſt in illo ſum econtrario. Vnde dicimus ꝙ hæc dictio
quin, non ſignificat cōiter conſecutiuam ad conſecutiuam ſimplicem, & ad com-
poſitam, ſed tm̄ ſignificat illam quæ eſt ſimplex. Huius autem quę eſt ſimplex,
D alia eſt conſecutiua, ſiue conſecutio ſimplex, ut dictum fuit prius, alia uero ut
nunc. unde hęc dictio quin, non ſignificat conſecutiuam cōiter ad oēs conſecuti-
uas, ſed tantum ſignificat conſecutiuam ſimplicem, & ideo aliquando, ut nunc.

An hæc dictio Quin, ex quòd & non compoſita ſit. Cap. III.

CIrca tertium obiicitur, quòd ſi hæc dictio quin, eſt compoſita ex hac dictio-
ne quòd, & ex hoc aduerbio non, ergo eſt compoſita ex nomine, & aduer-
bio, ergo debet eſſe nomen, uel aduerbium, cum omnis dictio retineat ſignifica-
tionem ex ſuis componentibus. Et dicendum quòd hæc dictio quin eſt ſimplex,
ſicut ego credo, habens de intellectu ſuo conſecutionem cum negatione, ex na-

tura ſuæ impoſitionis, ſed quia dicitur communiter quòd eſt compoſita ex hac dictione quod,& ex aduerbio non, ideo ſuſtinendo poſitionem illorum reſpondendum eſt alter. Vnde dicendũ quòd hæc dictio quin eſt coniunctio,& eſt compoſita ex hoc nomine infinito quod,& ex hoc aduerbio non, quia coniunctiones compoſitæ diuerſas habent cõpoſitiones. Quædam.n. componuntur ex aliis cõiunctionibus, ut atq;, ſiquidem,& conſimiles. Aliæ uero componuntur ex pronominibus, ut ideo, aliȩ uero ex nomine,& præpoſitione, ut qua propter, aliæ uero ex pluribus nominibus cum una ꝑpoſitione, ut quamobrem, aliæ uero ex uerbis, ut uidelicet, ſi, licet, aliæ autem ex aduerbio electiuo, ut q̃q̃, aliæ uero ex aduerbio,& uerbo, ut quãuis. Hoc etiam uidetur per Priſcianum, qui in maiori uolumine in tractatu de coniunctione, determinãdo de ſpecie cõiunctionis ſiue poteſtate dicit. Inueniuntur nomina, uel pronomina, uel præpoſitiones, uel aduerbia, quȩ loco cauſalium accipiuntur coniunctionũ. Ad illud aũt quod obiicit quòd dictio compoſita trahit ſignificationẽ a ſuis componentibus, ergo quin, eſt nomen, uel aduerbium. Dicendum, quòd non ſequitur, quod propter hoc ſit nomen, uel aduerbium, quod dictio compoſita multipliciter trahit ſignificationem a ſuis cõponentibus, quia aliquando ex partialibus intellectibus cõponentiũ fit unus intellectus impoſitus in eodẽ genere, ut magnanimus, omnipotẽs. Aliquãdo aũt cõponentia ſunt diuerſorũ generũ, compoſitũ autem manet in genere alterius eorũ, ut quiſq;. Hic eſt.n unum cõpoſitũ ex nomine,& coniunctione. Aliquando autem dictio compoſita eſt alterius generis quam utrunq; compoſitorum, ut quare eſt aduerbium compoſitum ex duobus nominibus,& hoc eſt propter hoc, quod aliquando alterum compoſitum eſt completiuum ſignificationis dictionis compoſitæ, & tunc compoſitum manet in eodem genere cum ſuo completiuo, ut magnanimus, centimanus. Aliquando uero intellectus dictionis compoſitæ non fit ex intellectibus partialibus componentium, ſed fit ex habitudinibus ex comparationibus componentium. unde, quia iſti duo ablatiui qua, & re, dant habitudinem cauſalitatis, propterea iſte ablatiuus qua, eſt interrogatiuum, ideo ex his duabus comparationibus, ſcilicet ex interrogatione, & cauſalitate conſtituitur unus intellectus aduerbialis per comparationes illorum duorum ablatiuorum adinuicem, & ſic fit aduerbium interrogatiuum cauſæ, quod eſt quare, & ſic dictio compoſita trahit multipliciter ſignificationem a ſuis componentibus, & ideo non ſequitur quod dictio compoſita ſemper ſit eiuſdem generis cum ſuis componentibus. Similiter dico quod huic nomini, quod, aliquando accidit relatio, aliquando interrogatio, aliquando infinitatio. unde ex hoc quod eſt nomen infinitum,& ex negatione conſtituitur unus intellectus ordinatiuus, uel coniunctiuus plurium dictionum, uel orationum,& ſic fit coniunctio.

Coniũctio num uaria cõpoſitio.

Cõpoſita unde ſignificationẽ ſortiantur

E

F

G

Item ad idem, Nomen ſignificat ſubſtantiam, coniunctio autem dicit aſſociationem, quæ eſt ſecundum, ſimul, uel quæ eſt ſecundum prius, & poſterius. Hæc autem aſſociatio tam in ſubiectorum quam accidentium, quoniam omnis eius quod ſignificatur, ſiue ſit ens, ſiue non ens, ſed ex ſubſtantia non poteſt fieri reſpectu, ſiue aſſociatio prædicta, ergo hæc dictio quin, eſt compoſita ex hoc nomine infinito quod,& ex hoc aduerbio non. H

Solutio autem patet ex prædictis, quia compoſitio huius dictionis quin, quæ eſt ex hoc nomine infinitó quod, & ex hoc aduerbio non, non eſt ratione ſubſtantiæ ſignificatæ per hoc nomen quod, ſed eſt ratione comparationis, uel ratione infinitationis, quæ accidit iſti ſubſtantiȩ, ſecundum quod dictum fuit prius de hoc aduerbio quare, & de conſimilibus, ut quamobrem, pridie, quotidie, impotentialiter, imprȩſentialiter, & conſimilia, & ſic aliquando fit

 com-

A compoſitio ex ſignificationibus componentium . Aliquando autem non fit ex ſignificationibus compoſitionum,ſed ex habitudinibus eorundum.

An, quòd non, & Quin æquipolleant. Cap. IIII.

CIrca quartum obiicitur, ꝙ hoc nomen quod ſignificat ſubſtantiam infinitam cum articulo ſubſtantiuo ſecundum Priſcia. quia quod apud non idem eſt quod ò ti apud Grecos. Sed ò eſt articulus ſubiunctiuus, & ti eſt nomen infinitum,ſed omnis articulus ſignificat relationem, nulla autem coniunctio ſignificat relationem,ergo nulla coniunctio habet naturam articuli in ſecundo ſecundæ,ergo ad hanc coniunctionem quin,non ſequitur, ꝙ non, ergo non conuertitur,quia antecedens ſemper ponit conſequens, & illa ſupponit ſemper naturam ſui conſequentis.Et dicendum ꝙ quin,& ꝙ non,conuertuntur, quia antecedens ſemper ponit conſequens,quod hic eſt dictum, & non econuerſo.Cuius
B cauſa eſt,quia quin,dicit conſequentiam inter negationes,ſiue unius negatiuæ ad alteram negatiuam,ut non currit quin moueatur,ſed quod non, aliquando adiungitur affirmatiuis,ut iſte dicit tibi ꝙ non uenias, quod non poteſt facere quin.Nihil enim eſt dictum ꝙ iſte dicit tibi quin uenias.Aliquando adiungitur negatiuis,ut iſte non currit,quod non moueatur,& non eſt homo quod non ſit animal,& hoc ſecundo modo,quod non,& quin, æquipollent,& conuertuntur ut hæc,non eſt homo quod non ſit animal, ergo non eſt homo quin ſit animal, & econuerſo. Ad aliud autem quod obiicit,dicendum, ꝙ relatio ſignificata per articulum,alia eſt,& diuerſa a relatione ſignificata per nomina, uel per pronomina relatiua,quia relatio nominis uel pronominis,uult quòd aliquid antecedens præcedat,cuius fiat recordatio per relationem, ut Socrates currit, & ille diſputat,& ſic relatiuum nominis uel pronominis nunquam ſimul ordinantur cum ſuo antecedente,ſed ſemper poſterius naturaliter ordinatur.Relatio autem
C articuli eſt alterius generis, quia articulus uult adiungi ſuppoſitis ponendo quandam diſcretionem circa ſuppoſitum,ſicut ſyllabicæ adiectiones æque ponunt quandam diſcretionem circa pronomina,ut tu met,te met.Sed in hac differunt,quia articulus non poſtponitur ſicut ſuppoſito ſicut ſyllabica adiectio pronomini,immo articulus præponitur ſuppoſitis,& ex articulo & ſuppoſito non ſit dictio una ſicut ex illa parte. unde articulus ſimul ſumitur cum ſuppoſito.Dico ergo quòd articulus nihil dicit de relatione,niſi in hoc,quòd ſimul ſumitur cum ſuppoſito & ſignificat diſcretionem quandam fieri circa ipſum,& quia diſcretio non eſt, nec intelligitur ſine eo cuius eſt diſcretio , ideo diſcretio ſuppoſiti non poteſt eſſe,nec intelligi,niſi per ſuppoſitum, & ideo articulus dicit relationem ad ipſum ſuppoſitum,& ſic patet,quia alia eſt relatio articuli, & alia nominis uel pronominis. Quòd autem articulus ſimul ſumatur cum ſuppoſito, patet in lingua materna in qua habemus articulos, quamuis non habeamus eos in latino,
D quia in ea ſemper articuli ſuppoſitis coniunguntur, & ideo relatio reportata per articulum non impedit compoſitionem huius coniunctionis quin,neque conuertibilitatem eius cum hac oratione quod non ſicut diximus. Item probatio, quòd relatio articuli,alia eſt a relatione huius nominis qui,prout ſumitur relatiue,quia hoc nomen qui,ſecundum ꝙ tenetur infinite, ut qui tyrannum interficiet præmium accipiet,non tenetur relatiue,neque dicit relationem ad aliquod antecedens,ſed adhuc habet de intellectu ſuo articulum,ſed articulus dicebat relationem ſuppoſiti,ergo relatio articuli ſeparatur a relatione quæ eſt recordatio rei prædictæ, ergo relatio articuli alia eſt, & diuerſa a relatione nominis,uel pronominis,quod concedimus.

Relatio articuli qualis.

Cur uerbo ſubiunctiui modi ipſum Quin adiungatur. Cap. v.

Circa quintum obiicitur, & ſoluitur ſicut prius de hac dictione niſi, propter quid ſemper adiungatur uerbo ſubiunctiui modi quando erat dictio conſecutiua. Item nota ꝙ hæc coniunctio quin, ſiue hæc oratio, quod non, prout conuertuntur, dicunt cõſecutionẽ unius negatiuæ ad alterã negatiuam propter hoc ꝙ de intentione earum eſt ꝙ ponunt unum uniuerſaliter in altero affirmatiue, & affirmatio unius ſequitur ad affirmationẽ alterius, u nõ eſt hõ quin ſit animal, ergo quilibet hõ eſt animal, uel ſi eſt hõ eſt animal, uel non eſt domus quin ſit paries, ergo ſi domus eſt, paries eſt, ſed cum affirmatio ſequitur ad affirmationẽ per conſequentiã, econtrario, negatio ſequitur ad negationẽ. unde ſi hõ eſt animal, ergo non eſt hõ ſi non eſt animal, uel non eſt hõ quin ſit animal. Secundum

Sophiſma. prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. Tu non potes uere negare te non eſſe aſinum. Probatio. te non eſſe aſinum eſt neceſſarium, ſed tu non potes uere negare neceſſarium, ergo tu non potes uere negare te non eſſe aſinum. Contra. Tu non potes uere negare te non eſſe aſinum, ergo tu non potes uere negare ꝙ non ſis aſinus, ergo tu non potes uere negare quin ſis aſinus, ergo tu es aſinus. Solutio. Prima eſt duplex ſecundum cõiter loquentes. Dicunt enim ꝙ negare ęquiuoce eſt in hac oratione. unde unus ſenſus eſt, tu non potes uere negare &c. id eſt tu non potes uere negationem proferre, ſiue negationẽ hanc dicere, quod idem eſt, te nõ eſſe aſinum, & ſic eſt falſa, quia uere tu non potes dicere hanc negationem, te non eſſe aſinum. Alius ſenſus eſt. Tu non potes uere negare te non eſſe aſinum. i. tu non potes uere negationis huius negationem proferre, qa negatio huius, te non eſſe aſinum, eſt hæc, ut tu es aſinus, quæ æquipollet huic. Tu es aſinus, hoc non põt uere dicere, & ſic eſt uera. Sed ſolutio nulla eſt, quia negare, eſt actus egrediens ab hac potentia actiua, quæ eſt negatiuũ, ſed ſicut potentia actiua duplicem habet comparationem, unam. ſ. ad illud a quo eſt, ut ab anima, ſiue ad illud per quod, ut ad ipſum agens. Aliam uero ad illud ad quod eſt, ut ad ipſum obiectum in quod tranſit, & ſimiliter actus illius potentiæ habet duas comparationes eaſdem, & non alias, ergo ad idem obiectum comparatur actus ad quod potentia actiua, ergo cuius obiecti eſt hæc potentia, quæ eſt negatiuum eiuſdem obiecti eſt iſte actus, qui eſt negare. ſed iſta potentia quæ eſt negatiuũ, ſemper eſt negatiuum alicuius, & ab aliquo, ergo, & iſte actus qui eſt negare, ſemper erit ipſius prædicati, & a ſubiecto, ergo ſemper eſt eiuſdem rationis, ergo eſt æquiuocum, ergo nihil dicunt. Item ad idem ſicut ille actus qui eſt uidere non æquiuocatur ad uiſionem albedinis, & ad uiſionem nigredinis quamuis oppoſita. Similiter negare, non æquiuocatur ad negandum quodlibet prædicatum, ſiue fuerit prius affirmatum, ſiue negatum, quia ſiue fuerit tale, ſi tale, ſemper remouetur a ſubiecto, ergo negare non æquiuocatur ad differentiæ negationem hanc, Tu non es aſinus, in qua negatur prædicatum affirmatum, & ad differentiæ negationem huius. Tu non es aſinus, in qua remouetur prædicatum negatum, ergo non tu non es aſinus, ergo nihil dicunt. Item ad idem. Ariſto.

De hoc uide in Topicis in multis locis. docet reperire multiplicitatem in caſibus, ut ſi ſanatiuum dicitur multipliciter de effectiuo, & conſeruatiuo, & præparatiuo, ergo, & ſanare dicetur multipliciter de effectiuo conſeruatiuo, & præparatiuo, & ſic de aliis, & econuerſo, ſed ſi ſanare dicitur multipliciter, & ſanatiuum eodẽ modo multipliciter dicetur de eiſdẽ, ergo ſi unum caſuum non dicitur multipliciter, neq; reliquum a deſtructione conſequentis, ſed negatio non dicitur multipliciter, ergo neque negare a caſibus. Item ad idem, ſi ſumatur oratio in ſecundo ſenſu, ſic a huc ... probatio, & improbatio, ergo non ſoluunt. Quod concedimus, dice...

A ſolutionem nullam eſſe. Vnde dicimus, quòd prima ſimpliciter eſt uera, ſed concluſio immediate ſequens eſt duplex ſecundum amphibologiam, hæc ſcilicet, tu non potes uere negare, quod non ſis aſinus, eo, quòd hoc uerbum negare habet conſtructionem ſecundum diuerſas habitudines cum hoc, quod ſequitur, ſcilicet quòd non ſis aſinus, quia hoc, quod dico, quòd non ſis aſinus, poteſt eſſe obiectum, ſupra, quod tranſit hoc uerbum negare, & eſt ſenſus, tu non potes uere negare, quòd non ſis aſinus, id eſt tu non potes uere negare illud neceſſarium, quòd non ſit aſinus, & ſic eſt uera. Alio autem modo conſtituitur cum hoc uerbo negare, non ratione obiecti, ſed in ratione finis, & eſt ſenſus, tu non potes uere negare, quod non ſis aſinus, & ſic eſt falſa, quia ſiue neges te eſſe irrationale, ſiue neges te eſſe brutum, ex hoc non ſequitur, quòd non ſis aſinus, & ſic eſt ibi ampohibologia ex diuerſitate rationis conſtruendi unum cum altero. Sed ad illud argumentum, quod ſequitur, ſcilicet. Tu non potes uere negare, quòd non ſis aſinus, ergo tu

B non potes uere negare quin ſis aſinus, poteſt dici, quòd non ſequitur, quia, quòd non, & quin, non conuertuntur uniuerſaliter, ut dictum eſt prius, niſi ſecundum, quòd dicunt conſecutionem.

Sed ego dico hanc concluſionem, ſcilicet tu non potes uere negare quin ſis aſinus, eſſe duplicem, ſicut primam prædictam, & eodem duplicitate. unde ſecundum, quòd, quin, &, quod non, dicunt conſequentiam, & conuertuntur in ratione finis, & ſic bene ſequitur, tu non potes uere negare, quòd non ſis aſinus, ergo quin ſis aſinus, ergo tu es aſinus. ſed illæ ſunt falſæ, ſicut dictum eſt, & ex falſis ſequitur falſum, & non ſequitur ad primam illo modo ſicut dictum eſt. Si autem fiat conſtructio in ratione obiecti, tunc uere ſunt illæ duæ ſequentes concluſiones, ſicut dictum eſt, ſicut, & prima. Sed ultimum argumentum non ualet hoc, ſcilicet tu non potes uere negare quin ſis aſinus, ergo tu es aſinus, & hoc modo nulla eſt habitudo, ſicut neque hic, tu non potes uere negare hominem eē

C aſinum, ergo homo eſt aſinus immo potius ſequitur oppoſitum, ergo homo non eſt aſinus, & ſimiliter in propoſito, quia hominem eſſe aſinum eſt obiectum actus ipſius negare, ſimiliter quin ſis aſinus, eſt obiectum ipſius negare illo ſenſu. unde debet inferre oppoſitum eius, quod infert ſolutio, ergo tu non es aſinus. Item probatio, quòd prima eſt falſa, quia hæc eſt uera, tu non potes uere enunciare te eſſe aſinum, ergo tu non potes uere negare te eſſe aſinum, a genere, quia uere enunciare commune eſt ad uere negare, & ad uere affirmare. Sed ſi tu non potes uere negare, te eſſe aſinum, ergo uere potes negare eius oppoſitum, ſcilicet te eſſe aſinum, ergo hæc eſt uera, tu potes uere negare te non eſſe aſinum, ergo eius contradictoria eſt falſa, hæc ſcilicet tu non potes uere negare te non eſſe aſinum, ſed hæc eſt prima, ergo hæc falſa. Solutio prima eſt uera ſimpliciter, & ratio ſua peccat in prima illatione, neque eſt ibi locus a genere, quia quamuis uere enunciare commune ſit ad uere negare, & uere affirmare, tamen

D uere enunciare te eſſe aſinum non eſt commune, quia te eſſe aſinum eſt affirmatiua, eo, quòd enunciare contrahitur per obiectum. unde ſicut nullum eſt argumentum, tu non potes uere affirmare te eſſe aſinum, ergo tu potes uere negare illud idem, neque eſt ibi aliqua apparentia, quia oppoſitum deberes inferre. Similiter in propoſito nullum eſt argumentum neque aliqua apparentia, inferendo ſic, tu non potes uere enunciare te eſſe aſinum, ergo tu non potes uere negare te eſſe aſinum. Quòd autem enunciare contrahatur per obiectum ad affirmare, patet, quia actus dupliciter contrahitur. Vno enim modo per differentias ſumptas a parte agentis. Alio autem modo per differentias ſumpta a parte obiecti, ut ſentire uiſu idem eſt, quod uidere, ſentire auditu, idem eſt, quod audire, & ore ſentire idem eſt, quod guſtare, & ſic de alijs, ergo contrahitur actus per dif-

Actus dupliciter cõtrahitur.

differentias ſumpt[illegible] a parte agentis. A parte uero obiecti contrahitur ſic. Sentire coloratum idẽ eſt quod uidere, ſentire uero ſonũ idem eſt quod audire, & ſic de aliis, ergo contrahitur a parte obiecti, ergo omnis actus habens obiectũ dupliciter contrahitur, ut dictũ eſt, ergo enunciare dupliciter cõtrahitur, quia enũciare affirmationem, idem eſt quod affirmare, & enunciare negationem, idẽ eſt quod negare, & ſic illæ duæ differentiæ ſunt ſumptæ a parte agentis. Idem enũciare hominẽ eſſe animal, idẽ eſt quod affirmare ipſum, & enunciare hominẽ nõ eſſe lapidẽ, idẽ eſt qđ negare ipſum eſſe lapidẽ, & eſt illa contractio facta a parte obiecti. Item quæritur de hoc ſophiſmate, in illo tempore, aliquid eſt uerum quin ipſum ſint neceſſariũ. Probatio. In illo tẽpore Deũ eſſe uerũ, & ipſum eſt neceſſariũ, ergo in quolibet tẽpore aliquid eſt uerũ, & ipſum eſt neceſſariũ, ergo in quolibet tẽpore te ſedere eſt uerũ, & ipſum eſt neceſſariũ, quod falſum eſt. Solutio. Prima ſimpliciter eſt falſa, quia ſenſus eſt. In illo tẽpore aliquid eſt uerum, ſi non neceſſariũ, hæc autem falſa, quia ad antecedens non ſequitur conſequens, eo q; ad negationẽ ſpeciei nõ ſequitur negatio generis, neceſsitas aũt eſt ſpecies ueritatis. Probatio aũt peccat ſecundũ conſequens, quia bene ſequitur in illo tẽpore Deũ eſſe uerũ quin ipſum ſit neceſſariũ, & econuerſo, ſi Deũ eſſe nõ eſt neceſſariũ in illo tẽpore uerũ eſt. unde uera eſt iſta probatio q̃ prima ſumit. ſ. hęc, in illo tempore Deum eſſe uerum quin ipſum ſit neceſſarium, quia in Deo ueritas conuertitur cum ſua neceſsitate, ſed in aliis ueritas, & neceſsitas non conuertuntur, ſed ueritas eſt in pluribus quam neceſsitas. unde eſt inconueniens ab inferiori ad ſuperius negando, ſicut hic, in nullo tempore eſt homo quin ſit riſibile, ergo in nullo tempore eſt animal quin ſit riſibile. E F

Sophiſma. (margin)

De multiplicitate dictionis Quanto.

Notabile pulchrũ de quo magiſter Thobricot multa. (margin)

OMISSIS dubitationibus quæ incidunt circa hanc dictionẽ quanto, uidenda eſt multiplicitas eius. Sciendũ ergo, q; hæc dictio quanto, aliqñ tenetur interrogatiue. ut quanto perfeciſti hodie cui reſpondetur multum eſt paruũ ſecundũ cognitionẽ iſtarũ rerum. Aliquando aũt tenetur relatiue, ut tanto profeci hodie in hac lectione, quanto tu in eadẽ. Aliquando aũt tenetur infinite, ut quando uoluerunt tãto perficiã, & nullo iſtorũ modorum tendimus hic de hac dictione quanto Alio aũt modo hæc dictio quanto dicit cauſam, ut quanto calor intenſior eſt, tãto fortius calefacit. Nota ergo q; hæc dictio quanto, aliquando dicit cauſam efficientẽ, ut in prædicto exemplo, calor enim eſt cauſa efficiens calefaciendi. ut calor intenſior intenſius calefacit. Aliqñ aũt dicit cauſam materialẽ, ut quanto corpus citius fit organicum, tanto citius recipit animam. Aliquando dicit cauſam formalẽ, ut quãto anima citius eſt infuſa, tanto corpus organicũ eſt perfectũ. Anima. n. intellectiua infuſione fit, & in creando infunditur, & infundendo creatur. Aliquando autem dicit cauſam finalem ut quanto præmium maius eſt, tanto labor facilius toleratur. G H

Sophiſma. (margin)

Secundum prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. Quanto magis addiſcis, tãto minus ſcis. poſito q; tu addiſcas duo enunciabilia, ut hominẽ eſſe animal, & aliquid eſſe. & ſcias unum ut hominẽ eſſe Grammaticũ inde, ſic quanto illud qđ tu addiſcis eſt maius eo quod tu ſcis, tanto illud quod tu ſcis eſt minus eo quod addiſcis, ergo quanto magis addiſcis, tanto minus ſcis. Contra. Quanto magis addiſcis tanto magis augmentatur ſcientia tua in te, per locũ a cauſa efficiente. Sed quanto magis augmentatur ſcientia in te, tanto magis ſcis, iterum a cauſa efficiente, ergo quanto magis addiſcis, tanto magis ſcis. non ergo minus. Solutio prima ſimplex eſt falſa, quia hæc dictio quanto ſignificat in prima q; magis addiſcere eſt cauſa efficiens ſciendi minus, quod eſt impoſsibile, cũ ſit cauſa proxima

A xima efficiens ſui oppoſiti.ſ.ſciendi magis,quia eadẽ cauſa proxima non põt eſſe,
oppoſitorũ,quamuis remota poſsit eſſe,ut eſt in Secundo Phyſico. ũ,ſicut eſt nau
ta cauſa efficiens ſalutis nauis,& euerſionis eius,ſed quia nauta per ſui pręſentiã
eſt cauſa proxima ſalutis nauis, & per ſui abſentiã eſt cauſa proxima euerſionis,
& improbatio bene tenet, ſed probatio peccat ſecundũ figurã dictionis procedẽ
do ab una ſpecie huius prædicamẽti,quod eſt relatio, ad alterã ſpeciẽ eiuſdem,
quia maius,& minus dicunt relationes cauſatas a quãtitatibus,magis uero,& mi
nus dicunt relationes cauſatas a qualitatibus.unde ſicut figura dictionis fit mu-
tando modũ qualitatis in modũ quãtitatis,ut quantũ,uel quod in quale,uel ecõ
uerſo, ſimiliter fit figura dictionis procedendo a relatione cauſata a quantitate
ad relationẽ cauſatam a qualitate,uel ecõuerſo. Itẽ quæritur de hoc ſophiſma. Sophiſma.
Quanto aliquid maius eſt,tanto maius uidetur.Probatio. Quanto aliquid ma-
ius eſt,tãto a remotiori uidetur,ſed quãto a remotiori uidetur, tanto minus uĩ,
ergo a primo,quanto aliquid maius eſt,tanto minus uidetur. Contra.ibi ſigni-
B catur eſſe cauſa prędicati,quod non eſt cauſa, ergo locutio eſt impoſsibilis.

Solutio.prima ſimpliciter eſt falſa, quia eſſe maius nõ eſt cauſa eius quod eſt
minus uideri,neque ẽt eſt cauſa eius,quod eſt magis uideri,quia ad ipſum uide-
re,& ad ipſum uideri exigitur uiſus tanquã uirtus,& exigitur coloratũ tanquam
obiectum.& exigitur modus a parte ſubiecti,& exigitur medium, quod eſt aer,
uel aqua.uidemus.n.mediante aere,& mediante aqua,& cum his exigitur ẽt di-
ſtantia debita,ꝙ ſi minima fuerit diſtantia non uidebitur uiſibile, ut ſi ponatur
uiſibile ſupra uiſum,ſiue ſupra oculũ. Aut ſi etiam fuerit diſtantia maxima non
poterit res uideri, & ideo neceſſario exigitur diſtantia debita, & hæc quinque Quinq; re
aggregata ſunt cauſa efficiens eius,quod eſt uidere,& uideri,quia per uirtutem quirunt ad
uiſiuam ſupponimus organum ſiue inſtrumentum uidendi. unde maius non eſt uidẽdum.
cauſa eius quod eſt uidere, neq; eius quod eſt uideri. Ad probationem autem
ſoluendum per interemptionem,quia hæc eſt falſa. Quanto aliquid maius eſt,
C tanto a remotiori,uĩ,quia ut eſt in libro de uiſu, unumquodque uiſorum habet
ſpatium,quo facto non amplius uidebitur.i. unumquodque uiſibile eſt elonga-
bile in tanta diſtantia ultra debitum,in qua diſtantia ſi ponatur,non amplius ui
debitur.unde hæc eſt falſa.Quanto aliquid maius eſt,tanto a remotiori uidetur

De dictione Quam.

PLVRES aũt dubitationes incidunt circa hanc dictionẽ Quam quarum
prima eſt,de diſtinctione ipſius. Secunda,qualiter importat cõparationẽ.
Tertia,quæ ſit cõparatio ipſius ad nomen comparatiui gradus. Quarta
quæ ſit comparatio eius ad nominatiuum ſequentem,ut Socrates eſt for-
tior quam Plato.Quinta,propter quid ſequitur nominatiuus quando hæc dictio
quam, adiungitur comparatiuo. Sexta, propter quid comparatiuus aliquando
D conſtruitur cum ablatiuo aliquando cum nominatiuo,interpoſita quam.

De multiplicitate huius dictionis Quam. Cap. 1.

CIrca primũ ergo nota,ꝙ hæc dictio quã,aliquãdo eſt aduerbiũ ſimilitudinis,
ut iſte fecit hoc tanquã prudẽs, & tã iſte quã ille currit. Aliquando eſt aduer
biũ cõparandi,ut Socr.eſt fortior quã Plato.Aliquãdo eſt aduerbiũ admirãdi,ut
quã fœlix,quam præclara,& quã bonus Deus Iſrael,& aliquãdo ẽt indignãtiui,ut
quam turpe factum, & quam abhominabile ſcelus. Preter hæc etiam eſt con-
iunctio electiua, quæ ſic definitur a Priſciano. Coniunctio electiua eſt, quan-
do

do diuerſis propoſitis aliqd ex eis nos eligere oſtendimus, ut d'ues eſſe mallem E quàm pauper, diuite & paupere poſitis, eligit ſe eſſe diuitem, relinquendo alterũ. Et hic ſimiliter bonũ eſt confidere in domino ꝙ confidere in homine, hæc dictio quàm eſt coniũctio electiua, & ſic patet multiplicitas huius dictionis quàm.

Quomodo hæc dictio Quàm comparationem importat. Cap. I I.

Circa ſecundum nota, ꝙ ad comparationem quinque exiguntur. Vnum eſt, ꝙ comparatur. Aliud in quo eſt id, quod cõparatur, ſiue in quo eſt cõparatio. Tertium eſt exceſſus in eo quo eſt comparatio. Quartum eſt illud cui comparatur. Quintum eſt reſpectus medius inter cõparatiuum, & illud cui comparatur, uerbi gratia, cum dico, Socrates eſt fortior quàm Plato, Socrates eſt illud, quod comparatur, & fortior dicit fortitudinem in qua eſt comparatio, & etiam exceſſum illius fortitudinis, quia Socrates habet fortitudinem, & etiam habet eam F in exceſſu reſpectu Platonis, Plato enim eſt illud cui comparatur. unde hoc aduerbium quàm, nihil habet de comparatione niſi prædictum reſpectum. Nota etiam, ꝙ aliquando in comparatione ſextum ponitur, quod eſt menſura ipſius exceſſus, & tunc comparatiuus gradus conſtruitur cum duplici ablatiuo, ut Socrates eſt maior Platone uno pede, uel conſtruitur cum uno ablatiuo & cum nominatiuo, interpoſito quàm, ut Socra. eſt maior ꝙ̃ Plato uno pede, & ſic diximus, ꝙ Socrate eſt excedens ſiue, ꝙ comparatur, & iſtud comparatiuum maior dicit illud in quo excedit, ſiue in quo eſt cõparatio, & etiam exceſſum ipſius maioritatis, Plato dicit, quod exceditur ſiue cui cõparatur, & hoc aduerbium ꝙ̃, dicit reſpectũ medium, ut diximus, inter excedens & illud, quod exceditur, ſiue illud cui comparatur, & ille ablatiuus uno pede, dicit quantus eſt exceſſus maioritatis in Socrate reſpectu Platonis, & illa dicit menſuram ipſius exceſſus. Quotieſcunque uolumus ſignificare comparationem ſiue menſuram exceſſus prædi- G cta quinque ſufficiunt, patet, ergo, ꝙ hæc aduerbium quàm, importat comparationem in hoc, quòd dicit reſpectum medium inter exceſſum ſiue comparatum, & illud, quod exceditur a comparatiuo, ut diximus.

Preter quĩque ſextũ etiã in cõparatione quiq; annotatur.

Quã comparationẽ dictio quàm, habeat ad comparatiui dictionẽ. Ca III.

Circa tertium uero nota, ꝙ hoc aduerbium ꝙ̃. habet rationẽ cum nominatiuo ſequente in reſpectu ad comparatiuum, quia omne comparatiuũ dicit exceſſum reſpectu alicuius termini, ſiue reſpctu eius, quod exceditur, & nominatiuus non poteſt eſſe terminus illius exceſſus, niſi mediante hoc aduerbio quàm.

Quomodo comparetur ad nominatiuum ſequentem. Cap. IIII.

Circa quartum nota, ꝙ hoc aduerbium ꝙ̃, eſt ratio per quam rationem nominatiuus terminat reſpectum comparatiui, ꝙ nominatiuus ſecundum ſe non potuit terminare reſpectum comparatiui. unde nominatiuus habet rationẽ ter- H mini per hoc aduerbium ꝙ̃. unde hoc aduerbium ꝙ̃, eſt ratio inquantum nominatiuus eſt terminus cõparatiui ad ipſum nominatiuum, ut ratio eius, ideſt inquantum terminat reſpectum comparatiui.

Cur dictionem quàm nominatiuus ſequatur. Cap. V.

Circa quintum nota, ꝙ, ſi ſubſtantia ſumitur ut agẽs, ſumitur in nominatiuo, in obliquis autẽ ſumitur, ut patiens, quia nominatiuus dicit modũ agentis, obliqui uero dicunt modum patientis, & quia hæc dictio quàm, facit illud, quod exceditur retorqueri ad alium actum, & alius actus ſemper eſt in aliquo agente, ſiue ab aliquo, quod habet modum agentis, modus autem agentis eſt in nominatiuo

Nominatiuo ſunt agẽtus obliqui patientium.

tiuo

tiuo ut diximus,& ideo quando, hoc aduerbium quam adfigitur comparatiuo, oportet ꝙ ſequatur nominatiuus qui comparatur ad actum alium, ut Socrates eſt fortior quam Plato.

Cur quãdoq; Comparatiuum per ipſam interpoſitã exponamus. Cap. VI.

CIrca ſextum nota, ꝙ illud quod exceditur per comparatiuum, duobus modis poteſt ſignificari. Quia uno modo, inquantum exceditur ſolum. Alio autem modo, inquantum exceditur & ordinatur ad alium actũ. Si autem ſumatur ſolum inquantum eſt res exceſſa ab ipſo comparatiuo, ſiue per ipſum comparatiuum, ſic ſtat in ratione eius a quo remouetur exceſſus qui ſignificatur per comparationem. Exceſſus enim eſt in ipſo comparatiuo reſpectu rei exceſſæ, & nõ eſt in re exceſſa, ſed aufertur ab ea, & ſic res exceſſa ſtat in ratione eius, ut a quo aliquid aufertur, ſed comparatio iſte eſt reperta ſolum in ablatiuo, & ideo quan
B do ſignificatur res exceſſa inquantum exceſſa ſolum, tunc oportet ꝙ ponatur in ablatiuo, & ideo comparatiuus iſto modo ſemper conſtruitur cum ablatiuo. Quando autem res exceſſa ſignatur inquantum eſt exceſſa, & etiam inquantũ comparatur ad alium actum, quia comparatio ad alium actum aduenit ſupra comparationem primam, ſcilicet inquantum eſt exceſſa, ideo comparatio ad alium actum eſt quaſi completiua primæ comparationis, & ideo ordinat rem exceſſam ad alium actum, & quia actus, ut diximus, eſt ab aliquo quod ſtat ſub modo agentis, ideo ſequitur nominatiuus, & hoc modo comparatiuus ſemper conſtruitur cum nominatiuo interpoſito quam, & ſic patet propter quid comparatiuus aliquando conſtruitur cum ablatiuo, aliquando uero cum nominatiuo, interpoſito quam, & patet etiam quando debet comparatiuum conſtrui cum uno, & quando cum altero, patet etiam quòd comparatiuus debet conſtrui cum duplici ablatiuo, uel cum uno, & cum nominatiuo interpoſito.

C Secundum prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. Impoſsibile eſt te ſcire plura quam ſcis. Probatio, hæc eſt impoſsibilis, tu ſcis plura quam ſcis, ergo eius dictum eſt impoſsibile, ergo hæc eſt uera, impoſsibile eſt te ſcire plura quã ſcis. Contra, tu potes addiſcere plura quam ſcis, ergo tu potes ſcire plura quam ſcis, ergo hæc eſt falſa, impoſsibile eſt te ſcire plura quam ſcis. Solutio. prima eſt duplex. Quia ſicut poſsibile dicit relationem, quia omnis potentia eſt eorum quæ ſunt ad aliquid ſecundum Ariſto. Similiter impoſsibile dicit relationem, quia impotentia priuat potentiam ab aliquo & reſpectu alicuius actus, ſicut poſsibile ponit potentiam in aliquo reſpectu alicuis, quia reſpectu ipſius actus eſſentialis, uel reſpectu formæ completiuæ, uel reſpectu actus accidentalis, ut reſpectu comparationis egredientis ab ipſa forma, quia agere eſt formæ. Dico ergo ꝙ prima eſt duplex, eo ꝙ hæc dictio impoſsibile poteſt ponere relationẽ ſuam in te accuſatiui caſus, & ſic prima eſt falſa, & eſt ſenſus, tu non potes ſcire
D plura q̃ ſcis, uel poteſt ponere relationem ſuam ſupra totum dictum, & ſic prima eſt uera, & eſt ſenſus, te ſcire plura q̃ ſcis eſt impoſsibile, quia in nullo tempore ſcies plura q̃ in eodem ſcis. Item quæritur de hoc ſophiſmate, impoſsibile eſt aliud quam aſinum genuiſſe te. Probatio, hominem eſſe aſinum eſt impoſsibile, & aliud quam aſinũ genuiſſe te eſt impoſsibile, ergo impoſsibile eſt aliud quã aſinum genuiſſe te. Contra impoſsibile eſt aliud quam aſinum genuiſſe te, ergo aſinus genuit te. Solutio. Prima duplex eſt. eò quòd hoc relatiuum diuerſitatis, ſcilicet aliud poteſt referri ad terminum aſinum, & ſic hoc relatiuum aliud eſt accuſatiui caſus, & eſt ſenſus impoſsibile eſt alium ab aſino genuiſſe te, & ſic eſt falſa, uel hoc relatiuum aliud poteſt referre totum dictum, ſcilicet alium genuiſſe te, & tunc hoc relatiuum aliud eſt nominatiui caſus, & eſt ſenſus impoſsibile eſt:

Sophiſma.

2 de Ani. & 1. Cœli. & Mundi.

Sophiſma.

eſt aliud quam aſinũ genuiſſe te.i. aliud eſt impoſsibileq̃ hoc impoſsibile quod E
eſt aſinum genuiſſe te, ut hominem eſſe lapidem eſt impoſsibile aliud ab illo impoſsibili, ſcilicet aſinum genuiſſe te, & ſic eſt uera.

De dictione Quicquid.

QVIA hæc dictio quicquid uno modo importat diſtributionem quo ad hoc de ipſa eſt determinatum in diſtributionibus, ſed quo ad hoc ꝙ importat in ſe conſecutionem cum diſtributione, debet determinari de ipſa in ſyncategorematibus Circa hanc, ergo dictionem quicquid primo quæritur quid ſignificat.

Quid ſignificet dictio Quicquid. Cap. I.

CIrca primum nota, ꝙ quatuor ſunt de intellectu huius dictionis quicquid, ſiue de ſua ſignificatione, unum eſt diſtributio, alterum eſt materia diſtributionis ſuę, quia ſicut hæc dictio quilibet habet in ſe diſtributionem, & rem diſtributam per ſuam ſignificationem, ſimiliter quicquid, tertium autem conſecutio, quartum uero eſt diſiunctio, quia cum dicitur, quicquid currit mouetur, ſenſus eſt, ſiue hic currat mouetur, ſiue illud, & ſic eſt ibi conſecutio & diſtributio, & ita quatuor ſunt de ſignificatione huius dictionis quicquid. F

An Quicquid ſit dictio æquiuoca. Cap. II.

CIrca ſm nota ꝙ ꝗuis intelligantur diuerſa in ſignificatione huius dictionis quicquid, non tñ eſt æquiuoca, q̃a ſignificat ſub ſubiecto ſiue in re diſtributa, & mediante cõſecutione, diſiunctionẽ, & pp hoc ſemper redditur ei uerbum quod eſt antecedens, & aliud quod eſt conſequens, ut quicquid currit, mouetur.

An Quicquid importet relationem. Cap. III. G

CIrca tertiũ obiicitur, quia ſenſus iſtius, quicquid currit mouetur, eſt ille. Omne qđ currit mouetur, ſed hæc eſt relatio, ergo in prima eſt relatio, ergo hęc dictio quicquid, importat relationẽ. Et dicendum ꝙ hæc dictio quicquid, non importat relationẽ, nec eſt dictio relatiua, ſed eſt nomen diſtributiuum infinitum ſignificans illud quod diximus, & componitur per generationem huius dictionis quid ſecundum, ꝙ hoc nomen quid ſimpliciter eſt infinitum, & non ſecundum ꝙ eſt interrogatiuum, uel relatiuum. Argumentum autem peccat ſecundum accidens, quia non oportet ꝙ ſi in uno conuertibiliũ intelligitur relatio, ꝙ in altero intelligatur. uerbi gra. illæ duæ conuertuntur, homo aſinus currit, & homo qui eſt albus currit, & tñ in uno intelligitur relatio, in altero uno non. Secundum uero

Sophiſma. prædicta quæritur de hoc ſophiſmate. Quicquid ſciuit. Deus ſcit. Probatio. Deus ſciuit omnia & nihil oblitus eſt, ergo quicquid Deus ſciuit, ſcit. Contra. Quicqd H
Deus ſciuit, ſcit, ſed ſciuit te naſciturum, ergo ſcit te eſſe naſciturũ, ergo tu es naſciturus. Solutio. prima ſimplex eſt uera, quia ſcientia cauſæ primæ ſemper eſt eadẽ, neque recipit in ſe tranſmutationem. unde de rebus omnibus ſcientiã habet immutabilem, & ideo de rebus corruptibilibus ſcientiã habet impermutabilẽ. Cuius cauſa eſt. Omne cognoſcens cognoſcit ſecundum modum ſui, & ſecundũ uirtutem ſuæ cognitionis, & non ſecundũ modum cogniti. unde quia uirtus cognoſcitiua cauſæ primæ non dependet a rebus, ſed dependet ab ipſa tanquam a ſua cauſa, cognitio autem noſtra dependet a rebus cognitis & perficitur ab eis, ideo eſt, ꝙ noſtra cognitio & ſcientia eſt permutabilis ſecundum rerum permutationem. Scientia uero cauſa primæ non eſt permutabilis ſecundũ permutationem

A nem rerum. Improbatio autem peccat ſecundum figuram dictionis, ex commutatione prædicamẽti, quia mutatur quid in quando. Hęc autem diſtributio, quicquid, dicit quid, naſciturus autem dic t qñ, & ſic mutatur in quãd ,. aſſumẽdo naſciturum ſub eo quod eſt quicquid Eſt etiam ſophiſma accidentis, quia quid & qñ poſſunt accipi uno modo inquantum ſignificantur per dictionem, id eſt per ſermonem, & ſic peccatum eſt in eis ſecundũ figurã dictionis, propter principiũ motiuũ quod eſt in dictione. Alio autem modo poſſunt ſumi quid & quando, ſcilicet a parte rei, ſiue modi ſignificandi rem circunſpectiuo ſermone, & ſic error in eis facit ſophiſma accidentis propter principium motiuum in re, uniuerſaliter enim dico, ꝙ ubicunq; eſt figura dictionis ſemper eſt ibi ſophiſma accidẽtis, & nõ econuerſo, ſed hoc eſt per cauſas diuerſas, ſicut tetigimus, quia modi rerũ prędicabilium ſunt diuerſi, & ſi accipiantur inquantũ per dictionem ſignificantur, ſic fit figura dictionis. Si autem illi modi accipiantur a parte rei, ſiue ut ſunt

B modi rerum circunſcriptiuo ſermone, ſic fit accidens in eis, quia primo modo eſt principium motiuum in dictione. Secundo uero modo in re.

Vbi eſt fallacia figuræ dictiõis ibi eſt fallacia accidentis, ſed non econtrario.

De Incipit & Deſinit.

A QVIBVS depẽdet cognitio rei propria ſunt re, ſed cognitio horũ uerborũ incipit & deſinit, depẽdet a rebus permanẽtibus & ſucceſſiuis, quã ſi hæc uerba adiungãtur rebus permanẽtibus & ſucceſſiuis, habẽt ſecũdũ hęc diuerſas rationes, & ideo dicturi de his uerbis incipit & deſinit. Primo quæremus quæ differentia eſt ſucceſſiuorũ, & permanentiũ, Secundo quę ſunt res horũ uerborũ Incipit & Deſinit cũ rebus permanentibus & ſucceſſiuis. Tertio utrum motus incipiat, uel deſinat, & qualiter & quid ſit motus. Quarto utrũ tempus incipiat, uel deſinat, & quid ſit tempus, & eius menſura, & in quo ſit ut in ſubiecto. Quinto utrum potentia incipiat, uel deſinat, & quot modis di-

C citur potentia. Sexto autem utrum termini habeant differentẽ ſuppoſitionem cum his uerbis a parte poſt, & cum aliis uerbis.

Vide Pau. pergulẽ. & Pau. Venetum.

De ſucceſſiuorum a permanentibus diſcrimine. *Cap.* I.

CIrca primum obiicitur cũ ſucceſſiua nõ habeant eſſe niſi a permanẽtibus, ergo non habebunt rationem ſiue definitionem niſi ab eis, quia a quo eſt eſſe & ratio. ergo ratio ſucceſſiuorũ non differt a ratione permanentiũ, ſed quorum rationes non ſunt differẽtes, nec ipſa ſunt differẽtia, ergo ſucceſſiua & permanẽtia non differunt. Et dicendum ut tactũ eſt, ꝙ rerum aliæ ſunt permanentes, alię ſucceſſiuæ, & differunt a ſe inuicem multipliciter. Prima differentia eſt, ꝙ res permanẽtes dicuntur, quarũ eſſe eſt totũ ſimul, ut ſunt homo, lapis, lignũ, aer, terra. Res autẽ ſucceſſiuæ dicuntur, quarũ eſſe non eſt totum ſimul, ſed eſt in ſucceſſione, ut ſunt tẽpus & motus. Secunda differẽtia eſt, ꝙ partes permanentiũ ſimul ſunt omnes, ut partes hominis lapidis & aeris, & non eſt una poſt alteram, ſed

D partes ſucceſſiuorũ non ſunt ſimul omnes, ſed eſt una poſt alterã ſucceſſiue, ut partes motus & partes tẽporis, quia poſt unã partẽ motus ſequitur altera, & nõ ſunt duæ partes eiuſdẽ motus ſimul, neq; duæ partes temporis ſunt ſimul, ſed una eſt poſt alterã ſucceſſiue, impoſſibile.n. eſt plura tempora ſimul eſſe. Tertia differẽtia eſt, ꝙ permanent a priora natura ſunt ſucceſſiuis, & ſucceſſiua natura ſunt poſteriora, cũ ſint cauſa ſucceſſiuorum. Quarta differentia eſt, quia res permanentes ſunt in ſe terminatæ quæcunque habent terminos, ſed res ſucceſſiuæ nõ habent terminos in ſe, ut motus qui terminatur ad res permanentes ut alteratio ad qualitatem. Augmentum & diminutio ad quantitatem, & ſic de aliis. Quinta differentia eſt, ꝙ res permanentes ſic in ſui principio & in ſui fine, ut patet in ſubſtantia & in accidentibus permanentibus, ut in lapide, & in albedine & nigredine,

nigredine, res uero ſucceſsiuæ, dum fiunt, ſunt, motus enim fit in tempore & in E
ſucceſsione, mutatio uero ſubito & in inſtanti, res uero ſucceſsiuæ, neque ſunt in ſui principio neque in ſui fine ut poſtea patebit de motu.

Quænam res ſucceſsiuorum ac permanentium, in uerbo, incipit & deſinit attenditur. Cap. 12.

CIrca ſecundũ obiicitur, quia cũ motus habeat rationẽ a ſuis terminis quãuis magis a termino ad quem, q̃ a termino a quo quia motus fere omnes definiuntur per terminum ad quem natura tendi, ut dealbatio eſt motus ad albedinem, denigratio eſt motus ad nigredinem, augmentum uero eſt motus ad maiorem quantitatem, generatio uero eſt motus ad ſubſtantiam, & ſic omnes motus definiuntur per terminum finalem, præter corruptionem quæ definitur per terminum a quo, quia corruptio eſt mutatio a ſubſtantia, ergo omnis motus habet rationem a ſuis terminis, quamuis magis a termino ad quem q̃ a termino a F
quo, ergo tunc incipit & deſinit dicunt motum, uel modum motus reſpectu termini a quo, uel reſpectu termini ad quem tunc oportet, ꝙ ſi termini ſunt ſpecie differentes, ꝙ rationes horum uerborum, incipit & deſinit, ſint ſpecie differentes, ſi talibus terminis adiungantur, ſed ſucceſsiua & permanentia ſunt ſpecie differentia, ergo hoc uerbum deſinit, ſi adiungitur permanentibus & ſucceſsiuis, habebit ſecum has rationes ſpecie differentes, & ſimiliter hoc uerbum incipit. Quod concedimus dicentes, ꝙ ratio huius uerbi incipit cum rebus permanentibus eſt iſta. ſ. eſt & ante non fuit, ut incipit eſſe albus, eſt albus, & ante hoc non fuit albus. Vnde hoc modo, hoc uerbum incipit dicit poſitionem præſentis cum priuatione præteriti, uel etiam ſic, incipit. i. nunc primo eſt. Cum rebus autem ſucceſsiuis exponitur ſic, nunc primo eſt, uel ſic, non eſt, ſed poſt hoc erit, ut incipit moueri, nõ mouet, ſed poſt hoc mouebitur, tũc priuat præſens & ponit futurum. Sed hoc uerbum deſinit in rebus permanentibus exponitur ſic. Nunc ultimo eſt, uel ſic, eſt & de cætero non erit, ut deſinit eſſe albus, nunc ultimo eſt albus, uel ſic eſt albus, & de cætero non erit albus, & ſic ponit præſens & priuat futurum. Cum rebus autem ſucceſsiuis exponitur ſic. Nunc ultimo fuit, uel ſic non eſt, ſed ante hoc fuit. ut deſinit currere, non currit, ſed ante hoc cucurrit, & ſic priuat præſens & ponit præteritum. G

Incipit & definit quo pacto definiantur.

Item quæritur, cum diuerſa tempora intelliguntur per iſta uerba incipit & deſinit, utrum intelligantur ibi æqualiter, uel unum per prius & alterum per poſterius. Et dices quòd iſta uerba incipit & deſinit dicunt inceptiones & definitiones rerum, ſed inceptiones non ſunt niſi in terminis rerum initialibus & finalibus, ſed ultra terminum finalem nihil eſt de re, neque ante terminum initialem eſt aliquid de re, eo quòd tota res infra ſuos terminos continetur, ideo eſt ꝙ cum hoc uerbum deſinit, dicat terminum finalem rei, per prius dat intelligere præſens, & conſequitur priuatio futuri, eò ꝙ ultra terminum finalem rei nihil H
eſt de re, & loquor in permanentibus. unde hoc modo iſta expoſitio nunc ultimo eſt rectior q̃ iſta, eſt & de cætero non erit. Cum ſucceſsiuis autem hæc rectior, nunc ultimo fuit, q̃ iſta, non eſt, ſed ante fuit unde per prius ponitur ibi præteritum terminatum ad præſens & conſequitur priuatio præſentis. Sed per hoc uerbum incipit adiunctum permanentibus, per prius datur intelligi præſens & conſequitur priuatio præteriti, quia res permanentes ſunt in ſui principio, & ante ipſum nihil eſt de his. unde hoc modo rectius exponitur ſic. eſt, quã ſic, eſt & ante hoc non fuit. Sed cum ſucceſsiuis per prius intelligitur poſitio futuri terminati ad præſens, & per poſterius priuatio præſentis, propter hoc quòd res ſucceſsiuæ non ſunt in ſui principio, ſed poſt principium.

A Et nota, ꝙ hoc uerbum incipit, non propter hoc eſt diuerſorum temporum: Quia tempus dicitur dupliciter. Vno enim modo, tempus eſt menſura primi motus, uel motus primi mobilis, & eſt ſpecies quantitatis continuæ, & hoc eſt tempus ſecundum ueritatem temporis, & tempus iſto modo non accidit uerbo, & ſic dantur intelligi diuerſa tempora per iſta uerba incipit & deſinit, ſed non a parte conſignificationis eorum, ſed a parte terminorum ſuorum, & ſignificationum principalium, qui quidem ſunt cauſæ, quare eſt inceptio uel deſinitio. Alio autem modo tempus dicitur non menſura primi motus, neque tempus ſecundũ ueritatem temporis, ſed dicitur motus temporis, & hoc modo tempus accidit uerbo, & ſic incipit & deſinit ſunt præſentis temporis, & ſic intelliguntur in eis diuerſa tempora a parte ſignificationis principalis, & intelligitur in eis unum ſolum tempus a parte conſignificationis. Et prædicta diſtinctio temporis eſt ſimilis diſtinctioni generis, quòd ſimiliter genus dicitur dupliciter. Vno enim modo genus dicitur ſecundum ueritatem generis, & hoc modo non ſunt duo genere reperta in natura rerum ſcilicet maſculinum & fœmininum, & hoc modo genus eſt tantum in animalibus, ut in uiris & fœminis. Alio autem modo genus dicitur modus generis, & ſic reperitur genus in rebus inſenſibilibus, & dicitur lapis maſculini generis, & petra fœminini. unde ſicut genus dicitur uno modo ueritas generis, & alio modo modus generis, Similiter tempus dicitur uno modo ueritas temporis, & ſic non accidit uerbo.

Tẽpus duobus modis dicitur.

B

An motus incipit uel deſinit & quid motus. Cap. III.

Colligitur 1. & 2. elec. in plerisq; locis.

Circa tertium obiicitur, quia uult Ariſto. ꝙ ſi aliquis mouetur, mouebitur, & mouebatur. ſed ſi mouebitur, ſumus illo futuro, tunc uerũ eſt dicere, quoniã mouetur, ergo iterũ mouebitur, & mouebatur, illud iterum futurũ accipiatur, ergo iterum mouebitur in alio futuro, & uerũ erit dicere quoniam mouetur, & ſic

C cõtingit moueri in infinitum, ergo motus non poteſt deſinere. Eodem autem modo probatur, ꝙ non poteſt incipere, quia ſi mouetur mouebitur & mouebatur, ſed ſi mouebatur ſummus in illo præterito, & iterũ erit dicere in illo præterito ꝙ mouetur, ergo mouebatur prius in alio præterito, & ſi iterum illud præteritum accipiatur, uerum eſt illo dicere, quoniam mouetur in alio priori præterito, & ſic contingit abire in infinitum a parte ante, ſicut a parte poſt, ſiue a parte præteriti, ſicut a parte futuri, ſed impoſsibile eſt abire infinitum, quia infinita nõ poſſunt pertranſiri, ergo impoſsibile eſt, ꝙ motus incipiat, & ſic motus non poteſt incipere nec deſinere. Et ſicut obiicitur de motu, ſic obiici poteſt de curſu, ꝙ non poſsit incipere neque deſinere, quia ſicut currit & curret, & inde ut prius. Eodẽ autẽ modo poteſt obiici de quolibet alio ſucceſsiuo, ꝙ non poſsit incipere neque deſinere. Et dicendum, ꝙ motui rerũ inferiorũ & cuilibet ſucceſsiuo debetur principium & finis ut patet in motu alterationis, qui eſt ab uno termino in al

D terum, ut ab una qualitate contraria in alteram uel in mediam, & augmentũ ab una quantitate ad alteram, & motus ſecundum locum ab uno loco in alterum, & ſic omnes motus inferiores incipiunt & deſinunt. Ad illud autem, quod obiicit de infinitatione motus dicendum, ꝙ infinitũ proprie dicitur tripliciter. ſ. diuiſione, ut linea dicitur infinita diuiſione, & quodlibet continuum, omne.n. continuũ diuiſibile eſt in infinitum. Alio autem modo dicitur infinitum appoſitione, ut numerus, omnis enim numerus augmentabilis eſt in infinitum. Tertio autem modo dicitur infinitum utroq; modo, ut motus & tempus. utrunque.n. eſt infinitum, diuiſione, cum ſit continuum, & eſt infinitum appoſitione cum poſt unum tempus ſit aliud tempus & poſt unum motum ſit alius motus in infinitum, & ſic eſt infinitas, utroque modo. ſ. appoſitione & diuiſione Dicendum breuiter, quòd

Infinitũ ꝓprie tribus modis dr.

ꝙ infinitum iſto triplici modo eſt tantum in potentia, & non in actu bene poteſt pertranſiri eò ꝙ infinitum in potentia bene poteſt pertranſiri, infinitum autem in actu, non poteſt. unde quia obiectiones uolebant reducere potentiam in infinitum ad actum dicendo motum, ideo ſequebatur infinitas. Quòd autem intentetur reducere infinitum diuiſione in actum patet, quia cum dicitur, ſi mouetur mouebitur, iam diuidit motum per partes ſuas, & cum iterum ſumit præteritum & futurum dicens, ꝙ ſi mouetur in illo, ergo mouebitur, & mouebatur, patet ꝙ adhuc diuidit partes motus, & ſic potentiam diuiſionis infinitæ nititur reducere in actum diuiſionis. unde licet motus ſit infinitus reducendo aptitudinē infinitæ diuiſionis in actu non propter hoc ſequitur ꝙ motus ſit ſic infinitus ſimpliciter, ſed eſt ibi fallacia ſecundum quid, & ſimpliciter. Si quæratur ubi debeat quis reſiſtere obiectionibus. Dicendum ꝙ ultimæ illationi debet reſiſtere, quia bene probat, ꝙ contingit abire infinitum a parte ante & a parte poſt diuidendo motum a parte principii, ſiue a parte finis, ſed ex hoc non ſequitur, ergo motus non poteſt recipere neque definere, quia motu ſecundum ſe infinitus eſt, diuiſione autem infinitus eſt. unde omnis motus inferior incipit, & definit. A B

Motus cœli nec incepit nec definet. Item obiicitur, ꝙ motus primi mobilis, ſiue cœli, eſt infinitus, quia una reuolutio naturaliter cœli eſt poſt aliā, ſicut unus hō ex alio homine naturaliter, gñatus, ergo non fuit prima reuolutio cęli, quia ſi fuiſſet prima tūc illa nō fuiſſet poſt aliā, ergo motus cęli non incepit, ergo fuit ab æterno, ergo, & cęlum ab æterno, ergo planta eſt ab æterno, qđ eſt credentibus impius error. Similiter autē uī ꝙ motus primi mobilis a parte poſt ſit infinitus, qa poſt unā reuolutionē cęli naturaliter ſequitur altera, ergo non eſt ſumere ultimā reuolutionē cęli, ergo motus cęli eſt infinita a parte poſt. Item ſi obiicitur ꝙ generatio hominum ſit infinita a parte ante & a parte poſt, & plantarū, & aliorum generabilium & corruptibiliū, quia hoc eſt principiū in natura, homo ex homine generatur, & equus ex equo, leo ex leone planta ex planta, ergo non eſt ſumere primum hominem, quia ſi ſumat aliquem, ille erit ex alia ſecundū uiā naturæ, & ille alius ex alio priori, & ſic in infinitū in hominibus & cæteris animalibus & in plantis. Et dicendū ꝙ motus primus & gñatio oīum inferiorū. ut animaliū, & plantarū, poſſunt ſumi dupliciter, quia uno modo ẜm uiam naturæ, & ẜm naturalia, & alio modo ſecundum comparationē ad primū, qđ eſt ſupra naturā, ut ad cauſam primam, & ẜm principia naturæ non eſt reperire primā reuolutionem cęli, neq; ultimā, neq; primum hominē, uel primum animal, uel primā plantam, quia natura non potuit facere primū hominem, neque primum leonē neq; primam plantā neq; primā reuolutionē. Sed modo ſecundo ſui reperire primum hominē & primam generationem in omnibus generabilibus, quia primū, qđ eſt ſupra naturam, ut cauſa prima ex ſua ſumma potentia potuit facere quodlibet ex nihilo, quod natura non potuit. Item eodem modo obiicitur, ꝙ motus non ſit in ſui principio neque in ſui fine, ſicut obiiciebatur, ꝙ non potuit incipere neque definere, quia ſi aliquis in principio motus mouetur, ergo mouebatur prius, non, ergo erat in principio, & ſi aliquis mouetur in fine, ergo mouebitur poſterius, non, ergo motus erat in fine, ergo motus non erat in principio. Quod concedimus. Habito, ꝙ omnis motus nec in principio incipiat, & nec in fine definat, & qualiter incipiat & definat, qa motus inferioris uere incipiunt & definunt per principia naturæ, motus autem inferiorum & etiam tota generatio continua inferiorum incipit & definit per primum ſupra naturam, Sciendum, ꝙ motus definiē ſic, Motus eſt perfectio exiſtentis in potentia ſecundū, ꝙ huiuſmodi. Quod patet ſic, quia mobile & ſolū mobile eſt in potētia paſſiua ad motum, ſed omnis potentia perficitur per ſuum actiuum, ut potentia ad calefaciendum per calefieri, & potentia ad dealbandum C D

Motus qd.

per

A per albedinem,& ſic de aliis,ergo cum mobile dicat potentiam ad motum,ideo mobilis inquantum mobile peſectio eſt motus,& ideo perficitur mobile inquantum eſt mobile cum mouetur,uiſibile inquantũ eſt uiſibile cũ uidetur, & augmẽtabile inquantum eſt augmentabile cũ augmentatur, & alterabile inquantum eſt alterabile cum alteratur,ergo ſimpliciter mobile inquantũ eſt mobile cum mouetur,ſed cum mobile inquantum eſt mobile exiſtat in potentia, ut dictum eſt, ergo motus eſt perfectio exiſtentis in potentia,ſecundum ꝙ huiuſmodi,quod eſt perfectio mobilis,ſecundum ꝙ exiſtit in potentia,inquantum eſt mobile.

An tempus incipiat uel deſinat, & quid ſit tempus. Cap. IIII.

CIrca quartum obiicitur,quia ut innuit Ariſto.in.4.Phyſi.Sicut punctus continuat duas partes lineæ,& eſt indiuiſibile in linea,ſimiliter nunc eſt indiuiſibile in tempore,& continuat duas partes temporis, ut tempus prius tempori B poſteriori. Et ideo dixit Ariſto. ꝙ nunc eſt ſemper finis temporis præcedentis & principium ſubſequentis,ergo impoſſibile eſt reperire primum nunc in tempore,quia quodcunque nunc accipiatur ſemper eſt finis unius temporis, & principium alterius,ergo ante illud nũc,erit accipere aliud tempus prius,& antẽ tẽpus,erit accipere aliud nunc quod erit principium illius,& finis iterum alterius temporis præcedentis,ergo non eſt ſumere primum tempus, ergo tempus non incipit,ergo tempus eſt ab æterno.Et dicendum eſt ſicut dictum eſt de motu circulari cœli,& de motu generationis,ꝙ tempus poteſt ſumi ſecundum duas cõparations.ſ.ſecundum comparationem ad naturam, & ſecundũ cõparationem ad cauſam primã.Si autem ſumatur ſecundum comparationem ad naturam,ſic tempus non poteſt incipere,quia natura non potuit facere primum tempus, unde tempus ſecundum uiam naturæ procedit in infinitũ a parte ante, & a parte poſt. Si autem ſumatur tempus per comparationẽ ad cauſam primã ſic incipit tẽs,qa C incipit cũ motu,& cũ mobili primo.Quid autem ſit tempus,& cuius mẽſura ſit, quia eſt menſura.ſ.primi motus ſi motus primi mobilis,& in quo ſit ut in ſubiecto,quia eſt in motu circulari cæli,primo dictum eſt in tractatu huius dictionis ſi.

Te.c.12.t.

Tẽpus eſt æternum.

An potentia incipiat uel deſinat. Cap. V.

CIrca quintum quæritur utrũ potẽtia incipit uel nõ. Et uidetur ꝙ non incipit quia ſi potẽtia incipit,ergo poſſibile incipit, ergo nõ erat poſſibile antequã inciperet,ſicut nõ erant res anteꝗ inciperẽt eſſe,ergo mõ ex non poſſibili factum eſt poſſibile,ſed nõ poſſibile,& impoſſibile æquipollent cum conuertantur ergo ex impoſſibili factũ eſt poſſibile quod uidetur inconueniens, ergo poſſibile non incipit,ergo nec potentia ipſius poſſibilis incipit. Sed contra hoc ſic obiicitur,quia,ſi poſſibile non incepit,ergo fuit ab æterno,& ſic ſequitur hereſis,dicendo,ꝙ non ſolus Deus fuit ab æterno,ſed etiam materia prima fuit ab æterno D cum Deo,quod error,nõ ſolũ in fide catholica,ſed ẽt in ſcia Naturali,quia ponitur eſſe materia ſine forma,& ſeparata a paſſionibus.i.accidentibus,ergo neceſſe eſt poſſibile incepiſſe,& potẽtiã ipſius. Et dicendum eſt ꝙ duplex eſt potẽtia,quia eſt quædam potentia rerũ creatarum quæ diuiditur per potentiam actiuam c eatã,& per potentiam paſſiuam creatam,& ita incepit eſſe,& utraq; pars eius.Alia autem eſt potentia increata,& hæc eſt potentia cauſæ primæ ſiue primi agentis,& iſta non incipit eſſe,ſed eſt ab æterno, & ſic potentia paſſiua incepit,& poſſibile incepit.& potentia actiua rerum creatarum non incepit.

Tex.cõ.99 & inde in pleriſq; locis.

Ad illud autem quod obiicitur,ꝙ ſi poſſibile incepit,ergo ex non poſſibili factũ eſt poſſibile,ergo impoſſibile eſt poſſibile,cũ non poſſibile,& impoſſibile æquipolleant.Dicendũ eſt,ꝙ hoc non eſt incõueniẽs uno modo,& alio modo ſic,quia

incõueniens eſt ꝙ agens aliud naturale ex impoſsibili faciat poſsibile in natura.Sed de agente quod eſt ſupra naturam,ut cauſa prima, non eſt inconueniẽs, ꝙ ex impoſsibili faciat poſsibile in natura, quia natura non potuit facere aliquid ex nihilo, ſed cauſa prima potuit,& ideo ex impoſsibili in natura potuit facere poſsibile prima cauſa.Item nota ꝙ ſicut dictum eſt . ꝙ quædam eſt potentia increata,& hæc eſt actiua ſimpliciter a ſe,& nullo alio, & hæc eſt cauſæ primæ,ut diximus,quia nullo modo eſt mota neque per ſe neque per accidens, ſed mouet omnia creata. Alia eſt autem potentia creata,quæ incepit eſſe ut diximus,cum rebus creatis.Huius autem potentiæ alia eſt actiua quæ mota mouet, & hæc eſt cuiuſlibet agentis naturalis,alia autem dicitur potentia paſsiua, & hæc potentia paſsiua eſt materia prima,& eorum quę conſequuntur materiam primam. Item potentia paſsiua ſumitur tripliciter,quia quædam eſt potentia finalis quæ ſimpliciter,& poteſt habere actum ſuum ſimul,ut potentia quæ eſt in materia aeris ad hoc, ut ex aere fiat ignis, ſimpliciter eſt perfecta quando ignis generatus eſt ex aere, & materiæ potentia quæ eſt in ligno, ad hoc ut ex eo fiat arca ſimpliciter eſt perfecta quando ex eo facta eſt arca. Alia autem eſt potentia paſsiua,quę eſt perfectibilis ſecundum partem ſemper,& nunquam ſecundum totum,ut potentia diuidentium infini um in continuis particulares diuiſiones perficiunt partes illius potentiæ,quia quo ad hoc diuiſum eſt continuum in aliquam uel in aliquas partes,& ſecundum hoc tantum finita eſt illa potentia,ſed quia impoſſibiles eſt omnes diuiſiones continui ſimul eſſe, ideo impoſsibile eſt illa perfici ſecundum totum.Tertia autem potentia paſsiua eſt, quæ poteſt fieri neque ſecundum partem neque ſecundum totum,& hoc eſt in oculo cæco, & in animali mortuo,quia in oculo cæco manet materia in qua fuit uiſus,& in homine mortuo manet materia in qua fuit uitæ,ergo,cum materia non poſsit eſſe ſine potentia,neceſſe eſt ꝙ ibi remaneat potentia, ſed aliter quam prius quia prius poterat finiri,modo autem non poteſt,eo ꝙ a priuatione non eſt redire in habitum per naturam,& hæc potentia paſsiua dicitur infinita.

Prima paſſiua triplex.

E F G

Sophiſma. Item poſito,ꝙ Socra.ſit albiſsimus hominum qui modo ſunt, & poſt hoc inſtans naſcatur quidam albior eo quæritur de hoc ſophiſmate, Socrates definit eſſe albiſsimus hominũ.Probatio.Socra.eſt albiſsimus hominũ, & de cætero non erit albiſsimus hominũ,ergo definit eſſe albiſsimus hominum.Contra.Socrates definit eſſe albiſsimus hominum, ergo hominum qui ſunt & hominum qui non ſunt quorũ utrunque eſt falſum.Et dicendum,ꝙ prima eſt uera,& probatio bene tenet,ſed improbatio non tenet,ut dicunt quidam,eo ꝙ eſt ibi figura dictionis,a ſimplici ad perſonalem,quia dicunt quidam,ꝙ tenetur ille genitiuus hominum ſimpliciter in prima,ſed cum infert,ergo hominum qui ſunt,uel hominum, qui non ſunt,perſonalem habet ſuppoſitionem Alii autem dicunt ꝙ eſt ibi figura dictionis ab ampliata ſuppoſitione ad reſtrictam,quia ille genitiuus hominũ in prima tenetur pro quolibet alio homine a Socra.ſed cum dicit, ergo hominum qui ſunt,uel hominum qui non ſunt,ille genitiuus hominum reſtringitur ad exiſtentes ex una parte, & ad non exiſtentes ex alia parte per implicationes circa ipſum factas.Vel dicendum,ꝙ improbatio peccat ſecundum accidens, quia ſic definitio ſignificatur reſpectu hominum ſimpliciter, non tamen reſpectu hominum qui ſunt uel reſpectu hominũ qui non ſunt quia non eſt neceſſe ꝙ,ſi aliquod accidat antecedenti, ꝙ propter hoc accidat conſequenti. H

Sophiſma. Item poſito ꝙ Socra.ſciat tm̃ tria enunciabilia neceſſario & nunq̃ definat ipſa ſcire,& nominẽtur.a.b.c.& d.ſit quartũ enunciabile quod ſciat modo Socrates & de cætero nõ ſciat ipſum.Quæritur de hoc ſophiſmate.Socra.definit ſcire quicquid ipſe ſcit. Probatio.Socr.ſcit quicquid ipſe ſcit,& de cætero nõ ſciet quicquid ipſe ſcit,er-

A go deſinit ſcire quicquid ipſe ſcit. Cōtra Socrates deſinit ſcire quicquid ipſe ſcit, ſed ipſe ſcit a, ergo deſinit ſcire a Solutio, prima eſt falſa, & probatio non ualet quia altera probantium eſt duplex, quia minor eſt duplex, eo q negatio pt præcedere diſtributionẽ, & ſic eſt uera hæc ſcilicet de cætero non quicquid ipſe ſcit ſciet, & ita facit diſtributionem teneri particulariter, & ſic eſt uera, ſed ſic nō ſequitur concluſio, uel negatio poteſt ſequi diſtributionem ſic, de cætero quicquid ſcit non ſciet, & ſic eſt falſa, quia ſenſus eſt de cætero non eorum quæ ſcit ſciet, quod falſum eſt, & ſic ſequitur concluſio. Et nota q cum incipit & deſinit coniunguntur multitudini, uel nomini pluralis numeri, debet exponi remouendo totam multitudinem, uel unumquodq; de multitudine, ut Socra. ſcit quicquid ipſe ſciet de cætero nullum eorum ſciet. Similiter & hoc, Socra. uidet omnem hominem, poſito q Socra. uideat ſemper omnem hominem aliū a Platone, & modo uideat Platonem, & de cætero non uidebit eum, & probatio & improbatio Notabile ualde pulchrum.

B ſiut omnino ſimiliter ſicut in præcedenti ſophiſmate. Itẽ poſito, q Socr. ſciat tria enunciabilia neceſſario & ſemper ſciat ea. ſ. a. b. c. & cum illis ſciat hoc enunciabile. ſ. ſe nihil deſinere ſcire, & poſt hoc inſtans non ſciat illud. Quæritur de hoc ſophiſ. Socra. deſinit ſcire ſe nihil deſinere ſcire. Probatio Socra. ſcit ſe nihil deſinere ſcire, & de cætero niſi ſciet ſe nihil deſinere ſcire, ergo Socra. deſinit ſcire ſe nihil deſinere ſcire. Contra. Socr. deſinit ſcire ſe nihil deſinere ſcire, ergo Socr. ſcit ſe nihil deſinere ſcire, ſed quicquid ſcitur eſt uerum, ergo Socra. nihil deſinere ſcire eſt uerum, ergo nihil deſinit ſcire locus, ſiue a conuertibili, ergo non deſinit ſcire hoc enunciabile. ſ. ſe nihil deſinere ſcire. Solutio. Prima eſt uera, & probatio bene tenet. Sed improbatio peccat ſecundum quid & ſimpliciter in hoc argumento, nihil deſinit ſcire, ergo nō deſinit ſcire hoc enunciabile, ſe nihil deſinere ſcire, quia ſciendo hoc enunciabile, non propter hoc augmentatur ſcientia ſua, eo q ſcire hoc enūciabile nihil aliud eſt, niſi q ipſe ſciat ſe ſcire alia tria Sophiſma.

C enūciabilia, & de cętero nō ſciet ſe ſcire ea, ſicut accidit qñ dormit unde ſicut homo non plura ſcit in habitu cum uigilat q̃ dormit, ſimiliter nō plura ſcit ſciēdo hoc enunciabile q̃ non ſciendo ipſum. Cuius cauſa eſt, q hoc enunciabile ponit reflexionẽ actus ſciendi ſupra ſe, cum ſciat illa tria, & ſciat ſe ſcire ea, & ita ſciat q nullus eorum obliuiſcatur, & pp hoc ſcit ſe nihil deſinere ſcire, ſed ſiue ſcientia reflectatur ſupra ſe, & habeat actu ipſam ſiue non reflectatur, non pp hoc augmentatur, uel diminuitur, ſed modus eſt alius, ſicut cum uidet coloratū, & uidet ſe uidere coloratum, non pp hoc plura uidet q̃ ſi uideat coloratum tantum, ita q non adueniat ſo uidere. Vnde ſicut hoc eſt quid & ſimpliciter nihil uidet, ergo non uidet tenebras, eo q licet tenebræ ſint aliquid, cum nihil ſunt in uidendo. Similiter in propoſito, ut nihil deſinit ſcire, ergo non deſinit ſcire hoc enunciabile. ſ. ſe nihil deſinere ſcire. Item poſito q Socrates ſit in ultimo inſtanti uitæ ſuę. Quæritur de hoc ſophiſmate. Socra. deſinit eſſe non deſinendo eſſe. Probatio. Sophiſma.

D Socra. eſt non deſinendo eſſe, & de cætero non erit non deſinendo eſſe, ergo Socra. deſinit, ergo prima eſt uera, Socra. deſinit eſſe non deſinendo eſſe. Contra. Socra. deſinit eſſe non deſinendo eſſe, ergo Socra. deſinit eſſe dum non deſinit eſſe, uel ſi non deſinit eſſe, uel quia non deſinit, eſſe quorū utrunq; eſt impoſſibile. Gerundium enim in do, reſoluitur per dum, uel ſi, uel per quia. Solutio. Prima eſt duplex, eo q hæc determinatio, non deſinendo eſſe, poteſt determinare hoc uerbum deſinit, uel hoc uerbum eſſe, quia immediate ſequitur. Si uero determinet hoc uerbum deſinit, ſic hæc falſa eſt, & oppoſita ponuntur circa idẽ. unde ſenſus eſt, deſinit quia non deſinit, uel dum non deſinit, uel ſi non deſinit, & ſecundum hoc probat. Si autem determinat hoc uerbum eſſe, ſic eſt uera. & eſt ſenſus. Socra. deſinit eſſe niſi deſinendo eſſe. i. Socrates deſinit eſſe indeſinens, uel

eſſe ſine definitione.unde non definit eſſe ſimpliciter,ſed eſt tale.ſ.eſſe indefinẽs, E
uel ſine definitione,quia uſque modo habuit eſſe indefinens,uel eſſe ſine defini
tione,& de cætero non habebit tale eſſe, immo habebit eſſe definens, cum de-
finitione.Et primo modo eſt compoſita,& falſa, quia in ſenſu cõpoſitionis fal-
lit.Secundo uero diuiſa,& uera,unde eſt ibi ſophiſma compoſitionis.

Quam ſuppoſitionem termini ſubſtantiales in his termi-nis habeant. Cap VI.

CIrca ultimum quæritur utrum termini ſubſtantiales,& accidentales habeant eandem ſuppoſitionem cum his uerbis incipit,& deſinit, & cum aliis uerbis a parte poſt,uel diuerſam.Et uř ꝙ diuerſam,quia bene ſequitur, Socr.eſt hõ,& de cætero nõ erit hõ qui eſt,ergo deſinit eſſe hõ. Sed poſito ꝙ nullus ſit color niſi albedo,& corrupta albedine ſtatim erit nigredo,& nõ eſt niſi in Socr.& tunc non ſequitur,Socra.eſt coloratus, & de cætero nõ erit coloratus colore qui eſt, ergo F deſinit eſſe coloratus nõ ergo ſimilẽ habent ſuppoſitionẽ termini ſubſtantiales, & termini accidentales cũ iſtis uerbis incipit,& deſinit. Item bene ſequiř,Soc. incipit eſſe hõ,ergo incipit eſſe animal,ſed nõ ſequiř,incipit eſſe albus,ergo incipit eſſe coloratus. qđ concedimus dicentes, quia aliam habent ſuppoſitione termini ſubſtantiales,& aliã accidentales cũ uerbis,cuius cauſa eſt, ꝙ formę accidẽtales ſunt tranſmutabiles circa idem.formæ uero eſſentiales nõ, quia in accidẽtibus põt fieri tranſumpto ab uno in aliud,in eſſentialibus uero non.Item bene ſequitur,Socr.eſt albus,ergo eſt coloratus, ſed nõ ſequitur, incipit eſſe albus,ergo incipit eſſe coloratus, ergo termini accidentales non habent eandem ſuppoſitionem cum his uerbis incipit,& deſinit,& cum aliis,quod concedimus.Cuius cauſa eſt,quia in accidentalibus manente genere ſpecies tranſmutatur circa idẽ ut Socrate manente color põt tranſmutari ab albedine in aliã ſpeciem coloris, ſed in ſubſtantialibus impoſsibile eſt.Itẽ ex prædictis patet ꝙ cum dř,Socra in G cipit eſſe coloratus, ille terminus coloratus nõ ſolũ copulat pro colore, qui eſt, ſed ẽt pro colore qui fuit.Et cũ dicitur,Socr.deſinit eſſe coloratus, iſte terminus coloratus nõ ſolum copulat pro colore qui eſt, ſed ẽt pro colore qui erit, & hoc eſt ex natura horum uerborum incipit,& deſinit, quia non ſolum ponunt albedinem in præſenti,ſed ẽt unum eorum priuat albedinem in præterito, & alterũ in futuro,ſicut in prædictis orationibus, & in conſimilibus. Sed contra.forma minus communis reſtringit ad pauciora quam forma magis cõis, ut albus ad pauciora q̃ coloratum,ſed deſinit eſt minus cõe quam eſt, quia eſſe ſequitur deſinit, & nõ econuerſo,ergo deſinit reſtringit ad pauciora q̃ hoc uerbũ eſt,ſed hoc uerbum eſt,reſtringit ad ea quæ ſunt,ergo hoc uerbũ deſinit reſtringit ad pauciora, ergo non faciet terminũ copulare pro colore qui eſt,& qui non eſt. Et dicendum ꝙ termini accidentales ſignificant res permanentes cum adiunguntur iſtis uerbis incipit,& deſinit,& dicunt copulationẽ rei in præſenti, & ideo copulant pro H præſentibus.Sed quia illa uerba dicunt inceptiones eorũ, ideo dicunt terminum initialẽ,uel finalẽ,& ante terminũ initialẽ nihil eſt de re, & ſimiliter poſt terminum nihil eſt de re,ideo conſequitur ad hoc uerbũ deſinit priuatio rei permanẽtis in futuro ratione termini finalis. Ad hoc uerbũ incipit conſequitur priuatio rei permanentis in præterito ratione termini initialis. Dicendum ergo breuiter, ꝙ hæc uerba per ſuã ſignificationẽ faciunt prędictos terminos copulare pro præſentibus,& copulatio pro præteritis,uel futuris conſequitur ad hæc uerba ratione terminorum quos dicunt. Ex prædictis autem patet ſiquis quærat,propter quid alia uerba nõ ampliant terminos ſicut iſta.Cauſa.n.eſt,quia iſta dicunt terminos rerum ut dictum eſt, alia autem uerba non. Et hæc eadem eſt cauſa quare

Termini ſubſtantiales,& accidẽtales nõ ſimiliter ſupponunt cũ incipit, & deſinit.

A quare iſta uerba ponuntur ſyncategorematica eſſe,& non alia. Ad argumentũ autem dicendum ꝙ forma minus communis duplex eſt. Quia uno modo fit minus cõmune per drĩam aduenientem magis cõmuni,ut albu.n per diſgregatiuũ uiſus adueniens colorato. Alio autem modo forma minus cõmunis fit priuationem aduenientem rei,& illa ſunt illa uerba incipit, & definit. Et primo modo forma minus communis reſtringit ad pauciora,ſecundo autem modo non,unde hoc adiectiuum albus reſtringit ad pauciora q̃ hoc adiectiuum coloratus, & hæc uerba incipit & definit non reſtringunt ad pauciora.

De Neceſſario & Contingenter.

FINITO tractatu horũ uerborum incipit,& definit,cõſequenter dicendũ eſt de his dictionibus neceſſario & contingenter. Circa quas primo quæritur quid ſit neceſſariũ,& quid contingens. Secundo aũt quot modis dicantur,ſiue quę ſunt dictiones eorum. Tertio utrum determinent cõponem,uel non,& qui modi faciunt propoſitionem modalem. Quarto utrum dictiones uim habeant ampliandi. Quinto autem quæritur,quando propoſitiones de contingenti,& de neceſſario conuertantur.
B

Quid neceſſarium. Cap. I.

CIrca primũ ergo ſciẽdum eſt ꝙ neceſſarium definitur ſic. Neceſſarium eſt ens non potens aliter ſe habere. Et ꝑꝑ hoc patent ꝙ male dicunt definiẽtes ſic, Neceſſarium eſt ꝙ non põt neq; potuit neque poterit aliter ſe habere,quia ſic nihil eſſet neceſſarium per ſe,niſi prima cauſa quia cauſæ aliç ceperunt eſſe, & ita ex erunt non eſſe in eſſe. Sciendum autem ꝙ contingens ſimpliciter æquiuoce dicitur,& ideo non poteſt definiri, quia nullum æquiuocum definitur.

C *Neceſſarij,ac contingentis natura.* Cap. II.

CIrca ſecundum ſciẽdum,ꝙ neceſſarium dr̃ duobus modis ſicut & neceſsitas, Quia eſt quædam neceſsitas modi,& alia rerũ. Neceſsitas aũt modi & non rerum ſignificatur per hanc dictionẽ neceſſario,ſed & ponatur ſine neceſsitate rerum. unde hæc propoſitio, Socr. neceſſario currit eſt de neceſſario,ſed non eſt neceſſaria, immo contingens. Neceſsitas autem rerum ſignificatur per ipſas res,non appoſito modo neceſsitatis. unde hæc propoſitio eſt neceſſaria, hõ eſt animal,ſed non eſt de neceſſario cum ſit de ineſſe, & non ſit modalis. Item neceſsitas rerum eſt duobus modis. Quia una eſt neceſsitas intentionũ communiũ Logicaliũ,ut de quocunq; prædicatur definitio;& definitum. De quocunq; prædicatur ſpecies,& genus,qa ſpẽs genus,definitio,definitũ totum pars,& conſimilia ſunt intentiones communes dialecticæ. Alia aũt eſt neceſsitas rerum,non rerum quæ ſunt intentiones,ſed rerum ſpecialium,quarum ſunt intentiones,quę D .ſ.res ſpeciales cõſiderantur in aliqua ſcientia ſpeciali,& talis neceſsitas eſt hic omnis numerus eſt par uel impar,& hoc pertinet ſpecialiter ad Arithmeticam, & ſimiliter hic, omnis triãgulus habẽt tres angulos æquales duobus rectis, & hæc neceſsitas nõ pertinet niſi ad Geometriã ſpecialiter. Et quot modis dr̃ neceſsitas tot modis,& eiſdem dr̃ neceſſariũ Contingens aũt primo duobus modis dicitur,quia eſt quoddam cõtingens,ꝙ opponitur neceſſario. Et iſtud cõtingens definimus ſic. Contingens eſt,quod poteſt eſſe uel non eſſe. Alio autem modo dicitur contingens,qđ prædicatur de neceſſario,& de contingenti, quod opponitur neceſſario. unde eſt quaſi cõe ambobus .ſ. neceſſario, & cõtingenti quod opponitur neceſſario. v.g. hominem eſſe animal eſt neceſſariũ,& hominem currere uel augeri,uel caneſcere eſt contingens quod opponitur neceſſario, & poſſum

Contingentis diuiſio.

ſum dicere, ꝙ hominem eſſe animal eſt contingens. Contingit.n.hominem eſſe E
animal quod eſt, & hominem currere eſt contingens, quia poteſt eſſe, & ſic contingens prædicatur de neceſſario, & de contingenti, quod neceſſario opponitur.

Item contingens, quod opponitur neceſſario, tribus modis dicitur. Quia eſt quoddam contingens quod dicitur contingens ad utrunlibet, & illud æqualiter ſe habet ad partẽ affirmatiuã, & negatiuã. Et definitur ſic. Contingens ad utrunlibet eſt quod ęqualiter põt eſſe, & nõ eſſe, ſicut accidit in motibus, & in operationibus uoluntariis. unde de ſe tale contingens non determinatur magis ad eſſe, ſed ꝗ ad non eſſe, ſed per cauſam ſuã quandoq; determinaẽ magis ad unũ quam ad alterũ. Itẽ contingentis appoſiti neceſſario, alia pars eſt quæ dr̃ contingẽs na-
1. & 2. Periherme. turæ. Et definiẽ ſic Contingens naturæ eſt qđ magis ſe habet ad eſſe ꝗ ad nõ eſſe. ut hominẽ caneſcere in ſenectute. Et illud ẽt cõungens dr̃ cõtingens in pluribus, uel frequẽter. Tertia uero pars eius ẽ cõtingens ĩ paucioribus, uel raro. Et definiẽ ſic. Contingens in paucioribus, uel raro, eſt quod minus ſe habet ad eſſe quã ad F
nõ eſſe. Exemplũ aũt Ariſt. eſt hoc, ut bonũ in paucioribus, uel raro, malũ aũt, ut in pluribus, & frequẽter, & ideo mali homines ſunt in pluribus, boni uero ut in paucioribus. Sciendũ aũt ꝙ prædictæ diuiſiones neceſſarii, contingentis ſunt diuiſiones uocis in ſignificationes, non ſecundum ꝙ dictio æquiuoca plura ſignificat æqualiter, ſed ſecundum ꝙ dictio æquiuoca plura ſignificat ſecũdum prius, & poſterius, ut ens, aut bonum, aut medicabile, aut ſanum, aut expediens.

An neceſſariũ ac contingens cõpoſitionẽ determinet nec ne. Cap. II.

HAbito aũt quot modis dicitur neceſſariũ, & contingens conſequenter obiiciẽ contra tertiã q̃õnẽ, quia habitudines rerũ cauſantur a rebus, ut habitudo generis a genere, & ſpeciei a ſpecie, & ſic de aliis, ergo habitudines rerũ nõ ſunt niſi a rebus, ergo neq; neceſsitatẽ habent niſi a rebus, ergo neceſsitas per prius eſt in rebus quam habitudinibus rerũ, ergo cum nulla compoſitio propoſitionis ſit G
neceſſaria, niſi propter neceſſariam habitudinem prædicati ad ſubiectum, ergo per prius erit neceſsitas in re quę ſubiicitur, & in re quæ prædicatur, & per poſterius in prædicatione, ergo hæc dictio neceſſario per prius debet determinare ſubiectum, uel prædicatum, & per poſterius compoſitionem, & ita proprie, & primo non debet determinare compoſitionem, ſed ſubiectum, uel prædicatum. Et dicendum quòd neceſsitas eſt duplex, quia eſt quædam ſubſtantiarum, alia actuũ. Quamuis.n.neceſsitas accidentis non cauſetur niſi a neceſsitate ſubſtantiæ, ut neceſsitas primi motus non cauſatur, niſi a neceſsitate motoris, & mobilis, & tñ neceſsitas ipſius actus ſiue motus, alia eſt a neceſsitate ſubſtantiæ. Et ſicut eſt duplex neceſsitas, ita eſt duplex ſignum neceſsitatis. Quoddam.n.ſignum neceſsitatis eſt quod ſignificat neceſsitatem, ut diſpoſitionem ſubſtantiæ, ut hoc nomen neceſſarius, ria, rium. Alio autem modo eſt ſignum neceſsitatis, quod ſignificat neceſsitatem, ut diſpoſitionem actus, ut hoc aduerbio neceſſario. Et propter hoc H
iſtud ſignum debet determinare compoſitionem, & non rem ſubiectam, uel prędicatam. Ad aliud autem quod obiicitur, ꝙ non eſt neceſsitas in compoſitione, neque in habitudine prædicati ad ſubiectũ, niſi per ipſum ꝓdicatũ, & ipſum ſubiectũ. dicendũ, ꝙ uerũ eſt. Sed tñ alia neceſsitas cõpoſitionis, quia hæc neceſsitas eſt inhærentia ipſius actus ad ſubiectũ, & alia eſt neceſsitas rei quæ ſubiiciẽ, uel prædicatur. Et ideo ſicut diuerſæ ſunt neceſsitates, ita ſunt diuerſa ſigna dicentia diſpoſitiones unius, & alterius, ut dictum eſt, & ſic ideo hæc dictio neceſſarium determinat compoſitionem, & ſic facit propoſitionem modalem. Item, cũ ſubiectum, & prædicatum ſint partes principales propoſitionis, ergo qua ratione dicitur propoſitio modalis a diſpoſitionibus prædicati, eadem ratione debet di-

ci

A ci propoſitio modalis a diſpoſitionibus ſubiecti. Et ſic modi facientes propoſitiones modales erunt plures quã illi ſex quos determinat Ariſto. in 2. Peri Hermenias, & quos habent pueri in modalibus ſuis. Cap. 2. & ibi Docto.

Et dicendum, quod ſicut ſubiectum, & prædicatum ſumuntur dupliciter. Vno.n. modo, ſumitur ſubiectum, inquãtum eſt ſubiectum, & prædicatum inquantũ eſt prædicatum. Et alio modo ſubiectum dicit illud, quod eſt ſubiectum, & prædicatum illud, quod eſt prædicatum, Similiter duplex eſt diſpoſitio ſubiecti, & prædicati. Quia prædam ſunt diſpoſitiones eius, quod ſubiicitur, & eius, quod prædicatur. Aliæ autem ſunt diſpoſitiones quæ ſunt prædicati inquantũ eſt prædicatum, & ſubiecti inquantum eſt ſubiectum Et diſpoſitiones quæ ſunt ſubiecti inquantum eſt ſubiectum, & prædicati inquantum eſt prædicatum denominant propoſitionem, aliæ autem non. v. g. Omnis homo albus neceſſario currit uelociter, illa determinatio albus eſt eius, quod eſt ſubiectum ut homines ſecundum B ſe, hæc autem determinatio uelociter eſt eius, quod eſt prædicatum, ut ipſius curſus ſecundum ſe, & neutra harum denominat propoſitionem. unde nihil eſt dictum, hæc propoſitio uelox uel alba, hæc autem diſpoſitio omnis eſt ſubiecti inquantum eſt ſubiectum, & denominat propoſitionem, quia ab hac diſpoſitione dicitur propoſitio uniuerſalis. Hæc autem diſpoſitio neceſſario eſt prædicati inquantum eſt prædicatum. unde denominat propoſitionem, cum ab ea dicatur propoſitio modalis. Et nota, quòd diſpoſitiones ſubiecti inquantum eſt ſubiectũ denominant propoſitionem a parte quantitatis cum ab eis dicatur univerſalis uel particularis, uel indefinita uel ſingularis. Diſpoſitiones autem prædicati inquantum eſt prædicatum denominat ipſum a parte qualitatis, cum ab eis dicatur affirmatiua uel negatiua modalis uel de ineſſe. Sic enim dicit negatiua, quia prædicatum negatur de ſubiecto, & hoc prædicatur inquantum eſt prædicatum. Similiter dicitur affirmatiua, quia affirmatur prædicatum de ſubiecto, affirma- C tio enim ipſius prædicati eſt ſicut de negatio, & ſicut a modo determinante cõpoſitionem, & per compoſitionem determinantem prędicatum dicitur propoſitio modalis. Similiter a ſola inhęrentia prædicati cum ſubiecto dicitur propoſitio de ineſſe. Item ſicut bene dicitur, Socratem currere eſt contingens, uel Socratem currere eſt neceſſe. Similiter bene dicitur Socratem currere eſt bonũ, Socratem currere eſt malũ, ergo ſicut iſtæ pręmiſſę ſunt modales, ita, & duę ſequẽtes, & ſic erunt plures modi modificantes propoſitionem. Et dicendum, quod contingẽs & neceſſarium, & conſimilia quamuis ſint in prædicato denominant compõnẽ, cum dicant cõparationem unius ad alterum, ſed bonũ, & malũ non prædicantur de eo, quod eſt Socratẽ currere, niſi effectiue uel cauſaliter, & non propter hoc, quod diſponant cõpoſitionem, quia cum Socra. currit creatur in eo ſanitas uel ægritudo uel commodum uel incommodum aliquod. Et ideo dicitur bonum uel malũ de eo, quod eſt Socra. currere effectiue uel cauſaliter.

D

An neceſſario ac contingenter naturã habeant ampliandi. Cap IIII.

CIrca quartum quęritur, utrum illæ dictiones neceſſario, contingenter, naturã habeant ampliãdi. Et uidetur, quod ſic, quia cũ dicitur hõ neceſſario eſt animal, uel hõ poteſt eſſe antichriſtus, utrobique ampliantur termini non ſolum ad præſentia, ſed etiam ad futura, ergo tam neceſſario quàm contingenter habent naturam ampliandi, quia contingenter, & poſsibiliter ęquipollent, quod concedimus. Vtrunq;.n. ampliat ad ea quę ſunt, & ad ea quę erunt. Item quæritur utrũ natura ampliãdi ſit in eis eadem uel diuerſa. Et quod eadẽ ſit uidetur per hoc, quod dictum eſt, quod utrunque ampliat ad futura, ergo eſt eadem. Et dicendum, quod nõ eſt natura ampliandi eadem in utroq;, quia illæ dictiones contingens, & contingẽ-

ter non habent naturam ampliandi,niſi propter potentiam quæ in eis intell'gitur, quæ ſ.potētia ordinabilis eſt actum per quod perficitur, ut homo poteſt legere,hō pōt currere,hō poteſt eſſe antichriſtus,quia potentia ad currendum perficitur per ipſum currere,& potentiam ad ſedendum per ſedere,& ſic de alijs.Et illæ dictiones neceſſarium,neceſſario,neceſſe,non dicunt potentiam, uel poſſibilitatem,ſed perpetuitatem ipſius eſſe,quia perpetuitas ipſius eſſe ſe extendit ad omne tempus, ideo illæ dictiones ampliant non ſolum ad præſentia,ſed etiā ad futura. Et ſic patet ꝙ contingens,& contingenter ampliant propter potentiā uel poſſibilitatem ordinatam ad aliquem actum,ſed illæ dictiones neceſſarium, neceſſario,ampliant propter perpetuitatem ipſius eſſe completi, & perfecti,quia, & neceſſarium non eſt pars,uel poſſibilitas reſpectu ipſius eſſe perfecti, & completi,ſecundum ſpeciem autem poſſibilitas ſi eſt,ſimul eſt cum ipſo eſſe.Et ideo dicit Ariſt.in 2.Phyſi.quia in perpetuis non differt eſſe,& poſſe. E

Quo nam modo propoſitiones de neceſſario ac contingenti conuertantur. Cap. v. F

Cap.2.& ibi doct.

Circa quintum quęritur qualiter conuertantur propoſitiones de neceſſario,& de contingenti. Et dicendum eſt, ꝙ propoſitiones de neceſſario conuertuntur,ſicut,& ille de ineſſe,quia uniuerſalis negatiua,& particularis affirmatiua cōuertuntur ſimpliciter in utriſq;,ut nullus hō eſt lapis,nullus lapis eſt homo,quidam homo eſt animal,quoddam animal eſt homo.Similiter in iſtis de neceſſario, nullus homo neceſſario eſt lapis,nullus lapis neceſſario eſt homo,quidam homo neceſſario eſt animal,quoddam animal neceſſario eſt homo, uniuerſalis affir matiua conuertitur ſecundum partem.i.conuertitur in particularem in utriſq;.Particularis uero negatiua non conuertitur in his de neceſſario, ſicut nec in illis de ineſſe,hæc.n.eſt uera,quoddam animal non eſt homo, hæc autem eſt falſa, quidam homo non eſt animal,& ideo non conuertitur,& eadē eſt cauſa in illis de neceſſario.Item nota ꝙ non omnes propoſitiones de contingenti ſimiliter conuertuntur cum prædictis,Omnes enim propoſitiones affirmatiuę de contingēti tam uniuerſales ꝗ particulares ſimiliter conuertuntur,ſed negatiuæ non ſimiliter cōuertuntur. Vnde nota ꝙ negatiuę de contingēti qđ dicitur de neceſſario, & negatiuæ de illo contingenti qđ opponit̄ neceſſario ſimpliciter conuertunt̄, ut nullū hominē contingit eſſe equū,nullū equū contingit eſſe hominē, iſtæ.n.propoſitiones ſunt de contingenti dicto de neceſſario.unde dicuntur contingere, quia ſunt neceſſariæ.Itē nullā tunicam contingit eſſe albā,& nullum albū cōtingit eſſe tunicam,& iſtæ ſunt de contingenti quod opponitur neceſſario,unde dicuntur contingere in eo quòd nō ex neceſſitate inſunt.Itē propoſitiones de contingenti ad utrumlibet,& de contingenti nato,ſiue ut in pluribus, cōuertūtur ſecundū oppoſitas qualitates,ſed differēter,quia propoſitiones de contingēti ad utrūlibet ſunt de contingenti infinito quod idē eſt,conuertunt̄ æqualiter ab affirmatione, & negatione,& ecōuerſo,ut ſi nullū hominē contingit currere,oēm hominem contingit currere,& ecōuerſo,quod eſt quia iſtud cōtingens æqualiter ſe habet ad eſſe, & ad nō eſſe,ergo ſicut contingit eſſe ita contingit non eſſe. Propoſitiones uero de contingenti nato,ut in pluribus cōuertuntur.i.æquipollent ei quod nō eſt neceſſe eſſe,ut cōtingit hoīem caneſcere. Et nota ꝙ oēs propōnes de contingenti ad utrūlibet,& de contingēti nato, ſunt affirmatiuæ, quod patet per hoc ꝙ conuertuntur ſecundū oppoſitas qualitates,& hæc eſt cauſa quare ex eis nō licet ſyllogizare in ſecunda figura,quia ex affirmatiuis in ſecunda figura nihil ſequitur. G H

Sophiſma primum.

His autem habitis quęritur de hoc ſophiſ. Omnis hō neceſſario eſt animal Probatio,hæc propoſitio ē neceſſaria,oīs homo eſt animal, ergo modificata modo

A do neceſſario erit neceſſaria uel uera, ergo hæc eſt uera, omnis homo neceſſario eſt animal. Contra. Omnis homo neceſſario eſt animal, Socra eſt homo, ergo Socra. neceſſario eſt animal in tertio primæ], ſed concluſio eſt falſa, ergo aliqua præmiſſarum eſt falſa, non minor, ergo maior, ſed hæc eſt prima. ſ. omnis homo neceſſario eſt animal, ergo prima eſt falſa.

Solutio. Prima eſt ſimpliciter uera, & improbatio peccat ſecundum accidens, quia ſub terminis ſumptis ſimpliciter, non ſunt ſumendi termini ut nunc, cũ diſpoſitione repugnante, & dicuntur termini ſimpliciter qui habent eſſe neceſſariũ. Termini uero, ut nunc dicuntur qui aliquando ſunt, & aliquando non. Item quæritur de hoc ſophiſ. Anima antichriſti neceſſario erit. Probatio, Anima antichriſti neceſſario erit. Sophiſma ſecundum

Contra Anima antichriſti neceſſario erit, ergo animam antichriſti neceſſariũ eſt fore, ergo in quolibet futuro, ergo erit hodie, & etiam cras, quod falſum eſt.
B Et dicendum quòd prima eſt duplex, eo quòd hæc dictio neceſſario poteſt determinare cõpoſitionẽ, uel prędicatũ, ſi determinet cõpoſitionẽ ſic modificat eam, & ampliat ipſam ad quodlibet futurũ, & ſic ponitur anima antichriſti hodie eſſe, & cras, & in quolibet alio futuro. Si autem determinet prędicatum, tunc ſenſus eſt, anima antichriſti neceſſario erit. i. erit ens neceſſario, & ſic nõ determinat cõpoſitionẽ, nec prima eſt modalis, & ſic prima uera, quia quælibet anima humana ẽ ens neceſſario. Ad probationẽ aũt dicendũ eſt, quòd peccat ſecundũ quid, & ſimpliciter. ſicut. n. non ſequitur Socra. quando currit neceſſario currit, ergo Socr. neceſſario currit, ſed ibi eſt quid, & ſimpliciter, ſimiliter in propoſito, anima antichriſti quãdo erit neceſſario erit, ergo anima antichriſti neceſſario erit. unde ibi eſt quid, & ſimpliciter, ſecundum quòd propoſitio eſt modalis.

Item quæritur de hoc ſophiſ. Si Socra neceſſario eſt mortalis, Socr. eſt immortalis. Probatio. ſi Socr. neceſſario eſt mortalis. Socr. neceſſario eſt aliqualis, ſi Socra. neceſſario eſt aliqualis, Socr. neceſſario eſt, & ſi Socra. neceſſario eſt, Socra. eſt immortalis, ergo a primo, ſi Socra neceſſario eſt mortalis, Socra. eſt immortalis. Contra ſignificatur ibi ſequi oppoſitũ, ergo locutio eſt impoſſibilis. Solutio. prima conſequentia eſt duplex, ex eo ꝙ antecedens eius eſt duplex, & illud. ſ. Socr. neceſſario eſt mortalis, quia hæc dictio neceſſario põt determinare compõnem, uel prædicatum. ſi uero determinat compõnẽ ſenſus eſt, hæc propoſitio eſt neceſſaria, Socr. eſt mortalis, & hoc prædicatum mortale ponitur ſemper de neceſſitate inhærere Socrati, uel eſſe in Socrate, & ſimiliter ponitur ſemper de neceſſitate, & ſic ponitur immortalis, & mortalis, & ſic ponuntur oppoſita in eodẽ. Si aũt hęc dictio neceſſario determinet hoc prædicatũ mortale, adhuc eſt duplex, eo quòd hæc differentia mortale, duplicẽ habet cõparationẽ, unam ad illud cuius eſt, uel in quo ponit, ut ad Socratẽ, & alia ad actũ ad quẽ ordinatur, ſiue reſpectu cuius dicit aptitudinẽ, ut ad iſtũ actũ qui eſt mori, unde hæc dictio neceſſario põt determinare differentiã in cõparatione ad ſubſtantiã in qua eſt, & eſt ſenſus, Socra. neceſſario eſt mortalis, id eſt mortale de neceſſitate eſt in Socrate, & ponuntur oppoſita in eodem ſicut prius. ſ. quòd Socra. ſit mortalis, & immortalis, unde his duobus modis propoſitio quæ eſt antecedens eſt falſa, & impoſſibilis, ſed conſequens eſt uerum, nec ſequitur oppoſitum ad oppſitum, ut prius dictum eſt in propoſitione, ſed ſequitur una pars contradictionis ad antecedens quod concludit intra ſe utranque. Et prædicti duo ſenſus ſequenti ad ſeinuicẽ cõuerſim cũ diuiſi ſunt, quia aliud eſt quòd hęc dictio neceſſario determinet compoſitionẽ, & aliud quod determinet prædicatum. Si autem hæc dictio neceſſario determinet hanc differentiam mortale in comparatione ad actum ſuum qui eſt mori, tũc eſt ſenſus, Socrat. neceſſario eſt mortalis, id eſt Socra. morietur de neceſsitate, & ſic tunc

Sotphiſma tertium.

C

D

tunc propoſitio quæ eſt antecedens eſt uera, & prima conſequentia eſt falſa. Ad probationem autem dicendum eſt hoc modo, q peccat ſecundum quid & ſimpliciter hic, ſi Socra.neceſſario eſt mortalis, Socra neceſſario eſt aliqualis, quia non ſequitur, Socra morietur de neceſsitate, ergo neceſſario eſt aliqualis, immo ſequitur potius oppoſitum, quia ſi Socra. morietur de neceſsitate, ergo nõ neceſſario eſt aliqualis, ſicut nec ſequitur, hic eſt homo mortuus, ergo eſt homo, immo potius ſequitur oppoſitum, ergo non eſt homo. Item poſito, q ſint tres animæ, & ſunt neceſſario iuſtæ, & cras creetur una iniuſta, quæritur de hoc ſophiſ. Omnis anima neceſſario eſt iuſta. Probatio. Hæc anima neceſſario eſt iuſta primma, ſecunda, tertia, & non ſunt plures, quia illa quæ erit nondum eſt, ergo q omnis eſt iuſta. Contra. hæc propoſitio cras erit falſa.ſ.omnis anima eſt iuſta, ergo nunc modificata modo neceſsitatis eſt falſa. Solutio. prima duplex eſt, eo quod hæc dictio neceſſario poteſt determinare compoſitionem uel prædicatum. Si enim determinet compoſitionem ſic ponitur eſſe falſa, quia tunc ampliat compoſitionem, & mediante compoſitione ſubiecti & prædicati ad omne tempus, & ſic pro futuro tempore anima comprehendit ſub ſe animam quæ continet iuſtam. Si autem determinet prædicatũ, ita ponitur eſſe uera, & tunc non eſt mobilis, ſed eſt de inеſſe, quia compoſitio non determinatur per modum aliquem, & eſt ſenſus. Omnis anima neceſſario eſt iuſta.i.omnis anima eſt ens iuſta neceſſario, ita q iſta dictio neceſſario ponatur ſuper hoc, quod dicitur eſt ens iuſta, & nõ ſupra hoc uerbum eſt ſecundum, q ſtat in ratione compoſitionis. **F**

Quartum Sophiſma.

Regulæ quatuor.

Item tales ſolent dici regulæ harum dictionum neceſſario contingit. Quotieſcunq; duæ determinationes compoſitionis ponuntur in eadem oratione, duplex eſt oratio, eo, q una poteſt eſſe materialis reſpectu alterius, uel econuerſo, ut Socra.non currit neceſſario, ut Socra.non currit contingenter, iſtæ enim propoſitiones ſunt duplices, eo, q negatio poteſt negare neceſsitatem uel contingentium, aut econuerſo neceſsitas uel contingentia poteſt cadere ſuper negationem. Item alia regula eſt talis. Quotieſcunque hæc dictio neceſſario ponitur in conſequenti alicuius conditionalis duplex eſt oratio, ut ſi Socra. currit neceſſario mouetur, eo, q poteſt dicere neceſsitatem conſequendi, & eſt ſenſus, ſi Socra.currit neceſſario ſequitur, q mouetur, uel poteſt dicere neceſsitatẽ propoſitionis quæ eſt contingens, & eſt ſenſus. Si Socra.currit hæc propoſitio Socra. mouetur eſt neceſſaria, quod falſum eſt. Alia regula talis eſt. Quotieſcunque hæc dictio neceſſario ponitur in propoſitione duarum contrarium uel contradictoriæ oppoſitarũ duplex eſt oratio, eo, q poteſt eſſe neceſsitas diſtinctionis uel partium diſiunctiuarum, ut omnis numerus neceſſario eſt par uel impar, & Socra.neceſſario ſedere eſt uerum, uel falſum, & Socra.neceſſario erit uel non erit. Illa regula eſt talis. Quotieſcunque hoc uerbum contingit adiungitur termi dis accidentalibus duplex eſt, eo, quòd poteſt dicere contingentiam prædicati & non ſubiecti. Vel poteſt dicere contingentiam utriuſque, ut omne album contingit currere, ſi dicat contingentiã prædicati tantum, talis eſt ſenſus. Omne, quod eſt album contingit currere. Si uero dicat contingentiam utriuſq; talis eſt ſenſus. Omne, quod contingit eſſe album cõtingit currere, & ſic reduplicatur modus ad ſubiectum. Et ideo diſtinguit Ariſt.in.1. Priorum iſtam. Omne b.contingit eſſe a.quia uno modo ſignificat hanc, omne, quod eſt b.contingit eſſe a. Alio modo eſt ſenſus, omne, quod contingit eſſe b. contingit eſſe a. **G** **H**

Cap. 3.

De Reduplicatione.

MODVS reduplicationis diuerſificatur ſecũdum diuerſitatẽ cauſarum, ideo cõiter dr, q hic reduplicatio eſt in eo qđ habet diuerſas diſtributiones ſecũdum

diuerſitatem

A diuerſitatē cauſarū, & propter hoc circa eam primo q̄ itur de diſtinctione ipſius ſcdm diuerſa gñā cauſarū. Secūdo qritur, utrū reduplicatio debea poni ad ſubiectū, uel ad prædicatū in ppōne. Tertio aūt qritur ad quid ponatur in ſyllogiſmo uidelicet utrum ad maiorē extremitatem, uel ad minorem, uel ad medium.

Huius reduplicationis, in eo quòd conſideratio. Cap. 1.

Circa primo ſciēdum, ſicut cōiter ſolet dici q̄ hæc reduplicatio, in eo, q̄ aliqñ dicit cām efficientē, ut Socra. & Plato in eo q̄ ſunt albi, ſunt ſimiles, quia albedo in diuerſis ſubiectis eſt cauſa efficiens ſimilitudinis eorū & in eo q̄ ſol lucet ſuper terram eſt dies, & in eo q̄ terra eſt obiecta inter Solem & Lunam eſt eclipſis. Aliquando dicit cauſam materialem, ut corpora rerum animatarum in eo q̄ eſt corpus organicum, eſt perfectibile per animam. Aliquando aūt dicit cām formalē, ut anima in eo quòd anima eſt perfectio corporis organici Phyſici potētia uitā habētis & Socr. in eo quod albedo eſt in ipſo, eſt albus. Anima. n. forma eſt corporis inſtrumētalis potētia uitā habētis, & albedo forma eſt albi. Aliquando aūt dicit cauſam finalem, ut ſanitas in eo quòd eſt ſanitas, finis eſt medicinæ & omnium quæ ordinantur ad ipſam, & uirtus in eo quòd ponit neceſſitatem operationibus præcedentibus finis eſt earum. Reduplicatio q̄tuor cauſarū genera repo nit.

B

Secundū prædicta quæritur de hoc ſophiſ. Aliqua in eo quod conueniunt differunt. Probatio. Aliqua in eo quod cōueniunt ſunt, & in eo q̄ ſunt, ſunt multa, & in eo q̄ ſunt multa differūt, ergo a primo, aliqua in eo q̄ cōueniunt, differūt, conuenire & differre ſunt oppoſita, ergo unum nō eſt cā alterius, ergo prima eſt falſa, qa hæc reduplicatio in eo q̄, dicit q̄ cōuenire eſt cauſa eius qđ eſt differre. Sophiſ.

Solutio. prima falſa eſt, & dicendum eſt ad probationem per interemptionem huius, in eo quòd ſunt, ſunt multa, quod falſum eſt. Quod patet, quia ſicut omnes homines particulares, in eo quòd ſunt homines, participāt naturā unam, & reducuntur ad unitatem ſpeciei. unde dicit Porphirius, quòd participatione ſpeciei plures homines ſunt unus homo. Similiter aliqua ſunt omnia, in eo quòd ſunt, & participant naturam entis, & reducuntur ad unitatem entis, & ita in eo quod ſunt nō ſequiī quod ſunt multa, ſed potius ſequitur, quòd ſint unum in eo quòd ſunt. Si quis obiiciat quòd impoſsibile eſt cōuenire niſi ea q̄ differūt, quia conuenientia eſt ſecundū quòd multa & inter ſe dria participāt naturā unam eis cōem, ergo neceſſe eſt quòd ſi conueniunt quod differāt, ergo aliqua in eo quòd cōueniunt differunt. Dicendū, quòd ſicut obiicit, hæc eſt uera; ſ aliqua cōueniūt differūt, nec tñ eſt prima uera, quòd conueniunt, nō dicit cām, ſed hæc determinatio, in eo quòd, dicit cām, & cōuenientia nō eſt cauſa differentiæ, ut dictū eſt. unde ſicut hæc eſt uera, ſi Socrates eſt riſibile eſt, tamen hæc eſt falſa, Socr. in eo quòd Socr eſt riſibile, immo in eo quòd eſt homo. Similiter hæc eſt uera, ſi aliqua cōueniunt differunt, tamē hæc eſt falſa, aliqua in eo q̄ cōueniunt differunt. cap. de ſpecie.

C

D Itē quærit de ſophiſ. Aequiuoca in eo quòd æquiuoca ſunt uniuoca. Probatio æquiuoca in eo quòd æquiuoca participant nomē æquiuoci, & rōnem eius. Sed quęcunq; participāt nomē & rōnem alicuius, uniuocanī in eo, ergo æquiuoca in eo q̄ æquiuoca, uniuocanī in æquiuoco. Sed quęcunq; uniuocanī in aliquo ſunt uniuoca, ergo æquiuoca in eo quòd æquiuoca ſunt uniuoca. Cōtra æquiuoca & uniuoca ſunt oppoſita, ſed nullum oppoſitorū eſt cā alterius, ergo hæc eſt falſa, æquiuoca, in eo quòd æquiuoca, ſunt uniuoca, quia determinatio, in eo q̄, ſignificat, q̄ ſubiectū eſt cā prædicati, quod falſum eſt. Solutio prima eſt falſa ſimpliciter, & cōcedendo q̄ æquiuoca in eo quòd æquiuoca uniuocantur in æquiuoco, non tñ ex hoc ſequiī quòd ſint uniuoca, nec quòd uniuocētur in aliquo, qa uniuocari in æquiuoco, non eſt uniuocari ſimpliciter, ſed ſecundū quid, & iō peccat probatio, Sophiſma aliud.

probatio, ſecdm quid & ſimpliciter. Quod aũt uniuocari in ęquiuoco nõ ſit uniuocari ſimpliciter, ſed ſecdm qd, patet, quia ęcunque uniuocant participant nomẽ unum & rõnem unã, & hoc eſt uniuocari ſimpliciter, ſed quęcunq; uniuocãtur in æquiuoco participant nomẽ unum, ſed & rationes diuerſas, & ideo uniuocari in æquiuoco, non eſt uniuocari ſimpliciter, ſed potius æquiuocari ſecundum quid. E

Vbi non attendatur reduplicatio. Cap. II.

Circa ſecdm nota q reduplicatio eſt in propoſitione ſecdm ſe, & ut magis proprie dicã in enũciatione dẽt poni ad ſubiectũ, cum ſubiectũ ſit cã prædicati, uel habẽt ſe in cãm prædicati, ut Socrat. in eo q eſt hõ, eſt riſibile, & triãgulus in eo q triangulus, habet tres angulos ęquales duobus rectis, & animal in eo q habet pulmonem, reſpirat, & animal in eo quod habet cor, habet ſanguinem.

In ſyllogiſmo ubi nam reduplicatio ponatur. Cap. III.

Circa tertiũ nota q reduplicatio in ſyllogiſmo debet poni ad maiorẽ extremitatẽ & nõ ad minorẽ, neq; ad mediũ, ut omnis hõ eſt riſibile in eo q eſt homo, ſed Socra. eſt homo, ergo Socra. eſt riſibile in eo q eſt homo. Exemplum. aũt Ariſ. eſt hoc. Cuiuſlibet boni eſt diſciplina in eo q eſt bonum, ſed omnis iuſtitia eſt bonum, ergo cuiuſlibet iuſtitiæ eſt diſciplina in eo q eſt bonum in primo primæ, & ſic reduplicatio ſolum ponitur ad maiorem extremitatem, & non ad mediũ. Et ſubiungit cãm Ariſto. dicens. Nam bonum in eo q bonũ prædicare de F
1. Priorũ cap. 2. iuſtitia eſt falſum, & eſt intellectus q pp hoc quod ponitur idem eſſe cauſa ſui eſt falſum, quia intellectus non põt apprehẽdere idem eſſe diuerſum in eſſentia, & prius, & poſterius ſeipſo, ideo non eſt intelligibile, & omnia hæc inconuenientia ſequuntur ex hac propoſitione, iuſtitia eſt bonum, in eo q bonũ, ut reduplicetur prædicatũ ad ſeipſum, quia termini communes prædicãtur ratione eſſentiæ, & ſubiiciuntur ratione ſubſtãtiæ, ut homo eſt homo, homo enim in prędicato poſitus dicit eſſentiam, ut uult Ariſt. & in illo dicit ſubſtantiã, eadem autẽ ſubſtãtia poteſt nõ eſſe cauſa ſuipſius, quia ſic eſſet in ſeipſa eadem & diuerſa, & prior & poſterior natura, quia eſſet cauſa & effectus. Quod aũt terminus dicens quid, ut homo, animal, & ſimiles prædicent rationem eſſentiæ, & ſubiiciatur ratione ſubſtãtiæ, patet per ordinationem prædicabilem ſecundum rectam lineã, quia ſecundũ q homo ordinatur in linea prædicamẽtali ſupra Socra. & Platonẽ, & ſupra alia indiuidua, ſicut nominat eſſentiam, & rõne illius prædicatur, ſed ſecundũ q homo inclinatur ad indiuidua in quibus eſt, ſic nominat ſubſtantiam, ſicut hoc indiuiduum uagum, quod eſt aliquis homo, & ideo quando homo ſubiicitur ratione alicuius inferioris, tunc dicitur ſubiici ratione ſubſtantiæ. G

De interrogatione ac reſponſione.

quinq; obſeruãda in interrogãdo. Reſponſio requirit interrogationem, quia interrogatio eſt petitio rñſionis, & eſt ab interrogãte, ut cauſa efficiẽte, cognoſcitur ſicut p ſuam cauſam. Sciendũ q bene interrogans quinq; dẽt facere primũ eſt inuenire locũ a quo, ſiue per quem dẽt arguere. ſecdm eſt, formare interrogationes ſicut propõnes ſecundũ locum prius repertum. Tertium eſt ordinare eas ad ſeinuicem. Quartũ eſt opponere eas ad alterum, ut reſpondentem. Quintum eſt ut rogat ipſum reſpondentem dicere impoſſibilia. unde ſi bene uis proponere oportet te facere prædicta quinque, uel ſaltem priora quatuor ex eis. Hæc autem quinque determinat Ariſ. 8. Topi. quatuor quidem in principio octaui, quintum autem in. c de reſponſione. H

Sequitur autem uidere modos ſolutionis in genere. Solutionum ergo alia eſt recta, alia uero apparens. Sed apparens quidem ſolutio fit multis modis, quia quędam

A quædam eſt ad interrogationē, ut quando opponens impeditur ne procedat ad ſuam concluſionem, q̃uis etiam ueram habet rationem. Alia autem eſt ſolutio ad tempus, ut quando ſolutio quę datur ad propoſitum indiget maiori inquiſitione, & maiori tempore quàm ipſum propoſitum. Hæc autem quæ eget plus temporis quam propoſitum eſt peſsima omnium ſolutionum, & utraq; iſta rū dr̄ ad hominē. Recta uero ſolutio eſt ad orationē, & definitur ſic in. 2. Elenc. Recta quidem ſolutio eſt manifeſtatio falſi ſyllogiſmi, & pp quod eſt falſus. Species aūt, ſiue partes, rectæ ſolutionis ſunt duæ, quia alia eſt per interemptionē, alia per diſtinctionē. Si quidem per interemptionē, eſt qn̄ interimitur aliqua præmiſſarū pp ſui falſitatē. Si aūt per diſtinctionem, eſt, qn̄ manifeſtatur, ꝙ concluſio non ſequitur ex pręmiſsis propter fallaciam aliquam in dictione, uel extra dictionem. unde ſolutio per interemptionem debetur orationi quæ procedit ex falſis. Solutio aūt per diſtinctionem debēt orationi peccanti ſm̄ aliquam fallaciam in

B dictione uel extra dictionē. Quotieſcunq; ergo uis orationē aliquam ſoluere ſicut in ſophiſmatibus, ſiue in aliis. Primo cōſidera utrū cōcluſio ſit uera uel falſa, quoniam, ſi eſt falſa, non poteſt probari niſi ſophiſticæ, & ad probationem ſoluendum eſt per diſtinctionem quæ probatur per fallaciam, & tunc ad ipſam probationem ſoluendum eſt per interemptionem. improbatio autem uera debet eſſe. Si autem concluſio eſt uera, tunc recta debet eſſe probatio, ſed improbatio peccabit ſecundum aliquam fallaciam, & tunc ſoluendum eſt per diſtinctionem aut accipiat aliud falſum, tunc ſoluendum eſt per interemptionem. Modus ſoluendi oēs rationes.

Syllogiſmorum multiplicitas.

DEterminatis ſyncategorematibus & habitis eis quæ exiguntur ad oppoſitionē in genere, & uiſis modis ſolutionū in communi, conſequenter ſciendi eſt de diſtinctione ſyllogiſmorum a parte concluſionis. Sciendum aūt ꝙ ſyllogiſ

C morū alii ſunt uniuerſales, alii uero particulares. Vniuerſales aūt dicuntur q habēt cōcluſionē uniuerſalē ſicut patet in primo, & ſcđo & ſexto p imiæ figurę. Particulares aūt dicuntur qui habent concluſionē particularē ſicut patet in reliquis ſyllogiſmis omnium figurarum. Nota ēt ꝙ ſyllogiſmi uniuerſales ſemper ſyllogizant plures cōcluſiones, quia habent concluſionē ſuā propria, & etiam concludunt conuerſam ſuæ cōcluſionis, & ēt concludunt particularē propriæ concluſionis. Præter autem has tres concluſiones ſyllogiſmi uniuerſales negatiui concludunt quartā concluſionē, & hæc eſt particularis propoſitio conuerſæ ſuæ propriæ concluſionis v.g. Scđus primæ infert ſuā propriā concluſionē, ut nullū aīal eſt lapis, & concludit conuerſam ſuæ concluſionis ſic, ergo nullus lapis eſt hō, & concludit particularem ſuæ concluſionis ſic, ergo quidam homo non eſt lapis, & concludit particularem ſuæ conuerſæ propriæ concluſionis ſic, ergo quidam lapis non eſt homo, & iſtæ quatuor concluſiones ſequuntur ex duabus præmiſsis in pręConcluſionum multiplicitas.

D dicto ſyllogiſmo poſitis, & ſic omnes uniuerſales negatiui quatuor habent concluſiones, ſed uniuerſales aſſi matiui habēt tres. ſ. propriā concluſionem uniuerſalem, & ſuā particularem, & ſuā conuerſam. Vnde nota ꝙ quintus primæ continetur ſub primo, quia nihil aliud concludit niſi conuerſam concluſionis primi & ſextus primæ continetur ſub ſecundo, quia nihil aliud concludit niſi conuerſam cōcluſionis ſecūdi modi. Eođe modo ſeptimus primæ cōtinetur ſub tertio. unde intellige ꝙ Ariſ. nō ſeparat quintū a primo, neq; ſextū a ſecūdo, neq; ſeptimū a tertio ſicut Boethus, unde Ariſto. in. 2. Priorū ubi determinat generationē ſyllogiſmorum nullam facit mentionē de illis tribus. ſ. de quinto, ſexto, & ſeptimo, ſed ſolū dicit in principio ſecundi Priorū, ꝙ uniuerſales ſyllogiſmi ſemper plura ſyllogizant. i. plures habent concluſiones, & ut diximus, ab illo loco traxit eos Cap. 6. & inde.

Boethus.

Boethus. Item particularium ſyllogiſmorum affirmatiui plures habent concluſiones, quia habent ſuam propriam concluſionem, & conuerſam eius, & ideo ſicut diximus ſeptimus modus ſcilicet primæ continetur ſub tertio, ſed particulares negatiui unam habent ſolam concluſionem, eo quòd particulares negatiui nõ conuertuntur. E

Syllogiſmorum probationes.

VIſa diuiſione ſyllogiſmorũ a parte concluſionis quo ad qualitatem, & quãtitatem in præcedenti locutione, non quo ad principia ſyllogiſmorũ qui ſunt modus & figura, quia diuiſio ſyllogiſmorum a parte figurarum, & modorum habita fuit prius in tractatu ſyllogiſmorum aſſignando figuras, & modos proprios eorundem, conſequenter ſciendum ꝙ omnis ſyllogiſmus oſtenditur duobus modis. Quia oſtenditur conuertendo, & ducendo ad impoſsibile, ſiue per ſyllogiſmum conuerſiuum, & per ſyllogiſmum ducentem ad impoſsibile. F

Notandum aũt ꝙ eodem modo ordinantur termini, & propoſitiones in ſyllogiſmo conuerſiuo, & in ſyllogiſmo ducenti ad impoſsibile. Sed differunt duobus modis. Prima differentia eſt in hoc, ꝙ ſyllogiſmus cõuerſiuus fit alio ſyllogiſmo prius facto, ſumendo oppoſitum concluſionis cum altera præmiſſarum ad interimendum reliquam, ſed aliquando maiorem aliquando minorem. v. g. ſi accipiat oppoſitum cõcluſionis cum minori interimit maiorem, ut omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia, oppoſitũ concluſionis eſt hic. Quidam homo non eſt ſubſtantia, ex hoc ergo cum minori potes interimere maiorem ſyllogizando in quinto tertiæ ſic. Quidam homo non eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ergo quoddam animal nõ eſt ſubſtantia, & hæc concluſio contradicit maiori alterius ſyllogiſmi. Si uero accipiatur idem oppoſitum concluſionis cum maiori interimit minorem ſyllogizando in quarto ſecundæ ſic, omne animal eſt ſubſtantia, quidam homo non eſt ſubſtantia, ergo quidam homo non eſt animal, hæc cõcluſio interimit minorẽ primi ſyllogiſmi, & ſic ſyllogiſmus conuerſiuus fit alius a ſyllogiſmo prius facto. Sed ſyllogizando ad impoſsibile non eſt neceſſarium aliũ primo facere ſyllogiſmum, ſed ſolũ ſumpta aliqua propoſitione falſa, ſi ex ea ducat ad maius inconueniens, quod ſic cognitum eſſet falſum. Vnde ſi ſuum oppoſitum erit manifeſte uerum, & propter hoc interimit propoſitionem falſam quam prius ſumebat, tunc erit ſyllogiſmus ad impoſsibile, ut ſi des propoſitionem hanc. ſ. ꝙ arbores non habent animam, & ex hoc concludes impoſsibile magis manifeſtum ſic, quæ non habent animã nõ nutriuntur, arbores non habent animam, ergo arbores non nutriuntur neque augmentantur, ſed hoc eſt impoſsibile arbores non habere animam, ſic eſt factus ſyllogiſmus ad impoſsibile. Secunda differentia eſt ꝙ ſyllogiſmus conuerſiuus eſt ad oſtendendum illationem eſſe neceſſariam, ſyllogiſmus autem ad impoſsibile eſt ad oſtendendum propoſitum eſſe uerum. Sciẽdum autem ꝙ quilibet ſyllogiſmus cuiuſlibet figuræ poteſt oſtendi quo ad ſuam illationem, per ſyllogiſmum conuerſiuum, ut diximus, & etiam quælibet concluſio cuiuſlibet ſyllogiſmi poteſt oſtendi quo ad ſuam ueritatem, per ſyllogiſmum ad impoſsibile, ut dictum eſt. Si autem aliquis in iſtis uoluerit eſſe peritus oportet eum frequenter in huiuſmodi ſyllogiſmis exercitari.

Margin letters: G (beside "oppoſitum concluſionis cum maiori…"), H (beside "eſt ad oſtendendum illationem…").

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REGISTRVM

abc ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm
Nn Oo Pp Qq

Omnes ſunt quaterniones a b c quę
ſunt duerniones.



VENETIIS
APVD F. SANSOVINVM.
M. D LXXII.

LEGATORIA A. PANDIMIGLIO - ROMA -
1971